Linnean
QK41
.C613
1819
v.5

CAROLI A LINNÉ

EQUITIS

SYSTEMA VEGETABILIUM

SECUNDUM

CLASSES ORDINES

GENERA SPECIES.

CUM

CHARACTERIBUS, DIFFERENTIIS

ET

SYNONYMIIS.

EDITIO NOVA, SPECIEBUS INDE AB EDITIONE XV. DETECTIS AUCTA ET LOCUPLETATA.

VOLUMEN QUINTUM.

INCEPTUM

A

Joanne Jacobo Roemer, M. D.

Plur. Socc. Litt. Sodali.

POST EJUS OBITUM CONTINUATUM

A

Jos. Augusto Schultes, Boio,

M. D. et Prof. P. O. Botanices et Therapiae spec. in Univ. Landishuthana, Cons. reg., plur. Socc. litt. Sodali.

Stuttgardtiae

sumtibus J. G. Cottae.

1819.

MISSOURI
BOTANICAL
GARDEN

Opera JEHOVAE *magna!*

exposita omnibus, qui delectantur illis;

gloriosum et decorum opus Ejus!

DAVID.

ILLVSTRI.

IOSEPHO. BANKS.

REGI. A. CONSILIIS. INTIMIS.
BARONETO. ORDINIS. BALNEI. EQVITI.
SOCIETATIS. REGIAE. LONDINENSIS. PRAESIDI.
BOTANICORVM. PRINCIPI.

P. D. C. D. V.

J. A. SCHVLTES. M. D.
P. P. O. CONS. REG. BAVAR.

L. S. P.

Postquam in editione nostra *Systematis Vegetabilium Linnaei* ad Campanulam usque perventum fuisset, campana mortis sonavit alteri ex editoribus, divo J. J. *Römer*, m. d. Prof. Tigur., qui operis hujus hucusque redactionem in se suscepit solus, ita, ut quidquid in hac laudandum vituperandumque *) sit, illi unice tribuatur, quidquid vero in descriptionibus specierum, quas coram habuimus, nobis.

Jam quô rectius munere continuatoris a Do. Consiliario intimo *de Cotta*, qui pro suo in litteras humaniores et physicas amore nullis parcit dispendiis, in nos delato fungeremur, visum est ante omnia reparare illud, quod ab antecessore nostro praetermissum

*) Repetitiones specierum, nominum specificorum, synonymorum ad div. redactorem spectant in tomis praecedentibus, et in hoc ad *Phyteuma* usque; minime vero ad nos.

nobis videbatur: invitare nempe Botanicos, ut suis sub iisdem, quibus nos hucusque gavisi fuimus, emolumentis ditare opus inceptum suis benigne vellent observationibus.

Missis ad plerosque ex amicis fautoribusque nostris Botanicos epistolis laeta rediit responsio. – Partes varias operis in se suscepturos esse pollicebantur cll. DD. *Agardh, Prof. Lund.*, *Balbis, Prof. Lugd. Allobrog.*, *Bernardi Prof. Erfordt.*, *Besser, Prof. Krzeminiec. Volhyn.*, *Lamouroux, Prof. Caën.*, *Lehmann, Prof. Hamburg.*, *Panzer*, *M. D.* et *Phys. Heersbruck*, *Mich. Römer*, *J. U. L.* et *Auscult. in Trib. Suprem. Appell. Monac.*, *Roth*, *M. D.* et *Phys. Vegesack.*, *Sprengel Prof. Halens.*, excell. Comes *Casp.* a *Sternberg*, *de Vest*, *Prof. Graec.*, *Weinmann Hortul. Pawlowsk*; opem se non denegare suam cll. *Proff. Link* et *Schrader* pro sua humanitate non tantum polliciti sunt, sed jamjam tulit ill. Professor in Alm. Georg. August. L. B. de Schlechtendal *Reliquias Willdenowianas* debemus. Non ergo unius vel duorum sequentes tomi, sed plurium erunt opus Botanicorum, et, si *Virtus unita fortior*, haud ita parvum inde videtur emergere scientiae amabilis emolumentum.

Ut interea tamen adhuc magis increscat in incepto opere supellex botanica, annuentibus plurimis ex amicis fautoribusque nostris supra adductis, invitamus cultores Botanices omnium terrarum, ut, quidquid rectius illis, quae in quinque hucusque editis tomis prolata fuerant, sciverint, impertiant pro MANTISSA proximis Paschis typis mandanda, et quidquid novi in regno vegetabili observaverint, nobiscum benigne communicent. Quicunque vota audiens nostra aut plurium specierum, sive novarum sive minus bene cognitarum, expositionem, aut generis cujusvis sibi dilecti monographiam nobis suppeditabit, aut denique ex libris rarioribus, carioribus, recentissimis, quibus fors caremus, excerpta, huic non tantum publicae erunt gratiae, sed, quô sanctius τὸ CUIQUE SUUM colatur, nomen ejus non tantum ad calcem observationem suarum singularum, sed in ipso, si placet, operis titulo inter Coëditores erit impressum; erit illi idem, quod nos collaborantes cum divo *Römer* olim tulimus, emolumentum, *aurei* scilicet *duo* pro philyra singula impressa, praeter exactissimam, quae nobis sub redactore nostro non fuit, dispendii in mittendis litteris plantisque compensationem. Non enim gloriae vanae impurive lucri nobis cura, sed augmenti scien-

tiae amabilis. Huic saltem, quantum per editionem nostram Systematis Vegetabilium fieri licet, si nobis minus, faveant, qui eandem nobiscum ardentissime colunt.

Superest ut Do Cons. *Vogel*, Prof. Chem. Acad. reg. Monac., et Do. Directori Bibliothecae ejusdem Academiae, *de Schlichtegroll*, pro sua in nos et amicum *Mich. Römer*, humanitate et munificentiâ, quâ vel pretiosissimam dignantur administrare supellectilem litterariam, aeque ac DD. Collegis nostris, *Prof. Siebenkees* et *Doct. Harter*, Bibliothecae Universit. Landishuthanae Praefectt., publicas et sinceras agamus gratias.

Landishuthi Bojorum 23. Sept. 1819.

Jos. Aug. Schultes, M. Dr.
Cons. reg. aul. Prof. Botan.
et Medicinae p. o.

Classis V.

PENTANDRIA.

MONOGYNIA.

(*CONTINUATIO.*

f. *Flores monopetali superi.*

α. *capsulares.*

a. *capsulâ unilocularí.*

852. SAMOLUS. *Cal.* semisuperus, 5-fidus. *Corolla* subcampanulata 5-loba. *Stam.* 5, antherifera, laciniis limbi opposita, quinque alterna sterilia. *Caps.* semi-infera, ovata, semiquinquevalvis. *Placenta* centralis libera. *Semina* numerosa, juxta alteram extremitatem affixa, albuminosa. *Embryo* inclusus. Radicula umbilicum spectans. *R. Brown Prodr. Flor. nov. Holl.* I. *p.* 428.

Cls. *Brown*, praeeunte *Persoon*, cum SAMOLO junxit SHEFFIELDIAM, cui tamen ad characterem *Forsterii Cal.* inferus, 5-fidus, acutus; *Cor.* campanulata, calyce longior, limbi laciniis 5 ovatis reflexis. *Filamenta* in tubo inserta, fertilia laciniis opposita, sterilia iisdem alternantia, antheris cordatis, acuminatis. *Stylus* longitudine staminum stigmate simplici. *Caps.* conica, unilocularis, 5-valvis. *Semina* plurima globosa, receptaculo columnari medio capsulae inserta; cum in SAMOLO ad characterem *Linnaei*: *Cal.* 5-partitus, superus, basi obtusus, laciniis erectis; *Cor.* hypocrateriformis, tubo brevissimo, longitudine calycis, patulo, limbo plano, 5-partito, obtuso, squamulis brevissimis ad basin sinus limbi, conniventibus. *Filamenta* 5 brevia, squamulis corollae munita, antheris conniventibus, tectis. *Stylus* filiformis stigmate capitato. *Caps.* ovata, calyce cincta, unilocularis, semiquinquevalvis. *Semina* plurima ovata, *receptaculum* globosum. Confer etiam *Lam. Enc.* et *Ill. t.* 101. *Mem. Mus.* II. *t.* 4. *f.* 3. 5. Familia LYSIMACHIARUM, nunc PRIMULACEARUM.

Obs. Anne huc fors COSMIA illa *Dombey MS.* de qua *Poiret Enc. meth. Suppl.* II. *p.* 367., a TALINO, quocum fors jungenda, diversa potissimum numero staminum, caule herbaceo, floribus solitariis axillaribus.

853. VIRECTA. *Cal* 5-partitus, laciniis subulatis setaceis, interposito dente minimo glanduloso. *Cor.* infundibuliformis tubo recto gracili calyce triplo longiore, limbo plano, laciniis 5 ovatis. *Stamina* medio tubi inserta. *Antherae* conniventes, inclusae. *Stigma* laciniis 2 setaceis. *Caps.* globosa, subangulata, calyce coronata. *Semina* parva, numerosa, angulata, punctata in receptaculo carnoso.

Familia RUBIACEARUM. Affinis BELLONIAE, SIPANEAE, MUSSAENDAE.

854. BELLONIA. *Cal.* semiquinquefidus persistens, laciniis angusto-lanceolatis acutis. *Cor.* rotata, limbo plano, lobis 5 ovatis, obtusis. *Filamenta* brevissima *antheris* conniventibus subexsertis. *Stigma* acutum. *Caps.* turbinato-ovata, calyce coronata, ejusque laciniis conniventibus rostrata. *Semina* plura rotundata minima. *Lam. Ill. t.* 149. *f.* 2.

Persoon Syn. I. *p.* 210 fructum dicit baccam laciniis *corollinis* rostratam. Familia RUBIACEARUM. In *spinosa* saepe numerus quaternarius.

855. CALYCOBOLUS. *Cal.* duplex, exterior diphyllus, florem obtegens, interior triphyllus. *Cor.* tubulosa, curvata. *Stylus* bifidus. *Capsula?* unilocularis? polysperma.

Reliqu. Willd. MS. Genus dubium, quod hic posuimus interea quia in *Reliqu. Willd.* ante MUSSAENDAM positum, cui ergo affine, ut praecedentia et sequentia proxime.

b. *capsula bilocolari.*

856. SIPANEA. *Calyx* 5-partitus, persistens, foliolis rectis, subulatis, acutis. *Cor.* infundibuliformis, 5-loba, tubo basi ventricoso, limbo patente, lobis 5 aequalibus. *Filamenta* brevia, tubo inserta, *antheris* oblongis. *Caps.* coronata, bipartibilis, striata, loco singulo bivalvi, polyspermo, dissepimento valvis opposito. *Lam. Ill. t.* 151.

Ds. *Vahl* junxit cum VIRECTA; *Jussieu* dubitanter MUSSAENDAE adscripsit.

857. MACROCNEMUM. *Cal.* campanulato-cyathiformis, minimus, 5-dentatus. *Cor.* campanulata aut infundibuliformis, laciniis 5 ovato-oblongis rectis. *Filamenta* villosa, tubo calycis inserta, *antheris* inclusis. *Stigma* bilobum. *Caps.* oblongo-turbinata, polysperma, *seminibus* imbricatis.

Dissepimentum contrarium, receptacula seminum distincta. Familia RUBIACEARUM. Affine MUSSAENDAE.

858. CHIMARRHIS. *Cal.* margo integer, germen coronans. *Cor.* infundibuliformis tubo brevissimo, limbi laciniis 5 lanceolatis patentibus concavis obtusis, inferne lineolâ longitudinali mediâ hirsutis. *Filamenta* basi hirsuta, apice tubi

inserta. *Stigma* bifidum, obtusum. *Caps.* subovata, obtusa, coronata, bivalvis, valvulis apice bifidis. *Sem.* 2 solitaria. *Jacq. Amer. p.* 61.

Familia RUBIACEARUM. Affinis CHIOCOCCAE.

859. MACHAONIA. *Cal.* 5-dentatus, persistens. *Cor.* 5-partita, laciniis tubo brevioribus, fauce hirsutâ, cui *stamina* imposita, exserta. *Stylus* longitudine staminum, erectus, stigmate bifido, incrassato. *Caps.* cuneata, utrinque sulcata, dentibus persistentibus calycis coronata, a basi ad apicem dehiscens, bivalvis, monosperma. *Semen* lineari-ovatum.

Humb. et *Bonpland pl. aequin.* I. *p.* 101. Famil. RUBIACEARUM.

860. COSMIBUENA. *Cal.* deciduus, 5-dentatus. *Cor.* tubus longissimus, limbo reflexo obliquo glabro. *Stam.* infra faucem inserta. *Caps.* apice bivalvis, valvulis involutis subbilocularis. *Receptacula* lamellata, hinc valvulis adpressa, inde seminifera. *Sem.* ovalia, cincta alâ lineari reticulatâ.

Ruiz et *Pav. Flor. Peruv.* III. *p.* 3. *t.* 198. Olim HIRTELLA a *Ruiz* et *Pav.* COSMIBUENA dicebatur.

861. CINCHONA. *Cal.* turbinatus, 5-dentatus. *Cor.* infundibuliformis, extus hirsuta. *Filamenta* tubo breviora. *Caps.* partibilis, *dissepimento* valvulis parallelo, *Seminibus* margine membranaceo. *Lam. Ill. t.* 164. *f.* 1. *Humb.* et *Bonpl. pl. aequinoct. F.* II. *t.* 10. *Lambert's description of the genus Cinchona* 1797. *Rhode Monogr. Cinchon.* generis *Tentumen.* *Frosberg diss. de Cinchona, Ups.*

Familia RUBIACEARUM. Semina receptaculo proprio oblongo, marginibus dissepimenti inflexis in utroque loculamento laevissime affixa, longitudinaliter incumbentia.

862. EXOSTEMMA. *Cal.* turbinatus, 5-dentatus. *Cor.* infundibuliformis, glabra, tubo cylindrico, laciniis limbi linearibus. *Stamina* longa exserta, imo fundo inserta. *Caps.* partibilis dissepimento valvulis parallelo. *Semina* margine membranaceo destituta.

Cls. *Richard* apud *Humb.* et *Bonpl. aequinoct.* I. *p.* 131. *t.* 38. *Willd. Anl. z. Selbststud.* II. *a. p.* 97. *Lam. Illustr. t.* 162. *f.* 2. 3. sub CINCHONA. Huc *Cinchonae* species omnes corollâ glabrâ, staminibus exsertis retulit *Willd. l. c.* Stigma capitatum! *Raiz* et *Pavon Fl. Peruv.* II. *p.* 49. EXOSTEMMATA generi PORTLANDIAE esse inserenda. *Humboldt* genus hocce in *Berl. Mag.* I. non recepit.

863. PORTLANDIA. *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* clavato-infundibuliformis, laciniis patenti-deflexis, tubo sensim dilatato. *Antherae* longitudinales, rectae. *Stigma* simplex. *Caps.* (lignosa, ovato-globosa) pentagona, retusa, coronata, bivalvis,

valvulis duplicatis bifidis, polysperma (dissepimento vere contrario, cujus marginibus insexis intra loculos receptaculi proprii loco affiguntur semina horizontaliter sibi invicem contigua, scrobiculata, margine minime membranacea.) *Swartz. Lam. Ill. t.* 162. *f.* 2. Familia RUBIACEARUM.

Stamina subinde 4, 6, 7. COUTAREA cum hoc genere juncta diversum apud *Persoon* genus sistit, HEXANDRIAE subjunctum.

864. DANAIS. *Cal.* 5-dentatus brevissimus. *Cor.* infundibuliformis, fauce villosâ, tubo longo, lobis oblongis angustis. *Stam.* 5, rarius 6, corollâ longiora. *Stylus* apice bifidus. *Caps.* globosa, umbilicata, apice bivalvis, polysperma. *Semina* margine membranaceo. *Persoon Syn.* I. *p.* 198. auctoritate cli *Aub. du Petit-Thouars Lam. Ill. t.* 166. *f.* 2. sub PARDERIA ut *Willd.*

Genus affine CINCHONIS, capsulis globosis potissimum differt. Nomen a divo *Commerson* generi inditum. Familia RUBIACEARUM.

865. DENTELLA. *Cal.* 5-partitus, sub limbo coarctatus, foliolis subulatis. *Cor.* tubulosa (infundibuliformis) calyce longior, tubo sensim ampliato in limbum 5-fidum patentem, laciniis acutis tridentatis, denticulo intermedio *Filamenta* basi tubi inserta, *antheris* inclusis. *Germen* villosum *stigmata* 2, stylo crassiora, longiora, patentia. *Caps.* globosa calyce coronata, seminibus plurimis, ovatis. *Forst. gen. p.* 26. *t.* 13. *Lam. Ill. t.* 118. *f.* 3.

OLDENLANDIA *Linn.* HEDYOTIS *Lam.* Familia RUBIACEARUM. OLDENLANDIAM *depressam Willd.* fors huic generi jungendam esse *Poiret Enc. Suppl.* IV. *p.* 136.

866. GANEPHORA. *Cal communis* tubulosus dentatus multi- (3-6) florus, floribus distinctis squamis; *propriis* 5-6-fidus. *Cor.* campanulata, subaequalis, 5-6-fida, lobis ovatis acutis. *Antherae* 5-6, oblongae, sessiles. *Stylus* filiformis. *Stigma* bifidum. *Caps.* infera, disperma, pisiformis, calyce coronata. *Lam. Enc. Ill. t.* 151. *f.* 1.

Familia RUBIACEARUM.

867. GOODENIA. *Cal.* superus, limbo 5-partito, laciniis aequalibus. *Antherae* distinctae. *Stylus* simplex. *Caps.* bilocularis (raro 4-locularis) dissepimento parallelo, nunc abbreviato. *Semina* imbricata, compressa. *R. Brown Prodr. Fl. nov. Holl.* I. *p.* 574.

Familia GOODENOVIARUM. LOBELIACEARUM *Juss. Ann. Mus* XVIII. *p.* 1. COLLEMA *Anders. MS.* Olim character erat: *Cal.* profunde 5-partitus, laciniis ovatis seu lanceolatis acutis persistentibus. *Cor.* supra longitudinaliter fissa, exerens genitalia, tubo brevi, limbo bilabiato, superiore bipartito, inferiore majore trifido.

Stam. sub corollâ inserta, (exsertâ inter lacinias labii superioris.) *Stigma* urceolatum, ciliatum (i. e. septum in medio urceoli inclusum et liberum.) *Caps.* subovata, v. linearis, unibilocularis, bivalvis, polysperma, infra calyce tecta, *seminibus* imbricatim affixis dissepimento parallelo. Olim Familia CAMPANULACEARUM.

868. CALOGYNE. *Cal.* superus, limbo 5-partito, laciniis aequalibus. *Cor.* bilabiata. *Antherae* distinctae. *Stylus* trifidus. Glandula epigyna inter filamenta 2 inferiora. *Caps.* subunilocularis dissepimento abbreviato. *Semina* imbricata, compressa. *R. Brown Prodr. nov. Holl.* I. *p.* 579.

A GOODENIA separata ob stylum trifidum, laciniâ singulâ stigmate indusiato instructa. An recte? Familia GOODENOVIARUM.

869. EUTHALES. *Cal.* inferus tubulosus 5-fidus aequalis. *Cor.* tubo infra ovario adhaerens, apice hinc fisso, limbo bilabiato. *Antherae* distinctae. *Stylus* indivisus. *Stigmatis* indusium bilabiatum. *Caps.* 4-valvis, basi biloculari. *Semina* imbricata, compressa. *R. Brown Prodr. Fl. nov. Holl.* I. *p.* 579.

Genus medium GOODENIAM inter et VELLEYAM; huic paulo propius accedens, habitu, stigmate et capsulâ penitus conveniens, sat diversum calyce tubuloso. Corolla semisupera, calyce infero conjuncta, in hoc genere et VELLEYA obvia, hactenus absque exemplo est, et, dum veram originem utriusque in toto ordine, tubulo nectarifero GOODENIARUM nonnullarum confirmatam, indicat, argumenta *Jussiaena* quoque de indole calycina integumenti floralis monocotyledonum aliquantulum infirmare videatur. *R. Brown* l. c.

870. VELLEYA. *Cal.* inferus, 3-5-phyllus, inaequalis. *Cor.* tubo basi ovario accreto, apice hinc fisso, limbo bilabiato. *Antherae* distinctae. *Stylus* indivisus. *Glandula* epigyna inter filamenta 2 anteriora. *Caps.* basi biloculari, valvis bipartitis. *Sem.* imbricata, compressa. *R. Brown Prodr. Fl. nov. Holl.* I. *p.* 580.

Familia *Goodenoviarum R. Br.* LOBELIACEARUM *Juss.* In *Labillardière* character generis: *Calyx* campanulatus tri-quinquefidus. *Cor.* labium superius bi- inferius trifidum. *Stam.* sub corolla inserta. *Stigma* urceolatum, subdivisum dissepimento plano. *Caps.* ad medium usque bilocularis, 4-valvis, seminibus planis imbricatis margine cartilaginosis. Affinis SCAEVOLAE et GOODENIAE.

871. LECHENAULTIA. *Cal.* superus. *Cor.* tubo hinc longitudinaliter fisso. *Antherae* sub anthesi cohaerentes. *Pollinis* granula composita. *Stigma* obsoletum, in fundo indusii bilabiati. *Capsula* prismatica, 4-valvis, valvis oppositis medio septiferis. *Semina* cubica vel cylindracea, nucamentacea. *R. Brown Prodr. Fl. nov. Holl.* I. *p.* 581.

Pollinis granula in omnibus speciebus e 4 sphaerulis composita, quô facile a finitimo *Anthotio* distinguitur *R. Brown l. c.* Familia GOODENOVIARUM.

872. ANTHOTIUM. *Cal.* superus, 5-partitus. *Corollae* tubus hinc longitudinaliter fissus, limbus bilabiatus, labii superioris laciniis margine interiore auriculatis. *Antherae* cohaerentes. *Pollinis* granula simplicia. *Ovarium* biloculare polyspermum. *Stigmatis* indusium corollae labiis contrarium. *Capsula* . . . *R. Brown Prodr. Fl. nov. Holl.* I. *p.* 582.

Familia GOODENOVIARUM *Brown*; CAMPANULACEARUM *Juss.*

873. LOBELIA. *Cor.* tubo hinc fisso, raro integro, limbo 5-partito. *Antherae* connatae. *Stigma* bilobum, nunc indivisum. *Capsula* bi- raro trilocularis, apice supero bivalvi. *R. Brown Prodr. Fl. nov. Holl.* I. *p.* 561. *Lam. Ill. t.* 724.

Familia CAMPANULACEARUM olim, nunc LOBELIACEARUM *Ann. Mus.* XVIII. *p.* 1. *et sequ.* Character olim erat: *Cal.* 5-fidus aut inaequaliter 5-dentatus. *Cor.* monopetala irregularis, tubo calyce longiore, limbo ringente, vel subbilabiato, lacinlis quinque lanceolatis. *Antherae* in cylindrum connatae. *Stigma* hispidum, subbilobum ut supra. SYNGENESIAE inseruit *Linnaeus*, MONADELPHIAE cls. *Persoon* in *Synopsi.* Germen in hoc genere semisuperum ut in SAXIFRAGIS. *Willd.* „Corolla in europaeis, asiaticis et africanis alba v. caerulea, in americanis quibusdam rubra. Tubus in plerisque longitudinaliter fissus, nunc ad medium clausus, in paucis (invicem alioquin dissimilibus) integer. Limbus saepius bilabiatus, labio superiore minore, raro majore, quandoque unilabiatus, rarissime subregularis. Stamina plerumque a corolla libera, nunc ad tubi ejusdem medium adnata. Filamenta distincta, vel supra connata (6 numerat *St. Hillaire.*) Antherae vel omnes, vel tres superiores barbatae, omnes nunc imberbes, 2 inferiores quandoque mucronatae. Unica species dioica. Nonnullae suffruticosae Africae australis capsulâ plus quam semi-superâ; unica herbacea, ejusdem patriae capsulâ cylindraceâ longitudinaliter bivalvi, quamvis fere omnino inferâ. Aliquae novae Hollandiae pedunculo apice adeo obliquo, ut placenta quasi e medio alterius lateris oriri videatur.“ *R. Brown l. c.*

874. ROELLA. *Cal.* turbinatus persistens laciniis 5 lanceolatis, subinde dentatis. *Cor.* infundibuliformis vel campanulata, (rotata *Linn.* in clavi) tubo calyce longiore hujusque ori affixo, fundo clauso valvulis staminiferis, limbi laciniis 5 ovatis. *Filamenta* basi dilatata. *Antherae* conniventes. *Stylus* stigmatibus 2 patentibus oblongis. *Caps.* cylindrica, calyce coronata, bi- et demum unilocularis, apice poro dehiscens. Semina parva numerosa angulata. *Lam. Ill. t.* 123.

Familia CAMPANULACEARUM.

875. DEFFORGIA. *Cal.* turbinatus, 5-fidus, laciniis lanceolatis, patentibus, deciduis. *Cor.* profunde 5-partita vel 5-petala, petalis basi cohaerentibus, ovato lanceolatis, calyce longioribus. *Stigma* bilobum. *Capsula* semi-infera, stylo bipartito acuminata, apice bivalvis, loculis 2, polyspermis. *Lam. Ill. t.* 125.

FORGESIA *Juss.* Familia CAMPANULACEARUM. Affinis ESCALLONIAE.

c. *Capsulâ subtriloculari-quinquelocularí.*

876. PHYTEUMA. *Cal.* laciniis 5 acutis, semipatens. *Cor.* primo tereti conica, laciniis apice subcoalitis, dein quinquepartita, laciniis linearibus laxis demum reflexis. *Antherae* oblongae. *Stylus* bi-trifidus, laciniis oblongis, revolutis. *Caps.* calyce coronata, rotundata, bi trilocularis, latere foramine dehiscens, *seminibus* parvis numerosis rotundis. *Lam. Illustr. t.* 124.

Familia CAMPANULACEARUM.

877. CAMPANULA. *Cal.* 5-raro 4-fidus, (non raro et 10-fidus, laciniis alternis reflexis). *Cor.* campanulata, (rarius rotata) 5-fida. *Filamenta* basi dilatata. *Stigma* tri-bilobum, (et 5-fidum). *Capsula* tri-bi-(et 5) locularis, saepius infera foraminibus lateralibus aperta, nunc apice supero valvato. *R. Brown Prodr. nov. Holl.* I. *p.* 560. *Lam. ill. t.* 123.

Familia CAMPANULACEARUM.

In speciebus omnibus Africae australis et Australasiae capsulae apice valvatae, in europaeis et Americanis omnibus (?) poris laterum dehiscunt. ROELLAE *Campanulis* semivalvatis valde affines, nec longe a LIGHTFOOTIA (et RONDELETIA) distant, diversâ tantum corollâ 5-partitâ et capsulâ plus quam semisuperâ. *R. Brown.* Basis filamentorum dilatata *Linnaeo* nectarium est in fundo corollae receptaculum tegens. „Capsulae figura indeterminata: TRACHELII pericarpium villosum, scabrum, triloculare; RAPUNCULI pericarpium glabrum, ovatum, triloculare; MEDII pericarpium valvis tectum, quinqueloculare; SPECULI pericarpium columnare prismaticum, triloculare; PENTAGONIAE corolla rotata; ERINI corolla inaequalis, stigmate simplici, capsulâ apice dehiscente.“ *Linn.* Haec fors olim genera sistent propria, ERINUS inprimis. PENTAGONIA et SPECULUM. PRISMATOCARPUS jamjam a *L'Héritier* et LEGOUZIA dicta a clo. *Durande.**)

878. TRACHELIUM. *Cal.* minimus, 5-dentatus. *Cor.* in-

---

*) Capsulae foraminulis apice sub sinubus calycis dehiscunt in CAMPANULA *patula*, *Rapunculo*, *persicifolia*, *Speculo*; basi vero prope pedunculum in *rotundifolia*, *glomerata*, *Trachelio*, *rapunculoide*, *rhomboidali*, *cenisia* monente *Erdmann.*

fundibuliformis, tubo longissimo tenui, limbo brevi, lobis 5 ovatis patentibus. *Filamenta* basi non dilatata. *Styl.* corollâ duplo longior, *stigmatibus* 3 minimis, s. stigmate globoso. *Caps.* rotundata, calyci adnata, tri oocularis, basi poris 3 dehiscens, seminibus numerosis minimis. *Lam. Ill. t.* 126.

Familia CAMPANULACEARUM.

879. DIERVILLA, *Cal.* oblongus, 4-5-dentatus, basi bracteatus. *Cor.* infundibuliformis quinquefida, patens, calyce duplo longior. *Stamina* inclusa. *Stigma* capitatum. *Capsula* nuda oblonga, quadrilocularis, polysperma. *Lam. Ill. t.* 150.

LONICERA *Linn.* Familia CAPRIFOLIORUM.

880. COVIERA. *Cal.* adhaerens, tubo brevi, limbo longo, 5-partito, foliaceo. *Cor.* 5 fida, laciniis acutissimis, apice spinescentibus. *Stigma* obverse infundibuliforme, praegrande, subpentagonum. *Caps.* loculis 5, monospermis. *Decand. Ann. Mus.* IX. *p.* 221. *t.* 15.

Familia RUBIACEARUM, Affinis NONATELIAE et VANGUERIAE.

β. Drupaceae:

881. SCHÖPFIA. *Cal.* duplex, inferus monophyllus subbifidus, alter semisuperus integer. *Cor.* campanulata. *Stam.* 5, interdum 4. *Stigma* capitatum. *Drupa* obovata monosperma. *Vahl. act. Soc. Hist. nat. Havn.* 1. *p.* 206. *t.* 6. sub CODONIO.

SCHÖPFIA *Schreb.* asserente *Willd. Spec.* I. *p.* 996. licet *Baccam* trilocularem dixisset *de Schreber.* Nomen antiquius *Vahlii* mutandum erat ob consonum antiquissimum CODON. Huc quoque HAENHEA *Ruiz* et *Pav. Fl. peruv. t.* 231. cui: *Cal.* nullus, nisi squamae 2 infra germen, exterior angustior. *Cor.* supera urceolata limbo brevissimo 4-5-partito. *Filam.* nulla. *Stigma* trigonum. *Drupa* monosperma, turbinata, apice 10-radiata, quinquesulca. *Nux* trilocularis. HAENHEA *prodromi Fl. peruv.* ab ipsis clarissimis auctoribus nunc CELASTRUS dicitur. Familia LORANTHEARUM, accedens ad CAPRIFOLIA, ad quae transitum facit monente *Jussieu Annal. Mus.* XII. *p.* 500. *)

γ. bacciferae:

α. baccâ monospermâ:

882. SCAEVOLA. *Cor.* hinc longitudinaliter fissa, genitalia exserens; limbo inde secundo, 5-partito, laciniis alatis, conformibus. *Antherae* liberae. *Stigmatis* indusium ciliatum

*) MATTHIOLIA, quae huc spectaret, est GUETTARDAE species.

R. Brown Prodr. Fl. nov. Holl. I. *p.* 582. *Lam. Ill. t.* 124.

Familia GOODENOVIARUM. Genus posthac fortasse dividendum; species tamen ovario uniloculari haud separandae a reliquis, nec harum monospermae dispermis in serie naturali proximae. Baccatae ab exsuccis minime sejungendae. Paradoxa species, Sc. *spinescens*, cujus fructus omnino maturus nondum visus, forsan propter diversissimum habitum, bracteas deciduas et corollae alas longitudinaliter fimbriatas separari meretur. In ordine est singularis species inedita moluccana (S. *oppositofolia R. Brown*) foliis oppositis, cujus corolla lutea videtur, habitus GOODENIAE. *R. Brown l. c. Linnaeo* erat character generis: *Cal.* brevissimus persistens 5-dentatus. *Cor.* flabelliformis, descripta. *Drupa* rotundata umbilicata 1-4-locularis, nucleo tuberculato rugoso biloculari dispermo, seminibus subovatis solitariis. Familia CAMPANULACEARUM apud *Juss.* primum; dein LOBELIACEARUM. LOBELIA *Plumier.*

883. DIASPASIS. *Cor.* subregularis, hypocrateriformis, tubo 5-partito, genitalia includente. *Antherae* liberae. *Ovarium* uniloculare, dispermum. *Stigmatis* indusium ore nudo. *Nux* corticata. *R. Brown Prodr. Fl. nov. Holl.* I. *p.* 586.

Proxima SCAEVOLAE, praesertim sectioni tertiae quâcum inflorescentiâ convenit. Familia GOODENOVIARUM.

884. DAMPIERA. *Cor.* bilabiata, tubo hinc fisso, labii superioris laciniis margine interiore auriculatis. *Antherae* arcte cohaerentes. *Ovarium* monospermum. *Stigmatis* indusium ore nudo. *Nux* crustacea. *R. Brown Prodr. Fl. nov. Holl.* I. *p.* 587.

Familia GOODENOVIARUM. Genus SCAEVOLAE et DIASPASI propinquum.

885. RUTIDEA. *Cal.* tubo ovario adhaerente, limbo 5-partito, parvo. *Cor.* infundibuliformis, tubo apice dilatato, limbo 5-partito, patente. *Stam.* ad faucem. *Germen* apice umbilicatum. *Stigma* longitudinaliter sulco duplici. *Bacca* exsucca, globosa, unilocularis. *Semen* globosum, basi umbilicatum, extus rugosum. Perispermum magnum, cartilagineum, intus cartilagineum. Corculum teres, obliquum. *Decand. Ann. Mus.* IX. *p.* 219.

Familia RUBIACEARUM, trib. COFFEACEARUM.

886. AIDIA. *Cal.* 5-dentatus, tubulosus, erectus. *Cor.* hypocrateriformis, fauce lanatâ, limbo 5-partito, laciniis lanceolatis. *Filamenta* nulla, *antherae* lineares, incisuris corollae insertae. *Stylus* aequalis staminibus. *Stigma* ovato-oblongum. *Bacca* ovata umbilicata, parva, semine ovato. *Loureiro Fl. Cochinch.* I. *p.* 177.

Familia CAPRIFOLIORUM?

887. Dasus. *Cal.* tubulosus, brevis, coloratus, leviter 5-fidus, laciniis obtusis. *Cor.* campanulata, undique pilosissima, limbo 5-fido, calyce duplo longiore. *Filamenta* basi corollae insistentia, *antherae* stantes. *Stigma* 5-fidum, laciniis oblongis erectis. *Bacca* calycina, compresso-rotunda, umbilicata, semine sphaeroideo. *Lour. Fl. Cochinch.* 1. *p.* 175.

Familia ignota. *Juss. Ann. Mus.* XII. *p.* 301.

888. Helicanthera. *Cal.* oblongus, truncatus, coloratus, suffultus squamulâ ovatâ carnosâ. *Cor.* tubo brevi, limbo 5-partito, reflexo, laciniis oblongis, obtusis. *Nectarium* pentagonum, apice 5-fidum, stylum arcte comprimens. *Filamenta* fauci corollae inhaerentia. *Antherae* spiraliter revolutae. *Stigma* crassiusculum. *Bacca* calycina, ovato-oblonga. Helixanthera *Lour.* ed. *Willd. p.* 176. Helicia *Pers. Syn.* I. *p.* 214.

Helicia *Loureiro* aliud est genus, Samydae jungendum: Helicantherae vero Familia ignota. *Juss. Ann. Mus.* XII. *p.* 301.

b. *baccâ disperma:*

889. Psychotria. *Cal.* dentibus 5 minimis persistens. *Cor.* infundibuliformis, tubo longo, limbo brevi, laciniis 5 ovatis, acutis. *Filamenta* tubo inserta, *antheris* inclusis. *Stigma* emarginatum. *Bacca?* ovata vel rotundata, calyce coronata, sulcata, parva, bilocularis, seminibus osseis altero latere sulcatis, convexis. *Lam. Ill. t.* 161.

Familia Rubiacearum. Affinis *Coffeae* et *Chiococcae*, Pacubeaeque.

Obs. Nonatelia *Lam.* differt praecipue loculis 5. *Ill. t.* 155. Simira, cui *cal.* minimus, turbinatus, 5-dentatus. *Cor.* tubulosa, parva, disco germinis affixa, tubo elongato, limbi lobis 5 rotundatis; *antherae* fauci insertae. *Stylus* longus, subinde bifidus, stigmatibus 2 obtusis; *Bacca* parva ovata dentibus calycis coronata, bilocularis, disperma. *Aublet Gujan.* 1. *p.* 170. *t.* 65. et: Mapuria, cui *Cor.* 5-fida, tubo brevi; *cal.* turbinatus, 5-dentatus; *stigma* bilamellatum. *Pericarpium? Aublet Gujan.* 1. *p.* 175. *t.* 67. et Antherura, cui *Cal.* tubulosus, limbo brevi, laciniis 4 acutis, ut in *Cor.* rotata, 5-partita; *Filam.* brevissima antheris sagittatis apice caudato longo reflexo; *styl.* subulatus, corollâ longior, *stigmate* simplici, *bacca* calycina ovata corticosa 10-sulcata, unilocularis, disperma. *Lour. Fl. Cochinch.* I, *p.* 178, hujus generis tantum species sunt memorata *Jussieu Annal. Mus.* X. *p.* 330.

890. Ronabea. *Cal.* turbinatus, minimus, ore 5-dentato. *Cor.* oblonga, subinfundibuliformis, tubo longo fauce ampliato, limbi laciniis patentibus acutis. *Antherae* oblongae biloculares tubo inclusae. *Stylus* longitudine tubi, *stigmate* bilamellato. *Bacca* parva, ovata, striata, non coronata, nu-

culis 2 monospermis, altero latere convexis. *Juss. Gen. p.* 205. *Lam. Ill. t.* 166.

Familia RUBIACEARUM. Affinis PAEDERIAE. PSYCHOTRIA *Willd.*

891. GALVANIA. *Cal.* minimus, quinquedentatus. *Cor.* monopetala, ventricosa, limbi laciniis quinque acutis. *Filamenta* basi tubi corollae inserta, pilosa, pilis orificium tubi claudentibus. *Germen* obovatum, stylo filiformi subinclinato, staminibus longiore, stigmate bifido, laciniis divergentibus. *Bacca* bilocularis, loculis monospermis, semine striato. *Vandelli Specim. Fl. lusit.* et *brasil. p.* 15. *t.* 1. *f.* 7.

Familia RUBIACEARUM; affinis PSYCHOTRIAE. Fors ejusdem generis cum PALICUREA.

892. PALICUREA. *Cal.* turbinatus, 5-dentatus. *Cor.* infundibuliformis, tubo longo incurvo, superne ventricoso, limbo 5-fido, laciniis patentibus acutis, tribus superioribus paulo majoribus. *Filamenta* medio tubi inserta, ejusque longitudine. *Germen* fundo calycis innatum, glandulâ coronatum. *Stylus* corollâ brevior, stigmatibus 2 linearibus carnosis, longitudine fere styli. *Peric.?* biloculare. *Sem.* solitaria. *Aublet Guian.* I. *t.* 66. STEPHANIUM *Schreb.*

Familia RUBIACEARUM. Fors ejusdem generis cum GALVANIA.

893. RUDGEA. *Calyx* profunde quinquefidus. *Corollae* tubus gracilis longissimus, limbus quinquepartitus, laciniis e dorso apicis uncinatis. *Filamenta* fauci tubi inserta, antheris breviora. *Pericarpium* (in nondum maturis) biloculare, loculis monospermis. *Stigma* bipartitum, laciniis oblongis. *R. A. Salisbury* in *Linnean Transact.* VIII. *p.* 327.

Familia RUBIACEARUM.

894. COFFEA. *Cal.* minimus 4-5-dentatus, dentibus in calyce crescente deciduis. *Cor.* hypocrateri- seu infundibuliformis, tubo tereti tenui calyce multoties longiore, limbo plano, laciniis 4-5 lanceolatis patentibus, lateribus revolutis. *Stam.* supra tubum, 4-5, antheris linearibus sagittatisve, prominulis. *Stigmata* 2, reflexa subulata crassiuscula. *Bacca* subrotunda, puncto-umbilicata. *Sem.* 2 arillata elliptica, intus plana, extus convexa. *Lam. Ill. t.* 160.

Familia RUBIACEARUM. *Stigma* bipartitum *Linn.* in clavi.

895. CHIOCOCCA. *Cal.* 5-dentatus, persistens, parvus. *Cor.* infundibuliformis, tubo longo patente, *limbi* 5-partiti laciniis aequalibus acutis reflexis. *Filamenta* longitudine corollae et styli. *Antherae* lineares, non prominulae. *Stigma* simplex vel bifidum. *Bacca* (*Caps. Lam.*) subrotunda, com-

pressa, coronata calyce (didyma), seminibus subrotundis compressis distantibus. *Lam. Ill. t.* 160.

Familia RUBIACEARUM.

896. SERISSA. *Cal.* 4-5-fidus, laciniis ovato-lanceolatis acutis. *Cor.* infundibuliformis tubo brevi, limbo 4-5-fido, fauce ciliatâ. *Stam.* 4-5, filamentis brevissimis. *Stylus* bifidus. *Bacca* bilocularis dispermâ. *Lam. Ill. t.* 151. *f.* 3.

Familia RUBIACEARUM. Lacinias lobi trilobas! exclamat *Willd.* Fructu infero dispermo, charactere valde dubio, a Lycio potissimum differre, *Thanb.* in *Linn. Transact.* IX. *p.* 151.

Obs. Ab omnibus huc ducitur DYSODA *Lourair. Fl. Cochinch.* I. *p.* 180, sed differt non paucis character generis a *Loureiro* datus sequens. *Cal.* 5-fidus, laciniis subulatis erectis. *Cor.* infundibuliformis, tubo brevi, limbo amplo, reflexo, 5-partito, laciniis trifidis acutis. *Filamenta* brevissima infra os tubi. *Antherae* oblongae incumbentes. *Stylus* filiformis, stigmate oblongo, villoso, bifido, reflexo. *Bacca* subrotunda, calycina, parva. *Sem.* plurima ovata minima.

897. CANTHIUM. *Cal.* 5-fidus. *Cor.* infundibuliformis, brevis 5 fida, patens. *Stam.* corollâ breviora, *antheris* rectis, oblongis *Stylus* simplex, *stigmate* capitato, aut clavato. *Bacca* ovato-rotundata subcompressa corticosa apice umbilicata, bilocularis. *Semina* 2, ovata, convexa, inde plana, sulco longitudinali. *Lam. Enc. meth.* I. *p.* 602. *Persoon Syn.* I. *p.* 200.

Genus maxime affine RANDIAE et GARDENIAE a quibus baccâ dispermâ differt; a COFFEA stigmate simplici, corollâ breviore diversum. Habitus RANDIAE. WEBERA *Schreb.* et *Willd.* (cujus nomen supprimendum, ob WEBERAM *Hedwig.*) CANTHIUM *coronatum* dubia hujus generis species. Confer DAMNACANTHUM *Gaertn. de Fruct. t.* 182. *f.* 7. qui, monente *Juss. Ann.* X. *p.* 315 hujus loci. Familia RUBIACEARUM. WEBERA *Schreb.* et *Willd.* constat RONDELETIA *corymbosâ* et *cymosâ* et CANTHIO *parviflora.* s. MONETIA *diacanthâ.* Character WEBERAE imperfectus apud *Willd.*: *Contorta*, *bacca* infera bilocularis, loculis monospermis; *stylus* elevatus; *stigma* clavatum; *cal.* 5-fidus.

898. CEPHAËLIS. Flores capitati involucrati, involucro subtetraphyllo. *Cal.* minimus, 5-dentatus, dentibus acutiusculis. *Cor.* subinfundibuliformis, tubo saepius brevi limbi laciniis parvis. *Antherae* inclusae. *Stylus* corollâ longior, stigmatibus 2 patentibus, (aut *stigma* bipartitum.) *Bacca* minima, ovata, seminibus 2 parvis osseis, altero latere planis. *Receptaculum* paleaceum, coloratum. *Lam. Ill. t.* 152.

Familia RUBIACEARUM. CALLICOCCA *Schreb.* TAPOGOMEA *Lam.* et *Juss.* Affinis CANEPHORAE. Familia RUBIACEARUM. HUC EVEAM spectare *Schreber*, dissentientibus *Juss.* et *Lam.*

899. MORINDA. Flores in globum collecti supra recep-

taculum sphaericum, sessiles. *Cal.* dentibus quinque minimis. *Cor.* (sub-) infundibuliformis, tubo cylindrico, limbo 5-fido, laciniis lanceolatis acutis patentibus *Filamenta* brevissima, *antheris* inclusis. *Stigma* bifidum. *Bacca* ovata, ob compressionem mutuam angulata, apice retusa, umbilicata, disperma, (quadrilocularis tetrasperma *Juss.*) seminibus altero latere convexis. *Lam. ill. t.* 153.

Familia Rubiacearum. *Baccam* monospermam *Linn.* in clavi.

900 Naucleа. *Cal.* nullus. (*Linn.*, minimus, subinteger aut denticulis 5 *Juss.*) *Cor.* monopetala, infundibuliformis, tubo filiformi, calyce (qui nullus!!) multo longiore, limbo brevi, laciniis 5 ovatis obtusis recurvis. *Filamenta* brevissima in fauce. *Germen* inferum oblongum. *Stylus* corollâ longior. *Stigma* obovatum. *Per.* nullum. *Sem.* solitaria oblonga subtrigona inferne attenuata, apice obtusa, bilocularia. (*Linn.* *Capsulae* obtuse triangulares, compressae a vicinis, biloculares, dispermae. *Juss.*) *Flores* et *fructus* in *receptaculo* communi globoso villoso. — *Lam. Ill. t.* 153.

Genus maxime affine Cephalantho, familiae Rubiacearum.

Obs. Licet corolla Naucleae sit *monopetala supera*, *Linnaeus* tamen et omnes commentatores eandem floribus *pentapetalis inferis* in clavi inseruerunt, praeter *Loureiro*, qui et alium quoque characterem naturalem sistit in *Fl. Cochinch.* I. *p.* 175: *Cal. communis* nullus; *proprius* carnosus, oblongus, inaequaliter multifidus. *Cor.* infund. plerumque 5-fida, staminibus totidem brevibus. *Stylus* longissimus, undique conglobatus in capitulum magnum, canescens, aureos flosculos conjunctis viribus occultans. *Stigma* integrum turbinatum acuminatum. *Semina* solitaria infera oblonga angulata scabra, 2-3-locularia, receptaculo ovato insidentia. *Bacca* composita ex perianthiis flosculorum carnosis, coalescentibus irregulariter in corpus globosum, lacunosum. Uncaria *Schreb.* (Ourouparia *Aublet*) hujus omnino est generis; sed quis hoc unquam ex charactere sequente vel somnio tantum opinari ausus fuisset? *Cal.* tubulatus, superne ampliatus, quinquedentatus, denticulis acutiusculis aequalibus. *Cor.* hypocrateriformis, tubo angusto calyce longiore, limbo 5-fido, laciniis subrotundis, externe villosis. *Filamenta* brevissima, tubo infra orificium inserta, *antheris* oblongis in ore tubi. *Germen* subrotundum, fundo calycis innatum, glandulâ coronatum. *Stylus* capillaris corollâ longior. *Stigma* oblongum, bisulcum. *Per.?* biloculare. *Sem.* plurima, dissepimento affixa. *Schreb.* Confer Odontandram!

901. Dicrobotryum. *Cal.* 5-partitus pusillus. *Cor.* hypocrateriformis. *Stamina* fauci inserta. *Antherae* sagittatae. *Stigma* bilamellatum. *Fructus* bacca bilocularis. *Reliqu. Willd. MS. Humb.* et *Bonpl.*

Willdenow posuit post Odontandram, quam Naucleae proximam fecit.

902. Himatanthus. *Cal.* perianthium monophyllum laxum persistens, 5-partitum, laciniis ovatis acuminatis, duabus

duplo minoribus. *Cor.* monopetala infundibuliformis, tubo calyce multo longiore, superne parum dilatato, limbo 5-fido, laciniis oblongis. *Stamina* 5 brevissima capillaria, basi tubi inserta. *Antherae* lineares erectae, tubo multo breviores, *Germen* turbinatum, calyce coronatum, bilocu are, dispermum. *Stylus* truncato-clavatus. *Stigma* subulatum. *Fructus? Reliqu. Willd. MS.*, ex *Herb. Com.* ab *Hoffmannsegge.*

c. *baccâ tri-pentaspermâ:*

903. TRIOSTEUM. *Cal.* laciniis 5 patentibus (sub) lanceolatis persistentibus. *Cor.* tubulosa, longitudine fere calycis, limbo tubo breviore recto, lobis 5 subaequalibus rotundatis. *Antherae* inclusae. *Stigma* oblongum, incrassatum. *Bacca* coriacea, basi calyce inclusa, hujusque laciniis coronata, obovato-trigona, uni (*Gaertn.*)- trilocularis; *semina* 3 ossea elliptica, altero latere striis 3 obscuris, tunicâ exteriore crassâ, osseâ, interiore membranaceâ subfriabili. *Lam. Ill. t.* 150. *Gaertn. de Fruct. I. t.* 26.

Familia CAPRIFOLIORUM. *Baccam* monospermam dicit *Willd.*

904. SYMPHORICARPOS. *Cal.* 4-dentatus, basi bracteis 2 parvis. *Cor.* campanulata, tri- et quinquefida, subaequalis. *Stamina* vix exserta. *Stigma* globosum. *Bacca* coronata 4-locularis, tetrasperma, loculis 2 saepe abortientibus. *Lam. Ill. t.* 150.

LONICERA *Linn.* SYMPHORIA *Pers. Syn.* I. *p.* 214. Familia CAPRIFOLIORUM.

905. PLOCAMA. *Cal.* 5-dentatus, minimus persistens. *Cor.* campanulata 5-fida, laciniis oblongis. *Filamenta* brevia, tubo inserta. *Stylus* staminibus longior. *Bacca* globosa trilocularis, seminibus solitariis 3 oblongis linearibus. *Ait. Kew.* I. *p.* 292.

PLACOMA *Pers.* et *Gmel.* Familia RUBIACEARUM.

906. VANGUERIA. *Cal.* minimus, dentibus 5 acutis, patentibus. *Cor.* campanulata, v. hypocrateriformis, tubo globoso inflato, limbi laciniis ovatis acutis, fauce pilosâ. *Stam.* tubo inserta, *antheris* vix prominulis. *Stigma* minimum capitatum, bilamellosum. *Bacca* pomiformis carnosa globosa umbilicata (non coronata) 4-5-locularis, 4-5-sperma. *Sem.* formâ amygdalae. *Lam. Ill. t.* 159. *Gaertn. fil. Fruct. p.* 75. *t.* 195.

VANGUIERA *Pers.* Familia RUBIACEARUM, trib. COFFEACEARUM.

907. ANISANTHUS. *Cal.* superus 5-partitus inaequalis mi-

nimus. *Cor.* tubuloso-campanulata, limbo 5-dentato inaequali. *Stamina* tubo inserta inclusa. *Stigma* capitatum. *Bacca* 4-locularis, polysperma, calyce coronata.

Reliqu. Willd. MS. ex Herb. *Humb.*

908. NONATELIA. *Cal.* brevis, 5-dentatus. *Cor.* tubulosa, infundibuliformis, limbo 5-partito, subrecurvo. *Filamenta* tubo corollae inserta, *antheris* prominulis. *Stylus* bifidus, stigmate obtuso. *Bacca* globosa, 5-locularis, striata, (10 sulcata) seminibus 5 angulatis. *Aublet Gujan. t.* 72. *Lam. Ill. t.* 155.

ORIBASIA *Schreb.* PSYCHOTRIA *Willd.* Familia RUBIACEARUM trib. COFFEACEARUM. Huc tantum NONATELIA *racemosa:* reliquae sunt PSYCHOTRIAE *Pers. Syn.* I. *p.* 204. RETINIPHYLLUM *Bonpl.* fors ejusdem generis.

909. RETINIPHYLLUM. *Cal.* supra ovarium in tubum productus, basi bracteatus, 5-fidus. *Cor.* hypocrateriformis, calyce duplo-triplo longior, limbo 5-partito. *Stam.* summo tubo imposita, laciniis alterna. *Stylus* exsertus. *Stigma* indivisum. *Bacca* globosa, striata, calyce persistente umbilicata, pyrenis 5, hinc convexis, inde angulatis. *Humb.* et *Bonpl. pl. aequ.* I. *p.* 86.

Fors ejusdem cum NONATELIA generis. *Juss. Ann. Mus.* X. *p.* 331, quod non videtur auctori.

910. ANCYLANTHOS. *Cal.* persistens, 5-fidus, laciniis acutis. *Cor.* tubulosa, hirsuta, tubo incurvo, a basi sensim ampliato, limbo irregulari, subbilabiato 5-fido, laciniis subulatis, 2 superioribus longioribus. *Stamina* fauci inserta, laciniis alterna, breviora, antheris sessilibus. *Stylus* longitudine corollae, *stigmate* (incrassato, cylindrico) quinquelobo. *Fructus? Desfontaines Mem. du Mus.* T. IV. *p.* 5.

Genus affine NONATELIAE, distinctum corollâ arcuatâ, limbo irregulari et characteribus reliquis.

911. LICHTENSTEINIA. *Cal.* duplex, semisuperus, monophyllus, 3-5-dentatus. *Coroll.* monopetala, tubulosa, 5-fida. *Stam.* 5. *Filamenta* extra corollam connata, longitudine corollae. *Nectarium* calyci supra germen insertum. *Pistill.* monogynum. *Bacca?* *Sem.* 5. *Lichtenst. Wendl.*

b. *bacca polyspermâ:*

α. *unilocularî:*

912. STIGMATANTHUS. *Cal.* 5 phyllus, tubo brevi, limbo 5-partito, laciniis filiformibus, longis. *Cor.* infundibuliformis, tubo longo, limbo 5-partito, laciniis ovato-oblongis,

patentibus. *Filamenta* infra lacinias corollae. *Antherae* oblongae reflexae. *Stylus* corollâ longior. *Stigma* ovatum, máximum, sulcatum. *Bacca* compressa, tuberculosa, exsucca, seminibus oblongis angulatis osseis. *Lour. Cochinch.* I. *p.* 181.

Familia RUBIACEARUM.

913. MAASA. *Cal.* duplex, exterior diphyllus, sive *calyx* semisuperus, campanulatus quinquefidus, laciniis ovatis aut semi-orbiculatis, squamulâ duplici persistente infra cinctus. *Cor.* tubo brevissimo, limbo recto, laciniis 5 ovatis aut semiorbiculatis. *Stylus* brevissimus, stigmate tuberculato. *Bacca* unilocularis, polysperma, calyce coronata.

MAESA *Forsk. Descr. p.* 66. *Juss. gen. p.* 161. BAEOBOTRYS *Schreb. gen. n.* 318. *Lam. Ill. t.* 111. SIBURATIA *Aubl. d. Petit-Thouars gen. madagasc. n.* 38. Familia ERICEARUM Nomen antiquius retinendum!

Obs. Calyx duplex *Vahl.*

3. *Bi-quadriloculari:*

914. BERTIERA. *Cal.* 5-dentatus. *Cor.* tubulosa, (hypocrateriformis) ore villosa. *Stam.* tubo inserta, *antherae* subsessiles, vix prominentes. *Stigma* bilamellatum. *Bacca* coronata, bilocularis, utrinque carinata. *Aubl.* (*Lam. Ill. t.* 165.)

Familia RUBIACEARUM, trib. COFFEACEARUM.

915. POSOQUERIA. *Cal.* turbinatus, laciniis 4-5, rectis, persistentibus. *Cor.* hypocrateriformis, tubo longo cylindrico curvo, ore dilatato, intus piloso, laciniis 5 oblongis angustis obtusis, reflexis. *Stamina* 5 exserta, unico breviore, curva; *antherae* exsertae, 4 inclinatae, quintâ rectâ. *Stylus* setaceus longitudine tubi, *stigmate* brevi, subtrifido. *Bacca* magna, ovata, succulenta, calyce coronata, uni(bi?)locularis, seminibus angulosis. *Juss. gen.* 201. *Lam. Ill. t.* 163. *f.* 2.

Familia RUBIACEARUM. CYRTANTHUS *Schreb. n.* 302. nec *Aitoni* KYRTANTHUS *Gmel. Syst. Veg.* SOLENA *Willd.*

916. OXYANTHUS. *Cal.* tubus ovario adhaerens apice constrictus, limbus acutissime 5-fidus. *Cor.* infundibuliformis, tubo tereti longissimo, limbo 5-partito, lobis acutissimis. *Stam.* ad faucem. *Antherae* exsertae acutissimae. *Germen* ovoideum. *Fructus* bilocularis. *Decand. Ann. Mus.* IX. *p.* 218.

Familia RUBIACEARUM, trib. CINCHONACEARUM. Affinis TOCOYENAE et inprimis POSOQUERIAE.

917. TOCOYENA. *Cal.* subcampanulatus, dentibus 5 brevibus acutis. *Cor.* hypocrateriformis, tubo longissimo, subcylindrico, apice parum dilatato, fauce nudâ, ventricosâ, limbi

laciniis ovatis linearibusve. *Stamina* fauci inserta, *antheris* sagittatis, sessilibus. *Stylus* incrassatus, apice fusiformis, pilosus, *stigmate* clavato, bilamelloso. *Bacca* capsularis subcarnosa bilocularis, coronata apice. *Semina* parva, numerosa, rotundato-ovata, basi acutiuscula, pulpâ molli. *Lam. Ill. t.* 163.

Familia RUBIACEARUM. Affinis POSOQUERIAE. UCRIANA *Willd.*

918. HIPPOTIS. *Cal.* integerrimus, spathaceus, coloratus, acutus. *Cor.* infundibuliformis, recurva, lobis ovatis obtusis reflexis, appendice brevi, cyathiformi, quinquecrenatâ, germen ambiente. *Stigma* bifidum. *Bacca* bilocularis, calyce coronata auriculaeformi. *Ruiz* et *Pav. Flor. Peruv.* II. *p.* 56. *t.* 201.

Familia RUBIACEARUM. De Familia tamen dubitat *Persoon Syn.* I. *p.* 210.

919. RONDELETIA. *Cal.* dentibus 5 profundis acutis, persistens. *Cor.* infundibuliformis, tubo cylindrico, calyce longiore, apice (sub) ventricoso, limbo plano reflexo, laciniis (sub) rotundatis, (planiusculis) *Antherae* non prominentes. *Stigma* bifidum, (obtusum *Linn.* in *clavi*,) *Capsula* (sub) globosa bacciformis, calyce coronata, bi(et 4-)locularis, apice in partes 2 dehiscens, polysperma, (et solitaria semina.) *Lam. Ill. t.* 162. *Gaertn. fil. t.* 184. *f.* 7.

Familia RUBIACEARUM, affinis POSOQUERIAE. Fructus junior bacca videtur. Huc WEBERA *corymbosa* a clo *Poiret* ducitur et fors WILLDENOWIA huc ducenda. *Willdenowiae* character genericus apud *Gmelin Syst. Veg.* I. *p.* 362: *Cor.* hypocrateriformis, coriacea, tubi ore annulo crenulato. *Bacca* infera bilocularis polysperma; qui omnino idem ac LIGHTFOOTIAE *Schreb.* apud *Haenke gen. n.* 449. Confer et CANTHIUM.

920. GARDENIA. *Cal.* 5-9-partiti laciniae erectae (verticales aut obliquae *Pers.*, subinde appendiculatae *Lam.*) *Cor.* contorta primum, infundibuliformis, tubo cylindrico, calyce longiore, limbo plano 5-9-partito. *Antherae* 5-9, lineares, ori tubi insertae, vix ac ne vix exsertae. *Stylus* apice incrassatus, stigmate ovato bilobo. *Bacca* sicca, ovata vel oblonga, bi-(quadri)-locularis, *seminibus* pluribus duplici serie longitudinaliter in loculo singulo. *Lam. Ill. t.* 158. *f.* 1.

Confer: MUSSAENDAM, et RANDIAM. Familia RUBIACEARUM.

Obs. ROTHMANNIAM *L'Herit.*; CERISCUM *Gaertn.* CAQUETIAM *Gmel.* et DURIOAM *Linn.*, fide cli. *Richard*, hujus generis species esse affirmat *Jussieu Ann. Mus.* X. *p.* 331. Olim vero apud clm. *Richard act. soc. nat. Paris p.* 107. DUROIA *Linn* erat GENIPA, sub quâ et apud *Pers. Syn.* I. *p.* 198 adducitur. DUROIAE apud

Linn., in HEXANDRIA, est *Cal.* brevissimus, arctus, cylindricus, truncatus. *Cor.* tubus cylindricus, longitudine limbi sexpartiti, laciniis ovatis patentibus: *Anth.* 6 intra tubum. *Stylus* longitudine tubi stigmatibus 2. *Pomum* globosum, umbilicatum, pilis copiosissimis erectis. *Sem.* plurima nidulantia ovalia plana glaberrima duplici serie incumbentia. Flores saepe abortivi, sunt etiam mere masculi. CAQUEBIRIAE est *Cal.* elongatus, infra ventricosus, squamulisque extrinsecus, supra foliolis petiolatis acutus. *Cor.* tubo longissimo, limbo 9-partito. *Stam.* 9, antheris sessilibus, duabus didymis. *Fructus* ovatus. *Sem.* arillata apud *Omel. Syst. Veg.* I. *p.* 651. CERISCUS *Gaertn.* I. *p.* 140 est in icone tantum *t.* 28. *f.* 4. CERISCUS *Malabaricus* dictus pro GARDENIA *dumetorum Thunb. Diss. t.* 2. *f.* 4. Characterem ROTHMANNIAE *Thunb. act. holm.* 1776. *p.* 66. *f.* 2. vide sub GARDENIA *Rothmannia.*

921. GENIPA. *Cal.* margo germinis integer truncatus (*Cal.* tubulosus aut turbinatus subinteger *Pers.*) *Cor* subrotata, calyce duplo longior tubo brevissimo, infundibuliformi, limbo magno, 5-partito, laciniis ovatis acutis patentibus. (*Cor.* hypocrateriformis *Pers.*) *Filamenta* reflexa, antheris conniventibus (?) (in fauce sessilibus, exsertis *Pers.* minime conniventibus *Lam.*) *Stigma* clavatum, obtusum, simplex. *Bacca* magna, carnosa, ovata, utrinque attenuata, bilocularis, seminibus pluribus compresso-angulatis, cordatis. *Gaertn. fil. t.* 190. *f.* 1. *Lam. Ill. t.* 158. *f.* 2.

Familia RUBIACEARUM.

Obs. Cls. *Persoon* monet genus hoc inprimis stigmate clavato nec bilamellato differe, hinc omnes GARDENIAS tali gaudentes stigmate huc esse referendas. An quoque STYLOCARPA *Cav. ic.* VI. *p.* 21. *t.* 436.? Cel. *Lamarck* in *Illustr. t.* 9. GENIPAM, quam prius in *Enc. meth.* sejunxit, iterum junxit cum GARDENIA, semovit vero MUSSAENDAS, ibidem olim a se ipso cum GARDENIA junctas. DUROIAM ad GENIPAM spectare docet cls. *Richard.*

922. STYLOCORYNA. *Cal.* urceolatus, 5-dentatus, persistens. *Cor.* infundibuliformis, limbo plano. *Antherae* fere longitudine limbi, filamentis fauci tubi insertis. *Stylus* clavatus. *Stigma* simplex. *Bacca* coronata, bilocularis. *Sem.* numerosa, nidulantia. *Cavanill. ic. t.* 368.

Familia RUBIACEARUM. Affinis DANAI.

923. RANDIA. *Cal.* 5-partitus, laciniis lineari-lanceolatis contortis. *Cor.* hypocrateriformis, tubo calyce vix longiore. *Antherae* subsessiles, non exsertae. *Stigma* bilobum-lobis oblongis inaequalibus. *Bacca* sicca, dissepimento incompleto, semibilocularis, calyce tubuloso coronata. *Semina* plurima, per series 4 alternatim superimposita. *Pers. Syn.* I. *p.* 199. *Lam. Ill. t.* 156.

Confer GARDENIAM. Familia RUBIACEARUM. Olim character apud *Linnaeum*: *Cal.* ovatus, persistens, ore 5-dentato. *Cor.*

limbus 5-fidus laciniis ovatis acutis. *Filamenta* brevissima antheris intra faucem. *Stylus* simplex, longitudine tubi, superne bifidus, stigmatibus obtusis, inaequalibus. *Bacca* cortice capsulari, ovata, apice truncata, uniloculari, *seminibus* plurimis, orbiculatis, cartilagineis, compressis, pulpâ cinctis. Hujus congener, monente *Juss. Ann.* X. *p.* 330, OXYCEROS, cui: *Cal.* 5-dentatus; *Cor.* hypocrateriformis, tubo calycem duplo excedente, limbus 5-fidus, amplus, laciniis ovatis, parum reflexis, aequalibus; *antherae* filiformes, triloculares, ori tubi insistentes, per limbum expansae. *Stylus* tubo aequalis, stigma multisulcatum. *Bacca* subrotunda, parva, coronata, bilocularis polysperma, seminibus subrotundis. *Lour. Fl. Cochinch.* I. *p.* 187.

924. MUSSAENDA. *Cal.* 5-partitus, laciniis inaequalibus linearibus acutis persistentibus. *Cor.* monopetala, infundibuliformis, tubo longo filiformi, villoso, limbi laciniis planis, ovatis, aequalibus. *Filamenta* brevissima, tubo inferne inserta. *Stigmata* 2, crassiuscula. *Caps.* ovata, membranacea, apice nuda aut coronata, bilocularis. *Receptaculum* dividens loculum singulum imperfecte in cavitates duas, unde semina quadrifaria. *Gaertn.* et *Poiret Enc. meth.* IV. *p.* 391. *Lam. Ill. t.* 157.

Genus maxime affine RANDIAE et GARDENIAE. Familia RUBIACEARUM. *Linnaeo* est *bacca* 4-locularis oblonga, et *stigma* bipartitum in clavi. PINKNEYAM hujus tantum esse speciem *Juss. Ann. Mus.* X. *p.* 316.

Obs. PINKNEYAE character apud *Michaux Fl. bor. Am.* I. *p.* 103. *Cal.* laciniae inaequales, 1-2 coloratae bracteiformes magnae. *Cor.* 5-partita, laciniis recurvatis, longe tubulosa. *Filamenta* basi tubi inserta. *Caps.* superne bivalvis, valvulis medio septiferis. *Sem.* alata, transverse invicem superposita.

925. LONICERA. *Cal.* superus, 5-4-fidus, basi bracteis 2 connatis. *Cor.* monopetala, tubulosa, 5-fida; limbus subaequalis, subregularis vel bilabiatus. *Stigma* capitatum vel incrassatum. *Baccae* duae, basi plus minus coadunatae, bi- et triloculares saepius polyspermae. *Lam. Ill. t.* 150. *f.* 2.

XYLOSTEON *Juss.* Pedunculi biflori. XYLOSTEA veteribus erant corollâ subaequali, CHAMAECERASI vero corollae laciniâ inferiore duplo profundius sectâ. Familia CAPRIFOLIORUM.

926. CAPRIFOLIUM. *Cal.* superus, 5-4-dentatus et subinteger. *Cor.* tubus elongatus, limbo quinquefide, subregulari vel bilabiato. *Stamina* longitudine corollae. *Stigma* globosum. *Bacca* distincta, trilocularis polysperma. *Lam. Ill. t.* 150. *f.* 1.

Pedunculi proprii uniflori. LONICERA *Linn.* PERICLYMENUM veteribus erat corollâ regulari, CAPRIFOLIUM corollae laciniâ inferiori duplo profundius separatâ. Familia CAPRIFOLIORUM.

7. *quinqueloculari.*

927. SABICEA. *Cal.* turbinatus, laciniis 5 oblongis, acutis. *Cor.* infundibuliformis seu hypocrateriformis tubo longo gracili, laciniis 5 lanceolatis acutis. *Stamina* orificio tubi inserta *antheris* vix prominulis. *Stigmata* 5, oblonga, angusta, (*Stigma* 5 fidum *Schreb.*) *Bacca* orbicularis villosa, calyce coronata, seminibus numerosis parvis angulatis. *Swartz Prodr.* I. *p.* 46. *Lam. Ill. t.* 165.

SCHWENCKFELDIA. *Willd.* Familia RUBIACEARUM affinis PATIMAE. Numerus partium interdum *quaternarius*, et involucrum 4-fidum, s. 2-4 phyllum.

928. PATIMA. *Cal.* subinteger s. subquinquesinuatus. *Cor?* *Bacca* calyce coronata 4- et 6-locularis, (sub 5-locularis) polysperma. *Semina* numerosa, parva, pulpâ tecta. *Juss. Gen. p.* 207. *Aubl.* I. *t.* 77. *Lam. Ill. t.* 159. *f.* 1.

Familia, ut videtur, RUBIACEARUM, SABICEAM inter et DUHAMELLIAM.

929. DUHAMELIA. *Cal.* 5-partitus acutus minimus erectus persistens. *Cor.* tubus longissimus quinquangularis, limbo 5-partito aequali parvo acuto. *Antherae* lineares, longitudine corollae, ut *stylus* filiformis *stigmate* lineari, obtuso. *Bacca* ovalis sulcata coronata. *Semina* plurima subrotunda compressa minima. *Lam. Ill. t.* 155. sub HAMELIA.

HAMELLIA *Linn.* Racemi partiti, floribus secundis. Familia RUBIACEARUM. AMAJOUA *Aublet.* s. HAMELLIA *sessiliflora Willd.* Sejungenda monente *Decand. Ann. Mus.* IX. *p.* 218.

930. AMAJOUA. *Flores* hucdum incogniti. *Fructus* 6-locularis, loculis polyspermis, membranis transversalibus. *Aublet Gujan.* 2. *sup.* 13. *t.* 375.

DUHAMELIA *Lam. Enc. meth.* III. *p.* 65. Familia RUBIACEARUM. *Decand. Ann. Mus.* IX. *p.* 219.

931. ERITHALIS. *Cal.* urceolatus, 5-dentatus, parvus persistens. *Cor.* subinfundibuliformis, tubo brevi, limbi laciniis 5 lanceolato-linearibus, patentibus recurvis. *Stylus* filiformis superne compressus, *stigmate* acuto. *Bacca* globosa, calyce coronata, 10-locularis (decasperma) seminibus parvis subangulatis. *Lam. Ill. t.* 159.

Cor. in clavi Sp. pl. rotata dicitur. *Filamenta* 5, 6, 8, 10 e basi calycis. *Stigma* bifidum. *Swartz.* Familia RUBIACEARUM.

932. GRUMILEA. *Cal.* 5-dentatus, superus. *Cor?* *Stam?* *Styl?* *Bacca* infera bi-trilocularis, calycis dentibus 5 rotundatis, conniventibus. *Semina* solitaria albumine grumoso.

GRUMILEA *nigra Gaertn. t.* 28. *f.* 2. *clo. Gaertn. de Fruct.* I.

p. 138. videtur ad *Stellatas* pertinere, et prope a PSYCHOTRIA abesse.

Obs. In *Enc. meth. Suppl.* II. *p.* 857 legitur GRUNILEA.

933. STIPULARIA. *Cal.* monophyllus, laciniis 5? villosis. *Cor.* monopetala, tubo longo gracili, laciniis 5? *Stam.* 5? *Stylus? Fructus?* Flores numerosi in involucro communi campanulato axillari calyciformi, limbo plicato anguloso, angulis acutis, fere dentatis; receptaculum villosissimum. *Pal. de Beauv. Fl. d'Owaré* et *de Benin.* II. *p.* 26. *t.* 75. *Enc. meth. Ill. Gen. Suppl. Cent.* 10.

Familia RUBIACEARUM.

934. ATHECIA. *Cal.* 5-partitus superus, foliolis lineari-lanceolatis persistentibus. *Cor? Stam? Styl? Bacca* unilocularis? monosperma. *Embryo* tenuis radiculâ brevi, lobis elongatis planis excentricus in perispermate cartilagineo. *Gaertn. sem.* I. *p.* 141. *t.* 28. *f.* 6.

FORSTERA *glabra.*

ff. *Floribus tripetalis inferis.*

935. TRIPHASIA. *Cal.* 3-dentatus brevis, persistens. *Cor.* tripetala; petala oblonga, inferius in tubum rectum curvata. *Filamenta* in receptaculo. *Stylus* crassus, staminibus longior. *Stigma* obtuse trigonum. *Bacca* unilocularis, monosperma. *Lour.* I. *p.* 189.

AN LIMONIA *trifoliata* quaerit *Poiret?* Familia AURANTIORUM *Juss.*, HESPERIDEARUM S. *Hilaire.*

g. *Flores tetrapetali.*

936. *Cal.* 4-phyllus, foliolis ovatis acutis deciduis, interioribus planis. *Petala* nulla, vel lanceolata undulata, desinentia in ungues longitudine calycis, ad idem latus deflexis. *Nectarium* monophyllum, ligulatum, receptaculo elongato e regione insertum, *tubo* petalis longiore. *Stam.* 4-5, 3 inferius, 2 in medio. *Germen* pedicello filamentis longiore. *Stylus* nullus, *stigmate* sessili. *Bacca* corticosa, cylindrica, pedicellata, unilocularis, bivalvis. *Semina* plurima, reniformia, triplici serie imbricata. *Vahl Symb.* I. *p.* 20.

STRÖMIA *Vahl.* CADABA *Forsk.* et *Lam. Juss.* Familia CAPPARIDEARUM.

937. RICHERIA. *Polygama.* ♂. *Cal.* 4-5-fidus. *Cor.* 4-5-petala. *Nect.* glandulae 4-5 ad basin germinis. *Stam.* 4-5. *Styl.* nullus ♀. *Cal.* et *Cor.* hermaphroditi. *Nectar.* margo basin germinis cingens *Styl.* trifidus brevissimus. *Stigmata*

3 revoluta. *Caps.* corticata, 3-locularis, 6-valvis, 3-sperma, basi dehiscens *Semina* solitaria sub apice columellae pendula, baccata. *Vahl Eclog.* I. *p.* 30.

Rectius fors BELLEVALIA diceretur, cum meritissimus de amabili scientia *Richen de Belleval* nomine *de Belleval* magis notus. Cls. *Ryan*, hujus plantae inventor, plantam hanc maxime variare quoad partes fructificationis monet apud *Vahl l. c.*, et sequentibus characterem generis descripsit. „*Perianthium* triphyllum minimum. *Cor.* monopetala, laciniis 5 concavis. *Filamenta* plerumque 5, non raro 4, interdum 6, longitudine corollae. *Stylus* vix ullus. *Stigma* bicapitatum. *Bacca* capsularis, si mavis, capsula baccata duplex monosperma, in partes 6 a basi ad apicem dehiscens, capsulâ interiore adhuc clausâ, postea pariter dehiscente, intus pulposâ. *Semen* unicum subrotundum pedicellatum pulpâ molli involutum. *Polygama.* *Vahl* nonnisi flores ♂ et ♀ vidit. Familia EUPHORBIARUM.

b. *Flores pentapetali inferi:*

α. *Bacciferae:*

α. *Monospermae:*

938. HIRTELLA. *Cal.* 5-partitus, laciniis subovatis reflexis aequalibus persistentibus. *Pet.* subrotunda. *Stam.* 3-5-6, (eidem calycis lateri inserta) planiuscula, longissima, tandem spiraliter involuta. *Stylus* e latere depresso germinis, stigmate simplici, (globuloso.) *Bacca* seu *Drupa* obovata, parum compressa, obsolete trigona, ad cujus basin anticam germen villosum et stylus. *Sem.* magnum. *Gaertn. fil. t.* 185. f. 2. *Lam. Illustr. t.* 138.

COSMIBUENA *Prodr. Fl. perav.* Familia ROSACEARUM.

939. OPELIA. *Cal.* 5-dentatus. *Cor.* 5-petala. *Nectaria* 5, staminibus alternantia. *Germen* oblongum. *Styl.* nullus. *Stigma* simplex. *Roxb. Corom. t.* 158.

940. BOTRYA. *Cal.* campanulatus, crenis 5, brevis. *Pet.* acuta, carnosa, erecta, apice inflexa. *Filamenta* plana corollâ breviora in basi petalorum. *Antherae* ovatae. *Stylus* nullus, *stigmate* concavo. *Bacca* rotunda, 1-locularis, *Lour. Fl. Cochinch.* I. *p.* 191.

Vix CISSAMPELOS *Pareira.*

941. CURINILA. *Pet.* intus lanuginosa, apice subhamata. *Stam.* parva. *Germ.* rotundatum. *Bacca* ovato-oblonga, nucleo duro, monospermo. *Lam. Enc.* II. *p.* 228.

CURINIL *Rheed.* VII. *p.* 47. *t.* 25. Cissus?

b. *Di-pentaspermae*:

942. TRALLIANA. *Cal.* foliolis 5 brevibus rotundatis *Petala* oblonga, patentia, reflexa, calyce longiora. *Nectarium* magnum, erectum, 10-crenatum. *Filamenta* in receptaculo. *Stylus* longitudine staminum. *Bacca* subrotunda, bilocularis, disperma. *Semina* extus rotundata, intus angulata. *Lour. Fl. Cochinch.* I. *p.* 195.

Familia RHAMNEARUM.

943. RHAMNUS. *Cal.* urceolatus, 4-5-fidus; *petala* 4-5, interdum abortiva. *Stamina* 4-5. *Stylus* unicus *stigmatibus* 2-4. *Bacca* 2-4-locularis, di-tetrasperma; semina basi hilo cartilagineo, prominulo. *Lam.* et *Decand. Fl. franç. n.* 715. *Lam. Ill t.* 128.

Linnaeus olim RHAMNUM, OENOPLIAM, ZIZYPHUM et PALIURUM sub eodem genere comprehendebat, quae nunc distinguuntur; sub eodem tamen eas ordine retinemus, cum stylus in ipsis adeo RHAMNIS non sibi constet. Familia RHAMNEARUM. Flores passim dioici et polygami.

944. CEANOTHUS. *Cal.* turbinatus, limbo 5-partito, (rarius 5-fido) connivente-clauso, acuto. *Pet.* squamaeformia, aequalia, subrotunda, fornicato-saccata, compressa, obtusissima, patentia, ex incisuris calycis, unguiculata. *Stam.* petalis opposita. *Stylus* semitrifidus, stigmate obtuso (rarius trifido.) *Caps.* s. *bacca* sicca, tri-(et quadri-)-cocca, trilocularis, retusa, tuberculis interstincta. *Semina* ovata, 3-4. *Lam. Illustr. t.* 129. *f.* 2.

Familia RHAMNEARUM. Ad genus CEANOTHI spectare TUBANTHERAM *Commerson. Ventenat.*

945. VITIS. *Cal.* minimus, 5-dentatus. *Petala* parva, emarcida, apice calyptratim cohaerentia. *Stam.* petalis opposita, filamentis patentibus saepe caducis. *Stigma* sessile, obtusum, capitatum. *Bacca* matura, unilocularis, (bilocularis *Mich.*) seminibus 2-5 ovatis, subosseis, subobcordatis. *Lam. Illustr. t.* 145. *Roxas Clemente y Rubio Ensayo s. l. varied. d. l. vid.*

Familia VINIFERARUM. „VITES omnes boreali-americanae dioïcae.“ *Mich.*

946. AMPELOPSIS. *Cal.* minimus, 5-dentatus. *Petala* sub anthesi discreta, reflexo-patula, nec calyptratim cohaerentia. Fructus VITIS.

„Flores omnes hermaphroditi. In CISSO et AMPELOPSIDE. VITI maxime affinibus, notanda facilis ramorum juxta nodos solutio, et foliorum frequentior compositio lapsusque.“ *Mich.*

947. PENTALOBA. *Cal.* foliolis 5 lanceolatis pilosis erec-

tis, (5-partitus *St. Hil.*) *Cor.* campanulato-clausa, petalis lanceolatis apice subreflexis. *Nectarium* 5-dentatum, erectum. *Filamenta* planiuscula, incisuris nectarii insistentia. *Germen* 5-sulcatum pilosum ut *stylus* brevis, crassus. *Stigma* simplex. *Bacca* 5-loba, unilocularis, pentasperma. *Lour. Fl. Cochinch.* I. *p.* 191.

VANGUERIAE affinis videtur. Familia MELIACEARUM.

948. TODDALIA. *Cal.* minimus 5-dentatus, dentibus brevibus acutis. *Petala* ovato-oblonga, concava, calyce multo longiora. *Stylus* vix ullus, *stigmate* capitato, truncato, subquinquelobo. *Bacca* sicca, globosa, subpunctata, 4-5-locularis, loculis monospermis. *Lam. Illustr. t.* 139. *f.* 1.

Familia TEREBINTHACEARUM. SCOPOLIA *Smith* et *Willdenow*; PAULLINIA *Jacq.* CRANZIA *Schreb.* VEPRIS *Tournef.*

949. LEUCOSIA. *Cal.* campanulatus, 5-fidus, *Pet.* 5. *Stam.* petalis alterna. *Stylus* longitudine staminum. *Fructus* trigonus, trispermus, saepe 1-2 abortivi. *Nucleus* rugosus, osseus; embryo absque perispermio, lobi crassi. *Aubl. du Petit Thouars gen. Madagasc. n.* 79. *Röm. Collect. p.* 213.

Familia TEREBINTHACEARUM.

950. DICHAPETALUM. *Cal.* monophyllus campanulatus profunde 5-fidus. *Petala* basi linearia, apice bifurca, laciniis calycinis alterna. *Stam.* perigyna. *Filamenta* oblonga. *Antherae* cordatae, apice insertae, petalis alternae. *Squamulae* 5 ad basin ovarii. *Stylus* simplex apice trifidus. Fructus baccatus, integumento carnoso triloculari, loculis monospermis, 2 plerumque abortientibus. *Semen.* crassum, descendens, perispermio nullo. *Cotyledones* crassae, radicula minima, superior. *Aubert du Petit-Thouars gen Madagasc. n.* 78. *Römer Coll. p.* 213.

Familia TEREBINTHACEARUM.

c. *polyspermae.*

951. EUPAREA. *Cal.* 5-phyllus. *Petala* 5-12? *Bacca* exsueca polysperma, unilocularis. *Semina* placentae globulosae liberae adnata. *Gaertn. Sem.* I. *p.* 230. *t.* 50. *f.* 5. *Lam. Ill. t.* 133. *f.* 2.

Proxima TRIENTALI. Familia LYSIMACHIARUM. Corollam potius videri monopetalam, profunde 5-partitam. Stam. 5 sterilia. *Juss. Ann. Mus.* XIV. *p.* 385.

952. CALISPERMUM. *Cal.* 5-fidus minimus persistens laciniis acutis patentibus ut *petala* ovata, concava. *Filamenta* petalis inserta, antheris subrotundis. *Stylus* staminibus lon-

gior, *stigmate* crassiusculo. *Bacca* subrotunda, unilocularis; *Sem* minima, ad peripheriam nidulantia. *Lour. Cochinch.* I. *p.* 193.

Familia BERBERIDEARUM.

953. CONOHORIA. *Cal.* profunde 5-partitus, laciniis lanceolatis acutis. *Petala* 5 incumbentia, tubum 5-lobum refe-rentia, ovato-oblonga, acuta, apice patentia vel reflexa. *Nectarium* e foliolis quinque rectis, lanceolatis, concavis, petalis oppositis, iisdemque brevioribus. *Antherae* subsessiles. *Stylus* flexuosus stigmate capitato. CONOHORIA *Aubl. Gujan.* I. *p.* 239. *t.* 95. et fructus nomine PASSURIAE *Aubl. ibid. t.* 380. fide *Richard* apud *Lam.* et *Poiret Enc. meth.* V. *p.* 49.

Familia BERBERIDEARUM *Juss.*

954. RINOREA. *Cal.* laciniis 5 oblongis villosis acutis *Cor.* 10-petala, petalis exterioribus 5 majoribus ovato-oblongis concavis (aliis petala 5, singulo basi alio petalo munita). *Stamina* basi petalorum exteriorum inserta, antheris sagittatis. *Stylus* villosus, stigmate obtuso. *Fructus? Lam. Illustr. t.* 134. *Juss. gen. p.* 287.

Familia BERBERIDUM. Affinis CONOHORIAE.

955. HYDNOCARPUS. *Polygama?* „*Masculi. Cal.* pentaphyllus, foliolis 2 exterioribus ovatis, interioribus 3 subrotundis parum majoribus. *Pet.* 5 oblonga, longitudine calycis, margine villoso-albida. *Nectarium* squama ad basin singuli petali ovata extus glabra, intus pilis brevibus aureis, petalis parum brevior. *Filamenta* ovata acuminata, longitudine petalorum. *Antherae* erectae, angulatae, parvae. *Hermaphroditi* vel *Feminae?* Bacca globoso-depressiuscula, magnitudine pruni, tomento sordide flavescente."

„Haec *Vahl Symb.* I. *p.* 100, qui hermaphroditum vel feminam non vidit, tantum masculum et fructum, quem baccam unilocularem polyspermam dicit *Gaertn. Sem.* I. *p.* 288. *t.* 60. *f.* 3. Polygamam, hermaphroditam et feminam dicit *Willdenow Spec.* IV. *p.* 1105.; dioïcam *Persoon Syn.* II. *p.* 616.

956. ESCALLONIA. *Cal.* 5-dentatus persistens, dentibus ovatis acutis. *Pet.* 5 ligulata, apice convoluta. *Filamenta* longitudine corollae, calycis dentibus inter petala opposita. *Stigma* subpeltatum, emarginatum, subbilobum. *Bacca* bilocularis, calyce coronata. *Lam. Illustr. t.* 143.

Familia ONAGRIARUM olim, nunc ERICEARUM. *Gaertn. fil. t.* 182. *f.* 5.

Obs. STEREOXYLON *Ruiz* et *Pav. capsulam* bilocularem habet, calyce coronatam ovatam, truncatam, basi rimis 3-4 dehiscentem; *dissepimen-*

tum interruptum; *Semina* numerosa minima, oblonga striata, dissepimento utrinque affixa. In quibusdam speciebus calyces 5-fidi aut 5-dentati, stigma emarginatum, aut emarginato-bilobum, aut subpeltatum. *Capsulae* alternando 3- et 4-loculares. ESCALLONIAE jungendam esse JUNGIAM *Gaertn. Sem* I. *p.* 175. *t.* 35. *f.* 5. *Lam. Ill. t.* 143. cls. *Lamarck* monuit, JUNGIA *Linn. fil.* est TRINACTE *Gaertn.* et consentiunt fere omnes; praeter *Persoon Syn* I. *p.* 234., qui genus hocce nomine IMBRICARIAE, eidem a cls. *Smith* indito, recepit. Est vero antiquior IMBRICARIA *Juss.*, quae, ut monet *Jussieu Annal. Mus.* XV. *p.* 356, non jungenda cum MIMUSOPSIDE, ut fecit *Willdenow*. Character IMBRICARIAE *Smith* et *Pers.* seu JUNGIAE *Gaertn.* est: *Cal.* 6-dentatus. *Petala* 6. *Stigma* capitatum. *Caps.* calyce tecta bilocularis polysperma. *Smith Trans. Linn. Soc.* III. *p.* 259. *Gaertner* vero sub eâdem suâ JUNGIA *Sem.* I. *p.* 175. *t* 35. *f.* 5. monet esse *Capsulam* unilocularem ēvalvem, apice foramine amplo dehiscentem.

957. LABILLARDIERA. *Cal.* 5-partitus. *Petala* tubulosa apice ampliata, laciniis calycis alterna. *Antherae* vacillantes. *Germen* adhaerens, cylindricum, *stylo* brevi, stigmate bilobo. *Bacca* elliptica, villosa, stylo terminata. *Semina* rotundata, subemarginata. *Embryo* minimus. *J. St. Hilaire Exposition* I. *p.* 291.

Apud *Willdenow* et *Persoon* character sequens: *petala* foliolis calycinis alterna; *nectarium* nullum; *stigma* simplex; *bacca* supera polysperma. — Confer *Poiret Enc. Suppl.* I. *p.* 637. Familia SOLANEARUM.

958. RUYSCHIA. *Cal.* 5-phyllus, involucratus. *Petalae* reflexa. *Stylus* nullus. *Stigmata* 4-5. *Bacca* sub-5-locularis.

Sub hoc genere junxit cls. *Swartz* 1.) RUYSCHIAM *Jacq.* cui: *cal.* 5-phyllus persistens, foliolis subrotundis concavis obtusis, conniventibus, imbricatis, auctus basi squamis 2 foliolorum consimilibus, inter easdem appendice obovato, acuto, perpendiculariter dependente, antice convexo, postice concavo, foliolis majore. *Pet.* ovata planiuscula obtusa reflexa calyce triplo longiora. *Filam.* subulata plana patula petalis breviora, *antherae* oblongae incumbentes. *Germen* ovato-subrotundum. *Styl.* nullus. *Stigma* quadrangulare, cruciforme, planum. *Bacca.* — *Lam. Ill. t.* 155. *f.* 1. qui cum COMMERSONIA junxit. 2.) SURUBEAM, cui: *cal.* 5 6-phyllus, coriaceus, *Petala* carnosa, hypogyna ut *Stamina* iisdem opposita, inclinata, filamentis basi dilatatis. *Ovarium* liberum, 5 striatum; *stylus* fere nullus; *stigma* planum, 5-radiatum. *Fructus* 5 locularis. *Lam. Ill. t.* 155. *f.* 2. Genera haec duo, ut distincta, adducit et *de Jussieu*, et *J. St. Hilaire*, sed neuter familiam assignavit. Confer et LOGANIAM.

Obs. Cls. *Meyer Primit. Fl. essequeb. p.* 119 denuo proponit SURUBEAM tanquam genus proprium: Calyce 6-partito, imbricato, bibractea-

so, anthocorynio equitante inferne bilobo aucto; Cor. tubulosâ limbo 5-partito reflexo; haccâ uniloculari polyspermâ. *Aublet* et *Jussieu* interea, genus SURUBEAE admittentes, calycem 5-6-phyllum, et corollam 5-petalam petunt.

959. ERIMATALIA. *Cal.* laciniis 5 ovatis acutis caducis. *Pet.* 5 biloba truncata, apice dentato fimbriata. *Squamae* 5 ovatae, acutae, petalis (quibus oppositae) breviores. *Germen* superum. *Styli* 5. *Bacca* parva, ovata, monosperma. *Lam. Enc. meth* II. *p.* 384.

Rheede Mal. VII. *p.* 73. *t.* 39.

β. Drupaceae:

960. VILLAREZIA. *Cal.* minimus, foliolis subrotundis, concavis, caducis, subimpositis. *Petala* oblonga patentia subcarinata. *Antherae* subcordatae. *Stylus* brevissimus inclinatus *stigmate* truncato capitato. *Drupa* (*Capsula* oblonga, acuminata, corticosa *Juss.*) ovata, unilocularis, bivalvis, nuce ovatâ, (tetragonâ, arillo carnoso *Juss.*) monospermâ. *Ruiz et Pav. Fl. Peruv.* III. *p.* 9. *t.* 231.

Familia RUTACEARUM.

961. HUERTEA. *Cal.* 5-dentatus, campanulatus. *Petala* ovata, sessilia, demum emarcida, calyci appressa, ut inde 10-fidus. *Stamina* petalis alterna. *Antherae* ovatae. *Stylus* brevis. *Stigma* bifidum, acutum. *Drupa?* obovata. *Nux?* unilocularis, monosperma. *Ruiz* et *Pav. Fl. Peruv.* III. *p.* 5. *t.* 227. *f.* a. *Prodrom. t.* 6.

Petala adeo calyci adpressa, ut hujus denticuli videantur. Clis. *Ruiz* et *Pavon* e familia RHAMNEARUM videtur, sed forte ARALIIS magis affinis.

962. OENOPLIA. *Cal.* urceolatus, 5-fidus. *Petala* 5. *Discus* carnosus nullus. *Drupa* succosa, bilocularis, altero loculo saepe abortivo monosperma. *Michaux.*

RHAMNUS *Linn.* ZIZYPHUS *Willd.* Familia RHAMNEARUM.

963. ZIZYPHUS. *Cal.* 5-fidus, intus coloratus, patens, laciniis acutis. *Petala* minima concava inter lacinias calycis. *Discus* carnosus, orbicularis, pistillum ambiens, coloratus. *Stamina* petalis opposita. *Styli* 2 breves, stigmate obtuso. *Drupa* ovata vel obrotunda, nucleo biloculari, dispermo. *Lam. Ill. t.* 185.

RHAMNUS *Linn.* Familia RHAMNEARUM.

964. PALIURUS. *Cal.* planus, 5-fidus, persistens. laciniis ovatis acutis. *Petala* 5 patentissima, parva, concava, unguiculata. *Discus* carnosus, germen ambiens. *Styli* 3,

breves, stigmate obtuso. *Drupa* sicca, bi-trilocularis, bi-trisperma, suberosa, hemisphaerica, complanata, subpeltata, annulo lato membranaceo striato horizontaliter fructum ambiente *Lam. Ill. t.* 210.

RHAMNUS *Linn.* ZIZYPHUS *Willd.* Familia RHAMNACEARUM.

965 OLINIA. *Cal.* tubuloso-campanulatus, dentibus 5 rotundatis erectis brevissimis. *Petala* 5 margini calycis inter dentes inserta, lineari lanceolata, obtusa, intus supra basin subvillosa, erecto-patentia, persistentia. *Squamae* 5, raro 6, basi petalorum insertae, antheris superimpositae, convexiusculae. *Filamenta* 5, raro 6, brevissima, calyci sub nectariis inserta. *Antherae* parvae globosae. *Stylus* brevissimus, stiginate incrassato obtuso subbifido pentagono. *Fructus* (drupa?) superus in fundo calycis, eo persistente coronatus, oblongus, obsolete pentagonus, pentaspermus, 5-locularis? *Thunb. nov. pl. gen. p.* 4.

966. ELAEODENDRON. *Cal.* 5-(4-6) phyllus persistens, foliolis rotundatis obtusis parvis concavis patentissimis. *Pet.* (4-5-6) subrotunda, calyce duplo longiora, obtusa, concava, patentissima. *Filam.* 5 subulata, petalis paulo breviora, tandem inter petala retrorsum flexa, orta ex disco germinis. *Germ.* ex disco pentagono sensim in stylum assurgens conicum longitudine staminum. *Stigma* obtusum, bifidum. *Drupa* ovata, obtusa Nux similis glabra lignea crassis ima durissima bilocularis. *Nuclei* solitarii oblongi compressi longitudine fere ipsius nucis, cortice rufo, intus albi. *Jacq. jun. Act. Helv.* I. *p.* 36.

Obs. Genus quod multis adhuc dubiis premitur; jungitur enim 1.) sub ELAEODENDRO *Argan Retz.* SIDEROXYLON *spinosum Linn.*; quod proprium SAPOTARUM genus, monente *Brown*, efficit; quod plantam in herbario *Linnaei* desideratam, forte nullibi obviam, ait *Willd. Spec.* I. *p.* 1091; et quod RUMELIAM *lycioidem* esse *Gaertn. fil. p.* 126. *t.* 202. *f.* 3. 2.) RUBENTIA *Juss.*, cui: *cal.* minimus, 5-partitus; *pet.* 5 patentia, unguibus dilatatis; filamenta brevia antheris rotundatis; *stylus* brevissimus stigmate simplici; *drupa* olivaeformis, nuce biloculari dispermâ-e familia RHAMNEARUM, quae eadem cum ELAEODENDRO *orientali*, et quorsum *Jacq. Act. Helv. p.* 36. *icon. rar. t.* 48. *Gaertn. Sem. t.* 57, *Lam. Ill. t.* 132. 3.) SCHREBERA *Retz*, cui *cal.* persistens planiusculus, laciniis 5 brevibus rotundatis. *Petala* 5 rotundata. *Stamina* appendici orbiculari persistenti ciliatae ambienti germen insetta. *Drupa* sicca ovato-oblonga acuminata, basi calyce et appendice munita, nucleo subbifido semibiloculari. — Confer et *Schousboe Maroc. ed. Germ. p.* 89.

967. WALKERA. *Cal.* pentaphyllus, (5. partitus *Shreb.*) foliolis lanceolatis, patentibus. *Cor.* petalis lanceolatis, calyce parum longioribus. *Stylus* setaceus. *Drupae* 5, ovoideo-

reniformes, rectae, monospermae. *Gaertn.* I. *p.* 344. *t.* 70. *f.* 6. sub MEESIA ut *Lam. Illustr. t.* 143. *f.* 2.

Affinis QUASSIAE et GOMPHIAE, a qua differt praeter fructum et stamina funiculo brevi et basi putaminis medio seminis lateri interiore inserto, corculo inverso uncinato rostellato (?) Familia OCHNACEARUM.

Obs. Sunt qui cum divo *Vahl* e QUASSIA *excelsa* genus proprium constituentes hujus id faciunt loci, WALHERAM nempe inter et CORYNOCARPUM; at QUASSIA *excelsa* haec genus SIMARUBAE cum Q. *Simaruba* et aliis constituit apud *Decandolle* suo loco inserendum.

968. CORYNOCARPUS. *Cal.* foliolis 5 oblongis concavis caducis *Petala* subrotunda erecta, basi attenuata angulata. *Nectarium* e foliolis 5 erectis petaliformibus, angustioribus, cum petalis alternantibus, basi glandulâ globosâ. *Stamina* e basi petalorum. *Stylus* brevis, stigmate obtuso. *Nux* turbinato-clavata, *semine* unico, oblongo. *Lam. Illustr. t.* 143. *f.* 3.

Familia BERBERIDUM *Juss.*

γ. *Capsulares:*

a. *Capsulâ unilociculari:*

969. STRAVIA. *Cal communis* hemisphaericus, foliolis plurimis imbricatis linearibus, (coloratis, stellatim patentibus) floribus aggregatis; *proprius* 5-partitus, laciniis lineari-subulatis, erectis. *Petala* 5 oblonga, obtusa, erecto-patentia. *Filamenta* basi calycis inserta. *Styli* 2 coaliti, stigmate didymo. *Receptaculum* commune planum, paleaceum vel pilosum. *Semina* solitaria ovata, *pericarpium* nullum. (*Caps.* ovata, calyce coronata, 1-locularis, 3-valvis, monosperma *Vent.* *Bacca* pentasperma, corticata. *Pers.*) *Dahl Diss.* et *Thunb. Prodr. p.* 41.

BRUNIA et PHYLICA *Linn.* LEVISANUS *Schreb.* Familia RHAMNEARUM.

970. VENTILAGO. *Cal.* tubulosus, germini adhaerens tubo, limbo laciniis 5 minimis acutis saepius intus coloratis. *Pet.* squamas sistentia minimas, concavas, laciniis calycis interjectas, *Stam.* munientes calyci e regione petalorum inserta *Stigma* obtusum. *Caps.* seu *Samara* subsphaerica, calyce persistente vestita, evalvis, parva, alâ apiculari, membranaceâ ellipticâ longissimâ, coriaceâ. *Semen* globosum, basi fundo calycis affixum embryone recto. *Gaertn. de Fruct.* I. *p.* 223. *t.* 49.

Familia RHAMNEARUM; aliis familiae MALPIGHIARUM.

971. RIANA. *Cal.* laciniis 5 ovatis acutis. *Cor.* 10-

petala, petalis exterioribus majoribus, basi conniventibus. (rectius *petala* 5, et squamae totidem nectariferae hypogynae cum petalis alternantes) *Filamenta* brevissima basi petalorum interiorum inserta. *Stylus* carnosus, clavatus, stigmate obtuso. *Caps.* oblonga, valvulis 3 compressis, singulâ monospermâ. *Juss. gen. d.* 287. *Lam. Ill. t.* 135.

Familia Berberidum.

972. Impatiens. *Cal.* diphyllus, foliolis minimis subcoalitis deciduis. *Pet.* inaequalia, summum subrotundum erectum, leviter trifidum, labium superius quasi sistens; infima duo maxima, extrorsum latiora obtusa, labium inferius constituentia. *Nectarium* cuculli instar fundum floris recipiens, obliquum, extrorsum assurgens, basi desinens in cornu. *Antherae* apice connatae. *Stylus* nullus, *stigma* simplex. *Caps.* 5-valvis, elastice dissiliens, valvulis in spiram contortis. *Semina* plura, subrotunda. *Lam. Ill. t.* 725.

Familia Papaveraceārum *Juss.*, Geraniacearum *St. Hilaire.*
Capsula longa in Impatiente, ovata in Balsamina.

973. Viola. *Cal.* monophyllus, (aliis 5-phyllus) hinc sub petalo supremo fissus, 5 partitus, laciniis basi productis. *Pet.* inaequalia, supremum impar majus, basi corniculatum. *Nectarium* processus filamentorum duorum apice glandulosus. *Antherae* coalitae apice membranaceae. *Filamenta* distincta (aut monadelpha?) quorum 2 basi appendiculata in superioris petali corniculum irrepentia. *Stigma* acutum aut urceolatum. *Caps.* trigona, polysperma, trivalvis, valvis medio seminiferis. *Embryo* rectus tenuis subcylindricus, in albumine carnoso centrale. *Edwards. Lam. Ill. t.* 725.

Familia Violarum olim Cistorum. *Linnaeus* Syngenesiae *Monogamiae* inseruit.

974. Ionidium. *Cal.* 5-phyllus, foliolis basi vix productis, eidemque aequalibus. *Cor.* subbilabiata calcare nullo. *Nectarium* glandulae binae ad basin germinis. *Antherae* apice membranaceae plerisque distinctae. *Stigma* simplex, uncinatum. *Caps.* trigona, trivalvis, valvulis medio seminiferis. *Ventenat Jard. de Malmaison p.* 27.

Violae *Linn.* Solea *Spreng. Pugill.* I. *p.* 23.

975. Lahaya. *Cal.* basi urceolatus, ultra 5-partitus vel pentaphyllus, persistens, foliolis concavis, lanceolatis, margine scariosis. *Pet.* ovato-oblonga, calyce breviora, emarginata. *Stylus* longitudine staminum, stigmate obtuso, aut triplici. *Caps.* ovato-trigona, trivalvis, calyce tecta. *Semina* minima plura 6-7, ovata, altero latere subcompressa laevia. *Lam. journ. d'hist. nat.* II. *t.* 25.

Familia CARYOPHYLLEARUM olim, nunc PARONYCHIEARUM. POLYCARPO maxime affine genus. POLYCARPAEA *Lam.* HAGEA *Vent.* et *Juss. Mem. Mus.* II. *p* 390 (nomine *Lahaye* infauste immutato.) MOLLIA *Willd.* POLIA *Lour.*

Obs. Nomen HAGEAE male sane conformatum a divo *Ventenat* in honorem diligentissimi et in nostrum etiam Herbarium meritissimi Dni. *La Haye*, cum vix ore distingui possit a recepta ubique HAKEA. Neque faustius nomen MOLLIAE, cum jam olim fuisset a *Gmelin* ESCALONIAE inditum, et merita illustris *de Moll*, in mineralogiam insignia, in hac celebranda potius.

976. DRYMARIA. *Cal.* 5-phyllus. *Petala* bifida. *Stylus* unicus *stigmate* trifido. *Caps.* unilocularis trivalvis polysperma. (*Relign. Willd. MS.*)

977. HUMBOLDTIA. *Cal.* 4-partitus, laciniis oblongis subaequalibus, tubo brevi, in cujus collo *Petala* cuneato-oblonga, subaequalia, vix semiunguicularia, et *Stamina* corollâ longiora, tubo calyci inserta. *Stylus* stigmate obtuso *Legumen* oblongum, compressum. *Vahl Symb. bot.* III. *p.* 39. *t.* 57. sub BAUHINIA.

Familia LEGUMINOSARUM. HUMBOLDTIA *Ruiz* et *Pav.* est STELIS.

978. TARA. *Cal.* 5-partitus, lobo inferiore concavo denticulato. *Cor.* 5-petala. *Legumen* depressum pulposum. *Semen* lenticulare. *Molina Chili* 2. *ed. p.* 282.

Genus affine HUMBOLDTIAE.

979. SELLOWIA. *Calyx* membranaceus, urceolatus, quinquefidus, decemcostatus, laciniis brevibus lanceolatis; costis alternis petaliferis, alternis staminiferis. *Petala* ovalia, unguibus calycis sinubus in apice costae insidentia, persistentia. *Filamenta* calycis laciniis in medio affixa illisque breviora *Antherae* didymae. *Germen* superum *Stylus* simplex. *Stigma* obtusum. *Capsula* trivalvis, monosperma. *Roth. nov. plant. Spec. MSS.*

b. *Capsulâ bilocular:*

980. BURSARIA. *Cal.* 5-fidus, v. 5-dentatus. *Pet.* linearia, receptaculo conico inserta. *Stigma* simplex. *Caps.* compressa, dicocca, bipartibilis, ovato-cordata, coccâ singulâ bi trivalvi, seminibus pluribus resinosis, reniformibus. *Cav. ic.* IV. *p.* 30. *t.* 350.

Familia RHAMNEARUM.

981. ITEA. *Cal.* 5-fidus, minimus, laciniis acutis, coloratis, persistentibus. *Pet.* lanceolata, calyci, ut stamina, inserta. *Antherae* nutantes. *Stylus* persistens *stigmate* obtuso, (stigmatibus 2.) *Caps.* ovata, calyce multoties longior,

uni (et bi-) locularis, bivalvis, quasi e duabus coalita, apice mucronata, dehiscens. *Semina* numerosa, minima, oblonga, nitida. *Linn.* et *Lam. Ill. t.* 147. *f.* 2.

Character emendatus a clo. *Michaux* est: *Cal.* 5-fidus, campanulatus. *Petala* 4, linearia, reflexo-patentia, calyci inserta. *Stigma* capitatum bilobum. *Caps.* bilocularis, bivalvis, valvis margine introflexo seminiferis. Familia SAXIFRAGARUM, olim RHODORACEARUM. Confer CYRILLAM.

982. CYRILLA. *Cal.* minutus, subturbinatus, 5-partitus, superus? *Petala* stellatim patentia, rigidula. (*Cor.* 5-partita marcescens.) *Antherae* cordatae. *Stylus* bifidus. *Bacca* (*Caps. Linn.*) exsiccabilis, bivalvis, mucronata. *Sem.* solitaria funiculo appensa. *Michaux Fl. bor. Amer.* I. *p.* 158. *Linn. Mant.* 50. *Jacq. ic. t.* 147. *Lam. Ill. t.* 147. *f.* 2 sub ITEA.

Familia ERICARUM. Confer ITEAM, quacum *L'Heritier* junxit.

983. BRUNIA. Flores aggregati. *Cal. communis* subrotundus implicatus, foliolis angustis acuminatis; *proprius* 5-phyllus, (aliis 5-partitus) foliolis oblongis villosis corollâ brevioribus. *Pet.* unguibus tenuibus, longitudine calycis, staminiferis. *Stylus* simplex (subinde duplex) *stigmate* bifido, rarius emarginato. *Receptaculum commune* squamulis villosis. *Semina* solitaria, villosiuscula; bilocularia. *Lam. Ill. t.* 126. *f.* 4.

Familia ERICEARUM?

984. TINA. *Cal.* 5-fidus. *Cor.*? *Squamae* hirsutae 5. *Discus* circularis intra squamas et *stamina* calyce longiora, basi pistilli inserta. *Antherae* subrotundae. *Pistillum*; an rudimentum tantum in quibusdam floribus; inde polygamum? *Caps.* bivalvis, basi coarctata, acuminata, coriacea, pyriformis, valvae medio septiferae, inde bilocularis, loculi monospermi. *Semina* ovata, acuminata, semiarillata, arillus apice lobatus. Embryo crassus, lobi horizontales, radicula incurva. Multis accedit ad MOLINEAM, sed fructus bilocularis. Affinitas in forma fructus et arilli cum AQUILARIA *Lam.*

GELONIUM. *Aubl.* du *Petit-Thouars Gen. Madeg. n.* 45. *Römer Coll. p.* 206. *Gaertn. de Fruct.* et *Sem.* 2. *p.* 371. *t.* 139. Familia SAPINDORUM. Nomen mutandum, cum sit aliud GELONIUM *Willd.*; et cum GELONIUM hocce *Gaertn.* et *Thouars.* nondum satis notum, *Tiva*? interrogamus ut *Linnaeus* in *Quisquali* olim.

c. *Capsulâ triloculari:*

985. POMATODERRIS. *Cal.* turbinatus, 5-fidus, laciniis ovatis, intus carinatis. *Petala* fornicata, squamaeformia.

concava, unguiculata, subinde nulla; margini calycis inserta, staminibus opposita. *Stylus* triqueter, *stigmatibus* 3, capitatis. *Caps.* cocculis 3, papyraceis, membranâ operculatis. *Semina* solitaria, ovata, planiuscula, in fundo capsularum. POMADERRIS *Labill. nov. Holl.* I. *p.* 61. *t.* 86.

Familia RHAMNEARUM. Affinis CEANOTHO.

986. CELASTRUS. *Cal.* semiquinquefidus, planus, minimus, laciniis obtusis inaequalibus. *Pet.* ovata patentia calyce majora sessilia, marginibus reflexa. *Germen* minimum *receptaculo* seu *nectario* magno plano decemstriato immersum. *Stylus* subulatus staminibus brevior (raro nullus) *stigmate* trifido (rarius triplici). *Caps.* obtuse trigona gibba, trivalvis, subcarnosa. *Semina* pauca (1-2 in loculo singulo) semi-involucrata *arillo* ore quadrifido, colorato. *Lam. Ill. t.* 130.

Familia RHAMNEARUM. Confer genera affinia: CASSINEM et SENACIAM. CELASTRUS *parvifloras* genus erat proprium clo. *Forsk.* CATHA, calyce hypocrateriformi 5-dentato, margine villoso. *Pet.* patentia, ovata, calyce duplo triplove majora. *Stamina* petalis breviora. *Annulus* cyathiformis, staminibus et germini interjectus, margine undulatus. *Stylus* brevis stigmate acuto. *Caps.* oblonga cylindrica, bi-trilocularis, trisperma. *Cls. Jussieu* retinuit CATHAM, sed locum non assignavit.

987. SENACIA. *Cal.* minimus, 5-dentatus. *Caps.* sphaerica, pedunculata, bivalvis, 4-sperma. *Sem.* angulata, nuda. *Pers. Syn.* I. *p.* 241.

CELASTRUS *Lam* MAYTENUS *Molin.*

988. HOVENIA. *Cal.* 5- raro 4-partitus, basi intus pilosus, persistens, dentibus deciduis; laciniae ovatae reflexae, supra lineâ mediâ elevatâ. *Pet.* inter lacinias calycis, obovata, obtusissima, patula, convoluta, stamina obvolventia. *Stam.* 4-5. *Stylus* calyce multo brevior, *stigmatibus* 3 patulis reflexis obtusis. *Caps.* ovato-globosa, trisulca, glabra, trivalvis, magnitudine piperis. *Semen* in loculo singulo unum, lenticulare, glabrum. *Thunb. Lam. Ill. t.* 131. *f.* 2.

Familia RHAMNEARUM.

989. PITTOSPORUM. *Cal.* pentaphyllus, deciduus. *Petala* unguibus concavis, in tubum urceolatum conniventibus, laminis patentibus. *Stylus* filiformis. *Caps.* supera, subglobosa-angulata, mucronata, (uni-vel quinque) trilocularis, (bi-vel quinque) trivalvis, loculamentis resinâ liquidâ scatentibus; dissepimenta valvulis contraria: *semina* nonnulla (3-4) angulata, (tecta pulpâ s. potius succo terebinthinaceo illita) *Solander MS.* in *Mus. banks. Lam. Ill. t.* 143.

Familia RHAMNEARUM.

990. POLYCARDIA. *Cal.* 5-lobus brevis patens, lobis rotundatis. *Petala* ovato-rotundata, calyce majora. *Germen* disco plano, stylo brevi, *stigmate* truncato, sublobato. *Caps.* coriacea, sublignosa, ovato, 3-4 rarius 5-locularis, valvulis totidem duris semi-eptiferis *Semina* solitaria, subinde-gemina, ad hilum semiarillata s. arillo lacero. *Lam. Ill. t.* 132.

Familia RHAMNEARUM. COMMERSONIA *Commerson Herb.* nec *Sonnerat* quae BARRINGTONIA. Flores 3-4 ex apice foliorum nonnullorum (pedunculorum foliiformium?) provenientes.

991. VENANA. *Cal.* brevis, lobis 5 rotundatis. *Petala* ovata, patentia, rotundata, calyce triplo longiora. *Filamenta* basi dilatata. *Stylus* crassiusculus *stigmate* subtrigono. *Receptaculum* filis setaceis staminibus brevioribus circa pistillum. *Fructus?* *Lam. Ill. t.* 131.

Familia?

Obs. BREXIAM *Nor.* apud *Aub. Du Pet. Th. Gen. nov. Madagasc. n.* 69. (*Römer Collect. p.* 211), cui *Cal.* monophyllus, 5-fidus, persistens; *pet.* 5 rotundata, caduca; *filamenta* 5 basi in urceolo coalita, intervalla fimbriata; *antherae* apici insertae interne dehiscentes; *Ovarium* conicum; *stylus* brevis; *stigma* crassum; *bacca* cortice lignoso firmo, oblonga, 5-angularis, 5-locularis; *semina* numerosa, ordine trino centro affixa; *corculum* rectum; *cotyledones* hemisphaericae, in perisperme carnoso, generis omnino ejusdem esse cum VENANA *Lam.* et cls. *Aub. du Petit-Thouars* l. c. et *Poiret Enc. meth. Suppl.* II. p. 699 affirmant; dubitat vero *Poiret l. c.* utrum planta *Aub. d. Pet. Thouars*, quam „arbusculam dicit foliis alternis, junioribus longissimis, spinoso-dentatis, adultis ovato-oblongis, subdentatis, firmis; umbellis axillaribus 7-8-floris, pedunculo communi compresso" eadem sit species.

992. CLAYTONIA. *Cal.* e foliolis 2 ovatis oppositis. *Petala* obcordata unguiculata. *Stamina* recurva, unguibus petalorum inserta, longitudine styli. *Stigma* trifidum. *Caps.* subrotunda trilocularis (unilocularis *Lam. Willd.* et *Pers.*) trivalvis, elastica. *Semina* 3, rotunda. *Lam. Ill. t.* 144. *Auguste St. Hilaire Mém. Mus.* II. *p.* 197. *t.* 4. *f.* 15.

Familia PORTULACEARUM.

993. RORIDULA. *Cal.* foliolis 5 lanceolatis patentibus, persistens. *Pet.* oblonga, aequalia, calyce majora. *Stamina* hypogyna, petalis alterna. *Antherae* basi tuberculato-saccatae, apice poro gemino dehiscentes. *Stigma* peltato-trilobum. *Caps.* oblonga, acuminata, rotundato-trigona, trilocularis, (unilocularis *Linn.* in clavi) trivalvis, dissepimentis valvis oppositis. *Semina* solitaria, ovata, rugosa, altero latere angulata, receptaculo trigono apici affixo. *Lam. Illustr. t.* 141.

DROSERAE affinis, ad quam cls. *Thunberg* eandem vocat.

994. Sauvagesia. *Cal.* foliolis 5 rectis concavis patentibus lanceolatis acutis persistentibus. *Petala* hypogyna rhombeo-ovata obtusa caduca, cum calyce alternantia, fimbriata. *Nectarium* e squamis 5 persistentibus, cum petalis alternantibus, apice glandulosis, stamina referentibus, extus pilis cinctis. *Antherae* longissimae tetragonae apice dehiscentes. *Stigma* obtusum. *Caps.* ovata, acuminata, uni (tri-*Juss.*)-locularis, trisulca trivalvis, valvulis margine inflexis. *Semina* numerosa minima margini valvularum affixa. *Lam. Illustr.* t. 140.

Familia?

b. *Capsulâ quinquelocular i:*

995. Bucco. *Cal* 5-partitus. *Cor.* 10 petala, inaequalis (petalis alternis majoribus calyci insertis ut *Stam.* 5, corollae longitudine. *Nect.* calyci insertum, quinquelobum. *Caps.* 3-5 locularis, 3-5-valvis, (loculis monospermis.) *Sem.* singula arillo elastico. *Wendl.*

Agathosma *Willd.* Hartogiae pleraeque *Linn.* Familia Rutacearum.

996. Baryosma. *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* 10-petala receptaculo inserta, petalis alternis majoribus. (*Stam.* 5, corollâ breviora, patentia, receptaculo inserta) *Nectar.* glandula 5-loba, receptaculo inserta. *Caps.* 5-locularis, 5-valvis, loculis monospermis, (tuberculata) *Sem.* arillata. *Willd. Enum. Hort. Berol.* I. *p.* 257. Parapetalifera *Wendland Collect.* I. *t.* 34.

Genus Bucconi proximum, sed insertione petalorum atque nectarii discrepans.

997. Adenandra. *Cal.* 5-partitus. *Pet.* 5 calyci inserta, ut *Nectarium:* glandula 5-loba et *Stam.* 10, quorum 5 sterilia, (corollâ breviora). *Antherae* apice glandulâ coronatae. *Caps.* 5-valvis, loculis dispermis. *Sem.* arillata, (2 in loculis singulis). *Willd. Enum. H. Berol.* I. *p.* 256.

Glandulifolia *Wendl. Collect.* I. *t.* 10. Hartogiae quaedam *Linn.* Oekia et Orenia *Dietr. Nachtr. z. Gartenlex.* v. B. Familia Rutacearum.

998. Diosma. *Cal.* 5-partitus. *Cor.* 5-petala, calyci inserta, ut *Stam.* 5, corollâ breviora. *Nect.* 5-plicatum, calyci insertum. *Germ.* coronatum. *Caps.* 5-valvis. *Sem.* singula arillo elastico. *Wendland. Lam. Ill. t.* 127.

Confer Empleurum, Bucconem. Familia Rutacearum.

Obs. Ill. *Thunberg Fl. Cap.* 2. *p.* 147. divisionem generis Diosmae non laudat dicens: „Diosmae genus valde variat nectario sertiformi,

filiformi et petaliformi; capsulis solitariis usque quinque connatis. Neque itaque nectarii structura, neque numerus capsularum genus constituunt, uti HARTOGIA et EMPLEURUM ab auctoribus condita."

999. CALODENDRON. *Cal.* 5-partitus persistens, brevissimus, laciniis ovatis acutis crassiusculis intus albidis, extus villoso-muricatis, marginibus subrevolutis. *Cor.* ante axplicationem pentagona, dein 5-petala, petalis lanceolatis obtusis patentibus extus carinatis undulatis villosis, unguiculatis, calyce triplo longioribus. *Nectaria* 5 petaliformia, linearilanceolata, apice subulata, glandulâ terminata, glabra, argenteo-glandulosa. *Filamenta* 5, subinde 6, altero semper sterili; *antherae* cordatae. *Stylus* lateri alteri germinis insertus, *stigmate* obtuso. *Germen* pedicellatum. *Caps.* ovata, obtuse quinquangularis, muricata, 5-valvis. *Sem.* 2. in loculo singulo, subtriangularia, dorso convexa. *Thunb. nov. gen. p.* 41.

A CEDRELA nectario et semine, a SAUVAGESIA capsulâ differt. An DICTAMNUS *capensis?* Clo. *Persoon* Nectarium stamina sistit sterilia. Familia RUTACEARUM.

1000. FLINDERSIA. *Cal.* brevis, 5-fidus, persistens. *Petala* basi disci staminiferi inserta. *Stamina* decem, dorso urceoli hypogyni inserta; alterna sterilia. *Stylus* pentagonus. *Capsula* quinquepartibilis; segmentis singulis divisis *dissepimento* longitudinali, demum libero, utrinque dispermo. *Semina* erecta, apice alata. *R. Brown gen. Remarks on Bot. of Terra Austr.* in *Flinders's Voyag.* II. *p.* 595. *Tab.* 1. *Lam. Ill. gen. Suppl. Cent.* 10.

Ord. nat. CEDRELEAE.

1001. CEDRELA. *Cal.* campanulatus, minimus, 5-dentatus, marcescens. *Petala* linearilanceolata, obtusa, erecta, basi receptaculo tertiâ sui parte adnata et tubum sistentia inferne ventricosum corollamque infundibuliformem. *Filamenta* receptaculo adnata, quinquangulari, *antherae* apice extrorsum flexae. (*Ovarium* pedicello clavato suffultum, basi petalifero, apice staminifero.) *Stigma* capitatum, depressum. *Caps.* lignosa, subrotunda, 5-valvis, valvulis deciduis basi dehiscens. *Sem.* numerosa, carnosa, deorsum imbricata, alâ membranaceâ. *Lam. Ill. t.* 137.

Confer SWIETENIAM. Familia MELIACEARUM. Capsula supera e lignoso pedunculo continuata fusca, maculis pallidioribus irregularibus. *Gaertn. Fruct.* II. *p.* 84. *t.* 95.

1002. EUONYMUS. *Cal.* 5-partitus, planus, laciniis subrotundis, concavis. *Pet.* ovata, plana, patentia. *Discus* carnosus, tetra-pentagonus basin calycis tegens. *Stam.* 4-5, lacuniis calycis opposita. *Stylus* brevis, stigmate obtuso

Caps. carnosa vel succulenta, tetra-pentagona, colorata, 3-5-locularis, 3-5-valvis, valvulis bilobis, dissepimento divisis. *Sem.* solitaria in loculo singulo, arillo baccato. *Lam. Ill. t.* 131.

Familia RHAMNEARUM. Quaedam dioicae.

1003. GERUMA. *Cal.* parvus, 5 dentatus, planus persistens. *Pet.* lanceolata, truncata, patentia, calyce triplo longiora. *Filamenta* margini annuli crassi inserta, corollâ dimidio breviora, *antheris* trigonis. *Stigmata* 3 patentissima cuneiformia, emarginata, in stylo brevi. *Caps.* supera, ovata 4-(vel 5 potius?) locularis, 4-valvis, seminibus 2 (?) in loculo singulo, altero saepe abortivo. *Forsk. aegypt. p.* 702. *Lam. Enc.* II. *p.* 702. *Juss. gen.*

Familia MELIACEARUM.

1004. BÜTTNERIA. *Cal.* 5-fidus, coloratus, deciduus, laciniis ovatis acutis patentissimis. *Pet* oblonga, brevia, conniventia, superne latiuscula, concava, terminata in setam subulatam longam basi nectario incumbentem, dein erecto-patentem, calyce longiorem, et in setulas alias duas laterales breves reflexas (hinc in clavi calyx petalis auriculatus dicitur.) *Nectarium* pentaphyllum, ventricoso-campanulatum, calyce brevius, foliolis obovatis obtusis planis erectis per filamenta semiconnatis. *Filamenta* extra nectarium ex ejusdem proximis duobus foliolis. *Antherae* geminae, bifidae. *Stigma* obtusum, obsolete 5-fidum. *Caps.* subrotunda, depressa, pentacocca, quinquevalvis, muricato-spinosa. *Sem.* solitaria, ovata, compressa. *Lam. Ill. t.* 140. *f.* 1.

Familia MALVACEARUM. *Cavanilles* MONADELPHIAE inseruit.

1005. DAYENIA. *Cal.* 5-partitus (5-phyllus *Linn.* et *Cav.*) *Pet.* 5, apice in stellulam connexa, unguibus capillaribus longis in coronae formam arcuatis. *Glandulae* 5 staminiformes, erectae, petali disco insidentes. *Nectarium* cyathiforme, 5-fidum, tegens pistillum. *Stam.* sub petalis circa crenam inserta, iisque recondita. *Caps.* depressa, 5-sulcata, 5-valvis, valvulis bifidis elastice dehiscens. *Sem.* solitaria. *Fl. peruv.* III. *p.* 11. *Lam. Ill. t.* 732. *Gaertn. Sem.* II. *p.* 79.

Familia MALVACEARUM. *Linnaeus* et *Cavanilles* MONADELPHIAE PENTANDRIAE inseruerunt hanc plantam; *Linnaeus* etiam GYNANDRIAE. Character ex D. *pusilla* conditus: reliquas species se non vidisse monet *Linnaeus*. — Petala unguibus filiformibus in arcum constructis sensim ampliantur, et parte superiore, quâ genitalia tegunt, sunt latiora, obcordata, in stellam conniventia, in quorum apice mucro extat clavatus sursum spectans, *Cav.* JUNGIA *Löffl. iter. p.* 199.

1006. GLUTA. *Cal.* tenuissime membranaceus, campa-

nulatus, obtusus, deciduus. *Pet.* lanceolata, calyce longiora, inferne ad medium usque adglutinata columnae germinis. *Filamenta* 5 setacea, apici columnae inserta. *Germen* obovatum, columnae oblongae insidens. *Stylus* filiformis *stigmate* simplici. *Fruct.? Familia?*

Linnaeus GYNANDRIAE, *Haenke* MONADELPHIAE inseruit. Seoparatis petalis a columna germinis staminum status ut in PASSIFLORA.

1007. CERANTHERA. *Cal.* 5-fidus, laciniis brevibus acutis *Pet.* 5, lanceolata, calyce longiora, inserta tubo staminifero quinquedentato. *Filamenta* terminata squamâ petaliformi, acutâ, concavâ, antheris bicornibus sessilibus ad basin squamae singulae. *Stylus* longitudine petalorum stigmate simplici. *Capsula? P. de Beauv. Owar* et *Ben.* II. *p.* 11. *t.* 65.

Genus affine Filamentis CONORIAE, sed tubo distincta. Familia AZEDARACHIARUM.

1008. PILOCARPUS. *Cal.* 5-phyllus, minimus, foliolis ovatis rotundatis. *Petala* plana, ovata, parva, mucrone minuto, supra lineâ longitudinali versus medium bifurcatâ. *Filamenta* sub germine inserta. *Antherae* subcordatae, aureae. *Stigma* subsessile acutum. *Coccili* 2-5, receptaculo angulato lignoso affixi, subsemiorbiculati, substantiâ exteriore subcarnosâ, demum arcuato-sulcati, suturâ superne elastice desilientes *Semina* solitaria, nigra, laevissima, arillata, arillo cordato acuto, membranaceo, aperturâ triangulari. *Vahl Eclog.* I. *p.* 29, *t.* 10.

i. Flores pentapetali superi:

a. Capsulares:

1009. JASIONE. *Cal. communis* decaphyllus, (aliis 10-fidus) foliolis alternis interioribus angustioribus, persistens, flosculis plurimis subpedunculatis; *proprius* 5-fidus, s. 5-partitus persistens. *Pet.* 5, lanceolata, erecta, basi connexa. *Antherae* oblongae basi connexae. *Stigma* bifidum (in sterilibus in centro clavatum.) *Caps.* subrotundo-pentagona, (semi) bilocularis, coronata calyce proprio, (apice dehiscens.) *Semina* plura subovata. *Lam. Ill. t.* 724. *f.* 1.

Corollam rotatam esse, laciniis linearibus *Jass.* et *Persoon Syn.* II. *p.* 215, qui MONADELPHIAE inseruit. Familia CAMPANULEARUM. Florum oeconomia huic generi plane singularis. Qui discum occupant tantum antheris, basi modo secum connatis, fertilibus gaudent, radium qui efficiunt e contrario pistillis ad concipiendum aptis instructi; haec stigmate vero et emarginato praedita, sed staminibus fertilibus destituta, a pi-

stillis flosculorum disci, quae clavata et hirsuta, et dum antheras perforant, polline obtecta foecundantur. *Linn.*

1010. LIGHTFOOTIA. *Cal.* 5-phyllus. *Petala* fundo corollae clauso valvis staminiferis. *Stigma* 3-5-fidum. *Caps.* 3-5-locularis, semisupera. *L'Herit sert. angl.* 4.

CAMPANULA et LOBELIA *Linn.* LIGHTFOOTIA *Schreberi* est RONDELETIA. Genus a clo. *Jussieu* non receptum.

1011. CYPHIA. *Cal.* 5-fidus, turbinatus. *Petala* (s laciniae) linearia, basi dilatatâ connivентia, apice patentia. *Filamenta* pilosa, cohaerentia. *Antherae* liberae. *Stigma* cernuum cavum gibbosum. *Caps*? *Bergius Cap. p.* 173.

LOBELIA *Linn.* *Persoon* MONADELPHIAE inseruit. Familia CAMPANULEARUM? „CYPHIAE genus a *Bergio* constitutum cum LOBELIIS idem est, licet stamina fuerint monadelpha.“ *Thunb. Fl. Cap.* I. *p.* 52. Sed corolla pentapetala!

1012. ARGOPHYLLUM. *Cal.* semisuperus, brevis, 5-fidus, laciniis acutis. *Cor.* 5-partita (*Pers.*) 5-petala (*Forst. Lam.*,) petalis lanceolatis, calyce triplo majoribus. *Nectar.* s. tubus in medio floris quinquangularis, pyramidatus, apice pervius, e papillis plurimis conniventibus basi connatis, genitalia involvens. *Stamina* receptaculo affixa. *Germen* turbinatum, supra planum. *Stigma* globosum. *Caps.* globosa, supra plana, trilocularis, trifariam dehiscens. *Semina* plurima globosa porosa. *Forst. gen. n.* 15. *Lam. Ill. t.* 111. *f.* 4.

Familia ERICARUM.

1013. PHYLICA. *Cal.* 5-partitus, turbinatus, extus tomentosus s. villosus. *Petala* minima formâ squamarum acutarum, calyci insidentium, stamina munientium. *Stigma* obtusum. *Caps.* rotundata calyce coronata, subinde baccifor-mis, tricocca, bivalvis. *Semina* solitaria, subovata, umbilico prominente. *Lam. Ill. t.* 127.

Familia RHAMNEARUM. Genus affine BRUNIAE. Aliis, ut etiam ill. *Thunberg*, calyx corolla est, et petala sunt nectarium.

1014. PAYPAYROLA. *Cal.* profunde 5-partitus, laciniis latis acutiusculis sese obtegentibus. *Petala* longa, angusta, demum reflexa, cohaerentia longitudinaliter in tubum limbum quasi quinqueloqum sistentem, lobo unico majore emarginato. *Antherae* conniventes, basi divaricatae. *Stigma* bifidum. Ad basin floris corpora 3, glandulosa. PAYROLA *Juss. gen. Lam. Ill. t.* 125. PAYPAYROLA *Aublet guian t.* I. *p.* 249. c. 99.

WIBELIA *Persoon*, qui fructum, ignotum clo. *Poiret*, pericarpium biloculare dicit.

β. Bacciferae:

1015. GRONOVIA. *Cal.* ultra medium 5-fidus, vel 5-partitus, campanulatus, coloratus, persistens. *Pet.* minutissima subrotunda ex incisuris calycis (squamae *Juss.*). *Filamenta* longitudine petalorum iisdem alterna. *Bacca* sicca, subrotunda colorata unilocularis, *Semine* unico subrotundo magno, calyce persistente coronata. *Lam. Ill. t.* 144. *f.* 2.

Familia CUCURBITACEARUM.

1016. RIBES. *Cal.* semiquinquefidus ventricosus, laciniis oblongis concavis coloratis (patentibus vel) reflexis persistentibus. *Petala* parva, obtusa, erecta, margini calycis inserta, ut *Filamenta* antheris margine dehiscentibus: haec laciniis calycis opposita, illa iisdem alterna. *Stylus* bifidus stigmatibus obtusis *Bacca* globosa, umbilicata, unilocularis, receptaculis 2 lateralibus. *Sem.* plura, subcompressa. *Lam Ill. t.* 146.

Familia NOPALEARUM. Species quaedam dioicae.

1017. STRUMPFIA. *Cal.* minimus persistens 5-dentatus. *Petala* ovato-oblonga, obtusa, patentia. *Antherae* sessiles, coadunatae in corpus ovatum, quinque-sulcatum, basi quinque-dentatum. *Bacca* unilocularis calyce coronata, semine unico subgloboso.

Familia? *Linnaeus* olim SYNGENESIAE intulit; MONADELPHIAE *Persoon*; RICHARD huic cum *Lobelia* et *Cyphia* classem propriam assignavit: SYMPHYANDRIAM.

1018 PLECTRONIA. *Cal.* turbinatus, 5-dentatus, persistens, dentibus brevibus, ore plicis squamisve 5 villosis clausus. *Petala* lanceolata, fauci calycis inserta. *Antherae* squamis calycis tectae, didymae. *Stigma* ovatum. *Bacca* oblonga bilocularis, seminibus 2 oblongis compressis. *Lam. Ill. t.* 146. *f.* 2.

Familia RHAMNEARUM. Genus affine GOUANIAE.

1019. CARPODETUS. *Cal.* turbinatus, germini adnatus, 5-dentatus, dentibus subulatis deciduis. *Pet.* ovata, parva, calycis margini inserta, ut *Filamenta* brevia. *Stigma* capitato-depressum. *Bacca* semiinfera, sicca, globosa, medio calyce ceu annulo cincta, 5-locularis. *Semina* subangulata *Forst. gen. p.* 17. *t.* 17. *Lam. Ill. t.* 143.

Non jungendus cum CEANOTHO *asiatico* monente *Ventenat* et *Poiret Enc. meth. Suppl.* II. *p.* 140. Familia RHAMNEARUM.

1020. HEDERA. *Cal.* 5-dentatus, denticulorum apiculis deciduis. *Petala* oblonga, patentia, basi dilatata. *Antherae* basi bifi-

dae. *Stigma* simplex. *Bacca* globosa, annulo parum ab apice distante cincta, 5-locularis, pentasperma. *Lam, Ill, t.* 145.

Familia CAPRIFOLIACEARUM.

γ. *Semina nuda:*

1021. LAGOECIA. *Involucrum universale* sub-8-phyllum, foliolis pennato-dentatis, ciliatis, reflexis; *partiale* 4-phyllum, foliolis capillaceo-pennatis, pedunculum unicum involvens. *Cal.* superus, 5-phyllus Cal. 5-fidus) capillaceo-multifidus. *Petala* bicornia *Stigma* simplex. *Semina* solitaria, ovato-oblonga, perianthio coronata. *Lam. Ill. t.* 142. *f.* 3.

In *clavi* semina 2 nuda dicuntur. Familia UMBELLIFERARUM.

1022. ODONTANDRA. *Cal.* minimus ore 5-dentato. *Cor.* 5-petala ovata calyce duplo longior. *Antherae* 5, apici tubi cylindrici impositae, singula dente apiculari coronata extra tubum prominente. *Germen* ovatum, flavum. *Stylus* minimus. Fructus? *Reliqu. Willd. MS.* a *Humb.* et *Bonpl. Willdenow* post NAUCLEAM posuit.

k. *Flores incompleti inferi:*

α. *Drupaceae s. baccatae.*

1023. COLLETIA. *Cal.* urceolatus 5-6fidus, basi intus plicis 5 squamaeformibus, villosus. *Petala* 4-6 squamaeformia aut nulla. *Stam.* 4 6, petalis inclusa. *Stylus* stigmate trilobo. *Bacca* sicca, tricocca, tripartibilis, trisperma. *Ventenat choix t.* 16. *Pers. Syn.* I. *p.* 244. *Lam. Ill. t.* 129.

Familia RHAMNEARUM.

1024. CONDALIA. *Cal.* urceolatus, 5-fidus, persistens. *Cor.* nulla. *Discus* glandulosus. *Stylus* 1. *Drupa* ovata nuce monosperma. *Cavan.* VI. *p.* 16. *t.* 525.

ZIZYPHO maxime affinis, sed stylo unico et petalis nullis diversa. Familia RHAMNEARUM.

1025. CERVANTESIA. *Cal.* campanulatus pentagonus, coloratus post fructificationem et increscens, dentibus ovatis acutis. *Cor.* nulla. *Squamae* 5 minimae albidae rotundatae, dentibus calycis interpositae. *Filamenta* compressa, basi calycis inserta, squamis alternantia. *Antherae* utrinque bifidae. *Stylus* nullus. *Stigma* simplex. *Nux* ovata, monosperma, basi calycis tubo carnoso inserta, apice coronata laciniis 5 magnis acutis, nucleo uniloculari, a basi ad medium usque fungoso. *Ruiz* et *Pav. Fl. Peruv.* II. *p.* 19. *t.* 241. *f.* 6.

β. *Capsulares:*

1026. GLAUX. *Cal.* nullus. *Cor.* 5-partita, campanulata, laciniis obtusis revolutis persistentibus. (Aliis *Cor.* nulla. *Cal.* coloratus, 5-lobus.) *Stam.* hypogyna, *Stylus* stigmate capitato. *Caps.* globosa, acuminata, unilocularis, 5-valvis. *Semina* 5, subrotunda, receptaculo maximo alveolato inserta. *Perispermum* carnosum. *Embryo* rectus umbilico parallelus. *Lam. Illustr. t.* 141. *fil. t.* 184. *f.* 11.

Olim SALICARIEARUM, nunc, monentibus *Dutour* de *Salvert* et *Auguste* de *St. Hilaire* in *Mem. Mus.* II. *p.* 393 *et t.* 4. *f.* 29—33, Familiae PRIMULACEARUM.

— *Familia* PARONYCHIEARUM.

1027. ILLECEBRUM. *Cal.* fere 5-partitus, laciniis apice incrassatis. *Squamulae* s. petala 5 filiformia (stamina sterilia?) imo calyci inserta, ejusdem laciniis alterna. *Stamina* 2 fertilia, (5 *Gaertn.* cui petala nulla.) perigyna, laciniis 2 calycis opposita. *Stylus* vix ullus. *Stigma* capitatum (bilobum?) *Caps.* calyce connivente tecta, primo striata, dein ad strias scissilis (5-valvis *Gaertn.*) monosperma; semen latere insertum in capsula. *Embryo* vix curvus, hinc applicitus perispermo s. typo farinaceo. *Jussieu Mem. Mus.* II. *p.* 388. ILLECEBRUM *Linn.* et *Gaertn. fil. t.* 184.

PARONYCHIAE proximum genus, et hujus familiae. ILLECEBRI characterem: „*Cal.* 5-phyllus, cartilagineus, simplex, rudis; *Cor.* nulla.; *Stigma* simplex; *Caps.* 3-valvis monosperma“ non omnibus speciebus in totum convenire jam olim monuit *Linnaeus* in generibus. Nec melior character amplior factus a clo. *Persoon Syn.* I. *p.* 260.: *Cal.* 5-phyllus, laciniis apice fornicatis. *Cor.* nulla. *Stigma* simplex aut bifidum. *Caps.* 5-valvis, monosperma.

Obs. „Huc certo ILLECEBRUM *verticillatum Linn.* An *cymosum*? Caetera *Linnaei* ILLECEBRA staminibus hypogynis ad AERVAM et ALTERNANTHERAM, ut vera AMARANTHACEA, alia staminibus perigynis ad PARONYCHIAM. *Jussieu l. c.* Stipulae in ILLECEBRO nullae. Interfolia calycis adhuc 5 alias detexit lacinias dentiformes cls. *Schkuhr*, quas forte stamina sterilia esse autumat, etiam 4 bracteas diaphanas sub quovis verticillo invenit. Vid. *Handb.* I. *p.* 150. *Linnaeus* in *prael. de ord. nat. p.* 308 de similibus filamentorum imperfectorum rudimentis in genere ILLECEBRO jam loquitur. *Syst. Veg. ed.* XV. *p.* 160. Confer *obs.* ad ILLECEBRUM *verticillatum.*

1028. PARONYCHIA. *Cal.* fere 5-partitus, intus coloratus. *Squamulae* s. *petala* 5 linearia, *Stamina* 5. *Stylus* bifidus. *Stigmata* 2. *Caps.* monosperma, 5-valvis (in pluribus non dehiscens *Gaertn.*) calyce connivente tecta. *Jussieu Mem. Mus.* II. *p.* 389. *Lam. Ill. t.* 180. *Gaertner Fruct.* II. *p.* 218. *t.* 128.

Genus maxime ILLECEBRO affine, et fere ab omnibus cum hoc conjunctum. Confer et CORRIGIOLAM

1029. ANYCHIA. *Cal.* fere 5-partitus, coriaceus, connivens, laciniis oblongis, apice subsaccato. *Cor.* nulla. *Filamenta* distincta, setulis nulli interpositis. *Stamina* 5 et 3. *Stigmata* 2, oblonga. *Caps* utricularis, non dehiscens. *Sem.* 1, subreniforme. *Michaux. Fl. bor. Amer.* I. *p.* 113. *Gaertn. Fruct. t.* 128. (qui Stylum trifidum). QUERIA *canadensis Linn.*

1030. GYMNOCARPON. *Cal.* fere 5-partitus, intus coloratus, persistens. *Cor.* nulla (s petala 5, filamentorum sterilium aemula). *Stam.* 10, alterna sterilia. *Stigma* simplex. *Semen* 1, calyce indurato tectum. *Juss. gen. Mém. Mus.* II. *p.* 388. *Forsk. Descr. p.* 65. *t.* 10. TRIANTHEMA *Vahl Symb.* I. *p.* 32.

Familia PARONYCHIARUM, olim PORTULACEARUM.

1031. TRIANTHEMA. *Cal.* foliola oblonga intus colorata sub apice mucronata, persistentia. *Cor* nulla, nisi calycem dicas. *Stam.* 5, 10, rarius 12, filamentis capillaribus longitudine calycis, antheris subrotundis. *Germ.* subsuperum, oblongiusculum, retusum. *Styli* 1-2 filiformes, longitudine staminum. Hinc hispidi. *Stigmata* simplicia. *Caps.* oblonga, truncato-retusa, circumscissa, loculis 2 superioribus, 2 inferioribus. *Semina* subovata, solitaria vel bina. *Lam. Illustr. t.* 345. PORTULACASTRUM *Juss.*

Familia PORTULACEARUM.

Obs. Numerus staminum stylorumque in distinctis speciebus numero diversus *Linn.* qui DECANDRIAE, *Digyniae* inseruit; sed species plures pentandrae monogynae.

— — *Familia* AMARANTHACEARUM.

1032. CELOSIA. *Cal.* (potius bracteae involventes) di-triphyllus, phyllis lanceolatis acutis scariosis lucidis. *Cor.* quinquepetala, petalis phyllis calycis simillima; (seu *Cal.* 5-partitus, extus squamis 2-3, parvis *Juss.*) *Stamina* basi nectario plicato in tubum conjuncta. *Stigma* simplex aut bitrifidum. *Caps.* horizontaliter dehiscens globulosa, corollâ persistente tecta, unilocularis, polysperma (3-sperma?) *Lam. Ill. t.* 168.

Affinis GOMPHRENAE, in qua folia opposita, quae hic alterna.

1033. CHAMISSOA. *Cal.* 5-partitus, inaequalis. *Filamenta* basi in urceolum ovario breviorem connata, apice libera. *Antherae* biloculares. *Stylus* unicus. *Stigmata* duo-

Capsula monosperma, circumscissa. *Humb. et Bonpl. nov. Gen. et Spec.* II *p.* 158.

Obs. Genus nostrum distinxi ab ACHYRANTHE ob defectum squamularum inter stamina, a DESMOCHAETA ob stigmata duo et calycem irregularem; praeterea CELOSIAE et ACNIDAE valde affinis, differt ab hac floribus hermaphroditis, ab illa calyce inaequali et capsulâ monospermâ. *Kunth.*

1034. LESTIBUDESIA. *Perianthium* 5-partitum. *Stamina* 5 basi in cyathulum edentulum connata. *Antherae* biloculares. *Ovarium* polyspermum. *Stylus* brevis v. nullus. *Stigmata* 3-4 filiformia recurva. *Capsula* (unilocularis) polysperma, transversim dehiscens. *R. Brown Prodr. nov. Holl.* I. *p.* 412.

Genus conditum ab *Aubert* du *Petit-Thouars plant. ins. afr.* I. *p.* 53. *t.* 16. „Genus praeter L. *spicatam* et *arborescentem* complectitur CELOSIAM *paniculatam*, *virgatam*, *trigynam* et alias ineditas, ideoque vix naturale, et forsan immerito separatum a CELOSIA, stigmate capitato v. bilobo brevissimo solum diversâ. *Aubert* du *Pet. Thou.* stylum nullum petit, et stigmata 4 sessilia, urceolum filamentorum dentatum!

1035. DEERINGIA. *Perianth.* 5-partitum. *Stamina* basi in cyathulum edentulum connata. *Antherae* biloculares. *Stylus* tripartitus. *Bacca* polysperma. *R. Brown Prodr. nov. Holl.* I. *p.* 412.

Affinis proxime CELOSIAE et LESTIBUDESIAE.

1036. DIGERA. *Cal.* laciniis 5, extus squamis 3, laciniis 3 interioribus in cylindrum conniventibus. *Stam.* distincta, vel leviter basi connata. *Stylus* stigmatibus 2. *Caps.* monosperma. (*Nux* globosa, apice bidentata.) *Juss. gen.*

Apud *Forsk.*: *Cal.* 5-phyllus, *Cor.* tripetala, *Nectarium* breve, *Drupa* globosa, calyce corollâque clausa, apice bidentata, tuberculata, carinata, pulpa coriaceâ, viridi. *Nux* unilocularis, monosperma, globosa.

1037. TRICHINIUM. *Perianthium* 5-partitum, laciniis linearibus. *Stam.* 5 basibus connatis, edentulis. *Antherae* biloculares. *Stylus* indivisus. *Stigma* capitatum. *Utriculus* evalvis, monospermus, inclusus basi connivente perianthii, laciniis patulis plumosis. *R. Brown Prodr. nov. Holl.* I. *p.* 414.

1038. PTILOTUS. *Perianthium* 5-partitum, foliolis lanceolatis; stamina 5, ipsâ basi connata, edentula. *Antherae* biloculares. *Stylus* indivisus. *Stigma* capitatum. *Utriculus* evalvis, monospermus, inclusus perianthii foliolis 3 interioribus, medio lanâ cohaerentibus, supra patentibus nudis. *R. Brown Prodr. nov. Holl.* I. *p.* 415.

Proximus TRICHINIO.

1039. GOMPHRENA. *Perianthium* 5-partitum. *Stam.* connata in tubulum subcylindraceum ovario longiorem, apicibus distinctis, cum vel absque dentibus interjectis. *Antherae* uniloculares. *Stylus* 1. *Stigmata* 2. *Utriculus* monospermus, evalvis. *R. Brown Prodr. nov. Holl.* I. *p.* 415. *Lam. Ill. t.* 180. *f.* 1.

Huic et *Persoon Cal.* 5-partitus, laciniis acutis, extus squamis 2 conniventibus, navicularibus. Apud *Linnaeum* vero erat character generis: *Cal.* coloratus, exterior triphyllus, foliolis 2 conniventibus carinatis. *Petala* 5 erecta subulata rudia villosa. *Nectarium* tubus cylindricus, longitudine corollae, ore 5-dentato, patulo. *Filamenta* vix notabilia intra os nectarii ab antheris clausum. *Stylus* semibifidus, stigmatibus simplicibus. *Caps.* subrotunda, circumscissa. *Sem.* unicum, subrotundum, apice obliquo. In clavi generum calyx a *Linnaeo*, qui PENTANDRIAE *Digyniae* (secutus a *Willdenow*) inseruit diphyllus dicitur. *Monogyniae* rectius inseruit *Persoon*, qui de praesentia corollae dubitat.

1040. PHILOXERUS. *Perianthium* 5-partitum (irregulare). *Stamina* 5, basi connata in cyathulum edentulum, ovario breviorem. *Antherae* uniloculares. *Stylus* 1. *Stigmata* 2. *Utriculus* monospermus evalvis. *R. Brown Prodr. nov. Holl.* I. *p.* 416. *Humb.* et *Bonpl. Gen.* et *Spec.* II. *p.* 163.

GOMPHRENAE proximum genus. A LITHOPHILA numero staminum et perianthio aequali differt. Huc GOMPHRENA *brasiliensis* et *vermicularis*. *R. Br.* Fortasse rectius GOMPHRENIS adsociandus. *Humb.* et *Bonpl.*

1041. ACHYRANTHES. *Perianthium* 5-raro 4-partitum, regulare, tribracteatum, bracteis simplicibus spinescentibus. *Stamina* 5, basi connata, squamulis fimbriatis interjectis. *Antherae* biloculares. *Stylus* 1. *Stigma* capitatum. *Utriculus* monospermus, evalvis. *R. Brown Prodr. nov. Holl.* I. *p.* 417. *Lam. Ill. t.* 168.

PUPALIA *prostrata Juss.* DESMOCHAETA *Decand.* CYATHULA *Lour.* (ACHYRANTHES *prostrata Linn.*) differt tantum bracteis appendiculatis. Species duae adhuc ineditae recedunt altera (*arborescens* e Norfolk ins.) floribus 4-fidis, regularibus; altera (*aquatica*, Ind. orient.) floribus 5-fidis, perianthii foliolo postico dissimili. *R. Brown.* Character generis olim erat: *Cal.* exterior triphyllus lanceolatus acutus, interior pentaphyllus, uterque persistens. *Cor.* nulla. *Nectarium* valvulis 5, germen cingentibus, apice barbatis concavis caducis (basi in tubum connatis, staminibus alternis.). *Stigma* bifidum, villosum. *Caps.* subrotunda, unilocularis, non dehiscens, *semine* unico oblongo. Characterem non in omnes quadrare species, et in A. *corymbosa* esse corollam pentapetalam, stigma capitatum monuit jam immort. *Linnaeus*. Cls. *Meyer Pl. Essequeb. p.* 127. jungit cum ACHYRANTHE NYSSANTHEM *R. Brown*) quae IV. classis.

1042. DESMOCHAETA. *Cal.* 5-phyllus, persistens. *Stam.* 5 basi in urceolum brevissimum coalita, dentibus paleisve interjectis nullis. *Germen* subrotundum. *Stylus* filiformis. *Stigma* capitatum. *Utriculus* monospermus. Flores 3 - 4 fasciculati, medio nudo inermi, lateralibus bracteis a totidemque fasciculis setarum apice uncinatarum. *Decand. Cat. Monsp.* I. *p.* 101.

PUPALIA *Juss. Annal. Mus.* II. *p.* 132. excl. syn. *Rheede Pupal-walli Hort. Mal.* 7, *t.* 43 habitu quidem convenit, sed omnino diversa ob flores nudos solitarios pentapetalos patentes demum in fructus echinatos abeuntes; hinc et nomen genericum a *de Jussieu* mutatum. *Decandolle.* ACHYRANTHIS species *Linn.*

1043. ALTERNANTHERA. *Perianthium* 5-partitum. *Stamina* 5, basi connata in cyathulum ovario breviorem, cum vel absque dentibus brevioribus; filamentis duobus saepe castratis. *Antherae* uniloculares, ovales. *Stylus* brevissimus. *Stigma* capitatum. *Utriculus* obreniformis, compressus, evalvis, semine amplior. *R. Brown Prodr. nov. Holl.* I. *p.* 416. *Forsk.* ILLECEBRUM *Juss. gen.* ILLECEBRUM *Linn.*

Vide uberiorem characterem generis in ALTERN. *sessili.*

1044. AERVA. *Cal.* 5-phyllus, 2-3-bracteatus, laciniis oblongis, extrorsum albis hirsutis, introrsum glabris. *Stam.* 10, alternatim sterilia, basi in urceolum connata. *Stylus* longior filiformis, *stigmate* bifido. *Utriculus* monospermus. *Forsk. Aegypt. arab. Descript. p.* 170. ILLECEBRUM *javanicum. Linn.* et *Willd.* Polygama aut monoica.

— — — *Familia* ATRIPLICEARUM.

1045. CAROXYLON. *Cal.* diphyllus, (bracteae *Juss.*) suborbiculatus, rudis intus concavus, extus carinatus, margine tenuissimo, corollâ brevior, erectus. *Cor.* (*Cal. Juss.*) 5-partita, fere ad basin, tubo nullo, laciniis obtusis latis subrotundis, concavo-crispis, membranaceis, patentibus. *Nectarium* squamae 5 in medio corollae eâdemque paullo angustiores, breviores, eique adnatae, fructui conniventi impositae ovatae acutiusculae, concavae, membranaceae. *Filamenta* 5 lateri germinis inserta, corollâ breviora. *Germen* conicum, glabrum; *stylus* corollâ brevior, erectus; *stigmata* 2 revoluta, raro *stigma* simplex. *Semen* unicum, depressum, rotundum, spirale membranâ tenuissimâ filamentis nectarioque persistentibus tectum. *Thunb. nov. gen. p.* 37.

Maxime SALSOLAE affine genus, a quo non distinguunt *Willdenow* et *Persoon;* cls. tamen *Lamarck* illud nectario dif-

ferre suo monet, et ad ACHYRANTHEM accedere et celeberrimus de hac familia auctor, *Schrader*, CAROXYLI nullam sub SALSOLA fecit mentionem. *Thunberg* vero, ipse generis auctor, CAROXYLON in *Fl. Cap.* II. *p.* 176. iterum SALSOLIS subjunxit.

1046. ANREDERA. *Cal.* bipartitus, dorso carinatus. *Cor.* nulla. *Stylus* bifidus, stigmatibus 2. *Sem.* unicum, calyce compresso membranaceo-bialato tectum, utrinque emarginatum. *Lam. Ill. t.* 215. *f.* 2.

1047. RHAGODIA. Flores polygami uniformes. *Perianthium* 5-partitum. *Stamina* 5 vel pauciora. *Stylus* bifidus. *Acinus* depressus, perianthio cinctus. *Semen* integumento duplici albuminosum. *R. Brown Prodr. nov. Holl.* I. *p.* 408.

CHENOPODIO proxima, fructu baccato diversa.

1048. HEMICHROA. *Perianth.* 5-partitum, intus coloratum; fructiferum non mutatum. *Stamina* 5 vel pauciora, basi connata, hypogyna? *Stylus* bipartitus. *Utriculus* ovalis. *Semen* verticaliter compressum, integumento duplici, albuminosum, embryone hemicyclico, radiculâ inferâ adscendente. *R. Brown Prodr. nov. Holl.* I. *p.* 409.

1049. SCLEROLAENA. *Perianth.* monophyllum 5-fidum. *Stam.* 5, imo perianthio inserta. *Stylus* bipartitus. *Utriculus* inclusus perianthio nucamentaceo exsucco, laciniis muticis vel spinosis. *Semen* verticaliter compressum albuminosum, integumento simplici, *embryone* cyclico, *radiculâ* superâ. *R. Brown Prodr. nov. Holl.* I. *p.* 410.

Affinis ANISACANTHAE.

1050. CERATONIA. *Polygama. Masculi. Cal.* 5-partitus maximus (*Linn.* minimus recte *Lam.*) *Cor.* nulla. *Filamenta* longissima, patentia (subinde 6-7) antheris magnis didymis. *Feminae: Cal.* tuberculis 5 divisus. *Cor.* nulla. *Stylus* longus, filiformis. *Stigma* capitatum. *Legumen* (*Scytinum Neck.*) maximum obtusum compressum coriaceum, dissepimentis plurimis transversis, isthmis pulpâ repletis. *Sem.* solitaria, subrotunda, compressa, dura, nitida. *Hermaphrodita* in distincta arbore, charactere maris et feminae. *Lam. Ill. t.* 859. *Gaertn. t.* 46.

Dioicam esse *Cavanill. ic. t.* 113. *descr.* p. 186 qui in femina rudimenta staminum 5, stylum subnullum, stigma peltatum, fissum. Non dioica est, sed hermaphrodita hexandra, raro heptandra. *Forsk. aegypt. p.* 77. Hermaphrodita pentandra *Fa-*

bric. Helmst. 431 et nos. An fors species distinctae, orientalis et occidentalis? Familia LEGUMINOSARUM.

1051. PENNANTIA. *Polygama. Hermaphroditi*: *Cal.* nullus. *Cor.* petalis 5 lanceolatis acutis patentissimis. *Stam.* longitudine petalorum antheris inclinatis. *Stylus* nullus. *Stigma*, trilobum peltatum. *Pericarpium* triquetrum bilocu-lare, seminibus duobus triquetris. *Masculi Cal.* et *Cor.* ut in mare. *Stam.* petalis longiora. *Forster gen. t.* 67. *Lam. Ill. t.* 854.

Familia THEREBINTHACEARUM? Affinis CANARIO.

1052. AMANOA. *Cal.* profunde 5-partitus, laciniis aequalibus rotundatis concavis. *Cor.* nulla. *Stam.* hypogyna, laciniis calycis alterna. *Antherae* latae subsessiles. *Germen* triangulare, apice truncatum. *Stigma* fimbriatum, triangulare, concavum. *Fructus?* *Aublet Gujan. p.* 256. *t.* 101. *Lam. Enc.* 1. *p.* 114.

Familia?

1053. ALZATEA. *Cal.* coloratus, pentagonus, laciniis 5 persistentibus, alternis. *Cor.* nulla. *Stamina* hypogyna. *Caps.* obcordata, bilocularis, bivalvis, valvulâ utrâque dissepimenti contrarii dimidio instructâ medio. *Semina* subalata, margine dissepimenti affixa, superimposita. *Ruiz* et *Pav. Prodr. Fl. Peruv. p.* 40. *t.* 7.

Familia?

1054. PENTACERAS. *Cal.* 5-partitus, patens, laciniis ovatis acuminatis. *Cor.* nulla. *Corona* subinfundibuliformis, germen stylumque ambiens, limbi 5-partiti laciniis cornicula totidem emittentibus. *Filamenta* nulla. *Antherae* 5 subrotundae, apice laciniis coronae externe adnatae. *Stylus* brevissimus, *stigmate* subcapitato. Fructus? *Meyer Essequeb. p.* 136.

Affinis videtur SAMYDAE, AQUILARIAE et CAESARIAE, et familiae APOCYNEARUM.

1. *Flores incompleti superi.*

1055. GOUANIA. *Polygama. Hermaphroditi*: *Cal.* turbinatus s. infundibuliformis, 5-fidus, tubo persistente, laciniis ovatis acutis patentibus deciduis. *Cor.* nulla *Linn.* (*petala* 5, squamaeformia, obvolventia stamina. *Juss.*) *Stamina* calyce alternantia, antheris calyptra cucullatâ elasticâ. *Stylus* semitrifidus stigmatibus obtusis. *Caps.* triquetra, tripartibilis s. potius tricocca, bialata) trilocularis, loculis monospermis, non debiscentibus. *Semina* lucida, rotundata, altero latere

plana. *Masculi: Cal.* et *Stam.* ut in hermaphrodito. — *Lam. Ill. t* 845. *f.* 1.

RETINARIA *scandens* (in figura *volubilis*) *Gaertn. t.* 120. *f.* 4. in qua capsulae tres coalitae, alis tribus rotundatis, semine ovato lucido subcompresso in singula capsula. Familia RHAMNEARUM.

1056. BREYNIA. *Polygama.* ♂. *Cal.* foliolis 5 concavis, rotundatis, subaequalibus. *Cor.* nulla. *Glandulae* 5 pedicellatae staminibus alternantes. *Filamenta* brevissima, antheris rotundatis longitudine calycis.

♀. *Cal.* et *Cor.* ut in mare. *Germen* globulosum, stylo nullo, stigmatibus 5 cordatis petaloideis. *Caps.* 5-locularis, loculis monospermis, seminibus trigonis.

☿. *Cal.* monophyllus turbinatus, laciniatus, irregularis, laciniis 6 obtusis serratis conniventibus, demum, cum fructu crescentibus, suborbiculatis, subaequalibus. *Cor.* nulla. *Antherae* sessiles, longitudinaliter stylo adnatae, approximatae. *Germen* minimum. *Stylus* cylindricus, longitudine calycis. *Stigma* obtusum. *Caps.* globularis, 3-locularis, hexasperma. *Lam. Ill. t.* 860. *Forster gener. p.* 145. *t.* 73.

1057. CONOCARPUS. *Cal.* campanulatus minimus 5-dentatus, dentibus rectis acutis. *Cor.* nulla. *Stam.* 5-10. *Stigma* obtusum. *Sem.* nudum ovatum, compressum, margine membranaceum. *Flores* aggregati ut et semina in conum globulosum imbricata. *Lam. Ill. t.* 126. *f.* 3. Familia ELAEAGNORUM. CONOCARPUM *racemosam* genus proprium sistere *Jussieu Ann. Mus.* V. *p.* 223.

1058. PYRULARIA. *Polygama. Hermaphroditi, Cal.* 5-fidus. *Cor.* nulla. *Nectarium* discus 5-dentatus. *Drupa* infera. *Masculus* ut hermaphroditus praeter pistillum. *Michaux Fl. Amer.* II. *p.* 233. HAMILTONIA *Willdenowii.* Huic cum *Mühlenb.* polygama; dioïca *Michaux.*

1059. NYSSA. *Polygama. Hermaphroditi. Cal.* 5-partitus, basi planus. *Cor.* nulla. *Stam.* 5. *Stylus* subulatus, recurvus, stigmate acuto. *Drupa* ovata, nucleo oblongo angulato, longitudinaliter sulcis profundis, irregularibus, monospermo. *Masculi: Cal.* et *Cor.* ut in hermaphrodito. *Stam.* 10. *Lam. Ill. t.* 851.

Familia ELAEAGNEARUM.

1060. MYOSCHILOS. *Cal.* foliolis 5, ovatis, coloratis. *Cor.* nulla. *Stamina* receptaculo inserta, foliolis calycis opposita. *Stigma* bi-trifidum. *Drupa* oblonga, monosperma, ca-

lyce coronata. *Nux* unilocularis, rotundata. *Ruiz* et *Pav. Fl. Peruv.* III. *p.* 20. *t.* 242. *f.* a.

Familia ELAEAGNEARUM s. OSYRIDEARUM.

1061. THESIUM. *Cal.* monophyllus, (intus coloratus) cui stamina inserta. *Nect.* barba ad basin cujusvis laciniae calycis, latera staminum exteriora tegens. *Nux* mucronata calyce persistente tecta. *Lam. Ill. t.* 142. *Hayne ap. Schrad. Journ.* 1800. I. *St. p.* 28.

Cls. *Brown Prodr. Fl. nov. Holl. p.* 353 characterem generis posuit sequentibus: *perianthium* tubulosum infundibuliforme vel hypocrateriforme, 4-5-fidum, persistens, eglandulosum; disco epigyno nullo. *Stamina* singula extus munita fasciculo tenui villorum. *Nux* corticata, coronata. Huc TH. *linophyllum* L.; *ramosum Hayne*, *alpinum* L., *humile Vahl*, *ebracteatum Hayne*, et *australe* Br. „Species, addit, capenses, charactere supra proposito a genere exclusae, in duas phalanges vel *genera* commode dividi possunt notis sequentibus:

a. *Perianthium* profunde 5-fidum, eglandulosum, intus barbâ densâ deflexâ. Huc: TH. *Frisea*, *crassifolium*, *funale*, *spicatum*, *teretifoliam*, *debile*, *capitatum*, *ciliatum*, *scabrum*, *divaricatum*.

b. *Perianthium* 5-partitum, eglandulosum, disco epigyno nullo. Stamina extus fasciculo gracili villorum. Huc: TH. *squarrosum*, *fragile*, *strictum*, *spinosum*, *sparteum*, *ericoides*, *euphorbioides*.

Species americana, TH. *umbellatum* L., charactere floris inter FUSANUM et SANTALUM ambigit, pericarpium maturum non vidi.“ Nos interea divisionem hanc generis sequi non potuéramus, partim quia species plures a clo. *Thunberg* et *Poiret* adductae hic neglectae, partim quia aliae nobis ignotae nomine tantum solo hic designatae. Olim Familiae ELAEAGNORUM, nunc incertae sedis. *Juss. Ann. Mus.* V. *p.* 222.

1062. LEPTOMERIA. *Perianthium* rotatum, 4-5-partitum, persistens, nudiusculum. *Discus* epigynus, 4-5 lobus. *Stamina* saepe 10, alterna sterilia. *Stigma* divisum. *Drupa* coronata, saepe baccata. *R. Brown Prodr. Fl. nov. Holl.* I. *p.* 353.

Genus hinc THESIIS *capensibus*, inde FUSANO proximum; ab illis disco epigyno lobato vel glandulis basi perianthii impositis praecipue distinctum.

1063. CHORETRUM. *Perianthium* 5-partitum, coloratum, foliolis fornicatis, carinâ interiori descendente, persistens; calyculo minutissimo 5-dentato, munitum. *Stamina* cavitate laciniarum inclusa. *Antherae* 4-loculares, 4-valves. *Stigma* stellatum. *Drupa? R. Brown Prodr. Fl. nov. Holl.* I. *p.* 354.

Familia SANTALACEARUM. Affinitate proximum LEPTOMERIAE. Perianthium vix pro corolla habendum.

1064. EXOCARPOS. *Perianthium* 5-partitum, raro 4-partitum, rotatum. *Stam.* 5 basi laciniarum inserta. *Stylus* brevissimus. *Stigma* obtusum. *Nux* supera, corticata, monosperma, pedunculo ampliato baccato imposita. *Embryo* inversus, teres, in axi albuminis carnosi. Masculi et feminei flores saepius hermaphroditis misti. *R. Brown Prodr. nov. Holl.* I. *p.* 356.

SANTALACEIS, praecipue LEPTOMERIAE affinis. Genus a clo. *Labillardiere* conditum sequenti charactere: flores polygami monoici; cal. pentaphyllus; cor. nulla; stamina calyci inserta; stylus in foeminis brevis; stigma peltatum; drupa monosperma in receptaculo carnoso. *Nov. Holl.* II. *p.* 123.

1065. CEVALLIA. *Cal.* monophyllus, supra *germen adhaerens* coarctatus, exinde 10 partitus, *Cor.* nulla. *Antherae* appendiculo membranaceo cylindrico cavo terminatae. *Nux* spuria, 1 locularis, 1-sperma. *Lagasca Gen.* et *Spec. nov. diagnos. p.* 11.

Viro clarissimo calyx corolla est. Laciniae calycis lineares planae, erectae, aequales persistentes; *stamina* subulata plana aequalia brevissima, laciniarum alternarum corollae basi interne inserta. *Antherae* conniventes, sagittatae, biloculares, longitudinaliter intus dehiscentes. *Germen* ovatum basi angustius. *Stylus* filiformis longitudine filamentorum. *Stigma* capitatum emarginato-subbilobum. *Semen* unicum, calyci accretum, exalbuminosum, ovatum; *testa* crustacea, nucleo accreta, obscure viridis. *Cotyledones* duae, ovatae, extus convexae, intus planae, sulco longitudinali exaratae, carnosae, albidae. *Radicula* supera brevissima obtusa.

1066. HELICONIA. *Cal.* (*Cor. Linn.*) profunde bilabiatus, corollaceus, labio inferiore simplici canali ulato, superiore tridentato, lobis duobus lateralibus angustis, impositis dorso lobi medii latioris canaliculati *Stam.* 6, unicum abortivum. *Caps.* triquetra, trilocularis, loculis monospermis. *Juss. Lam. Ill. t.* 148. Familia MUSACEARUM.

Character generis apud *Schreber:* Spathae communes partialesque. *Cal* nullus. *Cor.* tripetalà, petalis oblongis, canaliculatis, aequalibus, erectis; acutis. *Nectarium* diphyllum, foliolo altero petalis subaequali, altero brevissimo, canaliculato, uncinato opposito. *Filamenta* 5, filiformia, *antheris* longis, erectis. *Stylus* staminibus brevior, *stigmate* longo, gracili, curvato, capitulo terminali. *Caps.* Oblonga truncata ut *Juss. Semina* oblonga. HELICONIAM *Bihai*, *psittacorum* et *hirsutam* esse corollâ dipetalâ, et minime hujus generis videri *Schreber* olim monuit.

1067. STRELITZIA. *Spatha* universalis horizontalis concava cymbiformis acuta, partiales bracteiformes membranaceae. *Cor.* (*Cal. Juss.*) sexpartita, laciniis maxime inaequalibus; exterioribus majoribus subaequalibus elongatis acuminatis canaliculatis, tertiâ patentissimâ, interiorum alterâ breviore ad basin reliquarum cucullatâ, duabus reliquis longioribus, basi angustatis, alterâ margine canaliculatis appendiculatis basi ibique tubulosis conniventibus, apice truncatis undulatis. *Stylus* stigmatibus 3 longissimis subulatis approximatis. *Caps.* coriacea, oblonga, trigona, trilocularis, trivalvis, loculis polyspermis. *Lam. Ill. t.* 148.

Clo. AITON: *Spatha* universalis partialisque. *Cor.* tripetala. *Nectarium* triphyllum genitalia involvens: *Caps.* ut supra, Confer *Fischer Comment. Mosqu. P.* I. *V.* I. *p.* 30. *T.* IV. *F.* I. Familia MUSACEARUM.

1068. LIGNONIA. *Cal.* 5-dentatus. *Cor.* 5-petala, petalo unico majore emarginato. *Antherae* cohaerentes. *Stigma* bilobum. *Pericarp.* biloculare. *Scopol. introd. gen.* 334. *Gmel. Syst. Veg.* I. *p.* 373.

Genus dubium.

Classis V.

PENTANDRIA.

MONOGYNIA.

(CONTINUATIO.)

852. SAMOLUS.

1. * S. *Valerandi*; erecta, foliis omnibus obovatis oblongisve obtusis membranaceis, racemo corymboso, pedicellis medio bracteatis, capsulâ subglobosâ. *R. Brown Prodr.* I. *p.* 428. S. caulibus diffusis ramosis, racemis axillaribus terminalibusque. *Willd. Enum. H. berol.* I. *p.* 215. *Spec.* I. *p.* 927. *Smith Engl. Bot. p.* 259. *Curt. Lond. Fasc.* IV. *t.* 20. *Desfont. Fl. atlant.* I. *p.* 183. *Smith Prodr. Fl. Graec.* I. *p.* 147. *n.* 514. *Mich. Fl. bor. Amer.* I. *p.* 109. *Pursh Fl. Amer. Sept.* I. *p.* 158. *Fl. dan. t.* 198. *Drev.* et *Hayne* V. *p.* 2. *t.* 7. *Tratt. tabular. t.* 578. *Tournef. Inst. p.* 143. S. *aquaticus Lam. Fl. franç. p.* 329. β. S. *africanus Walth. Hort.* 162. *t.* 123. γ. nanus *Decand. Fl. franc.* III. *n.* 2381. β.

Rad. e fibris longis, subsimplicibus. Herba glabra. Caulis pedalis teres apice subramosus. Folia alterna subsessilia integerrima, radicalia petiolata numerosa. Racemi erecti multiflori. Pedicelli saepius gemini uniflori, bracteâ lanceolatâ. Flores nivei parvi. Cal. campanulatus. Corollae tubus cylindricus, limbo patente, laciniis obtusis, aequalibus. Stam. inclusa. Stigma capitatum. *Smith.* *In maritimis Europae, Asiae, Americae borealis, ad littora, fontes.* 4.

Obs. Planta novae Hollandiae cum europaea penitus convenire videtur Africae australis parum diversa foliis punctis albis minutis *R. Br.* In Asia et America septentrionali caules magis ramosi firmique, folia magis rotundata.

2. * S. *littoralis R. Brown*; caule tereti ramoso folioso, foliis radicalibus spathulatis, caulinis sublanceolatis, ca-

lycis semisuperi laciniis acutis. *Prodr. Fl. nov. Holl.* I. *p.* 428. α. rami steriles prostrati, floriferi erecti v. adscendentes, folia caulina lanceolata, bracteis pedicellis insidentibus. *R. Brown.* SHEFFIELDIA *repens Linn. Suppl. p.* 135. *Forst. Gen. p.* 18. *t.* 9. *Prodr. n.* 67. *Willd. Spec.* I. *p.* 833. β. rami steriles prostrati, floriferi adscendentes, folia caulina lanceolata, uti calyces subincana, bracteis pedicellos subtendentibus. γ. rami omnes erecti foliaque lanceolata subincani, bracteae pedicellos subtendentes; flores corymbosi. SHEFFIELDIA *incana* caulibus erectis. *Labill. Specim. nov. Holl.* I. *p.* 40. *t.* 54. *Poiret Enc. meth.* VII. *p.* 148. δ pusillus, (vix 2 poll.) rami steriles prostrati, floriferi erecti, folia caulina semiteretia subulata calycesque incani.

α. Parvula procumbens et repens, PEPLI *Portulae* adeo similis, ut dentâ fructificatione eandem crederes. *Linn. Suppl.* In γ. caules recti, albidi, poris glandulisque numerosis; folia oblonga alterna acuminata; cal. persistens, laciniis ovatis aeutis; cor. laciniae subulatae. *Stam.* 10, 5 sterilia. Semina arcuata, nigrescentia. *Labill.* *In nova Zeelandia et ins. Paschatis.* 4.

3. S. *junceus*; caule erecto subsimplici tereti subaphyllo; foliolis stipuliformibus remotis; foliis radicalibus obovatis spathulatisque, racemo paucifloro, calycibus acutis. *R. Brown Prodr.* I. *p.* 429.

Ad oram meridion. nov. Holland.

4. S. *ambiguus*; caule erecto paniculatim ramoso tereti, foliis remotis linearibus subulatisve, racemis raris, calycibus subinferis obtusis, basi intrusâ. *R. Brown l. c.*

Ad oram meridion. nov. Holland.

5. * S *campanuloides R. Br.*; foliis radicalibus obovatis, caulinis lanceolatis, caule punctato scabro, floribus racemosis. CAMPANULA *porosa Thunb. Prodr. p.* 39. *Linn. Suppl.* 142. *Willd. Spec.* I. *p.* 895.

SAMOLUM genuinum esse monuit *R. Brown. Prodr. p.* 561. „Planta difficilius dignoscenda, nisi poris vix nudis oculis perspicuis, qui non deorsum sed sursum cauli intrusi. Caulis teres pedalis erectus, ramis numerosis erectis brevibus. Folia superiora linearia laevia integerrima. Racemi terminales erecti. Flores parvi, CAMPANULAE *rotundifoliae*, minores, erectiusculi. Calyx corollâ dimidio brevior, laevis, laciniis lanceolatis. *Linn. l. c.* *Ad Promont. b. Spei.*

6. S. *ebracteatus*; caule erecto, simplici; foliis oblongis, acutiusculis, crassiusculis; racemis axillaribus (et terminalibus) longe(issime) pedunculatis; pedicellis ebracteatis; cap-

sulis depresso-globosis. *Humb.* et *Bonpl. nov. Gen.* et *Spec.* II. *p.* 181. *t.* 129.

Herba erecta, 1-2ped. Caulis teres, carnosus, ruber, glaber, verrucosis albidis conspersus. Folia alterna, sessilia, amplexicaulia, lanceolato-oblonga, integerrima, basi valde angustata inferiora subpetiolata, reticulato-venosa, glaucescentia, punctis subcallosis conspersa, 3poll. et ultra, 10-11 lin. lata. Racemi solitarii, multiflori, adjecto pedunculo subpedales. Pedunculi teretes, laeves, glabri, 6-7poll. Flores pedicellati, sparsi inferiores paulo distantes, superiores approximati, fere duplo majores quam in SAMOLO *Valerandi*, pedicellis capillaceis, solitariis, 2-3lin., fructiferis duplo triplove longioribus. Calyx profunde 5-partitus glaber; laciniis ovatis, acutis, integerrimis aequalibus, corolla duplo brevioribus, patulis. Corolla hypogyna campanulata, alba, glabra, limbo quinquepartito, patente; laciniis subrotundis, obtusis; dentibus inter laciniias nullis, fauce glabrâ (leviter pilosâ ex *Bonpl.*) Stamina 5, laciniis corollae opposita inclusa. Filamenta subulata, tubo adnata, apice libera. Antherae oblongae biloculares, erectae, interne longitudinaliter dehiscentes. Ovarium sublibe-rum, subglobosum, glabrum. Stylus capillaceus, glaber, rectus, inclusus. 'Stigma subpeltato-obtusum. Capsula subpentagona, glabra, laevis stylo persistente coronata, calyci aucto cingenti inferne adnata eumque vix superans magnitudine grani cannabis, unilocularis, semiquinquevalvis, polysperma. Semina creberrima, minutissima, angulata, fusca, placentae centrali subglobosae subsessili ubique affixa. *Crescit in maritimis Insulae Cubae ad littus australe prope Batabano.* 2.

7. S. *floribundus;* caule erecto, superne paniculato-corymboso; foliis radicalibus (obovato-) spathulatis, caulinis oblongis, obtusis; pedicellis medio bracteatis; capsula subglobosa semiinfera. *Humb.* et *Bonpl. nov. Gen.* et *Spec.* II. *p.* 181.

Herba 1-1½ped. Radix fibrosa. Caulis inferne subsimplex, subangulatus, glaber. Folia radicalia petiolata, apice rotundata, integerrima reticulato-venosa, glabra, crassiuscula, adjecto petiolo 2-2½poll.; folia caulina alterna, inferiora subpetiolata, superiora sessilia, basi valde angustata, integerrima, crassiuscula, glabra, subbipollicaria. Spicae in apice ramorum solitariae, subtripollicares, erectae, multiflorae. Flores pedicellati sparsi, patuli, inferiores paulo distantes, superiores approximati, duplo minores quam in SAMOLO *Valerandi.* Pedicelli filiformes, teretes, glabri, medio bracteolâ lineari, 2-3 lin. longi; fructiferi duplo longiores. Calyx 5-partitus, glaber; laciniis ovatis acutis patulis, corollâ paulo brevioribus. Corolla campanulata, alba, glabra; limbo 5-partito patente laciniis oblongis, obtusis, aequalibus, interjectis denticulis totidem subulatis (stamina sterilia auctorum) inflexis? Stamina 5 fertilia, basi corollae inserta, inclusa. Filamenta glabra. Antherae ut in *ebracteato.* Ovarium semisuperum, depresso-globosum, glabrum. Stylus brevissimus. Stigma subcapitatum.

Capsula glabra, calyci persistenti usque ad medium adnata eoque brevior, unilocularis, semiquinquevalvis. Semina creberrima, minutissima, angulata, fusca, placentae centrali subglobosae brevissime stipitatae liberae undique affixa. *Crescit in maritimis Peruviae juxta portum Callao de Lima.* 4.

Obs. S. *caulescens*, caule simplicissimo erecto, paniculâ terminali *Rel. Willd. MS.*, cui caulis spithamaeus, folia radicalia obovata longe petiolata, caulina sensim minora, summa sessilia, panicula parva contracta, et quam *in maritimis Peruviae* legit *Humboldt* vix differre videtur quoad diagnosin hancce brevem.

853. VIRECTA.

1. V. *biflora Linn. Suppl.* 134. *Vahl Symb.* II. *p.* 38. *Willd. Spec.* I. *p.* 972. *Gaertn. fil. Carpolog. p.* 31. t. 184. *f.* 5. RONDELETIA *biflora Rottb. Descr. plant. surinam. p.* 7. *t.* 2. *f.* 2.

Herba tenera MERCURIALIS *annuae*. Caulis (filiformis) teres spithamaeus et ultra, simplex, interdum radicans, pubescens. Folia opposita petiolata ovata obtusa tenera integerrima, in petiolum decurrentia, venosa, parva. Stipulae interfoliaceae parvae erectae subulatae. Pedunculus terminalis inter ramos duos teneros foliis saepe brevior, biflorus, flore inferiori sessili. Corolla rubescens ore albo. *Linn.* *In subhumidis Surinami.* ☉. *Dalberg.*

854. BELLONIA.

1. * B. *aspera*; foliis ovatis serratis, floribus corymbosis terminalibus. *Swartz Prodr. p.* 42. *Willd. Spec.* I. *p.* 934. *Lam. Enc. meth.* I. *p.* 397. *Plum. Gen. p.* 19. *ic.* 47.

Arbuscula, ramis teretibus nodosis ferrugineis. Folia opposita subtus aspera, petiolis brevissimis. Flores albi in corymbo brachiato et axillis superioribus. *Lam. l. c.* *In America.* ♄.

2. B. *spinosa Swartz*; spinosa, foliis ovatis angulatis dentato-serratis, pedunculis axillaribus unifloris. *Swartz Prodr. p.* 42. *Fl. Ind. occid.* I. *p.* 382. *Lam. Enc. meth. Suppl.* I. *p.* 610.

Fruticulus 2 circiter ped., caule recto ramoso spinoso, ramis oppositis rigidis glabris patentibus, spinis oppositis alternisque fragilibus setaceis; folia decussata subangulosa, subtus albida, pollicaria; flores parvi albi axillares in pedunculis rubris. Calycis laciniae subvillosae. Cor. subrotata, laciniis profundis. Semina minima acuminata. *Swartz.* *In sylvis ad fluviorum ripas Hispaniolae in desertis rupestribus.* ♄.

855. CALYCOBOLUS.

1. C. *pulchellus*; foliis membranaceis subtus pilosiusculis, bracteis obtusis. *Herb. Willd. MS.*

Ad Cassiquiare. ♄. *Humb.* et *Bonpl.*

2. *C. emarginatus*; foliis coriaceis, subtus sericeo-pubescentibus, bracteis emarginatis. *Herb. Willd. MS.*
In America merid. ♄. *Humb.* et *Bonpl.*

856. SIPANEA.

1. *S. pratensis Aublet Guian.* I. *p.* 147. *t.* 56. *Lam. Enc. meth.* VII. *p.* 199. *Illustr. t.* 151. VIRECTA *pratensis* foliis lanceolatis, pedunculis multifloris. *Vahl Eclog. amer.* II. *p.* 11.
Radices fibrosae. Caules numerosi teretes subvillosi nodosi ramosissimi, 2-ped. et ultra, ramis ut plurimum prostratis radicantibus. Folia opposita subsessilia, ovato-lanceolata, integerrima, scabriuscula, basi ciliata, (pollicaria), apice acuta, basi stipulis caducis, (lanceolatis). Flores terminales in corymbis 6-8-floris. Cal. striatus basi rotundatus, pilo sat longo inter lacinias. Cor. rosea (tubo calyce duplo longiore). *Poiret.* *Circa Cayenne.* ♃?

857. MACROCNEMUM.

1. *M. *jamaicense*; corymbis axillaribus elongatis nudis. *Willd. Spec.* I. *p.* 933. *Lam. Enc. meth.* III. *p.* 670. *Linn. Amoen.* V. *p.* 413. *Swartz Obs.* 68. *t.* 3. *f.* 1.
Arbuscula 12-14ped. Folia opposita lanceolato-ovata (aut ovata), integerrima, laevia, subpetiolata. Panicula dicho-tricho-toma vix foliis longior. *In umbrosis Jamaicae australis ad ripas rivulorum.* ♄.

2. M. *corymbosum Ruiz* et *Pav.*; foliis ovato-oblongis basi excavatis carinatis rugosis sessilibus, corymbis magnis. *Fl. peruv.* II. *p.* 48. *t.* 189.
Arbuscula 12 circiter pedum, e caulibus pluribus rectis simplicibus, inferiore parte nudis, fusco-cinereis, subgranulatis. Folia ad apicem, opposita, ampla, pedalia et ultra, coriacea, plicata, integerrima lucida venosa; stipulae laciniis 2 rectis lanceolatis acutissimis, appressis membranaceis. Corymbi terminales, ramis oppositis, bracteis lanceolatis, acutis. Cal. purpurascens, carnosus. Cor. crassa, alba, extus purpurascens. Caps. fusco-purpurascens, demum atra. Semina flava. *In Andium collibus.* ♄.
Obs. Fraude admisceri solet cortici CINCHONARUM *officinalium*. Dignoscitur cortice intus albo et sapore amariusculo viscido. MACROCNEMUM *corymbosum* foliis ovalibus basi parum attenuatis cordatis amplexicaulibus, floribus paniculatis *Willd. MS.* vix differre videtur.

3. M. *microcarpon Ruiz* et *Pav.*; foliis oblongis obtuse acuminatis subtus pubescentibus, racemis terminalibus, floribus congestis sessilibus. *Fl. peruv.* II. *p.* 48. *t.* 198. *f.* a.
Arbuscula 25ped., caulibus rectis teretibus fusco-nigris ramosis; folia opposita petiolata subovata integerrima, glabra, lucida, subtus venosa, petiolis brevibus pubescentibus; stipulae laciniis 2 acutis, membranaceis, petiolo duplo brevioribus. Racemi oppositi 8-9poll., patentes, bracteis subulatis. Flores sessiles agglomerati, distantes. Cal. parvus caducus. Corollae laciniae

reflexae, calyce quadruplo longiores albae. Capsula parva turbinata. Sem. flava. *Ruiz* et *Pav.* *In Chinchao et Cachero nemoribus imis calidis.* ♄.

4. M. *venosum Ruiz* et *Pav.*; foliis oblongis acuminatis venosissimis lineatis, nervo venisque pubescentibus, racemis terminalibus. *Fl. peruv. l. c. t.* 190. *f.* b.

Caules recti glabri parum ramosi, 10-12ped., ramis tetragonis; folia opposita petiolata ovata integerrima, 9poll.; stipulae lanceolatae bifidae acutissimae, petiolis duplo longiores, membranaceae striatae rubescentes. Racemi pubescentes, paniculam sistentes patentem; flores parvi, sessiles; cal. minimus; cor. parva alba. *Ruiz* et *Pav.* *In Peruviae nemoribus calidis.* ♄.

Obs. Species peruvianae a genere parum abludere videntur.

5. M. *tinctorium*; floribus glomeratis umbellatis. *Herb. Willd. MS.*

Ad Oronoccam. ♄. *Humb.* et *Bonpl.*

6. M. *strictum Roxb.*; foliis ellipticis acutis oppositis, floribus verticillatis sessilibus. *Herb. Willd. MS.*

In India orientali, Roxb. ♄.

Quid MACROCNEMA duo in nominata apud *Vandelli Fl. lusit.* in *Röm. Script. de plant. Hisp. p.* 88. *alterum*:

M. foliis oblongo-lanceolatis, coriaceis integerrimis; alterum

M. foliis ternis lato-lanceolatis undatis integerrimis coriaceis, utrumque *in Brasilia.*?

---

858. CHIMARRHIS.

1. C. *cymosa Jacq. amer. p.* 61. *Willd. Spec. I. p.* 971.

Arbor procera comosa elegans. Folia ovata utrinque acuminata integerrima petiolata nitida opposita pedalia. Flores parvi albidi in racemis cymosis, terminalibus, et axillaribus. Capsulae parvae. *Jacq. l. c.* *In Martinica.* ♄.

859. MACHAONIA.

1. M. *acuminata*; foliis ovalibus acuminatis subtus pubescentibus venosis; paniculâ terminali trichotomâ; floribus capitellatis sessilibus. *Humb.* et *Bonpl. plant. aequin.* I. *p.* 101. *t.* 29. M. foliis ovato-oblongis acuminatis pubescentibus, ramulis tomentosis, floribus punctatis. *Herb. Willd. MS.*

Arbor 30ped. et ultra, cymâ densâ, ramis foliisque oppositis. Folia atro-viridia, 2-3poll., supra glabra. Stipulae 2 ad nodum singulum oppositae ovatae acutae. Panicula terminalis subglobosa. Flores albi in capitulis parvis subsessilibus bracteatis. Cal. albidus. Cor. calyce duplo major, tubo recto cylindrico, longiore laciniis limbi. Caps. 2-3lin.; valvulae

membranaceae, margine revolutae, subcarnosae; semen minimum. *In Guayaquil.* ♄.

860. COSMIBUENA.

1. C. *obtusifolia Ruiz* et *Pav.*; foliis ovalibus obovatisque obtusis, floribus corymbosis. *Fl. peruv.* III. *p.* 3. *t.* 198. *Pers. Syn.* I. *p.* 197. CINCHONA *grandiflora*, foliis ovalibus obovatisque subaveniis coriaceis subtus albidis, corymbis terminalibus, corollis magnis glabris candidis. *Ruiz* et *Pav. Fl. peruv. p.* 54. *t.* 198. (testt. auctt. ipsis). *Poiret Enc. meth.* VI. *p.* 39. *n.* 12. C. tubo corollae longissimo, fol. lanceolato-oblongis utrinque glabris. *Humb. Berl. Mag. naturf. Freunde* I. *p.* 120. CINCHONA *longiflora Mutis.* (fid. *Humb.*)

Truncus circiter 20pèd., cortice fusco cinereo intus flavido, reliquis minus amaro; rami patentes; juniores subtetragoni, foliis patentissimis, sat approximatis, ovatis, obtusis, integerrimis, supra viridibus, lucidis, subtus albidis, basi stipulis sat magnis, obtusis, substriatis. Corymbi terminales foliosi patentissimi e 30 circiter floribus odoratissimis, flore singulo pedicellato, bracteis subulatis. Cal. brevis tubulosus dentibus rectis acutis; cor. alba glabra, 3poll., infundibuliformis, tubo cylindrico subpentagono, limbi laciniis ovatis reflexis; stigma lobis 2 oblongis; caps. oblonga basi attenuata, sulcis 2, apice dehiscens, seminibus numerosis minimis, membranulâ lineari, in receptaculo lato. *Fl. peruv. l c.* *In nemoribus Andium Peruviae.* ♄.

Obs. Illustr. *Humb.* et *Bonpl. asserunt* in *plant. aequinoct.* I. *p.* 67.: „CINCHONA *ovalifolia Mutis* hodie genus distinctum efformat nomine COSMIBUENAE *Fl. peruv. t.* 198. Eadem haec planta a *Vahlio* CINCHONA *macrocarpa* dicta fuerat et CINCHONA *grandiflora* a *Ruiz* et *Pav.*" In *Berlin. Magaz.* vero l. c. ad CINCHONAM *grandiflora* dicit *Humboldt:* „retinui nomen antiquius *grandiflorae* in planta nunc COSMIBUENA *obtusifolia* dicta, quae eadem cum C. *longiflora Mutis.*" et ibid. iterum *p.* 119. „cave ne confundas C. *grandiflora* cum CINCH. *ovalifolia Mutis!*" Sine dubio in *Gen. et Spec.* apparens haec contradictio illustrabitur.

2. C. *acuminata Ruiz* et *Pav.*; foliis ovalibus acuminatis, floribus solitariis sessilibus. *Flor peruv.* IV. *t.* 226. CINCHONA *acuminata Poiret Enc. meth.* IV. *p.* 640.

Arbor 5-6-ulnaris, cortice cinereo, in ramis virente, junioribus albo-punctatis. Folia opposita ternave, oblonga subpetiolata; superiora sessilia cordata, 2-3poll., poll. lata, basi rotundata glabra; stipulae ovatae; flores odorati, pulcre rosei in panicula terminali; pedicelli brevissimi bracteis parvis; cal. ovatus, compressus, laciniis lanceolatis acutis longitudine tubi. Cor. extus sericea, tubo cylindrico, laciniis limbi oblongis, tubo longioribus; stigma capitatum subbilobum; caps. valvulis extus convexis. *Ruiz* et *Pav.* *In Peruviae Andium nemorosis imis.* ♄.

Obs. In hanc alterius esse inquirendum. *Humb. Berl. Mag. l. c.*

861. CINCHONA.

A. Cinchonae *corollis tomentosis.*

1. * *C. officinalis*; foliis ovali-lanceolatis nitidis, subtus ad nervorum axillas scrobiculatis, corollae limbo lanato, capsulis ovatis. (*Humb.* et *Bonpl.*) — *Linn. Spec. ed.* 2. *p.* 244. *Syst. Veg. ed.* X. *p.* 929. *Willd. Spec.* I. *p.* 957. *Vahl Act. Soc. Hist. nat. Havn.* I. *p.* 17. *t.* 1. *Lam. Enc. meth.* VI. *p.* 41. *n.* 16. *t.* 164. *f.* 1. *Lamb. Cinchon. p.* 15. *f.* 1. C. *condaminea Humb.* et *Bonpl. pl. aequinoct.* I. *p.* 33. *t.* 10. *Tratt. tab. t.* 108. *Humboldt in Berlin. Magaz. d. naturf. Freunde* I. *p.* 112. Quinaquina. *De la Condamine Act. paris.* 1738. (fide *Herb. Juss.*) *Cascarilla fina*, C. *fina de Uritusinga.*

Descriptioni datae a *Bonpland l. c.* in ( ) addimus quae *Humboldt* eidem addiderat in *Berl. Mag.* e descriptione sua Gonzanamae ad exemplar vivum factâ, dimensiones e planta quae primâ vice floruit ad scal. parisin.

Arbor 18-ped., pedem in diametro, elegans sempervirens, sauciata succum luteum adstringentem destillans, trunco erecto, cortice cinereo rimoso. Rami teretes, decussatim oppositi, erecti, juniores ad nodos obsolete tetragoni (cicatricibus a foliis delapsis, subtetragoni, juniores glaberrimi subpulverulenti. Folia petiolata, decussatim opposita, obtusa et acuta, integerrima, utrinque viridia, nullis venis rubris, fere laurina, glaberrima, in axillis nervorum inferne scrobiculata, adulta 4poll. 3lin., 1 poll. 9 lin. lata, juniora saepe 5poll., 4 poll. 7 lin. lata.) Scrobiculus in foliis liquore aqueo adstringente scatet orificio pilis clauso. (Glandulae pilis nullis, convexitate in pagina superiore folii conspicua, venas altitudine superantes. Pagina folii inferior scrobiculum demonstrat.) Petiolus foliis sexies brevior, superne planus, inferne convexus, (saepe rubescens). Stipulae 2 acutae sericeae adpressae (oblongae carinatae). Panicula terminalis (et axillaris) brachiata foliosa trichotoma (folio longior, floribus breve pedicellatis). Pedunculi et pedicelli pulverulento-sericei, teretes. Flores albo-rosei, bracteolati. Cal. campanulato-globosus, pulverulento-sericeus, ut pedunculus, dentibus acutis brevissimis adpressis. (Cal. tubulosus basi angustatus subpentagonus subhirtus dentibus 5 ovatis acuminatis patentibus, 1-7lin.) Cor. subhypocrateriformis, calyce sexies longior, tubo obsolete pentagono sericeo saepius roseo; limbo rotato laciniis ovalibus tubo multo brevioribus, supra lanatis niveis. (Cor. hypocrateriformis 5, 4lin. tubo cylindrico rubro, ad basin saepius fisso, limbo 5-fido, saepissime 4-fido, laciniis ovatis acutis, apice et margine ciliatis, vel tomentosis ciliis albis, faux corollae et totius tubi pars interior rubra, glabra, nec ciliata. Stamina rarius 4, 3, in corolla quadrifida saepe 5. Filamenta ex rubro albescentia, imo tubo adnata, cum eo cohaerentia, tertiam tubi partem aequantia, eâdemque tantum tertiâ sui

parte libera. Antherae flavae lineares, parte liberâ filamenti duplo longiores.) Germen globosum disco epigyno quinquetuberculato. (Germen rotundum, subdepressum rubescens, saepe punctatum et quinquesulcatum.) Stylus vix exsertus stigmate bifido (fere longitudine tubi, crassus, teres). Stigma bifidum (saepe bipartitum, tubum vix superans, virescens, compressum.) Capsula ovata lignosa longitudinaliter lineata, dentibus calycinis coronata, opposite bisulcata, a basi ad apicem bivalvis, (8lin., 3/2 lata, oblonga, striato-costata, de medio hiscens, dissepimento parallelo.) Semina plurima sursum imbricata. Receptaculum subcarnosum elongatum compresso-tetragonum. *In Andibus Peruviae prope Loxam et Ayavacam, alt.* 1282 *orgyar. supra Oceanum.* (Inter 900-1200 org. Humb.) ♄.

Obs. Folia in adultiore arbore semper angustiora. In foliis luxuriantibus scrobiculi nulli. Nomen mutasse, quia C. *macrocarpa* (nunc COSMIBUENA?) et *pubescens Vahl*, simul ac *nitida Ruiz* et *Pav.* olim *officinales* male dictae. *Humb.* *Vahlii* descriptio non paucis abludit „Folia petiolata ad apices ramorum approximata, in ramis floriferis remota patentissima, 2poll., ovata vel ovato-lanceolata acuta laevia, utrinque glabra. Panicula terminalis patens trichotoma. Pedunculi et pedicelli leviter tomentosi. Calyx margo superus dentibus 5 brevissimis. Cor. vix unguicularis extus tomentosa, laciniis acutis intus lanatis tubo brevioribus. Germen tomentosum. Caps. oblonga glabra, 1/2poll., lineis obscuris elevatis. *Vahl l. c.*

2. C. *rosea Ruiz* et *Pav.*; foliis oblongis obtuse acuminatis, paniculâ brachiatâ, floribus corymbosis, corollae roseae fauce glabrâ, limbo margine tomentoso. *Fl. peruv.* II. *p.* 54. *t.* 199. C. *fusca* fol. lanceolatis oblongis utrinque glabris. *Ruiz* ap. *Vitm. Suppl.* I. *p.* 262. *Cascarillo pardo Ruiz Quinolog. art.* 8. *p.* 77.

Arbor 15ped., trunco recto, cavernoso, ramosissimo, cortice fusco laevi maculis fusco-cinereis, maxime adstringente, subamaro. Rami subtetragoni, ad articulos superiores subcompressi. Folia palmaria, nitida, a formicis exesa, opposita, integerrima, subtus venosa. Stipulae ovatae obtusae purpurascentes, extus pubescentes, basi connatae. Panicula recta, terminalis, pedunculis patentibus compressis; cymae parvae florum pedicellatorum, bracteis parvis, ovatis, acutis. Cal. brevis purpurascens. Cor. tubo brevi cylindrico subcurvato, fauce glabro, limbo tomentoso, laciniis brevibus, ovatis. Filamenta infra medium tubi inserta basi hirsuta. Antherae parum exsertae. Caps. subcurvata. *In nemoribus Andium Peruviae.* ♄.

Obs. *Zea* jungit tanquam varietatem cum *lancifolia*, sed demissa dissuadet statio.

3. C. *lancifolia Mut.*; foliis lanceolatis acutis utrinque glaberrimis. *Mutis Period. de St. Fé p.* 465. *Alibert traité d. fievr. ataxiques* (fig. ad specim. Mutisian. a *Zea*). *Humb. Berl. Magaz. l. c. p.* 465. (et hoc teste:) C. *angustifolia. Ruiz Suppl. à la Quinologia p.* 21. c.

α. C. *nitida*, fol. obovatis nitidis, paniculâ brachiatâ, corollis albo-purpureis, limbo parum hirsuto. *Ruiz* et *Pav. Fl. peruv.* II. *p.* 50. *t.* 191. C. *officinalis Ruiz Quinolog.* II. *p.* 56.

β. C. *lanceolata*, fol. lanceolato-oblongis glabris, paniculâ brachiatâ magnâ, floribus subcorymbosis. *Ruiz* et *Pav. Fl. peruv.* II. *p.* 51. et III. *p.* 1. *t.* 223. C. *glabra* fol. ovato-linearibus utrinque glabris s. *Casc. lampina Ruiz Quinolog. art.* 4. *p.* 64.

C. *lancifolia* incolis est *Quina naranjanda* s. *aurantiaca*, in Cadiz *Calisaya* dicta post officinalem optima. Folia huic hujus sectionis minima semper glabra: — Suadentibus *Humboldt l. c.* et *Zea* α et β. huc retulimus. In α folia glabra, subtus venosa.

β. Arbor est 30 pedum; cortex extus fuscus, intus lutescens, amarissimus, acidulus. Rami patentes, adscendentes, foliis oppositis, integerrimis, venis purpurascentibus; petioli ½-¾poll.; stipulae planae, ovatae, obtusae, basi connatae. Panicula foliosa patentissima, bracteis parvis subulatis, caducis. Cal. parvus, purpureus. Cor. roseo-purpurea, limbo hirsuto, patente. Filamenta basi villosa. Capsula oblonga angusta pollicaris substriata fusco-rufa, basi dehiscens. Semina ovata, parva flavida, margine saepe lacero. *Ruiz* et *Pav.* P. *lancifolia ubique solitaria in altitudine orgyar.* 700-1500, *locis frigidioribus, circa S. Fé, et in nova Granada.* α *in frigidis altis nemorosis aliisque Peruviae locis*, ut β. ♄.

Obs. Persoon Syn. I. *p.* 196 de α tanquam specie dubitat, et *macrocarpae* infauste tanquam subspeciem subjunxit. *Rhode* in *Monogr. Cinch. tent.* hanc *lancifoliam Mutis* esse genuinam *officinalem Linn.*, et eandem cum *glabra Ruiz*, et huc etiam fors spectare CINCH. *roseam.*

4. C. *scrobiculata Humb.* et *Bonpl.*; foliis ovato-oblongis utrinque acutis nitidis, subtus ad axillas venarum scrobiculatis; corollae limbo lanato; staminibus inclusis; capsulâ ovato-oblongâ laevi. *Humb.* et *Bonpl. plant. aequinoct.* I. *p.* 165. *t.* 47. *Trattin. tabular. t.* 297.

Arbor 40ped., cortice rimoso, fisso. Rami oppositi, teretes, patentes, inferne nudi, superne foliosi, junioribus erectis, obsolete tetragonis, nitentibus. Folia opposita 4-10poll., glaberrima, utrinque acuta, basi valde attenuata, subtus scrobiculis hirsutis. Petioli unciales, externe convexi. Stipulae ovatae caducae, extus basi carinatae. Panicula terminalis e corymbis tripartitis. Flores rosei, suavissime olentes, subsessiles, aggregati. Cal. externe pubescens, tubo ovato, fauce coarctato, limbi dentibus acutis tubo corollae appressis. Cor. hypocrateriformis calyce triplo longior, extus pilis minutis, tubo erecto, obtuse pentagono, limbo quinquepartito, laciniis ovatis obtusis, interne margine hirsutis, basi et parte interiore tubi glaberrimis. Stam. medio tubi inserta. Antherae longitudine fila-

mentorum glabrorum. Germen ovatum, disco viridi quinquetuberculato. Stylus parum exsertus, stigmate bifido, laciniis erectis crassiusculis viridibus. Caps. vix pollicaris, utrinque sulco longitudinali, basi dehiscens. *Humb. l. c.* *In Peruviae Andibus juxta Jaen de Bracamorros.* *Cascarilla fina*, *Quina fina American.* ♄.

Obs. Affinis C. *officinali* et *roseae Fl. peruv.* ab hac scrobiculis ad axillas foliorum, calyce corollâque extus pubescente, filamentis glabris, ab illa formâ foliorum, staminibus corollâque distincta, in hac multo minus pubescentibus. De hac silet ill. *Humboldt* in *Berl. Mag.*

5. C. *cordifolia Mut.*; foliis orbiculato-ovatis saepe subcordatis subtus tomentosis supra pubescentibus. *Mutis MSS.* apud *Humb. Berl. Mag. l. c. p.* 117. *Alibert trait. de fievr. ataxiques* (ad specim. Herb. *Mutis*). C. *officinalis Linn. Syst. Veg. ed.* 12. *p.* 164. *descr. ed.* 13. *p.* 178. (fide *Humb.* ex *Herb. Mutis* et *Juss.*) *Linn. Suppl.* 144. *Gärtn. de Fruct.* I. *p.* 169. *t.* 33. *f.* 4. (eâdem auctoritate ut et) C. *pubescens* foliis ovatis basi elongatis subtus pubescentibus, capsulis cylindricis. *Vahl Act. Soc. Hist. nat. Hafn.* I. *p.* 19. *t.* 2. *Symb.* II. *p.* 37. *Willd. Spec.* I. *p.* 958. *Lamb. Cinch. p.* 21. *t.* 2. *Poiret Enc. meth.* VI. *p.* 41. *n.* 17. (excl. *purpureâ*).

α. foliis vix cordatis, utrinque glabris. C. *ovata*, fol. ovatis subtus tomentosis, paniculâ brachiatâ, floribus subcorymbosis, corollis purpureis, limbo hirsuto. *Ruiz* et *Pav. Fl. peruv.* II. *p.* 52. *t.* 195. C. *pallescens* fol. ovatis planis supra nitentibus, subtus pubescentibus, venosis. *Ruiz* ap. *Vitm. Suppl.* I. *p.* 262. *Cascarilla pallida Ruiz Quinol. art.* 7. *p.* 74. *Suppl. à la Quinol. p.* 18.

β. foliis utrinque hirsutis. C. *hirsuta*, fol. ovalibus crassis margine reflexis, supra nitidis venosis, subtus pubescentibus, terminalibus subcordatis; floribus corymbosis, corollis purpurascentibus, limbo hirsuto. *Ruiz* et *Pav. Fl. peruv.* II. *p.* 57. *t.* 192. C. *tenuis* fol. ovato-oblongis, supra nitentibus, subtus pubescentibus. *Ruiz Quinolog.* II. *p.* 56. *Cascarilla delgada.*

Rami superne pubescentes. Folia petiolata spithamaea, palmam lata, basi parum in petiolum decurrentia tenera venosa, subtus nervis pubescentia. Panicula terminalis brachiata pubescens. Calyx margo superus, dentibus minutis, ovatis, acutis. Cor. *officinalis*; tubo medio incrassato. Capsula cylindrica pollicaris, utrinque parum angustata. *Vahl Act. l. c.* Folia cordata rariora quidem, sed inveniuntur in singulis tamen ramis. *De Humb. Quina amarilla; Quina jaune de S. Fé.* — In α folia subtus venis purpurascentibus, cor. pubescens, limbo patente albo. In β. arbusc. 12-15ped., flores racemosi, terminales solitarii. Cal. interne purpureus. Cor. purpurea, albo-lineata, intus villosissima. Capsula obscure purpurea, exsiccatione nigra. C. *cordifolia in novae Granadae montibus altit.* 900-1440 *or-*

gyar. — α in Andium montibus imis calidis versus Pozazo et Panao; β. in montibus Panathavas cum nitida et eodem pretio.

Obs. *Rhode* ad C. *cordifoliam* ducit *purpuream* et *micranthum Ruiz*, et α cum β conjungit. Fide *Humb.* et *Bonpl.* huc, nec ad *macrocarpam*, ut *Vahl* sentit, spectat descriptio C. *officinalis* data in *Linn. Suppl. p.* 144. in qua: „folia opposita, petiolata, integerrima, subtus tomentosa. Flores paniculati, pedicellati. Cal. monophyllus minimus campanulatus, obsoletissime 5-dentatus. Cor. infundibuliformis, extus tomentosa; tubus cylindricus, calyce multoties longior; limbus tubo brevior, 5-partitus, laciniis ovato-oblongis patentibus, apice intus margineque lanatus. Filamenta 5 setacea, e medio tubi. Antherae oblongae, supra basin exteriorem affixae in fauce corollae. Capsula bipartibilis dehiscens in duas partes dissepimento parallelo latere interiore. Misit D. *Mutis*. Ordine naturali CONTORTIS accedit."

6. C. *purpurea Ruiz* et *Pav.*; foliis oblongo-ovalibus ovatisque (purpurascentibus), paniculâ brachiatâ magnâ, floribus subcorymbosis, corollis albo-purpureis, limbo hirsuto albo. *Flor. peruv.* II. *p.* 52. *t.* 193. C. fol. ovato-oblongis, planis supra nitentibus subtus pubescentibus. *Ruiz Quinolog.*

Arbor. 24ped. Pedunculi, calyces corollaque purpurascens ut caps. oblonga angusta. *In Andium montibus imis nemorosis. Panathavas.* ♄.

Obs. A clo. Zea varietas dicitur *cordifoliae*, ut et a *Rhode*.

7. C. *oblongifolia Mutis*; foliis oblongis acuminatis glabris, filamentis brevissimis, antheris infra medium tubi latentibus. *Mutis MS.* apud *Humb. Berl. Mag. l. c. p.* 118. *Alibert traité d. fievr. ataxiques* (ad *spec. Herb. Mutis*). C. *magnifolia* foliis oblongis ovalibusque glabris, paniculâ brachiatâ, floribus subcorymbosis, corollae albae limbo villosiusculo. *Flor. peruv.* II. *p.* 53. *t.* 196. C. *grandifolia Poiret Enc. meth.* VI. *p.* 36. *Cascarillo amarillo Ruiz Quinolog. art.* 6. *p.* 71. C. *lutescens Ruiz* apud *Vitm. Suppl.* I. *p.* 262.

Arbor fere 40 ulnar., comâ valde frondosâ; erecto-patente. Truncus cortice laevi, fusco-cinereo, intus rufescente, amaro-acidulo. Rami juniores tetragoni, rufescentes. Folia ampla integerrima, supra lucida, venis purpurascentibus, primoribus basi pilis albis raris, pedalia et bipedalia. Stipulae ovatae acuminatae caducae. Panicula ampla, patens, foliosa, ramosissima, bracteis parvis ovatis acutis. Cal. purpureus, 5-dentatus. Cor. odore CITRI *Aurantii*, pollicaris, limbo intus parum piloso. Antherae basi bifidae. Caps. oblonga, magna, 1½poll., vix striata, seminibus ovatis, margine membranaceis. *Ruiz* et *Pav.* *In Andium nemoribus calidissimis circa Mariguita n. Grenadae prope torrentes, ad Chinchao Peruviae.* ♄.

Obs. *Quina Roxa* (Cortex ruber) *incolar.* Differt a *lancifolia* foliis latioribus majoribus oblongis nec lanceolatis, situque antherarum. Fructus maximi, majores *macrocarpa*.

8. C. *ovalifolia Mut.*; foliis ellipticis supra glaberrimis subtus pubescentibus, antheris in parte tubi superiore latentibus, filamentis vix ullis. *Mutis MS.* apud *Humb. Berl. Mag. l. c. p.* 118. C. *macrocarpa*, fol. oblongis subtus pubescentibus costatis. *Vahl Act. Soc. Hist. nat. Havn.* I. *p.* 20. *t.* 3. (excl. Synonym.) *Lamb. Cinch. p.* 22. *t.* 3. *Poiret Enc. meth.* VI. *p.* 41. *n.* 18. α. fol. utrinque pubescentibus. β. fol. utrinque glabris.

Rami villoso-tomentosi. Folia petiolata, plusquam pollicaria, oblonga, juniora elliptica, subcoriacea, subtus costata, costis villoso-tomentosis; juniora supra, praesertim secundum nervos, pilosa. Panicula terminalis trichotoma pubescens. Calyx campanulatus pubescens, intus sericeus, rarius dentibus sex, obsoletis acutis. Corolla coriacea 1½-poll., pilis minutissimis appressis, saepe 6-7-loba. Limbi laciniae obtusae longitudine tubi. Caps. cylindrica, 2poll., glabra, basi parum angustior. Valvulae dissepimenti basi apiceque simul magis hiantes. *Vahl Act. l. c.* „Non confundenda cum CINCH. *grandiflora*, nunc COSMIBUENA. *Humb. l. c.*“ Cortex fusco-cinereus, intus flavicans, reliquis minus amarus. *Quina blanca. In regno S. Fé. β. circa St. Martham.*

Obs. Poiret Enc. meth. VI. *p.* 42. subscribit C. *macrocarpae* varietatem α: „floribus minoribus, foliis subtus albo-pubescentibus“ quae vix hujus loci, licet similis. Flores pollicares, limbi laciniae latae, obtusae; folia juniora subtus argentea, ovata, utrinque acuta, 1-2poll., adulta duplo majora, subinde et obtusa, subtus cinereo-pubescentia.

9. C. *Humboldtiana*; foliis ovalibus subtus pubescentibus; corollâ candidâ fauce glabrâ; capsulâ ovatâ. C. *ovalifolia Humb.* et *Bonpl. plant. aequinoct. p.* 65. *t.* 19. *Trattin. tabular. t.* 225.

Arbor 3 org., 6-8poll. in diametro. Rami decussatim oppositi, patentes, remoti, juniores quadrangulares, pubescentes. Cortex obscure griseus. Folia 3-6poll., patentia, subtus venosa, supra nitida, in apice ramulorum approximata. Petioli foliis multoties breviores pubescentes. Stipulae duae ovatae caducae. Panicula terminalis brachiata pauciflora. Calyx campanulatus, limbo membranaceo. Cor. externe sericea, laciniis intus apice villosis. Stamina imo corollae tubo inserta. Germen glabrum, disco epigyno quinquetuberculato. Capsula basi dehiscens, pollicaris, ovata. *Humb.* l. c. et *Herb. de Juss. In Andibus prope Cuença. Cascarilla pelada Americ.* ♄.

Obs. Humb. et *Bonpl. l. c.* hanc, ut aiunt „novam speciem“ *ovalifoliam* dixerunt, quia diversa ab *ovalifolia Mutis*, quam COSMIBUENAM *obtusifoliam* dixerant, sed COSMIBUENAM hanc non esse confundendam cum CINCHONA *ovalifolia* nunc monuit *Humboldt Berl. Mag.* I. *p.* 119. An haec, de qua in *Berl. Mag. l. c.* plane silet *Willdenow*, eadem fors cum varietate illa *Poireti*, de qua nos in observatione ad *ovalifoliam Mutis?*

10. C. *brasiliensis Hoffmannsegg.*; foliis oblongis

acuminatis, venis subtus pubescentibus, paniculâ terminali, tubo calycis longitudine. *Willd. MS.* apud *Humb. Berl. Mag. l. c. p.* 119.

Flores parvi. Faux corollae hirsuta; pili rari breves in laciniarum corollae interiore superfice adpressi. *Ad ostia fluminis Amazonum circa Gran Para.* ♄.

Obs. Olim apud *Willdenow* in *Herb.* pro MACHAONIA.

11. C. *excelsa Roxb.*; foliis ellipticis subtus pubescentibus, paniculâ terminali basi brachiatâ, floribus fasciculatis; corollâ pubescente, antheris subexsertis. *Plants of Corom.* II. 3. *t.* 106. *Tratt. tabular. t.* 170.

Arbor excelsa, ramis patentibus; cortice exteriori crasso, suberoso rimoso; medio farinaceo brunneo, intimo albo. Folia 1½-2pedalia opposita integerrima molliuscula. Petioli teretes, pubescentes. Stipulae intrafoliaceae, lanceolatae serratae. Panicula magna. Flores parvi, viridescentes, numerosissimi, fragrantes. Corollae infundibuliformes, pubescentes, laciniis tubo dimidio breviores. Filamenta fauci inserta; Antheris subexsertis (filamento octuplo longioribus). Stylus tubo duplo longior. Stigma capitatum. Capsula calyce coronata oblonga, striis quatuor, tuberculis minutis albis scabris; partitione generis solitâ. Sem. oblonga compressa alata imbricata. *Hab. in montibus circarsiensium praesertim in Vallibus.* Floret tempore pluvioso. Cortex qualitates cort. peruviani praebet. *Bundaroo* nom. vern. *Teling.*

Obs. Media quasi CINCHONAS inter et EXOSTEMMATA.

12. C. *kattukambar Retz.* jun.;

Sub hoc nomine olim specimen misit b. *König*, (Retz. Obs. IV. *p.* 6) fructu, non floribus, instructum, cui adscripsit: *ex qua praestantissimum Katechu.* Fructus manifeste CINCHONAE. Arbor ramis oppositis tetragonis cortice laevi nigro. Stipulae sub ramorum exortu ex adverso positae, sat magnae, ovatae. Folia opposita petiolata, lato ovata acumine brevi, integerrima, fere coriacea, stipulis binis ovalibus ex adverso positis. Pedunculus lignosus pollicaris, apice umbellam multifloram sessilem gerens. Capsulae circiter 20, omnino generis, 10-sulcatae, subclavatae, calyce parvo coronatae (nec depressae ut in PORTLANDIA) medio crassiores, utrinque decrescentes, basi in pedicellum deliquescentes. Pedicelli cum capsula 15 fere linearum. *In Malacca.*

13. C. *micrantha Ruiz* et *Pav.*; * foliis ovalibus obtusis, paniculâ maximâ, floribus numerosis parvis, corollae albae limbo lanato. *Fl. peruv.* II. *p.* 52 *t.* 194. C. *parviflora* fol. ovatis obtusis glabris, floribus paniculatis bi-trichotomis villosis; corollâ minimâ. *Poiret Enc. meth.* VI. *p.* 38? (suadente *Poiret*).

Arbor 23 ulnar. *Cam acatifolia in altis frigidis.* ♄.

---

* In hanc et sequentes: *glanduliferam* et *dichotomam* ulterius esse inquirendum. *Humb.* *Rhode* junxit cum *cordifolia.*

Obs. Plantam *Ruiz* et *Pav.* differre paniculâ ampliore, corollâ albâ extus rubellâ pubescente, capsulâ oblongâ acutâ fuscâ, striis 10 obsoletis a sua, *Poiret l. c.* In *parviflora* rami glabri recti teretes, foliis tenuibus membranaceis integerrimis subpetiolatis, 3 poll. et ultra, 1½ poll. lata, basi attenuata, stipulis oppositis vaginantibus basi dilatatis subulatis. Panicula mediocris, pedunculis axillaribus in apice ramorum oppositis, rectis, bifurcatis, bifurcationibus trichotomis, villosis, compressis, saepe trifloris, basi bracteis parvis. Cal. brevis tubulosus villosus, dentibus vix conspicuis. Cor. 3-4lin, extus pubescens, laciniis 5 obtusis. Stam. inclusa. Fructus? In Martinica. Herb. *Lam.*

14. C. *glandulifera Ruiz* et *Pav.*; foliis ovato-lanceolatis supra glandulosis, paniculis subcorymbosis, corollis albido-roseis, limbo (intus) lanuginoso, (tubo externe glabro). *Fl. peruv.* III. *p.* 1. *t.* 224. *Cascarilla negrilla Humboldt.*

Frutex 2 orgyar., cortice albo cinereo, rudi, maculis nigris; rami recti; folia integerrima undulata sinuata margine subreflexa glabra supra lucida, glandulâ ad nervorum ortum, subtus parum villosa tomentosa; stipulae elongatae caducae acutae subvillosae; dentes calycis subulatae, purpurascentes; cor. calyce triplo longior, limbo patente intus lanuginoso; filamenta brevissima; stigma bilobum; capsula parva oblonga; semina membranâ scariosâ circumdata. *In locis montosis nemorosis Andium Peruviae.* ♄.

15. C. *dichotoma Ruiz* et *Pav.*; foliis oblongo-lanceolatis, pedunculis terminalibus dichotomis paucifloris, capsulis angustis linearibus longis. *Fl. peruv.* II. *p.* 53. *t.* 197.

Arbor mediocris, glabra. Cortex fuscus subrugosus, maculis albis, amarissimus. Rami teretes, inter articulationes subcompressi. Folia plana, nervis primoribus oppositis. Stipulae ovatae oblongae obtusae. Panicula laxa, ramis oppositis, dichotomo-patentissimis. Flores unilaterales, subpedunculati. Capsulae fere 2poll., substriatae, valvulis cymbiformibus. Semina fusca, plurima, alâ angustâ saepe lacerâ. *In nemoribus Andium Peruviae.* ♄.

16. C. *caroliniana Poiret*; foliis ovatis, floribus paniculato-fasciculatis axillaribus. *Poiret Enc. meth.* VI. *p.* 40. PINKNEYA *pubescens*, foliis ovalibus utrinque acutis subtus subtomentosis, floribus fasciculato-paniculatis. *Mich. Fl. bor. Amer.* I. *p.* 103. *t.* 13. *Pursh Fl. Amer. Sept.* I. *p.* 138. *Persoon Syn.* I. *p.* 197. *Towns. Ait. H. Kew. ed.* 2. I. *p.* 372.

Characterem generis cls. *Michaux* posuit sequentibus: „*Cal.* laciniae inaequales, 1-2 bracteiformes, magnae. *Cor.* longe tubulosa. *Filamenta* basi tubi inserta. *Caps.* superne bivalvis, valvulis medio septiferis. *Sem.* alata, transverse invicem superposita.“ *Poiret*, inspectis licet speciminibus a clo. *Bosc* eidem communicatis, de novo genere statuere certi nil audet, et CINCHONIS subjunxit; alii eandem MUSSAENDIS jungunt.

Arbuscula sat magna, truncis rectis, ramis oppositis villosis teretibus subcompressis apice, foliis oppositis grandibus petiolatis basi attenuatis acutis, obtusisve subinde, subtus pubescentibus praecipue ad nervos, supra glabris, 6 ad minime pollicum, 3 latis; petiolus brevissimus, pubescens, basi bracteis 2 lanceolatis acutis caducis. Flores axillares in paniculis brevibus subfasciculatis, ramificationibus oppositis crassis villosis, floribus subsessilibus. Cal. oblongus, turbinatus, laciniis oblongis, acutis, caducis, alterâ in bracteam ovalem saepe pollicarem albido-flavicantem, ut in MUSSAENDA *frondosa*, elongatam. Cor. cylindrica pubescens ad minimum pollicaris, limbi laciniis oblongis obtusis revolutis, tubo triplo brevioribus. Filamenta setacea recta, antheris obtusis, brevioribus quam in reliquis. Stylus longitudine staminum, stigmate crasso, subbilobo. Capsula sat magna, subrotunda, compressiuscula, obtusa, apice complanata, nuda, coriacea, sulcis 2 oppositis. Dissepimentum valvulis dimidio brevius. Semina orbicularia, basi emarginata. *Poiret.* *Ad ripas flavii St. Mariae in Georgia Mich. in Carolina Bosc.* ħ.

B. *Corollis glabris.*

17. C. *parviflora Mutis*; foliis ovatis glabris, filamentis basi dilatatis, pubescentibus. *Humb. Berl. Mag. l. c. p.* 120.

Fructus omnium minimi. Habitat *in Amer. merid.*

18. C. *caduciflora Humb.* et *Bonpl.*; C. foliis ovalibus glabris erectis, axillis nervorum pilosis, paniculâ brachiatâ, floribus subcorymbosis, corollis albis glabris caducis. C. *magnifolia Plant. aequinoct.* I. *p.* 136. *t.* 39. *p.* 168. *Trattinn tabular. t.* 353.

Arbor 100 ped. et ultra, comâ valde frondosâ erecto-patente. Truncus crassitie viri adulti, teres; rami seniores divaricati, teretes, laeves, fusci; juniores obtuse tetragoni, foliosi, dilute rubentes, erecti. Folia 6-8poll., subinde etiam 3ped., 3-4-poll. lata, subcoriacea, supra nitida, subtus nervosa, nervis alternis oppositisque purpurascentibus. Petioli unciales basi incrassati, rubescentes. Stipulae magnae oblongae appressae, liquorem hyalinum includentes, caducae aveniae. Panicula terminalis, longitudine foliorum. Flores pedicellati bracteolati. Cal. limbo membranaceo. Cor. glabra, calyce duplo longior, caduca, laciniis 5 oblongis recurvatis. Stamina fundo affixa, tubo inclusa. Antherae oblongae subsessiles. Germen ovatum disco epigyno quinquetuberculato, stylo vix exserto, stigmate crasso viridi, bifido. Capsula 1½ poll., generis. *In andibus prope Jaen de Bracamorros, Cascarilla bora incol.*

Obs. Hujus non meminit *Humboldt* in *Berlin. Mag.*; in sequentem *acutifoliam* ulterius inquirendam esse monuit.

19. C. *acutifolia Ruiz* et *Pav.*; foliis ovatis acutis, paniculis terminalibus brachiatis, corollis candidis glabris. *Fl. peruv.* III. *p.* 1. *t.* 225.

Arbor 20ped., ramis vix pubescentibus. Folia integerrima undulata vel subsinuata, supra lucida, subtus nervis villosa; stipulae ovatae acutae; bracteae lanceolatae acutae, subsessiles, ternae; cal. dentibus 5 parvis acutis. Corollae tubus subangulatus, calyce quadruplo longior, limbi laciniis lanceolatis. Filamenta in medio tubi; Antherae inclusae. Capsula turbinata, pollicaris, pubescens subcompressa. Semina margine membranaceo. *Ruiz* et *Pav.* *In Peruviae Andium nemorosis.* ♄.

Quid?

20. C? *afro-inda Willem.*; foliis ovatis acuminatis subtus pubescentibus, calyce pentaphyllo, corollâ lanatâ. *Willemet Herb. Maurit.* p. 16. *Vitm. Summ. Suppl.* I. p. 264.

Fol. petiolata, integerrima, panicula terminalis, cal. villosus, pericarpium immaturum calyce coronatum oblongum biloculare monospermum. Variat corollâ sexpartitâ, floribus hexandris. *In Mauritia et Madagascaria.* An DANAIS?

862. EXOSTEMMA.

1. E. *dissimiliflorum*; foliis cordato-oblongis glaberrimis, limbo corollae tubo longiore, capsulis sublinearibus angustissimis. CINCHONA *dissimiliflora Mutis MS.* apud *Humb. Berl. Mag. naturf. Freund.* I. p. 120.

Habitat in Amer. merid. In calidis altit: 2-700 *orgyar.*

2. E. *peruvianum Humb.* et *Bonpl.*; foliis oblongo-ovalibus muticis, supremis cordatis: paniculâ floribus subsessilibus; pedunculis calycibusque pubescentibus; calycis dentibus longioribus. *Humb. Plant. aequinoct.* p. 133. t. 38. E. foliis ovatis acutis glabris rugosis, corymbo terminali paucifloro. *Herb. Willd. MS.* CINCHONA *peruviana Poiret Enc. meth. Suppl.* IV. p. 640.

Arbor parva 10-12ped., trunco recto, diametro circiter 4poll., cortice cinereo, inaequaliter fisso, lichenibus filamentosis. Rami oppositi teretes patentes cortice viridi, juniores subtrigoni tuberculis albis. Folia opposita, subinde terna, brevi petiolata, superiora sessilia, 2-3poll., pollicem lata, supra atroviridia, lucida, subtus pallida, venosa, coriacea. Petioli foliis multo breviores. Stipulae 2 ovatae oppositae persistentes. Flores fragrantes rosei, bracteis minutis. Calycis tubus ovatus compressus, limbi laciniis aequalibus persistentibus lanceolatis acutis longitudine tubi. Cor. calyce major, extus subsericea, tubo cylindrico, laciniis oblongis patentibus, longitudine fere tubi. Stylus longitudine staminum, stigmate subbilobo. Caps. ovata, sulco longitudinali, valvulis extus convexis, dissepimento membranaceo. Semina deorsum imbricata. *In Peruvia, sub altitudine* 1000 *org. et ultra.* ♄.

Obs. Hujus non meminit *Humboldt in Mag. Berol.*

3. * E. *caribaeum*; pedunculis axillaribus terminalibusque unifloris, foliis ovato-lanceolatis. CINCHONA *caribaea Jacq. Amer. p.* 61. *t.* 179. *f.* 95. *pict. t.* 63. *Obs. bot.* II. *p.* 27. *t.* 47. *Linn. Sp. Pl. p.* 245. *Willd. Spec.* I. *p.* 959. *Poiret Enc. meth.* VI. *p.* 35. *Swartz Obs.* 73. *Vahl Act. Soc. Hist. nat. Havn.* I. *p.* 21. *Symb.* II. *p.* 36. *Gärtn. de Fruct.* et *Sem.* 3. *t.* 33. *f.* 4. *Andrews's Repos.* 481. *Wright Act. angl. vol.* 67. *p.* 504-6. *t.* 10.

Rami inferne teretes, cortice cinereo, superne subcompressi, fusco purpurascentes, punctis cinereis adspersi; folia 1½poll., ovata, acuminata, integerrima, glabra; petiolus vix semiunguicularis; stipulae parvae acuminatae, latae, ciliatae; pedunculi longitudine petioli; corolla 2poll., glabra, laciniis linearibus longitudine tubi; stamina et stylus longitudine corollae; stigma indivisum; capsula laevis. *Vahl.* *In Caribaeis, Jamaica et Guadeloupe.* ♄.

Obs. Rhode in Tentamine Monographiae generis CINCHONAE contra ill. *Lambert* affirmat huc potius spectare C. *caribaeam Levasse. Journ. de Phys.* 1790. Descriptio *Jacquini* etiam a *Vahliana* parum diversa. Arbuscula 1oped., ramosa; folia lanceolata, apicibus reflexis, 2-3poll. Pedunculi breves uniflori axillares. Flores odoratissimi e carneo albidi, 1½poll. Caps. virides scatentes succo ardente. Haec circa Havanam et in Domingo ad sinum Bayaha.

4. E. *longiflorum*; pedunculis axillaribus unifloris, foliis lineari-lanceolatis glabris, corollae tubo longissimo. CINCHONA *longiflora Lamb. Cinch. p.* 38. *t.* 12. CINCHONA *caribaea Journ. de Phys. Oct.* 1790. *p.* 243. *t.* 1. (Confer observationem ad speciem sequentem.) CINCHONA *longiflora Poiret Enc. meth.* VI. *p.* 36.

Differt a proxime affini *caribaeo*, foliis longioribus praeter characteres datos. Rami foliis oppositis approximatis, nervis maxime obliquis subpetiolatis, basi stipulis 2 brevibus latis acutis. Dentes 5 recti breves obtusi. Corollae tubus longus cylindricus, foliis longior; laciniae limbi lineares, tubo triplo quadruplo longiores. *Lamb.* *In Gujana.* ♄. Herbar. *Aublet* apud *Banks.*

5. E. *lineatum*; paniculâ terminali, foliis ovatis acuminatis glabris, capsulis pentagonis. *Vahl Act. Soc. Hist. nat. Havn.* I. *p.* 20. *t.* 4. *Symb.* II. *p.* 37. *Willd. Spec.* I. *p.* 959. *Poiret Enc. meth.* VI. *p.* 36. *Lamb. Cinch. p.* 26. *t.* 6.

Differt a *floribundo* foliis minime nitidis, basi rotundatis, minoribus, supra lineatis; paniculâ parvâ, (?) laciniis calycis setaceis longitudine germinis; capsulis lineis 5 elevatis nec laevibus, *Vahl l. c.* — Differt ab affini quoque *angustifolio* foliis minus angustis. Rami teretes, grisei, purpurascentes, superne compressi; folia subsessilia, 2 poll. et ultra, vix poll. lata, vix lu-

cida, tenuia, glabra; petioli vix 1-2lin.; stipulae ovatae, acutae. Panicula ampla, (?) patens, ramis oppositis, bracteis setaceis. Dentes calycis subulati. Cor. tubus cylindricus, 2 poll. et ultra; laciniae limbi lineares obtusae Stigma globosum. Capsulae breves obtusae fuscae. *Poiret* ad *Herb. Lam.* *In St. Dominica.* ♄.

6. E. *floribundum*; floribus terminalibus paniculatis glabris, capsulis turbinatis laevibus, foliis ellipticis acuminatis glabris. CINCHONA *floribunda Swartz Prodr. p.* 41. *Fl. Ind. occ.* I. *p.* 375. *Vahl Act. Soc. Hist. nat. Havn.* I. *p.* 23. *Symb.* II. *p.* 37. *Willd. Spec.* I. *p.* 959. *Poiret Enc. meth.* III. *p.* 37. *Lamb. Cinch. p.* 27. *t.* 7. C. *montana Badier in Rozier Journ. d. Phys.* 1789. *Febr. p.* 129-132. *t.* 1. *Roem.* et *Usteri Mag.* VI. *St. p.* 96. *t.* 3. CINCHONA *St. Luciae David Philos. Transact. T.* 74. C. *Luciana Herb. Banks. ap. Vitm. Summ. Suppl.* I. *p.* 264. *Quinquina Piton Rozier* 1781. *Mart. p.* 169.

Arbor 30-40ped., pedis diametro, cortice amarissimo, tota glaberrima; rami superne obscure tetragoni, purpurascentes; folia COFFEAE *Arabicae*, saepe spithamaea, patentissima, supra laevia nitida, medio sulco exarata, subtus pallidiora, venoso-nervosa (3-4 poll. lata); petiolus 1/2poll.; stipulae oblongae obtusae vaginantes; panicula brachiata, patens; pedunculus communis alternatim compressus, (ut et pedicelli), sub ramificationibus parum dilatatus; calycis dentes subulati brevissimi. Corolla C. *caribaeae*. Capsula unguicularis, obovata, (laevissima, atra). *In Insulis Jamaica, Hispaniola, St. Luciae, Dominica, Guadeloupe, in montosis sylvestribus ad ripas torrentum.* ♄.

7. E. *angustifolium*; floribus paniculatis glabris, capsulis oblongis pentagonis, foliis lineari-lanceolatis (subtus) pubescentibus. *Swartz Prodr. p.* 42. *Flor. Ind. occ.* I. *p.* 380. *Act. Holm.* 1787. *p.* 117. *t.* 3. *Vahl Act. Soc. Hist. nat. Havn.* I. *p.* 22. *Lam. Illustr. t.* 164. *f.* 3. *Willd. Spec.* I. *p.* 960. *Poiret Enc. meth.* III. *p.* 38. *Lamb. Cinch. p.* 29. *t.* 9.

Rami simpliciusculi pubescentes, cortice cinereo; folia 2-3poll. acuminata obtusiuscula; petioli breves pubescentes; stipulae ovatae acutae; panicula trichotoma pedicellis pubescentibus; calyx dentibus subulatis pubescens. Corolla C. *caribaeae*, at longior (2poll.); capsula oblonga teretiuscula (fere 5-angularis). *Swartz l. c.* *In Hispaniola ad ripas petrosas fluviorum.* ♄.

8. E. *brachycarpum*; paniculâ terminali, capsulis ovatis costatis, foliis ellipticis obtusis, (glabris). CINCHONA *brachycarpa Vahl Act. Soc. Hist. nat. Havn.* I. *p.* 22. *Symb.* II. *p.* 38. *Willd. Spec.* I. *p.* 960. *Swartz Prodr.*

p. 42. *Swartz Fl. Ind. occid.* I. *p.* 378. *Lamb. Cinch. p.* 28. *t.* 8.

Folia fere CINCHONAE *macrocarpae*, et, ut tota planta, glabra, brevissime petiolata. Flores duplo minores, quam in E. *floribundo*. Capsula ovata, lineis 10 costata. *Vahl Act. l. c.* — Folia ampla, petiolis brevibus, basi stipulis brevibus, ovatis, acutis. Panicula trichotoma. Cal. ovatus, dentibus 5 brevibus obtusis. Corollae tubus sat longus, limbi laciniis linearibus reflexis; stigma globulosum. *Lamb.* *In montosis umbrosis Jamaicae orientalis.* ♄.

9. * E. *corymbiferum;* foliis oblongo-lanceolatis, corymbis axillaribus. CINCHONA *corymbifera Linn. Suppl.* 144. *Forst. Act. ups. nov.* 3. *p.* 176. *Forst. Prodr. n.* 88. *Vahl Symb.* II. *p.* 37. *Willd. Spec.* I. *p.* 959. *Lamb. Cinch.* fig.

Folia petiolata palmaria acuminata integerrima glabra, saturate viridia, nervo subtus purpureo. Petiolus vix uncialis. Stipulae membranaceae acutae. Pedunculi solitarii axillares apice compressiusculi longitudine foliorum. Corymbus trichotomus magnus. *Forst. l. c.* corticis sapor amarissimus, subadstringens, similis cortici peruviano. *In insulis Tongatabu et Eaove maris pacifici.* ♄.

10. E. *philippicum;* foliis ovatis glabris, floribus corymbosis, pedunculis trifidis. EXOSTEMMA *philippica Pers. Syn.* I. *p.* 197. CINCHONA *philippica Cav. Icon.* IV. *p.* 15. *t.* 329. *Poiret Enc. meth. Suppl.* IV. *p.* 639.

Arbor humilis, cortice cinereo. Folia acuta utrinque, petiolis triplo et ultra longiora; flores axillares; pedunculus communis rectus, foliis brevior, triflorus, tribracteatus. Cal. brevis, campanulatus; corolla glabra; stylus longitudine staminum; stigma bilamellosum; capsula oblonga; semina marginata compressa. *Cav.* *Prope Manillam in St. Cruz. Née.* ♄.

11. E. *parviflorum Rich.;* ramis petiolis pedunculisque pubescentibus; foliis ovalibus muticis; poris in axillis nervorum; fasciculis axillaribus terminalibusque confertim parvifloris; dentibus calycis brevibus. *Richard apud Humb. Plant. aequinoct.* I. *p.* 132.

12. E. *coriaceum;* foliis ovato-oblongis utrinque nitidis coriaceis, paniculis brevibus glabris, antheris exsertis filiformibus. CINCHONA *coriacea Poiret Enc. meth.* VI. *p.* 38.

Poiret sine dubio hanc speciem jungit cum C. *nitida, Ruiz* et *Pav.*, licet non generis, et, monente se ipso, in *nitida* panicula amplior, tubus corollae duplo brevior, fructus oblongus, apice parum attenuatus. In C. *coriacea Poiret* rami laeves striati, tecti cortice cinereo; folia opposita petiolata, obtusa, nervis lateralibus alternis prominentibus apice bifurcatis. Paniculae rami subdichotomi; pedunculi rigidi glabri floribus sub-

sessilibus glabris. Cal. oblongus margine dentibus 5 rectis acutis. Cor. 2poll., tubo recto tereti, limbi laciniis angustis obtusis, longitudine tubi, glabris, reflexis. Antherae rectae, filiformes. Fructus cylindricus, nigrescens, pollicaris. *In S. Domingo. Herb. Juss.* et *Lam.*

Obs. 1. C. *spinosa Lamb.*; foliis minimis subrotundis, pedunculis uniforis, corollis glabris quadrifidis tetrandris, seminibus subemarginatis. *Gen. Cinchon. p.* 38. *t.* 13. *Levasseur Journ. de phys.* 1790. Octob. *p.* 243. *t.* 2. *Gmel. Syst. Veg.* I. *p.* 361. *n.* 7. CATESBIAE speciem esse, CATESBIAE *spinosae* proximam *Poiret Enc. meth.* VI. *p.* 42.

2. In exceptis *ex Herb. Willd. MS.* ab illustri *de Schlechtendahl* nobiscum pro sua in nos benignitate benevole communicatis post EXOSTEMMA, et hoc inter et SOLENAM adducitur:

ANDERSONIA *vaginata*, stipulis membranaceis integris, et sequens subjungitur descriptio: Caulis arborescens, ramulorum cortex lucidus; folia opposita coriacea lanceolata, ad petiolum decurrentia, longe acuminata, glabra, costata. Stipulae petiolo longiores membranaceae apice integrae. Panicula terminalis. Cor. limbus parvus, 5-partitus, laciniis acutis. An hujus generis? *In Madagascar.* ♄. *Aubert du Petit-Thouars.* — Haec in *Herb. Willd. MS.* Nobis ANDERSONIAE genus nullum, nisi quod *Brown* proposuit in familia EPACRIDEARUM, notum, ad quod haud spectare videtur, sed potius e familia RUBIACEARUM esse. Statuere certius quid interea circa ANDERSONIAM hancce *Willdenowii* per nos non licet.

863. PORTLANDIA.

1. * P. *tetrandra Forst.*; floribus tetrandris, foliis obovatis. *Forst. Prodr. n.* 86. *Willd. Spec.* I. *p.* 935. *Linn. Suppl.* 143.

Folia ad summitates ramorum approximata elliptica petiolata integerrima glaberrima. Stipulae dilatatae cum acumine. Flores axillares solitarii pedunculati. Germen inferum tetragonum terminatum in dentes calycinos 4 subulatos breves. Corolla longior clavata tetragona alba, limbo quadrifido. Antherae longae lineares limbum non superantes. *Linn.* *Rarius in insula Savago. Island maris pacifici.* ♄.

Obs. Cls. *Jussieu* vix speciem hancce hujus esse generis, et capsulam esse, monente *Commerson* in *MS.* quadriloculärem *Poiret Enc. meth.* V. *p.* 575.

2. * P. *grandiflora*; floribus pentandris, foliis lanceolato-ellipticis. *Linn. Sp. Pl. p.* 244. *Swartz Fl. Ind. occ.* I. *p.* 385. P. f. p., foliolis calycinis ovatis *Smith Ic. pict.* I. *p.* 6. *t.* 6. *Gaertn. de Fruct.* I. *p.* 153. *t.* XXXI. *f.* 1. *Curt. Mag.* 236. *Schneevogt Ic.* 4. *Kerner Hort. semperv.* II. *t.* 15. *Willd. Spec.* I. *p.* 936. *R. Brown jam.* 164. *t.* 11. *f.* 1.

Corolla *Daturae*, speciosa. *Linn.* — Arbor raro altitudinem 15 pedum superans, parum ramosa, ramis oppositis, patulis, te-

retibus, foliosis. Cortex crassus, inaequalis, suberosus, rimosus, nec tamen facile deciduus. Folia opposita, brevissime petiolata, patentiâ, lanceolato-elliptica, subacuminata, integerrima, glaberrima, crassiuscula, nitentia, subtus pallidiora. Stipulae intrafoliaceae, connatae, deltoideae, persistentes. Flores axillares, subsolitarii, pedunculati, subnutantes, interdiu inodori, nocte gratissime fragrantes, ante explicationem flavescentes apice incarnati. Calyx superus, pentaphyllus, foliolis ovatis, acuminatis, subrevolutis, apice rubicundis, persistentibus. Corolla magna, semipedalis et ultra, infundibuliformis, alba, tubo quinquangulari, limbo quinquefido. Stamina declinata, vix longitudine tubi Stigma trifidum, laciniis revolutis; stylus staminibus paulo longior, declinatus, spiraliter contortus; Germen inferum, quinquangulare, glabrum. Capsula secundum *Gaertnerum* coriacea, bilocularis, bivalvis, dissepimento tenui, valvis contrario. Semina plurima, dissepimento affixa, elliptica, compressa, scabra. *In locis rupestribus, ad pedes montium Jamaicae.* ħ.

Obs. Cls. *Willdenow* huc ducit sine dubio PORTLANDIAM *grandiflo-ram Jacq. Amer.* 62. *t.* 44. licet adduxisset *Smithium* monentem: „Synonymon Jacquini „(ergo etiam *Lam. Illustr. t.* 162. quae iconis Jacquinianae copia)“ mihi dubium est ob foliorum basi inaequalitatem in ejusdem tabula, quam nunquam vidi in nostra planta, nec in aliis *Portlandiae* exemplaribus, quibus ditissimum gaudet Herbarium Banksianum.“ *Smith.* l. c.

„Arbor „ex descriptione *Jacquini*“ raro 15 ped. excedens, trunco erecto, diametro 2poll., cortice suberoso, crasso, ramis paucis, parum subdivisis, brevibus, horizontalibus, a foliorum lapsu articulato-nodosis. Folia ovata acuta integerrima nitida crassiuscula, 5 fere poll., breviter petiolata, opposita, paginâ alterâ ad basin leviter obliteratâ; stipulae oppositae latae subrotundae acumine brevi, virides. Pedunculi axillares solitarii oppositi crassi brevissimi, plerumque triflori, pedicellis brevissimis. Flores ‚saped., noctu fragrantissimi. Calycis foliola oblongo-lanceolata, acuta, viridi rubroque varia, laxe patentia. Cor. candida, angulis et limbi margine rubentibus, striis longitudinalibus 15, tubo quinquangulari subincurvo, limbo brevi, laciniis semiovatis, obtusiusculis, planis, patentibus. Stamina e fundo tubi, unde error in fig. *Brownii.* „(fors in synonymo!)“ Capsulae nigrae, diu in arbore persistentes, In Jamaica ad pedes montium Ferry in nudis saepe rupibus.“

3. P. *coccinea Swartz;* floribus pentandris, foliis ovatis coriaceis. *Swartz Fl. Ind. occid.* 1. *p.* 384. *Willd. Spec.* 1. *p.* 936.

Differt a *grandiflora* foliis fere subrotundis vel ovalibus nec ellipticis, coriaceis, subvenosis, floribus fere duplo minoribus, capsulis rotundatis. *Swartz.* — 2-3ped.; caules recti; rami glabri, folia opposita integerrima vix acuminata, supra lucida, subtus subrugosa, 3-poll., 2 lata, in petiolis brevibus, crassis. Stipulae latae ovatae acutae. Flores axillares solitarii coccinei, pedunculis brevibus calycibusque coloratis. Cor. 3poll., basi pentagona, laciniis rectis ovatis acutis. Capsula angulis 5 ob-

tusis. Semina subcompressa. *Swartz.* *Rarius in Jamaicae occidentalis praecipitiis montium,* 2.

4. * P. *hexandra*; floribus hexandris, tubo subincurvo, pedunculis terminalibus, foliis ovatis. (capsulis compressis.) *Swartz Fl. Ind. occid.* I. *p.* 385. *Poiret Enc. meth.* V. *p.* 575. *Willd. Spec.* I. *p.* 936. *Linn. Mant. p.* 45. *Jacq. Amer.* 63. *t.* 182. *f.* 20. *pict. p.* 35. *t.* 65. COUTAREA *speciosa Aubl. guian.* I. *p.* 314. *t.* 122. *Lam. Illustr. t.* 257. *Pers. Syn.* I. *p.* 332.

12-15ped., ramis ramulisque oppositis; folia 3-4poll., 2 lata, basi rotundata, acuta, nervis albidis, petiolis brevibus, stipulis acutis. Flores terminales, ut plurimum terni, basi stipulis brevibus. Cal. rufescens, brevis, laciniis angustis longissimis acutis. Cor. purpureo-violacea. Tubus pollicaris, curvus, lobis 6-7 aequalibus. Stam. 6-7. Caps. plana, oblonga, utrinque sulcata. Semina fusca membranâ cincta. *Poiret.* *In Carthagenae, Guianae et Cayennae sylvis.* ♄.

Obs. Descriptio *Jacquini* plantae e Carthagena non paucis discrepat; huic tantum altitudo 6ped.; folia vero 5poll., et flores 3poll.; cal. laciniae ovatae apice setaceae; cor. externe carnea, interne candida. *Vahl* ad CINCHONAM spectare hanc speciem monuit in litteris ad D. *Vitmann Suppl.* I. *p.* 269.

5. P.? *corymbosa Ruiz* et *Pav.*; floribus corymbosis, foliis ovatis acutis lanceolatisque, stipulis subovatis, floribus pentandris. *Flor. peruv.* II. *p.* 49. *t.* 190. *f. a.*

A PORTLANDIA diversam esse, et congenerem potius EXOSTEMMATIS (CINCHONAE) *caribei angustifolii* etc. quas minus fauste ad PORTLANDIAS retulisse *Swartz* in *Schrader Journ.* 1801. *p.* 359.

Arbor glabra, caule recto 15-18-ped., cortice cinereo, amarissimo. Rami patentes subcompressi, saepe granulati. Folia opposita, subpetiolata, patentia, integerrima, supra lucida, 3-4poll. Stipulae semicirculares, acuminatae, persistentes; corymbus terminalis; pedicelli bracteis subulatis; cal. tubo corollae duplo brevior, laciniis brevibus acutis subulatis. Cor. alba, laciniis limbi patentibus, demum reflexis. Caps. fusca turbinata subcompressa biloba, nervis 10; semina flavicantia. *Ruiz* et *Pav.* *In Andium praeruptis.* ♄.

Quid?

6. P. *acuminata*; foliis ovatis acuminatis. *Herb. Willd. MS.*

In Caracas. ♄. *Bredemeyer.*

864. DANAIS.

1. D. *fragrans Pers.*; cymis multifloris, corollarum laciniis angustissimis patentissimis, foliis lanceolatis, floribus abortu dioïcis. *Poiret Enc. meth. Suppl.* II. *p.* 450. *a. de-*

nudata: capsulis calyce deciduo denudatis. *Pers. Syn.* I. *p.* 198. β. *coronata*: capsulis laevibus calyce persistente coronatis. *Pers. l. c.* PAEDERIA *fragrans Lam. Enc. meth.* II. *p.* 260. *Willd. Spec.* I. *p.* 1219.

Rad. rubra, sarmentosa lignosa, sarmentis longissimis teretibus arbores scandentibus, junioribus villosis atro-viridibus. Folia opposita, petiolata, acuminata, integerrima, utrinque glabra. Paniculae axillares oppositae foliis brevioręs, ramosae, floribus minimis rubris *narcissum* spirantibus, bracteâ subulatâ sub flore singulo. *Cal.* minimus; corollae tubus gracilis. In feminis stylus longus. Haec de β. *Lam. l. c.* Differre praecipue a PADERIA *foetida*: foliis latioribus ovatis acuminatis, cymis multifloris, laciniis corollae angustioribus et acutioribus, denique staminibus exsertis. *In insulis Madagascar, Mauritii et Borbonia.* ♄.

2. D. *sulcata Pers.*; foliis ovatis, capsulis sulcatis, calyce subfoliaceo coronatis. *Pers. Syn.* I. *p.* 198. *Poiret Enc. meth. Suppl.* II. *p.* 450.

Arbores altissimas scandens *in insula St. Mauritii.* Folia opposita glabra, integerrima. Herb. *Aub.* du *Petit-Thouars.*

Obs. „Vidi has species „ait *Persoon* l. c.“ in Herbario Dni *Aubert du Petit-Thouars*, qui earum characteres ex observationibus in locis natalibus institutis mecum communicare voluit. Hoc genus CINCHONIIS affine et ab iis capsulis globosis praecipue differt.

3. D. *rotundifolia Poiret*; foliis ovato-subrotundis; cymis axillaribus, folio brevioribus; capsulis glabris subumbilicatis. *Poiret Enc. meth. Suppl.* II. *p.* 450.

Folia 2-3poll., glabrâ, integerrima, membranacea, petiolata, nervosa, reticulata. Flores parvi. Cymae vel racemi foliis multo breviores. Pedunculi et pedicelli glabri, capillares. Capsulae globulosae. *In insula Bourbon. Bory de St. Vincent.* ♄. Herb. *Desfont.*

Obs. CHASSALIAM *Commerson MS. et Herb.* PAEDERIAE s. DANAI multo affinem esse *Poiret Enc. meth.* II. *p.* 450. Rami glabri articulati. Folia lanceolata coriacea glaberrima acuminata, basi attenuata. Petioli subdilatati et basi fere conniventes. Stipulae minimae acutae. Flores pedicellati in racemis rectis terminalibus ramis brevibus oppositis. Pedunculi et pedicelli compressi. Cal. glaber, 5-dentatus. Cor. tubulosa laciniis brevibus rectis. Fructus ovatus, apice dehiscens. An bacca? *In insula Franciae. Commerson* in *Herb. Desfont.*

865. DENTELLA.

1. * D. *repens Forst.*; caule repente, ramosissimo, glabro, foliis subpetiolatis, oppositis, ovalibus, planis, integerrimis, floribus alternis axillaribus subsessilibus. *Roth nov. pl. Spec. MSS. Forst. Prodr. n.* 98. OLDENLANDIA *repens. Linn. Mant.* 40. *Willd. Spec.* I.

p. 972. *Burm. Ind.* 38. *t.* 15. *f.* 2. HEDYOTIS *repens Lam. Illustr. n.* 1424. Cruşta ollae minima. *Rumph Amb.* VI. *p.* 460. *t.* 170. *f.* 4. Alsine spergula Indiae orientalis. *Plukn. Amalth. t.* 356. *f.* 5.

Caulis repens, filiformis, ramosus articulatus, ad singula geniculа radicatus laevis. Folia opposita subpetiolata lanceolata integerrima laevia parva. Flores axillares solitarii alterni subsessiles. Capsula subglobosa undique pilis obtusis cavis pellucidis. Corollam non vidi. *Linn. Mant.* 40. *In India orientali et Nova Caledonia.*

Obs. Linnaei descriptio minus quadrat ad mea specimina quam *Plukenetii* figura *Tab.* 356. *fig.* 5. Folia ovalia, basi in petiolum brevissimum attenuata, obtusa, vel acùmine brevi terminata, subcarnosa, supra glabra, subtus ad marginem pilis nonnullis flexilibus ciliata, non vero lanceolata. *Roth.*

2. D. *erecta Roth;* caule erecto, flexuoso, piloso, ramis alternis subdivisis, foliis subsessilibus, alternis, lanceolatis, subdenticulatis, undato-crispis, floribus pedunculatis.

Pedunculi in ramis ramulisque terminales, solitarii, setacei, nudi, pubescentes. Germen globosum, pilis exstantibus, compressis vestitum. *H. in India orientali.* B. *Heyne.*

Obs. DENTELLA *perotifolia*, caule erecto hispido, foliis alternis lanceolatis sessilibus margine undulatis acutis pilosis. *Herb. Willd. MS.*, quam beatus W. a D. *Klein ex India orientali* tulit, vix diversa videtur quoad diagnosin.

866. CANEPHORA.

1. C. *axillaris Lam.;* floribus sessilibus solitariis axillaribus, foliis subrotundo-ovatis breviter petiolatis. *Poiret Enc. meth. Suppl.* II. *p.* 77. *Lam. Illustr. t.* 151. *f.* 1. *Willd. Spec.* I. *p.* 976.

Rami glabri teretes nodosi albo-cinerei, foliis oppositis firmis coriaceis lucidis, utrinque glabris, integerrimis, pollicaribus et ultra, subacutis, nervis tenuibus vix ramosis. Flores foliis breviores. *Poir. Herb. Lam.* *In Madagascar.* ♄. *Commerson.*

2. C. *capitata Lam.;* floribus aggregatis terminalibus involucratis, foliis subsessilibus elliptico-lanceolatis. *Poiret Enc. meth. Suppl.* II. *p.* 77. *Lam. Illustr. t.* 151. *f.* 2.

Folia basi in petiolum brevem attenuata; flores terni quaterni ad apicem ramorum; involucri foliola subulata floribus duplo breviora. *Poiret Herb. Lam.* *Cum praecedente.* ♄. *Commerson.*

867. GOODENIA. *

1. *Corolla bilabiata, flava, laciniis alatis. Caps. biloccularis v. dissepimento abbreviato subunilocularis. Stigma labiis corollae parallelum.*

A. *Pedunculi terminales, spicati v. paniculati, partiales bibracteati.*

1. G. *bellidifolia Smith;* caule nudo, spicâ subsimplici pubescente, corollâ extus pube simplici, foliis radicalibus planis lanceolato-spathulatis dentatis incisisve. *R. Brown Prodr.* I. *p.* 575. *Smith Linn. Transact.* II. *p.* 349. *Willd. Spec.* I. *p.* 954. *Poiret Enc. meth.* VIII. *p.* 847.

Caules inferne foliis carnosis utrinque glabris denticulatis. Flores subspicati, flavi, extus pilosi. Capsula quadrivalvis. *In nova Hollandia circa port. Jackson.*

2. G. *stelligera;* caule nudiusculo, spicâ subsimplici pubescenti, corollâ extus pilis simplicibus pubeque stellari; capsulae valvulis bipartitis, foliis radicalibus carnosis semiteretibus linearibusve glabris, apice subdentatis. *R. Brown Prodr.* I. *p.* 575.

Ad portum Jackson.

3. *G. paniculata Smith;* caule paucifolio, paniculâ subsimplici pubescente, ovarii pilis glandulosis simplicibusque, foliis radicalibus elongato-lanceolatis subdentatis incisisve. *R. Brown Prodr.* I. *p.* 575. *Smith Linn. Trans.* II. *p.* 348. *Willd. Spec.* I. *p.* 954. *Poiret Enc. meth.* VIII. *p.* 847. *Cavan. Icon.* VI. *p.* 5. *t.* 507.

Poiret dubitat utrum *Smith* ad plantam *Cavanillesii* pertineat; sed affirmant Angli ipsi synonymiam. Radices teretes, perpendiculares, fibris simplicibus. Caulis rectus pedalis et ultra, subtetragonus, ramis aliquot rectis alternis cauleque glabris. Folia pilosa, radicalia, numerosa, lanceolata, ovata, obtusa, basi in petiolum attenuata; caulina distantia alterna sessilia, lanceolato-linearia, pilosa, acutiuscula, axillis tomentosis. Panicula laxa terminalis, ramis inferioribus axillaribus, pedunculis filiformibus, medio bracteis brevibus oppositis et longiore subulatâ. Laciniae calycis minimae subulatae villosae. Cor.

---

* Herbae, raro suffrutices, saepius caulescentes. Folia alterna integra, dentata v. incisa. Flores axillares v. terminales, pedicellis bibracteatis v. ebracteatis. Cor. saepius flava, nunc caerulea v. purpurascens, bilabiata, raro unilabiata, laciniis alatis, aliis aestivatione induplicatis, raro apteris, tubo hinc quandoque dimittenti sacculum nectariferum, fissurae oppositum, ovario adnatum. Antherae ante expansionem leviter cohaerentes, imberbes, rarissime apice subbarbatae. Caps. figurâ varia, apice plerumque supero, valvis integris s. bipartitis. *R. Brown. l. c.*

flava, extus villosa, sat magna, lobis subaequàlibus obtusis rotundatis, costâ fusco-virente; stylus pilosus, stigmate ciliis albis. Caps. ovata, subcompressa unilocularis. Semina rotundata, membranulâ marginata. *Cavan.* *In nova Hollandia circa portum Jackson.* ♄.

4. G. *humilis*; caule paucifolio, paniculâ simplici pubescenti; ovarii pilis omnibus acutis; foliis radicalibus elongato-lanceolatis subdentatis. *R. Brown l. c.*

Ad oram meridion. nov. Holland.

5. G. *gracilis*; glabra, caule paucifolio, paniculâ simplici, ovariis glabris, corollis extus glanduloso-pubescentibus, foliis radicalibus lineari-lanceolatis elongatis crassiusculis. *R. Brown l. c.*

Ad littora nov. Holland. intra tropicam.

6. G. *decurrens*; glaberrima, caule polyphyllo, spicâ racemosâ, basi parum divisâ; corollâ extus pubescenti, foliis caulinis oblongis dentatis decurrentibus. *R. Brown l. c.*

Ad portum Jackson.

B. *Pedunculi axillares, trifidi vel simplices, partiales bibracteati.*

7. G. *acuminata*; suffruticosa, erecta, glabra; fucata; pedunculis trifidis trichotomisve, foliis ovatis acuminatis dentato-serratis; axillis imberbibus; calycis laciniis planis, capsulâ prismaticâ dimidio brevioribus, seminibus biseriatis. *R. Brown Prodr.* I. *p.* 576.

Proxima ovatae, vix tamen varietas. *Ad portum Jackson.*

8. G. *ovàta Smith*; suffruticosa erecta glabra nunc fucata, pedunculis trifidis trichotomisve, foliis ovatis acutis dentato-serratis, axillis barbatis, calycis laciniis subulato-filiformibus, capsulâ lineari parum brevioribus, seminibus uniseriatis. *R. Brown Prodr.* I. *p.* 576. *Smith Linn. Trans.* II. *p.* 347. *Willd. Spec.* I. *p.* 954. *Poiret Enc. meth.* VIII. *p.* 847. *Andr. Repos.* 68. *Ventenat Jard. de Cels.* 3. et in *Mém. de l'Inst.* II. *p.* 321. *pl.* 10. *Cavan. Ic.* VI. *p.* 4. *t.* 506. *Jass. Ann. Mus.* XVIII. *p.* 1. et seq. *t.* I. *n.* 2.

Arbuscula 2ped., ramis alternis, tetragonis, atro-fuscis, junioribus subinde albo-pulverulentis. Folia aspera, supra cinereo-viridia, subtus albida, petiolo triplo longiora. Racemi rari laterales, axillares, folio duplo breviores, pedunculo bracteis 2 parvis oppositis linearibus. Cal. subangulosus. Cor. aurea, tubo brevi, laciniis superioribus oblongis obtusis, undulatis, inferioribus reflexis. Antherae apice pilis 3-4. Stigma pilis albis ciliatum. *In novae Hollandiae orâ meridionali, circa port. Jackson et in terra van Diemen.* ♄.

9. G. *varia*; suffruticosa glabra, pedunculis trifidis simplicibúsve, foliis obovatis obtusis ovatisve acutiusculis dentatis coriaceis: axillis nudis; calycis laciniis staminibus brevioribus, corollis stylisque glabris, capsulâ ovatâ. *R. Brown Prodr.* I. *p* 576.

α. Folia obovata passimque ovalia, subdentata, basi attenuata; rami flexuosi; caulis diffusus.

β. Folia subrotúnda, subsessilia, dentata; pedunculus subuniflorus; caulis depressus.

γ. Folia ovalia acutiuscula, dentata; pedunculus triflorus; caulis erectus.

Ad oram meridionalem novae Hollandiae.

10. G. *grandiflora Sims*; herbacea, erecta, glanduloso-pubescens; pedunculis trifidis vel trichotomis simplicibusve, ramis striato-angulatis, foliis inferioribus lyratis, rameis subovatis acutis, stylo longitudinaliter lanato. *R. Brown Prodr.* I. *p.* 576. *Sims bot. Mag.* 890. G. caule herbaceo angulato, foliis cordatis dentato-serratis villosis pubescentibus, inferioribus pinnatis subpinnatisque ternatisve, floribus axillaribus ternis, corollis undulatis, fructibus clavatis pentagonis. *Willd. Enum. H. Berol.* I. *p.* 219. *Poiret Enc. meth. Suppl.* V. *p.* 520. G. *appendiculata Jacq.*

Caulis sulcatus ramosus glaber angulosus 3-4ped.; folia alterna subpetiolata, ovato-cordata, basi alata; laciniae calycis subulatae, persistentes; cor. flava, subirregularis, laciniis ovato-lanceolatis, 2 rectis, 3 reflexis. Capsulae pentagonae, basi gibbae. *Poiret. In nova Hollandia.* 4.

11. G. *heterophylla Smith*; herbacea, erectiuscula, pubescens; pilis eglandulosis, foliis circumscriptione ovatis incisis lobatisve, bracteis dimidio superiore pedunculi uniflori brevioribus, stylo glabro. *R. Brown Prodr.* I. *p.* 5-6. *Smith Linn. Trans.* II. *p.* 349. *Willd. Spec.* I. *p.* 955. *Poiret Enc. meth.* VIII. *p.* 848. *Cavan. Ic.* VI. *p.* 6. *t.* 508. et *Annal. Hist. nat. vol.* I. *p.* 96.

Caules herbacei teretes fere pedales, pilosi, ramis alternis simplicissimis foliisque villosis. Folia radicalia integerrima ovata basi attenuata in petiolum foliis longiorem; caulina alterna subsessilia, inferiora integerrima, dentatave, superiora triloba, lobis maxime inaequalibus, intermedio lanceolato-linearive obtuso, saepe utrinque bidentato. Flores subsolitarii axillares; pedunculi capillares, pubescentes, uniflori aut bifidi, biflori. Bracteae brevissimae subulatae ut laciniae calycis profundae villosae. Cor. pallide rosea, tubo brevi, laciniis subaequalibus ovatis emarginatis. Stylus superne villosus. Stigma ciliatum. Caps. subrotunda, ut plurimum tetrasperma. Semina sulco semicirculari. *Cav.* *In nova Hollandia circa port. Jackson.*

12. G. *rotundifolia*; herbacea erectiuscula, foliis subrotundis inciso-serratis membranaceis, bracteis dimidio superiore pedunculi uniflori longioribus, stylis glabris, capsulis ovatis. *R. Brown l. c.*

α. Glaberrima, erectiuscula.

β. Pubescens, pilis simplicibus; nunc diffusa.

Ad littora novae Hollandiae intra tropicum; ad portum Jackson.

13. G. *barbata*; herbacea (?) erecta glanduloso-pubescens, scabra, foliis lanceolato-linearibus integris, pedunculis unifloris, corollae fauce barbatâ, stylis longitudinaliter hirsutis, capsulis unilocularibus 2-3-spermis. *R. Brown l. c.*

Ad portum Jackson. In insula van Diemen.

Obs. Capsula unica tantum visa, quae inaperta et foeta seminibus duobus magnis vix compressis.

14. G. *geniculata*; herbacea pubescens eglandulosa; caule erecto (nunc abbreviato), foliis longo-lanceolatis subdentatis, pedunculis scapiformibus elongatis: fructiferis geniculato-reflexis. *R. Brown Prodr.* I. *p.* 577.

Ad oram meridion. nov. Holland.

15. G. *lanata*; herbacea pubescens eglandulosa subacaulis; ramis prostratis, foliis obovatis ovalibusve obtusis subdentatis hirsutis: novellis ovariisque lanatis, pedunculis scapiformibus unifloris, corollae laciniis margine ciliatis. *R. Brown l. c.*

In insula van Diemen.

16. G. *hederacea Smith*; herbacea, pubescens eglandulosa subacaulis, ramis filiformibus prostratis, foliis ovalibus dentatis, radicalibus nunc lobatis, pedunculis 1-3-floris, corollae laciniis margine nudis. *R. Brown Prodr.* I. *p.* 577. G. fol. subrotundis integris quinquelobisve, corollâ extus lanatâ, caule prostrato *Smith Linn. Trans.* II. *p.* 349. *Willd. Spec.* I. *p.* 955. *Poiret Enc. meth.* VIII. *p.* 849.

Caulis prostratus; folia alterna petiolata, fere *Hederae*, utrinque glabra. Flores axillares, corollâ extus lanuginosâ. *In nova Hollandia circa portum Jackson, et in terra van Diemen.*

17. G. *glabra*; herbacea glabra subacaulis, ramis prostratis, foliis radicalibus subovalibus spathulatisque pauciden-tatis: rameis subsessilibus, pedicellis unifloris, corollis extus glabris. *R. Brown l. c.*

Ad littora nov. Holland. intra tropicum.

C. *Pedunculi ebracteati, axillares vel terminales, uniflori.*

18. G. *mollis*; pedunculis axillaribus, foliis ovatis subcordatis acutis serratis villosis mollibus, corollae tubo saccato. *R. Brown Prodr.* I. *p.* 576.

In nova Hollandia tropica.

19. G. *elongata Labill.*; pilosa, pedunculis axillaribus solitariis subterminalibusque elongatis, fructiferis reflexis, caule erecto filiformi, foliis radicalibus oblongo-spathulatis dentatis, caulinis lanceolatis subintegris basi attenuatis. *R. Brown Prodr.* I. *p.* 577. G., hispida, foliis integerrimis; floribus longissime pedunculatis, flavis. *Labill. nov. Holl.* I. *p.* 52. *t.* 75.

Herbacea, radice simplici tenui; caulis rectus, 8-10poll., subsimplex; folia radicalia cespitosa, caulina distantia, alterna; superiora opposita lanceolata, longiora radicalibus, acuta, glabriuscula, 1½poll., 6 lin. lata; petioli canaliculati, foliis triplo breviores. Flores flavi; pedunculi filiformes basi pilosi 3-5poll., bracteis nullis. Calycis laciniae rectae lanceolatae acutae. Corollae tubus vix calyce longior ad basin usque fissus, limbi laciniae ovatae obtusae. Stylus superne pilosus. Stigma ciliatum. Semina plura altero latere convexa. *Labill. In insula van Diemen.*

20. G. *hispida*; strigoso-hirsuta, erecta; foliis caulinis sessilibus elongato-lanceolatis subdentatis; pedunculis solitariis axillaribus elongatis: fructiferis erectis; calycibus hispidis. *R. Brown l. c.*

Ad littora nov. Holland. intra tropicum.

21. G. *coronopifolia*; glabra, foliis linearibus: radicalibus pinnatifido-dentatis; caulinis integerrimis; seminalibus persistentibus, pedunculis subsolitariis alternis; fructiferis erectis. *R. Brown l. c.*

Ad littora nov. Holland. intra tropicum.

22. G. *tenella*; subpubescens: pilis adpressis raris; caule simplici v. nullo, foliis radicalibus planis lanceolatis spathulatisve; pedunculis radicalibus terminalibusve elongatis; fructiferis erectis. *R. Brown l. c.*

Ad oram meridion. nov. Holland.

23. G. *filiformis*; glabriuscula, caule simplici, foliis radicalibus filiformibus: caulinis minoribus, pedunculis terminalibus subumbellatis. *R. Brown l. c. p.* 578.

Ad oram meridion. nov. Holland.

2. *Corolla bilabiata, flava, laciniis alatis. Capsula quadrilocularis.*

24. G. *quadrilocularis*; glabra erecta, foliis subovalibus dentatis; floribus spicatis axillaribusve. *R. Brown l. c.*

Ad oram meridion. nov. Holland.

3. *Corolla bilabiata, coerulea v. purpurea, laciniis alatis. Capsula bilocularis v. semibilocularis. Stigma labiis corollae parallelum.*

25. G. *purpurascens*; glabra, paniculâ effusâ, caule nudo; foliis radicalibus elongato-lanceolatis. *R. Brown l. c.*

Ad littora nov. Holland. intra tropicum.

26. G. *pterygosperma*; glabra, caule subsimplici pauciflore; floribus alternis, foliis radicalibus linearibus subdentatis: caulinis minoribus remotis, calyce obtusiusculo ovariisque glabris. *R. Brown Prodr.* I. *p.* 578.

Ad oram meridion. nov. Holland.

27. G. *coerulea*; glabra, caulibus partialibus subsimplicibus paucifloris, foliis radicalibus linearibus: caulinis remotis, calycibus acutis ovariisque glandulosis. *R. Brown l. c.*

Ad oram meridion. nov. Holland.

28. G. *incana*; incano-tomentosa, caulibus partialibus subsimplicibus paucifloris, foliis caulinis remotis oblongo-linearibus, corollis extus ovariisque lanatis. *R. Brown l. c.*

Ad oram meridion. nov. Holland.

4. *Corolla unilabiata, laciniis alatis. Stigma bilobum, indusio corollae labio contrario ciliato.*

29. G. *scapigera*; glabra erecta; foliis dentatis; spicâ terminali pedunculatâ; calycis laciniis subulatis, ovario hinc tubulifero longioribus. *R. Brown l. c.*

α. Pedunculus communis elongatus scapiformis; folia lineari-lanceolata, elongata.

β. Pedunculus communis mediocris: folia ovali-lanceolata.

Ad oram meridion. novae Hollandiae.

30. G. *viscida*; glabra fucata erecta, foliis lanceolatis dentatis; pedunculis axillaribus unifloris brevissimis; stigmate bifido. *R. Brown Prodr.* I. *p.* 578.

Ad oram meridion. nov. Holland.

5. *Corolla subunilabiata, purpurascens laciniis apteris, aestivatione valvata.*

a. *Pedunculi bibracteati. Stigmatis indusium ore nudo. Capsula carnosa.* SELLIERA *Cav.*

31. G. *repens Labill.*; glabra repens, foliis lanceolatis carnosis. *R. Brown Prodr.* I. *p.* 578. G. fol. carnosis

integerrimis corollisque glabris, floribus bibracteatis. *Lab. Spec. nov. Holl.* I. *p.* 53. *t.* 76. *Poiret Enc. meth.* VIII. *p.* 849. *n.* 9.

Cls. *R. Brown* huc simul adduxit SELLIERAM *radicantem Cav.* et junxit cum *repente Labill.*, addens: „An mutato charactere genus *Cavanillesii* retinendum ob lacinias corollae unilabiatae apteras et indusii ore imberbi? Vix autem cum *pumilione* combinandum, cujus indusium ciliatum, corolla forsan subaequalis, pedunculi ebracteati, et habitus diversus?“ *Poiret* vero, et ut videtur recte, distinguit plantam a nova Hollandia a mexicana. Descriptio G. *repentis* e *Labillardière* sequens: „Parva, herbacea, caulibus flexuosis repentibus teretibus glabris subsimplicibus, foliis alternis vix petiolatis carnosis ellipticis ovatisve fere 1/2poll., 3 lin. latis, margine integerrimis basi attenuatis, utrinque glabris obtusis. Flores solitarii axillares; pedunculi simplices uniflori vix longitudine florum. Bracteae 2 sessiles oblongae subaequales acutae. Calycis laciniae ovatae. Cor. caerulea glaberrima longitudinaliter ad basin usque fissa; limbi laciniae subaequales ovatae acutae, in flore expanso ad unum idemque latus reversae, primum vero labia formantes duo, superius bi- inferius trifidum. Antherae ovatae, acuminatae, biloculares. Stylus superne pilis raris. Germen basi attenuatum. Stigma urceolatum vix pilosum, pilis solummodo ad orificium dissepimento libero divisum. Caps. bilocularis bivalvis. Semina dissepimento valvulis parallelo affixa. *In nova Hollandia in ins. van Diemen.*

32. G. *radicans Pers.*; caule prostrato radicante, foliis spathulatis. *Pers. Syn.* I. *p.* 195. *n.* 8. *Poiret Enc. meth.* VIII. *p.* 849. *n.* 10. SELLIERA *radicans Cavan. Icon.* V. *p.* 49. *n.* 538. *t.* 474. *f.* 1.

„Caules pilosi pedales radicantes ramis alternis rectis brevissimis subpollicaribus, foliis alternis, ad basin ramorum subfasciculatis, petiolatis, utrinque glabris, margine integerrimis, raris per ramos, obtusis, acutiusculisve. Flores terminales axillaresque. Pedunculi simplices teretes solitarii filiformes, 1 1/2poll., unifarius biflori, medio bracteis 2 oppositis subulatis. Calycis laciniae lanceolatae acutae; cor. irregularis albo et caeruleo variegata, tubo brevi ad basin usque fisso, limbi laciniis lanceolatis. Stam. recta circa germen. Antherae ovatae non vacillantes. Germen ovatum pyriforme. Stylus simplex recurvus, staminibus longior; stigma globulosum truncatum. Fructus subbaccatus, ovatus turbinatus, calyce coronatus, unilocularis. Semina plura ovata scabriuscula cinerea compressa, quadrifariam imbricata, receptaculo centrali filiformi adhaerentia, singulo in membrana scariosa alam formante circularem.“ *Cavan.* *In humidis maritimis Mexico, Chiloe prope Coquimbo.*

b. *Pedunculi ebracteati. Stigmatis indusium ciliatum. Capsula membranacea.*

33. G. *pumilio*: repens pubescens, foliis ovatis membranaceis: terminalibus confertis, pedunculis e summis aliis unifloris. *R. Brown l. c.*

Ad littora nov. Holland. intra tropicum.

Obs. An corolla unilabiata? an potius expansione subregularis? an calyx parum inaequalis? an denique planta sui generis?

868. CALOGYNE.

1. C. *pilosa R. Brown Prodr.* I. *p* 579.

Herba pilosa annua, habitu GOODENIAE, siccata odore ANTHOXANTHI. Folia dentata vel incisa, floralia basi auriculata. Pedunculi axillares, uniflori, ebracteati, fructiferi reflexi. *In nova Hollandia tropica.*

869. EUTHALES.

1. E. *trinervis R. Brown Prodr.* I. *p.* 580. VELLEIA *trinervis*; foliis dentatis (?) trinervibus, calycis monophylli laciniis subaequalibus. *Labill. Spec. nov. Holl. p.* 54. *t.* 77. *Poiret Enc. meth,* VIII. *p.* 447. GOODENIA *tenella Andr. Repos.* 466. *Sims bot. Mag. t.* 1137.

Herbacea. Caules erecti, bifurcati, flexuosi, substriati, teretes, pedales. Folia radicalia magna, oblonga, in petiolum decurrentia iisdem longiorem, pilosa in axillis, margine glabra, integerrima, obtusa, inaequalia longitudine; caulina distantia minima sessilia opposita bracteiformia, integerrima obtusa. Flores in panicula laxissima dichotoma terminales, floribus solitariis. Pedunculus plerumque bracteis binis. Cal. campanulatus, intus pilosus. Cor. sulphurea, tubo intus piloso, labio superiore bifido, inferiore laciniis acutis hispidis. Stigma ciliatum dissepimento divisum. *Labill.* *In terra van Leuwin.*

870. VELLEYA. *

1. *Cal. pentaphyllus.*

1. V. *paradoxa*; pubescens, foliis obtuse dentatis. *R Brown Prodr.* I. *p.* 580.

Ad portum Jackson. In insula van Diemen. Ad oram meridion nov. Holland.

---

* *Herbae acaules.* Folia radicalia subspathulata, saepius dentata, nunc lyrata. Scapi dichotomi, axillis plerisque floriferis, bracteis oppositis foliaceis, quandoque maximis et subinde connatis. Calycis foliolum superius latius, et basi saepe dentatum. Corolla flava, basi adhaerenti infra gibbâ v. calcaratâ. Stylus subtetragonus. Stigmata indusium maximum.

2. V. *arguta*; glabra, foliis argute dentatis. *R. Brown l. c.*

Ad oram meridion. nov. Holland.

2. *Calyx triphyllus. Corolla basi hinc gibbosiascula.* VELLEYAE *verae.*

3. V. *lyrata*; glabra, bracteis dichotomiarum distinctis, foliis lyratis basive inciso-dentatis, calycis foliolis ovato-orbiculatis. *R. Brown l. c.*

Ad portum Jackson.

4. V. *spathulata*; glabra, bracteis dichotomiarum distinctis, foliis spathulatis subedentulis basi integerrimis; axillis barbatis. *R. Brown Prodr.* I. *p.* 581. *Juss. Annal. Mus.* XVIII. *p.* 1. et seq. *t.* 1. *n.* 3.

Ad littora nov. Holland. intra tropicum. Ad portum Jackson.

5. V. *pubescens*; pubescens, bracteis dichotomiarum distinctis, foliis dentatis, calycis foliolis oblongo-ovatis acutis. *R. Brown l. c.*

Ad littora nov. Holland. intra tropicum.

6. V. *perfoliata*; glabra, bracteis dichotomiarum maximis connatis subrotundis dentatis. *R. Brown l. c.*

Ad portum Jackson.

871. LECHENAULTIA.*

1. *Fruticuli ericifolii. Flores axillares v. terminales. Capsula valvata. Semina cubica.*

1. L. *formosa*; floribus axillaribus solitariis ebracteatis nutantibus, corollis bilabiatis glabris. *R. Brown Prodr.* I. *p.* 581.

Ad oram meridion. nov. Holland.

2. L. *tubiflora*; floribus subterminalibus solitariis subsessilibus, corollis tubulosis curvatis: limbo conniventi, foliis subulatis: mucronulo pellucido. *R. Brown l. c.*

Ad oram meridion. nov. Holland.

3. L. *expansa*; floribus axillaribus in corymbum pauciflorum confertis, pedicellis bibracteatis, corollae limbo unilabiato, laciniis ciliatis. *R. Brown l. c.*

Ad oram meridion. nov. Holland.

---

* *Fruticuli* (raro Herbae) glabri; foliis angustis, integerrimis. Flores axillares v. terminales subsolitarii.

2. *Herbae. Flos oppositifolius. Capsula tardius valvata, valvis collo coarctato cohaerentibus. Semina cylindracea.*

4. L. *filiformis*; foliis alternis compresso-filiformibus. *R. Brown Prodr.* I. *p.* 581.

Ad littora nov. Holland. intra tropicum.

872. ANTHOTIUM.

1. A. *humile R. Brown Prodr.* I. *p.* 582.

Duplex varietas, altera fere duplo major, partibusque floris relativâ proportione aliquantum diversis. Herba humilis glabra acaulis. Folia radicalia teretiuscula, basi parum dilatata Scapi plures patuli indivisi. Flores fasciculatim congesti, bracteis subtendentibus foliaceis. Cor subviolacea, 5-partibilis, unguium marginibus veris inflexis, solutis. Antherae arcte cohaerentes. Stigmatis indusium imberbe. *In novae Hollandiae littore meridionali.*

873. LOBELIA.

Conspectus Sectionum.

1. Foliis integerrimis. *n.* 1-24.
2. Foliis serratis, denticulatis s. incisis, caule erecto. *n.* 25-98.
3. Caule prostrato, foliis incisis. *n.* 99-135.
4. Lobeliae *Roberti Brown. n.* 136-155.
5. Lobeliae Herbarii Willdenowiani. *n.* 21-24. 80-96. 134-35. 156, 157.

1. *Foliis integerrimis.*

1. L. *linearis Thunb.*; foliis linearibus glabris, caule erecto. *Thunb. Prodr.* I. *p.* 39. *Fl. Capens.* II. *p.* 35. *Willd. Spec.* I. *p.* 937.

Caules e radice plures, teretes, rugoso-striati, glabri, simplices, erecti, spithamaei. Folia alterna, sessilia, integra, plana, patentia, pollicaria. Flores in axillis foliorum solitarii, pedunculati coerulei. Pedunculus folio duplo brevior. *Thunb. Crescit in fronte Bocklandsberg prope Paardeberg.* ♄. *Hort. New. ed.* 2. I. *p.* 356.

2. L. *setacea*; foliis filiformi-setaceis glabris, pedunculis axillaribus unifloris. *Thunb. phytogr. Bl. p.* 21. *Act. Gorenk.* 1811. *f.* 11 *Fl. Capens.* II. *p.* 34.

Caules herbacei, glabri, erecti, palmares; folia alterna, filiformi-setacea, glabra, erecta, unguicularia; flores nutantes, pedunculis capillaribus longitudine foliorum. *Ad Promont. b. Spei.* 2

3. L. *scabra*; foliis linearibus marginatis scabris, caule herbaceo debili, pedunculis axillaribus unifloris flexuosis. *Thunb. phytogr. Bl. p.* 21. *Fl. Capens.* II. *p.* 35.

Caulis filiformis, flexuoso-erectus, hirtus; folia sessilia, acuta, integra, margine revoluto marginata, subsecunda, patula, unguicularia; flores solitarii pedunculis folio duplo longioribus, calyce corollâque hirtis. *Promont. b. Sp.* ⊙?

4. L. *commutata*; foliis inferioribus ovatis, superioribus oblongis, omnibus sessilibus retusis emarginatis, margine revolutis, subtus ad nervum setis albis raris; ramis floriferis caulisque apice nudis; floribus racemosis, breviter pedunculatis, reflexis.

Specimen nostrum, nomine *hirsutae* inscriptum caulem ramumve? sistit lignosum fili emporii crassitie adscendentem teretem ramosum, setis raris albis hispidum. Folia in ramis ramulisque subdisticha, alterna, rarius opposita, coriacea, firma, ac si sempervirentia, supra nitentia, subtus et ad marginem setis raris, vix ½poll., basi latiore 2 plus minus linearum, nervo inter emarginaturam parum prominente. Pedunculi inferiores bracteâ subulatâ longiores, 2lin., superiores breviores, singuli bracteolâ setaceâ. Flores in nostro tam in ramis quam in apice caulis 5, subsecundi, inferiores distantes. Cal. lin. 2., hispidus, laciniis lineari-subulatis patulis. Cor. calyce triplo longior, sicca violacea, tubo longo albicante sub lente hispidulo; labii superioris laciniae breves, parvae, inferioris profunde tripartiti oblongae. Antherae apice pilis albis. *Habitat? Habitus plantae capensis.*

Obs. Characteribus datis ab *hirsuta* et affini *scabra* satis distincta.

5. * L. *simplex*; foliis linearibus villosis, caule erecto. *Thunb. Prodr.* I. *p.* 39. *Fl. Capens.* II. *p.* 35. *Linn. Mant.* 391. *Willd. Spec.* I. *p.* 937.

Caulis herbaceus simplex laevis palmaris. Folia alterna sessilia remota acuta laevia „(*Thunb.* villosa)“ patula, digitum transversum longa. Pedunculi axillares solitarii uniflori nudi laeves erecti foliis duplo longiores. Capsua turbinata. *Linn. Mant.* Flores laterales et terminales coerulei. Calyx lineari-lanceolatus, villosus. *Thunb. Ad Promont. b. Spei.* ⊙. ♂ *fide H. Kew. ed.* 2. I. *p.* 356.

6. L. *unidentata Hort. Kew.*; foliis linearibus utrinque unidentatis. *Hort. Kew. ed.* 2. I. *p.* 356. L. caule herbaceo flexuoso, foliis lanceolatis utrinque unidentatis, supra hirsutiusculis subtus discoloribus, pedunculis unifloris elongatis terminalibus. *Spreng. novi proventus Hortt. Berolin.* et *Hal. p.* 26.

Specimina, quae clo. *Otto* debemus, vix 4-5poll., caulibus adscendentibus simplicibus, flexuosis et ramosis, a foliorum sessilium margine decurrente subangulatis. Folia inferiora lanceolata, 3-4lin., superiora fere ½poll., linearia, utraque sparsa, margine subrevoluta, pilis raris appressis, acuta, inferiora subinde utrinque dente unico acutissimo, saepe uno tantum latere unico; superiora integerrima. In aliis speciminі-

bus caulis flore terminali unico, longe pedunculato, in aliis flores axillares pedunculis folio triplo longioribus. Cal. profunde 5-partitus, laciniis subinaequalibus, linearibus, acutis, patentibus, 2 lin. longis, hirsutus. Cor. violacea, calyce duplo et ultra longior, extus hirsuta, laciniis 2 superioribus linearibus, inferiore lato trilobo, lobis oblongis acutis. Antherae apice pilis albis. *Ad Prom. b. Spei.* 2. Fr. *Masson.*

7. *L. *pinifolia*; fruticosa, foliis linearibus (erectis) confertis. *Linn. Spec.* 1318. *Lam. Enc. meth.* III. *p.* 582. *n.* 2. *Willd. Spec.* I. *p.* 937. *Thunb. Prodr.* I. *p.* 36. *Fl. Capens.* II. *p.* 36. Rapunculus aethiopicus, violaceo galeato flore etc. *Breyn. Cent. p.* 173. *t.* 87. Rapunculus fruticosus, foliis nervosis acutis etc. *Burm. afr.* III. *t.* 41. *f.* 2.

Calycis foliola basi glandulâ. *Linn.* „Folia lanceolata subtrigona.“ *Thunb. Prodr.* 39. „Rami juniores pubescentes. Folia carinato-triquetra. Pedunculi terminales aggregati. Calycis basis villosa. Cor. externe pubescens (caerulea)“ *Willd.* 1½ped., ramis lignosis rectis divisis. Folia acuta, fere pollicaria, sessilia, imbricata in ramis sterilibus. Flores pedicellati terni-quaterni ad apicem ramorum in racemo subcorymboso. *Lam.* ad specimen *Sonneratianum.* *Ad Promont. b. Spei. Ad latera montium prope Kap urbem alibique.*

Obs. Folia in specimine, quod munificentiae cli. *Thunberg* debemus, omnino linearia, margine revoluta, nec lanceolata.

8. *L. *Dortmanna*; foliis linearibus bilocularibus, scapo simplici subnudo racemoso. *Willd. Spec. p.* 938. *Linn. Fl. suec.* 714. 783. *Fl. lapp.* 279. *Smith. brit. Engl. bot. t.* 140. *Fl. dan. t.* 39. *Lightf. Scot.* I. *p.* 505. *t.* 21. *Wahlenb. Fl. lapp. p.* 212. *Flor. franç.* III. *n.* 2869. *Mich. Fl. bor. Amer.* II. *p.* 153. *Pursh Fl. Amer. Sept.* II. *p.* 446. *Bigelow Flor. Boston. p.* 36. *Fl. Dan. t.* 139. Dortmanna lacustris, floribus sparsis pendulis. *Rudb. Act. ups.* 1720. *p.* 97. *t.* 2. Gladiolus stagnalis s. lacustris. *Rudb. Elys.* II. *p.* 202. *f.* 15.

Rad. e fibris simplicibus. Herba glabra lactescens. Caulis plerumque solitariùs cavus, aquae ad medium usque immersus. Folia omnia immersa, omnia fere radicalia, recurva, depresso-teretia, dissepimento longitudinali. Flores remotiusculi pedicellati nutantes cyanei. Bracteae solitariae ad basin pedicellorum ovatae, breves. Calyx apicem germinis cingens, tubo brevior. Stigma emarginatum. *Smith.* Cor. calycis laciniis obtusis vix lineam longis octuplo longior, lilacina. *In Europae frigidissimae, (Britanniae, Belgii) lacubus et ripis. Ad fretum Hudsonis.* 2.

Obs. Rarissima in Lapponia meridionali. An cum ISOËTIDE commutata?

9. L. *paludosa*; foliis radicalibus, aggregatis, planis, lineari-oblongis, obtusis, carnosis, lucidis, obsolete crenu-

latis; scapo nudo, subsimplici; floribus paucis remotissimis; labii inferioris disco barbatulo. *Nuttall Gen. of Americ. plants.* II. *p.* 75.

Singularis species, L. *Dortmannae* evidenter affinis, sed certe distincta. Radix perennis, folia numerosa emittens, 4-6 poll. longa, vix 5 lin. larga, e quorum centro plures exsurgunt scapi fistulosi, angulati, bipedales, ut plurimum simplices, subinde tamen emittentes ramulum 1-2-foliatum. Flores parvuli caerulei. Bracteae minutae distantes. Calyx glaber. Corollae labium inferius pubescens. *In profundis paludosis sphagnosis a comitatu Sussex in Delaware ad Georgiam usque.* 4.

10. *L. *Tupa*; foliis lanceolatis, racemo spicato *Linn. Spec.* 1318. *Willd. Spec. p.* 938. *Lam. Enc. meth.* III. *p.* 582. Rapuntium spicatum, vulgo Tupa. *Feuill. peruv.* II. *p.* 739. *t.* 29.

Radix et herba venenatissima, solo odore floris vomitoria. *Feuill.* Altitudine hominis, cultam tripedalem vidit *ill. Lamarck.* Caulis rectus, sat crassus, fere suffruticosus, cavus, divisus in ramos simplices, alatos, foliosos. Folia sparsa, lanceolata et ovato-lanceolata, sessilia, decurrentia, subtomentosa, albovirentia. Flores 1½-2poll., tubulosi, angusti, basi inflati et limbo, sanguineo-rubri; racemus rectus terminalis. Pedunculi, calyces, corollae pubescentes. Caps. trilocularis. *Lam.* *In Peru.* ♄.

11. * L. *Kalmii*; caule erecto, foliis lanceolato-linearibus obtusiusculis alternis, racemo terminali. *Linn. Spec.* I. *p.* 1318. *Willd. Spec.* I. *p.* 959. *Walt. Flor. Carol. p.* 218.

Pedalis, caule tereti vix ramoso. Folia lineari-lanceolata inferne, superne linearia, nuda, sessilia. Racemus laxus, pedunculis alternis unifloris ex alis supremorum foliorum, foliolo instructis. Flores coerulei. *Linn.* *In Canada, Carolina.* ☉. ♂.

Obs. L. *Kalmii Mich.*, parvula tenuis erecta, foliis radicalibus spathulatis, caulinis linearibus obtusiusculis subintegris, spicâ floribus distanter alternis pusillis longiuscule pedicellatis *Fl. Amer. bor.* II. *p.* 153 L. tenuis, erecta, simpliciuscula, foliis radicalibus spathulatis, caulinis linearibus tenuissime denticulatis, floribus racemosis alternis remotis pedicellatis. *Pursh Fl. Amer. Sept.* II. *p.* 446, alia fere species videtur. Addit *Mich.* in *Obs.*: „Caulis plerumque simplex, folia armato oculo remote subdenticulata. Varietas caroliniana foliis radicalibus suborbiculato-spathulatis caule graciliore, floribus minoribus." Dubiis hisce nova adjicit *Nuttall*, qui in suis *Generibus* II. *p.* 76 LOBELIAM *Kalmii* adducit diagnosi et descriptione, ut nobis saltem videtur, longe diversam a *Linnaeana*. Est nempe sua L. *Kalmii*: caule glabro erecto ramoso, foliis glabris longis linearibus subintegerrimis; racemo laxo folioso; pedunculis capsulâ longioribus apice bracteis 2 minutis; calyce campanulato, laciniis lanceolatis capsulâ basi attenuata brevioribus. Addit cls. *Nuttall* nunquam se vidisse plantam CAMPANULAE *rotundifoliae* magis similem excepto flore; e gracilioribus esse et maxime borealibus;

calycem perfecte campanulatum includere germen; folia 1-2 pollicum vix 2 lin. lata, huc et illuc denticulo minutissimo; pedunculos fructiferos pollicares bracteis 2 minutis fere glandularibus, ut in nulla specie alia; capsulas laeves subvesiculares, obovatas; corollam delicate caeruleam, segmentis labii inferioris obovatis acutis, palato laevi, maculis 2 confluentibus albis, in quarum centro aliae maculae 2 dentiformes virides et aliae adhuc 2 maculae ad basin tubi virentes; esse 1-2-pedalem. In New-York.

12. L. *Nuttalli*; caule erecto, minute scabro, simplici s. filiformi-ramoso; foliis oblongo-linearibus, denticulatis, obtusis, remotiusculis; floribus laxe racemosis, distantibus; pedunculis coloratis, flore brevioribus, basi bibracteatis, calycis segmentis subulatis, capsulâ inferne obtusâ (fere duplo) longioribus. L. *gracilis Nuttall Gen. of. Americ. Plants.* II. *p.* 77.

Suspicatur cl. *Natt. Michauxiam* hanc pro L. *Halmii* varietate sumsisse, cui quidem affinis, ut et alii specici ex Africa merid., L. *Erinoidi* nempe, sed certissime diversa ab utraque.

Pedunculi 2-3-lineares, caerulescentes. Corolla coerulea, palato labii inferioris striis duabus acutis albis, punctisque duobus viridibus et aliis duobus versus tubi basin. *Ad margines siccas paludum sabulosorum a novâ Caesarea ad Carolinam.* 2?

13. * L. *paniculata*; foliis linearibus integerrimis, paniculâ dichotomâ. *Linn. Spec. p.* 1319. *Lam. Enc. meth.* III. *p.* 585. *Willd. Spec.* I. *p.* 939. Rapuntium fol. linearibus acutis, floribus gemellis polyanthis *Burm. afr. t.* 38. *f.* 3.

Parvula, caule simplici, basi folioso, superne fere nudo ramoso paniculato. Folia brevia sessilia. Rami laxi, sub singula dichotomia foliis 2 parvis oppositis. Flores parvi caerulei. *In Aethiopia.*

14. L. *graminea Lam.*; caule erecto simplicissimo, foliis lineari-ensiformibus nudis, racemo longo simplici. *Lam. Enc. meth.* III. *p.* 583. *Willd. Spec.* I. *p.* 939.

Caulis herbaceus 2ped. glaber; folia sparsa graminea acuta glabra 5poll., 2-3 lin. lata. Flores coccinei brevissime pedunculati in racemo terminali. Corolla fere figurâ L. *Cardinalis.* Bracteae lineares acutae floribus breviores. Filamenta et antherae cohaerentes. *Lam.* *In Peru. Herb. Juss.*

15. * L. *grandis*; foliis oblongis glabris, corymbis bracteatis, corollis hispidis. *Linn. Suppl. p.* 394. *Willd. Spec.* I. *p.* 939.

Folia maxima, margine repanda, petiolata. Flores plures interspersis bracteis hispidis, rotundatis. Pedicelli florentes elongati hispidi. Calyx hispidus, laciniis ovatis obtusis. Cor. clavata hispida ferruginea, ante florescentiam curva, postea recta.

Stamina rubicunda, hispida. *Linn.* *In America meridionali. Matis.*

16. * L. *cornuta*; foliis ovatis petiolatis, staminibus longissimis. *Linn. Spec. p.* 1319. *Willd. Spec.* I. *p.* 940.

Plantam apud D. *Royen* vidi; utrum folia integerrima e memoria excidit. *In Cajenna. Linn.*

17. * L. *depressa Thunb.*; foliis oblongis (lanceolatis) obtusis glabris, caule (ramoso) decumbente. *Thunb. Prodr.* I. *p.* 39. *Fl. Capens.* II. *p.* 36. *Linn. Suppl. p.* 395. *Willd. Spec.* I. *p.* 940.

Caulis herbaceus palmaris depressissimus varicosus undique prostratus. Pedunculi alterni foliorum longitudine, solitarii. Folia minime decurrentia. Flores atropurpurei, minuti. *Linn. l. c.* *In Prom b. Spei locis arenosis extra urbem Hap, et in collibus infra Tafelberg.*

18. * L. *Columneae*; foliis oblongis obtusis margine revolutis rugosissimis supra lucidis subtus tomentosis. *Smith Icon. ined.* I. *p.* 22. *t.* 22. *Linn. Suppl.* 393. *Willd. Spec.* I. *p.* 940.

Ramus an caulis? tomento pulverulento albo. Folia alterna petiolata ovali oblonga, consistentiâ crassiore, crenata obtusa, subtus dense tomento albo, supra glaberrima splendentia. Flores laterales solitarii pedunculati. Corolla COLUMNEAE *scandentis* extus tomentosa. Tubus incurvus. Limbus 5-fidus, laciniâ infimâ profundiùs separatâ, supremis minus divisis, nec interne se magis dividentibus contra morem reliquorum. Filamenta sub laciniis minus divisis. Antherae omnino LOBELIAE. Differt a COLUMNEA *scandente:* calyce subrotundo dentibus minutis; germine foeto, nec infero; antherâ prismaticâ connatâ, filamentis etiam connatis ab anthera fere ad basin, foliis magis oblongis, supra nudis rugosis, more *Salviae*, saepius alternis, rarissime uno alterove pare opposito. *Linn.* — Margo ipse foliorum integerrimus, sed cum marginis revolutio ill. *Linnaeum* fefellerit, venularum interstitia, ad margines ultra circumferentiam revolutam prominentia, pro margine habebat, et inde folia crenata dixit. *Smith l. c.* In specimine nostro ab amicissimo ZEA missum tomentum fere ferrugineum subtus in foliis; caeterum omnia exactissime eadem. *In nova Granada.* 4. *h.*

19. L. *pulverulenta Pers.*; foliis ovatis (sub petiolatis superne glabris rugosis, subtus albo tomentosis, corollis campanulatis pulverulentis, caule fruticoso. *Pers. Syn.* II. *p.* 212. *Poiret Enc. méth. Suppl.* III. *p.* 490. L. *campanulata Cav. Icon.* VI. *p.* 11. *t.* 517. *Annal. de Hist. nat.* II. *p.* 107.

Affinis *Columneae*. a qua formâ corollae et pedunculis longioribus differt. Caules 3-ped., ramosi, tomentosi. Folia sparsa,

venosa, reticulata, obtusa, margine subrevoluta, 3poll. Pedunculi solitarii axillares, uniflori, foliis triplo longiores. Cor. extus pulvere tomentoso albicans, intus rubens, ad minimum pollicaris, lobis aequalibus ovatis acutis. *In via quae a Guaranda ducit ad montem Chimboraço.*

20. L. *chinensis Lour.*; foliis lanceolatis integerrimis, floribus solitariis terminalibus, caule repente. *Lour. Flor. Cochinch.* II. *p.* 628.

Multum affinis L. *zeylanicae* et *erinoidi Thanb.*, a quibus foliis integerrimis et pedunculis terminalibus differt. Caules filiformes herbacei, ramis adscendentibus, 5-poll.; folia sessilia alterna glabra; flores dilute caerulei, pedunculati; calyx laciniis patentibus brevibus subulatis; corollae limbi laciniae lanceolatae inaequales; stigma bifidum, revolutum; semina rotunda, parva. *In China circa Canton in incultis.* ⊙.

21. L. *androsacea*; acaulis, foliis lanceolato-linearibus, integerrimis, obtusis, cespitosis, floribus sessilibus. *Herb. Willd. MS.*

In America merid. monte Antisana. 2. *Humb.* et *Bonpl.*

22. L. *glandulosa*; acaulis, foliis lineari-lanceolatis integerrimis, glandulâ callosâ terminatis, floribus sessilibus, calycibus ciliatis serratis. *Herb. Willd. MS.*

In Loxa. 2. *Humb.* et *Bonpl.*

23. L. *bryoides*; caulibus cespitosis, foliis sessilibus lanceolatis integerrimis acutis, floribus sessilibus terminalibus. *Herb. Willd. MS.*

Habitus *musci* vel ARETIAE; caules digitales ramosi, foliis imbricatis nitidis coriaceis sub lente denticulatis. Flores inter folia terminalia conniventia. *In monte Antisana.* 2. *Humb.* et *Bonpl.*

24. L. *limoselloides Humb.* et *Bonpl.*; caule decumbente, foliis lineari-spathulatis integerrimis, floribus solitariis pedunculatis. *Herb. Willd. MS.*

Caules pollicares ramosi divaricati. Folia alterna remota patentia obtusa. *In monte Antisana.* 2. *Humb.* et *Bonpl.*

2. *Foliis serratis, denticulatis s. incisis, caule erecto.*

25. L. *cordigera Cav.*; foliis ovatis acutis subamplexicaulibus villosis denticulatis, pedunculis axillaribus solitariis. *Cavan. Ic.* VI. *p.* 14 *t.* 523.

Caules herbacei villosi sulcati 3-ped. Folia fere integerrima, mollia, alterna, 3 fere poll. Pedunculi villosi foliis breviores. Calycis laciniae lanceolatae, villosae, acuminatae. Cor. pulcre coccinea, tubo fisso, glabra, 1½poll.; laciniae labii superioris lineares elongatae, inferioris ovatae acutae. Genitalia glabra. *Cav.* *In regni Chilensis fundis Longavi et Cacha-cucha.*

26. L. *decurrens Cav.*; foliis ovato-lanceolatis biserratis decurrentibus glabris, calycis laciniis serrato-incisis. *Cavan. Icon.* VI. *p.* 13. *t.* 521.

Caules glabri, 3-5-pedales. Fol. inciso-serrata, sparsa, approximata, 2poll., pollicem lata, dentibus 2 minoribus inter singulos majores. Flores solitarii axillares in spica longa foliosa terminali; pedunculi uniflori, foliis breviores. Cal. hemisphaericus villosus, laciniis langusto-anceolatis. Cor. purpureo-violacea, fere 1½poll., tubo ad basin usque fisso, iabii superioris laciniis linearibus apice villosis, inferioris acutis antherisque pilosis. Stigma bilobum. Capsula ovata acuta. *Cav. Ad ripas fluminis Claro in R. chilensi.* ♄.

27. L. *Andropogon Cav.*; foliis ovatis glabris mollibus, floribus axillaribus solitariis coccineis, caule fruticoso. *Cav. Ic.* VI. *p.* 10. *t.* 515.

Arbuscula 5-6ped.; caulis rectus, glaber, sulcatus, ramis alternis. Folia subpetiolata acuta, 3poll., vix 1½ poll. lata, integerrima aut vix denticulatá. Pedunculi foliis breviores, basi subvillosi, bracteis 2 subulatis. Cal. hemisphaericus, striatus, laciniis acutis. Cor glabrá, coccinea, tubo recurvo; labii superioris lobi ovati acuti, inferius labium rotundatum, dentibus 3 parvis acutis. Antherae apice et suturis externe hispidae pilis numerosis rufis. *Cav.* *In sylvis umbrosis montis St. Antonii in Quito.*

28. L. *conglobata Lam.*; foliis cuneiformi-oblongis, denticulatis, nitidis, racemo conglobato terminali, calycis laciniis dentato-fimbriatis. *Lam. Enc. meth.* III. *p.* 585. *Plum. Spec.* 5. *MS.* 4. *t.* 117. *Surian. Herb. n.* 799. *β.* major *Plum. l. c.*

Caulis rectus simplicissimus vix pedalis sat crassus, medullâ farctus, basi nudus. Folia acutiuscula glabra, pedalia et ultra, 3 poll. lata. corymbum longe superantia. Flores copiosissimi pedunculati in racemo brevissimo, pedunculis simpilcibus axillaribus, bracteâ anguste lanceolatâ, denticulatâ, flore breviore. Calycis laciniae lineares, acutae. Cor. calyce brevior, in *α* coccinea, in *β* viridi subrubescens. *Lam.* *In Martinica et S. Domingo.*

29. L. *hirta Cav.*; foliis oblongis acuminatis serratis, pedunculis axillaribus longissimis, caule hirto fruticoso. *Cav. Ic.* VI. *p.* 13. *t.* 520.

Caules striati ramosi 5-6ped.; folia sparsa subpetiolata lanceolata, utrinque pilis albis rigidis, 6 poll. et ultra, 1½ poll. lata, basi in petiolum 2-3 lin. attenuata. Pedunculi solitarii axillares in apice ramorum, 2poll., uniflori. Cal. hemisphaericus, villosus globosus, laciniis lanceolatis acutis. Cor. coccinea villosa, L. *barbatae.* Stamina glabra. *Cav.* *In umbrosis montis St. Antonii in Quito.*

30. L. *biserrata*; foliis ovato-lanceolatis biserratis, floribus axillaribus solitariis, filamentis corollae adnatis, caule fruticoso. *Cavan. Icon.* VI. *p.* 10. *t.* 514.

Caulis 3ped., ramis sulcatis; folia alterna, subpetiolata, subtus tomentosa, inferiora 3poll., 1½ poll. lata. Racemus terminalis; pedunculi bracteis duabus basi, apice incrassati. Cal. hemisphaericus, subtomentosus, 10-striatus, laciniis lanceolatis acutis. Cor. luteo-coccinea, prope basin primo fissa, dein integra, ventricosa, glabra, 1½poll. Stylus rufescens. Caps. ovata acuta. *Cav.* *In Peru prope oppidum S. Bonaventura.* ♄.

Obs. An ab hac diversa: L. *biserrata*; caule arboreo, foliis oblongo-lanceolatis duplicato-serratis, subtus pedunculis calycibus corollisque pubescentibus, pedunculis folio brevioribus axillaribus unifloris. *Willd. Reliqu. MS.* *In Mexico.* ♄. *Humb.* et *Bonpl.* Si diversa, nomen mutandum.

31. L. *mucronata*; foliis sparsis sessilibus ovato-oblongis serrulatis mucronatis villosis glaucis. *Cav. Icon.* VI. *p.* 11. *t.* 516.

Caulis villosus sulcatus 6ped.; folia approximata, superiora 2-poll., 1½ poll. lata, basi subcordata. Flores solitarii axillares; pedunculi foliis breviores; calycis laciniae lanceolatae. Cor. coccinea subvillosa fissa, 1½poll.; tubus basi ventricosus; laciniae labii superioris lineares acutae, inferiores tres inaequales acutae subreflexae. Stamina coccinea corollâ breviora. Stigma subbilobum. *Cav.* *In regni Chilensis fundo Cuchacucha.* ♄.

32. L. *Cavanillesiana*; caule herbaceo, foliis ovato-lanceolatis serrulatis subsessilibus, pedunculis solitariis axillaribus folio longioribus. L. *persicifolia Cav. Icon.* VI. *p.* 12. *t.* 518.

Caulis striatus, tripedalis, ramosus. Folia sparsa, serraturis, setaceis, glabra Calyx hemisphaericus. Corolla rubra, tubo fere pollicari, paulo supra basin ad limbum usque fisso. Filamenta in tubum coalita, basi tantum libera. Capsula calyce triplo longior, ovato-acuta, bilocularis, bivalvis, valvulis apice bifidis. *In nov. Hispania prope Acâmbaro.*

Obs. Nomen mutandum erat, ob antiquiorem *persicifoliam Lam.*

33. L. *persicifolia Lam.*; caule erecto simplici, foliis angusto-lanceolatis subpetiolatis serratis nudis, pedunculis axillaribus, (foliis brevioribus). *Lam. Enc. meth.* III. *p.* 584. An anonyma 6. *Hernand. Mex. p.* 351.?

Caulis herbaceus fistulosus, foliosus, 1½ped. Folia numerosa, sparsa, 5-8poll. Pedunculi solitarii uniflori, foliis parum breviores. Dentes calycis subulati Cor. purpurascens, glabra, subincurvata, 1½ fere pollicis. *Lam.* *In hamidis paludosis ins. Guadeloupe.* *Badier.*

34. L. *arborea Forst.*; caule arboreo, foliis petiolati

ovato-oblongis, serrato-dentatis, pedunculis axillaribus solitariis unifloris. *Forst. Prodr. n.* 308.

In insulis Societatis.

35. * L. *bellidifolia Thunb.*; foliis ovatis dentatis hirsutis, caule simplici. *Thunb. Prodr.* I. *p.* 40. *Fl. Capens.* II. *p.* 47. *Willd. Spec.* I. *p.* 941. L. *bellidiflora* caule paniculato, foliis obovatis crenatis. *Linn. Suppl. p.* 396.

Caulis palmaris, inferne hispidus foliatusque, superne divisus in paniculam longiorem. Folia obovata crenata subtus pubescentia obtusa. Panicula foliis ramificationum subulatis laevis, pedunculis inferioribus longioribus. *Linn.* Corolla coerulea *Thunb.* Caulis re verâ simplex, pedunculi vero longi filiformes dant illi faciem paniculae. *Ad Prom. b. Spei.* ☉. 4 fide *H. Hew. ed.* 2. I. *p.* 357.

36. L. *Rhizophyta Spreng;* caule basi radicanti adscendente triquetro glabro, foliis inferioribus petiolatis obovatis repando-dentatis glabris crassiusculis, superioribus lanceolatis sessilibus subdecurrentibus, summis ciliatis integerrimis, pedunculis brevissimis axillaribus, capsulis cylindricis glabris. *Sprengel novi proventus hortt. acc. Halens.* et *Berolin.* 1818.

L. *bellidifolia* cujus nomine accepi, differt caule erecto et hirsutie partium. L. *cuneiformis R. Br.* differt caule erecto. Cf. *Labillgrd. Specim. nov. Holl.* I. *t.* 73. *Habitat?* 4. *Spreng.*

37. * L. *triquetra*; foliis lanceolatis pinnatifido-dentatis, racemo terminali. *Willd. Enum. H. Berol.* I. *p.* 216. *Spec.* I. *p.* 941. L. caule erecto, fol. lanceolatis dentatis, rac. term. aphyllo. *Linn. Mant. p.* 120. *Lam. Enc. meth.* III, *p.* 589. *n.* 38. L. foliis lanceolatis, dentato-pinnatifidis, caule glabro. *Thunb. Prodr.* I. *p.* 40. *Fl. Capens.* II. *p.* 48. L. *capitata Burm. Prodr.* 25. *β.* L. *comosa* fol. linearibus dentatis, floribus terminalibus. *Linn. Spec. p.* 1323. L. *corymbosa Berg. cap. p.* 344.

Caules herbacei pedales. Folia alterna sessilia angusto-lanceolata, basi quasi adglutinata, superiora minus remota. Racemus pedunculatus erectus, pedunculo in plerisque obsolete trigono. Flores caerulei. *inn.* Cor. similis *coronopifoliae. Lam. Ad Promont. b. Spei in collibus infra latas orientale Tafelberg.* 4.

Obs. *β* fors distincta species corymbo folioso, floribus albis; culturâ perstat.

38 L. *comosa Cav.*; foliis lanceolatis dentatis subtus pulverulentis, corymbo terminali, foliorum comâ suffulto. *Cav. Icon.* VI. *p.* 9. *t.* 512. *f.* 1.

Caules simplices sulcati 2-ped.; folia subpetiolata alterna acutissima, 2poll., 2-3 lin. lata, supra viridia subrugosa, subtus

flavicantia superiora comosa, petioli villosi, 1½lin. Pedunculi axillares simplices uniflori subsetacei, 1½poll.; laciniae calycis subulatae, germine quadruplo longiores. Cor. tubulosa, lutescens, curva, fere pollicaris, limbo brevi. Antherae apice penicillatae. Stigma villosum, globosum, antheris inclusum. *Cav.* *In nov. Hispania, haud procul a Queretaro.*

39. L. *cinerea Thunb.*; foliis linearibus dentato-spinosis, cinereo-tomentosis, floribus subsessilibus. *Thunb. Prodr.* I. *p.* 40. *Fl. Capens.* II. *p.* 44. *Willd. Spec.* I. *p.* 942.

Radix subfusiformis, longe descendens, simplex, laevis. Caules plures é radice, erecto-patentes, teretes, laeves, glabri, albi, inaequales, subsimplices, vix palmares. Folia alterna, sessilia, acuta, margine incrassata, patentia, apice reflexo, inferiora glabra, superiora cinereo-tomentosa, unguicularia. Flores subracemoso-terminales, albi. Calyx cinereo-tomentosus. *Crescit in Roggeveld Prom. b. Spei.* ☉. *Thunb.*

40. L. *fenestralis Cav.*; caule herbaceo suberecto, foliis linearibus dentatis semiamplexicaulibus, spicâ terminali, genitalibus tubo brevioribus. *Cav. Ic.* VI. *p.* 8. *t.* 512. *f.* 2.

Caules sulcati pedales et ultra; folia alterna glauca mollia, lineari lanceolata, 2poll., lin. 2 et ultra lata; dentibus acutis, alternis brevioribus. Flores solitarii subsessiles in spica foliosa. Laciniae calycis breves, subulatae. Cor. parvula, basi fenestrata, caerulea, tubo linearum duarum. Filamenta brevissima. Stigma villosum, globosum. *Juxta oppidum S. Partolome, tribus leucis ab urbe Mexico.* ☉.

41. L. *gigantea Cav.*; foliis lanceolatis dentatis rugosis, pedunculis axillaribus longissimis, caule fruticoso. *Cavan. Icon.* VI. *p.* 9. *t.* 513.

Caules ramosi, 14ped.; folia sparsa, numerosa, subtus tomentosa, 8poll. et ultra, pollicem lata, petiolo 3lin. Flores solitarii axillares; pedunculi teretes crassi uniflori, saepe folio longiores. Cal. hemisphaericus, laciniis lanceolatis, acutissimis, persistentibus, pollicaribus. Cor. luteo-rubens, 1½poll., extus subtomentosa, laciniis acuminatis. Antherae pilis rufis. Stigma globosum villosum bilobum. Caps. magnitudine piperis. Semina rufa. *Cav.* *In America meridionali inter Guarandam et montem t. Antonii.* 2.

42. *L. *longiflora*; foliis lanceolatis dentatis, pedunculis brevissimis lateralibus, tubo corollae filiformi longissimo. *Willd. Spec.* I. *p.* 942. *Lam. Enc. meth.* III. *p.* 585. *Jacq. Amer.* 219. *ed. pict. p.* 107. *t.* 200. *Jacq. Hort. Vind.* I. *t.* 27. RAPUNTIUM *longiflorum Mill. Dict. n.* 7. Rapunculus aquaticus, foliis cichorei, flore albo, tubo longissimo. *Sloane jam.* 158. *t.* 101. *f.* 2. Trachelium Sonchi folio, flore albo longissimo. *Plum. Spec.* 3. *icon.* 353. *f.* 1.

Caulis (suberectus) ramosissimus e singulis alis, ut tota planta hirtus, pedalis. Folia alterna sessilia, denticulata, subtus hirta. Flores axillares solitarii (4poll.) Bractea subulata. Calyx truncatus, dentibus 5 distantibus denticulatis. Corollae tubus longitudine folii filiformis. Limbus albus 5-partitus, lanceolatus aequalis. Germen inferum turbinatum 5-gonum. Stigma carnosum, bilabiatum. Anthera 10-sulcata. *Linn.* Venenatissima. Succus manus inflammat. Folia equis deletéria. *Jacq.* — In culta folia fere runcinata. *In Jamaica et S. Domingo ad ripas.* 4.

43. * L. *tomentosa*; herbacea tomentosa, foliis linearibus dentatis, pedunculis terminalibus longissimis uni- s. bifloris. *Linn. Suppl. p.* 394. *Willd. Spec.* I. *p.* 943. *Thunb. Prodr.* I. *p.* 40. *Fl. Capens.* II. *p.* 44.

Distinctissima ab *hirsuta*. Corolla coerulea. *Thunb.* Specimen quod cel. *Thunberg* debemus foliis radicalibus cespitosis est, e quibus caules plures spithamaei nudi, adscendentes, simplicissimi, nonnisi basi foliis imbricatis tecti. Folia hac fere *Coronopi*, dentibus utrinque versus apicem 4-6, obtusis, 1/3poll., lin. fere lata, margine revoluta, hirsuto-tomentosa. Caules, quos fors pedunculos dicebat illustr. auctor, pilis appressis biflori, pedunculi 1/3-2/3poll., filiformes, bracteola lineari ultra medium, aut versus basin, supra duabus oppositis setaceis. Calycis tubus brevissimis pilis appressis hirtus, laciniis superioribus tribus duplo longioribus, lin. fere 2 longis. Cor 1/2-poll., violacea, pilis appressis, haud conservata ad descriptionem ulteriorem. Antherae apice pilis albis. *Ad Promont. b. Spei, in montibus Langekloof.*

44. * L. *secunda*; glabra, foliis infimis oblongis dentatis, superioribus lanceolatis integris, pedunculis racemosis secundis. *Linn. Suppl. p.* 395. *Willd. Spec.* I. *p.* 943. *Thunb. Prodr.* I. *p.* 40. *Fl. Capens.* II. *p.* 45.

Vix omnino glabra, monente *Brown*, et obtusius angulata. „Singularis, quod rami fere a basi in omnibus axillis foliorum floriferi floresque omnes ad unum latus nutantes.“ *Linn. Ad Promont. b. Spei.* 2 fide *H. Kew.* 2. *ed.* I. *p.* 357. ⊙. *Thunb.*

Radix fasciculato-fibrosa, annua. Caules plures, herbacei, filiformes tenuissime striati et pubescentes, erecto-incurvi, simplices, palmares usque spithamaei. Folia inferiora attenuato-petiolata, obovata, obsolete denticulata, obtusa, glabra, patula, unguicularia; superiora sessilia, inferne magis attenuata, lanceolata, saepius integra, rarius dentata, erecta, vix unguicularia, sensim minora. Flores racemosi ex axillis foliorum, secundi. Pedunculi solitarii, uniflori, folio breviores. Corolla alba et calyx extus pubescentes. *Crescit locis arenosis, vere inundatis extra Kap.* ⊙ *Thunb.* 2. fide *H. Kew. ed.* I. *p.* 357.

45. L. *acuminata Swartz*; caule suffruticoso, foliis lanceolatis (utrinque) attenuatis serrulatis, racemo terminal

multifloro. *Swartz Prodr. p.* 117. *Willd. Spec.* I. *p.* 943. L. *salicina* foliis lineari-lanceolatis serrulatis nudiusculis erectis, racemo terminali. *Lam. Enc. meth.* III. *p.* 583. Rapunculus fol. obl. serrato, flore galeato integro pallide luteo. *Sloan. Hist.* I. *p.* 158. *t.* 95. *f.* 2.

Caulis rectus glaber foliosus 2-3ped.; folia sparsa sat numerosa oblonga anguste lanceolata sessilia viridia glabra, recta, 6-8-poll., poll. fere lata. Flores virentes aut pallide flavescentes, in racemo simplici villoso. Bracteae lineares angustissimae, floribus breviores. Corollae curvae extus villosae. *Lam. In Jamaica et S. Domingo.* ♄.

46. L. *nicotianaefolia;* foliis oblongo-lanceolatis, utrinque attenuatis, serratis, scabriusculis, caule erecto, anguloso, fistuloso, racemo terminali, aequali pubescente, floribus numerosissimis. *Roth nov. pl. Spec. MSS.*

Folia ultra pedalia. Racemus ultra pedalis angulosus, densissimus. Pedunculi uniflori apice incurvi. Corolla pubescens speciosa. L. *acuminatae Swartz Fl. Ind. occid.* proxima, at calyce, corollâ, capsulâque pubescentibus antherisque glabris, facile distinguitur. *H. in India orientali.* B. *Heyne.*

47. L. *cirsiifolia Lam.;* caule erecto, simplici; foliis lineari-lanceolatis dentatis, dentibus subulatis distantibus, racemo terminali. *Lam. Enc. meth.* III. *p.* 584. *n.* 12. Rapuntium altissimum foliis Cirsii, flore virescente. *Plum. Spec.* V. *MSS. vol.* 4. *t.* 116. *Surian Herb. n.* 642. et 682.

Rad. alba, tenera, ramosa. Caulis rectus, simplex, ultra pedalis, sat crassus, basi nudus. Folia sparsa oblonga viridia utrinque glabra, dentibus spinescentibus, basi attenuata, 7-8poll., 9 lin. lata. Racemus longus simplex, floribus pedunculatis tubulosis recurvis pollicaribus virentibus aut flavo-virentibus. Bracteae lineares. *In Antillis, ins. St. Vincent.*

Obs. B. *Willdenow Spec.* I. *p.* 944, licet nec *Lamarckii* nec *Swartzii* plantam vidisset, tamen L. *cirsiifoliam Lam.* ad *strictam Swartz* citat, quam *Lamarck*, qui *strictam Swartz* bene novit, recepto nomine descripsit optime. Confer *strictam.* Utrum ad hanc vel ad strictam L. *arcolata Richard Juss. Annal.* XVIII. *p.* 3?

48. L. *laciniata;* caule herbaceo, foliis lanceolatis pinnatifido-dentatis, laciniis subdentatis, corymbo terminali. *Lam. Enc. meth.* III. *p.* 584.

Folia fere LYCOPI. Caulis foliosus, fere glaber, subramosus, circiter pedalis. Folia alterna, ovato-lanceolata, utrinque acuta, fere glabra, 2poll. et ultra. Corymbus terminalis, parvus sessilis. Calycis dentes subulati. Cor. viridi-rubra, tubulosa, glabra, pollicaris. *Lam. In S. Domingo. De l'Etang.*

49. L. *sonchifolia Swartz;* foliis inciso-sinuatis, supe

rioribus subpinnatifidis, laciniis lanceolatis denticulatis, racemo terminali. *Swartz Fl. Ind. occid.* III. *p.* 947.

Affinis *laciniatae*. Caules circiter hipedales, simplices, recti, teretes, striati, glaberrimi, foliis petiolatis alternis, tenuibus, glaberrimis, laete viridibus, subtus glaucescentibus, 3-4poll.; laciniae foliorum oppositae obtusae, dentibus submucronatis. Petioli fere pollicares, membranacei, margine laciniati, semiamplexicaules. Flores alterni pedunculati in racemo recto simplicissimo 5-6-poll.; pedunculi uniflori, 6lin.; bracteae parvae solitariae lineares laciniatae ad basin pedunculorum. Cal. coloratus, laciniis rectis aequalibus lincaribus acutis. Cor. purpurascens, similis L. *cardinali*, tubo cylindrico, 1½poll., subcurvato, laciniis rectis ovatis acutis subaequalibus. Antherae atrae, apice pilis albis. Capsulae ovatae, acuminatae. *Swartz.* *Ad margines rivalorum novae Hispaniae.*

5o. L. *stricta Swartz*; foliis radicalibus ovato-cuneiformibus serrulatis glabris cespitosis, caule simplici rigido spicato. *Lam. Enc. meth.* III. *p.* 584. *n.* 15. L. caule erecto suffruticoso, foliis inferioribus ovato-lanceolatis glabris, margine denticulato-aculeatis, racemo terminali spicato. *Swartz Prodr. p.* 117. Rapuntium. *Surian Herb. n.* 304.

Folia radicalia reliquis majora, acuta, basi attenuata, dentibus parvis acutis, 3poll., pollicem et ultra latis. Caulis simplicissimus, rectus, rigidus foliosus, pedalis et 15poll. Folia parva, sparsa, ovato-lanceolata, argute dentata. Flores axillares in pedunculis brevibus in spica foliosa terminali. Laciniae calycis lineares acutae patentes. *Lam.* *In Antillis, Guadeloupe.*

Obs. Confer L. *cirsiifoliam.*

51. L. *Claytoniana Mich.*; erecta, simplex minutim pubescens, foliis oblongis obtusis subintegerrimis, imis spathulatis, spicâ nudâ virgatâ, parviflorâ. *Mich. Flor. bor. Amer.* II. *p.* 153. L. erecta, simplex, subpubescens; foliis oblongis obtusiusculis, radicalibus integerrimis, caulinis superne denticulatis, racemo virgato, bracteis subulatis. *Pursh Flor. Amer. Sept.* II. *p.* 447. L. *spicata* subhirsuta, caule erecto simplici, foliis oblongo-spathulatis dentatis, floribus spicatis. *Lam. Enc. meth.* III. *p.* 587. L. *pallida Mühlenb.*; caule simplici anguloso, foliis oblongo-ovalibus denticulatis undulatis incano-pubescentibus, racemo termiuali simplici. *Spreng.* I. *Nachtr. z. d. Pflanzen d. Hall. Gart. p.* 56. *Bigelow Fl. Boston. p.* 55. *Roth Annals of Bot. p.* 15. L. *Neue Beytr. p.* 163. L. *goodenioides Willd. Herb. berol.* I. *p.* et *t.* 30. Rapunculium foliis oblongis villosis mollibus margine laeviter crenatis etc. *Clayt. Fl. Virg. p.* 135. An Rapunculus gateatus caeruleus marilandicus. *Rai. Suppl.* 383. *n.* 7?

1 ½ ped., caule angulato, pilis brevibus. Folia obtusa, subdentata aut crenulata, basi attenuata, subtus et margine villosiuscula, inferiora latiora vix pollicem lata. Flores sat parvi numerosi in pedunculis brevissimis, bracteis parvis, linearibus, acutis. Calycis laciniae subulatae, longitudine fere corollae, labio inferiore reflexo. Caps. turbinata brevissima. *Lam.*

Caulis strictus 1-3ped., saepe tortus, ad angulos scabriusculus. Folia laete viridia subcarnosa rigidiuscula obtusa margine denticulata denticulis obsoletis; radicalia ovalia 3 circiter poll. lata, superiora oblonga. Racemus terminalis laxus, ½-1ped. Flores pallide caerulei, pedunculati, pedunculis ½-poll.; obsolete trigonis. (Bracteae integrae.) Cal. pentagonus, sulcis 10; glaber, dentibus linearibus 1-½-2lin.; cor. calyce duplo longior laciniis 2 minoribus superioribus linearibus, inferioribus majoribus ovalibus, intermedia basi utrinque ad faucem callo albo. Filamenta subcompressa, infra pilosa. Caps. calyce tecta, bilocularis. *Willd.* trilocularem dicit, *Roth. In umbrosis sylvaticis, collibusque herbidis a Noveboraco ad Carolinam usque.* 4.

52. * L. *patula*; foliis ovatis sinuato-dentatis villosis, caulibus patulo-diffusis. *Thunb. Prodr.* I. *p.* 40. *Fl. Capens.* II. *p.* 41. *Willd. Spec.* I. *p.* 914. L. herbacea diffusa virgata glabra, foliis ovatis dentatis; pedunculis lateralibus. *Linn. Suppl. p.* 395.

Singularis quod rarius habeat flores et folia. *Linn.* *Ad Prom. b. Spei, in Langekloof et aliorum montium vallibus.*

Caules e radice saepe plurimi, filiformes, apice capillares, elongati, rugosi, pedales et ultra. Folia pauca, petiolata ovata vel oblonga, acuta, villosa, patentia, unguicularia-pollicaria; superiora lanceolata. Petioli semipollicares. Flores alterni, remoti, pedunculati, cernui. Pedunculi solitarii, capillares, foliolo longiores. *Thunb.*

53. L. *fervens*; foliis ovato-oblongis, serratis, glabris, pedunculis unifloris. *Thunb. Fl. Capens.* II. *p.* 46.

Radix fibrosa. Caulis herbaceus, erectiusculus subramosus, glaber, spithamaeus. Folia alterna, sessilia, inferiora, ovato-oblonga, tenuissime serrata, glabra, unguicularia usque pollicaria; superiora lanceolata, serrata. Flores ex axillis foliorum superiorum solitarii, pedunculati, coerulei. Pedunculi folio duplo breviores. *Thunb.* *Hab. ad Promont. b. Spei.*

54. L. *bifida*; foliis ovatis, dentatis, glabris; caule bifido. *Thunb. Prodr.* I. *p.* 40. *Fl. Capens.* II. *p.* 46.

Radix tenuissima. Caulis herbaceus, filiformi-capillaris, pubescens, erectus, simplex, apice bifidus, rarius bis bifidus, pollicaris usque digitalis. Folia radicalia subpetiolata, obovata, denticulata, vix conspicue pubescentia, lineam longa; caulinum solitarium, vel bina alterna, erecta, minuta. Flores terminales, solitarii, coerulei. Bractea lanceolata in dichotomia cau-

lis. *Thunb.* *Crescit in monte Bockland, prope marginem montis.*

55. * L. *assurgens*; foliis lato-lanceolatis serratis, inferne denticulatis decurrentibus, racemis compositis terminalibus. *Swartz Obs. p.* 317. *Willd. Spec.* I. *p.* 944. *Linn. Amoen. acad.* V. *p.* 408.

Tripedalis. Folia pedalia, dentibus longis patentibus. *Linn. Amoen.* Caulis herbaceus, 3-4pedalis, subsimplex, crassus, glaber, rubescens, lactescens. Folia subsessilia, pedalia, alterna, utrinque glauca. Flores numerosi, congesti, pedunculati, sanguineo-rubri, maximi, pubescentes. Calycis dentes longi, lanceolati, reflexi, margine serrati. Filamenta basi libera, apice unita. Capsula angulata, bilocularis, calyce coronata. *In altis frigidioribus Jamaicae.* ♄. fide *H. Kew. ed.* 2. I. *p.* 358.

56. L. *Heyniana;* caule filiformi, erecto, alato, foliis subrhombeis serratis, decurrentibus, basi setoso-ciliatis, pedunculis axillaribus solitariis, foliorum longitudine, calycibus glabris. L. *decurrens Roth nov. pl. Spec. MSS.*

Folia sessilia, decurrentia, membranam tenuem usque ad sequens folium inferius demittentia, hinc caulis alatus. *H. in India orientali. Heyne.*

57. L. *fulgens Willd.;* foliis angusto-lanceolatis denticulatis margine revolutis cauleque pubescentibus, racemo terminali. *Willd. H. Berol.* II. *p.* 85. *t.* 85. L. *formosa*, fol. caulinis ovato-lanceolatis crenulatis cartilagineo-denticulatis, cauleque erecto scabriusculis, racemo terminali subsecundo folioso, calycinis laciniis inaequalibus ciliatis. *Roth nov. pl. Spec. MS.*

Folia radicalia obovata obtusa undulata. *Roth.* Caules simplices et ramosi, fuscescentes rubentesve, 2ped. et ultra. Folia alterna sessilia, remote denticulata, inferiora 4-6poll. Racemus subsecundus, pedunculis pubescentibus, calyce bracteâque brevioribus. Cal. callosus, laciniis lanceolatis, apice patentibus. Cor. pollicaris fulgide coccinea, extus pubescens. *Willd. In Mexico.* 2. *Humb.* et *Bonpl.*

Obs. Quamvis haec species apud *Pursh*ium a *Pursh*io *Fl. Amer. Sept.* I. *p.* 448. veluti ad flum. Mississippi sponte proveniens recepta sit, America tamen meridionalis vera et unica ejus patria est reputanda.

58. * L. *Cardinalis;* foliis oblongo-lanceolatis cartilagineo-denticulatis cauleque erecto glabris, racemo terminali subsecundo, subfolioso. (calycis laciniis aequalibus glabris. *Roth.*) *Willd. Enum. H. Berol.* I. *p.* 217. *Pursh Fl. Amer. Sept.* II. *p.* 448. *Bigelow Fl. Boston. p.* 55. *Mill. Illustr.* *Kniph. Cent.* IV. *p.* 42. *Curt. Mag. t.* 320. *Knorr delic.* 2. *t. L.* 2. RAPUNTIUM *Cardinalis Mill. Dict. n.* 1. Rapuntium galeatum virginianum, coccin. fl. majore *Moris. Hist.* II. *p.* 466. *s.* 5. *t.* 5.

f. 54. R. coccineum, maximo spicato flore. *Hern. mex. p.* 8?9. *t.* 880. R. americ. fl. cocc. *Rob. ic.* 263.

Folia radicalia et caulina lanceolata. Bracteae *formosâ*, quae saepius pro *Cardinali* venditur, (i. e. *fulgente*) duplo breviores, racemus densior. Corollae laciniae tres inferiores obtusae, nec lanceolatae acutae. *Roth MS.* *In Virginia, Carolina.* 2.

59. L *splendens Willd.*; foliis angusto-lanceolatis denticulatis margine planis cauleque glaberrimis, racemo terminali. *Willd. H. Berol.* II. *t.* 86. *Enum. H. Berol.* I. *p.* 217. L. *fulgens Humb.* et *Bonpl.*

Tota glabra. Caulis erectus, 3-4ped., simplex ramosus, sulcato-angulatus, purpurascens aut rubro-fuscus. Folia sessilia, inferiora 4-6poll. Racemus laxus subsecundus. Pedunculi subcompressi purpurascentes calyce bracteisque breviores. Cal. subglobosus fuscescens, laciniis erectis lanceolato-subulatis apice incurvatis. Corolla *fulgentis*, glabra. *Willd.* *In Mexico.* 2.

60. * L. *ferruginea*; caule villoso, foliis lanceolatis serratis acutis, anastomosibus venarum utrinque tomentoso-ferrugineis, genitalibus elongatis. *Linn. Suppl. p.* 394. *Willd. Spec.* I. *p.* 945. L. *barbata Cav. Ic.* VI. *p.* 12. *t.* 519?

Differt a L. *grandi* tomento ferrugineo, quo teguntur caules, petioli, nervi foliorum, pedunculi, calyces et corolla; foliis multo minoribus acutis et serratis, pedunculis magis elongatis, fere longitudine foliorum, floribus magis curvis, genitalibus longe extra corollam elongatis nec inclusis. In L. *Columneae* et *ferruginea* singularis est villositas quâ partes earum herbae et floris teguntur. Sunt quasi Echini radiati s. pilosi. *Linn. Suppl* Specimen nostrum *e S. Fé de Bogotá* exactissime convenit cum descriptione a *Linnaeo* data, itemque cum L. *barbata Cav. quae in regno peruviano prope Guamantanga et Obragillo.*

61. * L. *debilis*; foliis lanceolatis serratis glabris, pedunculis lateralibus folio longioribus. *Linn. Suppl. p.* 395. *Willd. Spec.* I. *p.* 945. *Thunb. Prodr.* I. *p.* 40. *Flor. Capens.* II. *p.* 45.

Simillima L. *depressae*, ut forte illius varietas. Parvula, vix palmaris. *Linn.* Specimen, quod e munificentia D. *Thunberg* possidemus, vix spithamaeum, a basi ramosissimum, ramis inferioribus caule longioribus. Folia alterna, inferiora lanceolata obtusa 1?poll, superiora pollicaria, fere linearia. Pedunculi capillares, folio duplo et ultra longiores. Cal. striatus, laciniae lineari-subulatae patentes, longitudine fere calycis, 2lin., corollâ parum breviores. Cor. descriptionem non admittens violacea videtur fuisse (caerulea, extus tenuissime villosa *Thunb.*) *Ad Promont. b. Spei.* ☉.

62. * L. *syphilitica*; foliis ovato-oblongis utrinque acutis inaequaliter serratis, floribus axillaribus solitariis calycum sinubus reflexis pedunculisque hirtis. *Willd. Enum. H. Be-*

rol. I. *p.* 217. *Spec.* I. *p.* 945. *Pursh Flor. Amer. Sept.* II. *p.* 447. *Jacq. Ic.* III. *t.* 597. *Kniph. C.* VIII. *n.* 60. *Rapuntium syphiliticum Mill. Dict. n.* 2. *Gaertn. de Fruct.* I. *p.* 152. *t.* 30. β. caule magis attenuato, foliis argute denticulatis, ferrugineo-maculatis. *Lam. Enc. meth.* III. *p.* 586. *n.* 21.

Caulis simplex pedalis, angulis pilis rigidulis a foliorum margine decurrentibus. Folia alterna sessilia scabriuscula. Flores brevissime pedunculati caerulei. Calyx serrato-denticulatus, laciniis lanceolatis, sinubus reflexis, germen tegentibus (ut in CAMPANULIS *medio* etc.) Cor. angulata, laciniis subaequalibus carinâ ciliatis, palato gibbositatibus duabus. *Linn. Mant. p.* 482. *In Virginiae sylvis aridis latosis.* 21.

63. * L. *surinamensis*; caule suffruticoso, foliis oblongis acuminatis serratis glabris, pedunculis axillaribus uniforis, calycis laciniis lineari-lanceolatis patentibus, antheris barbatis. *Willd. Enum. H. Berol.* I. *p.* 217. *Spec.* I. *p.* 946. *Linn. Spec. p.* 1320. *Curt. Mag. t.* 225. *Andrews's Repos. p.* 502. L. *laevigata* fol. ellipticis serratis glabris, capsulis grossis globosis, calycibus subulatis, corollis glaberrimis. *Linn. Suppl. p.* 392.

Fruticulus. Folia alterna oblonga subpetiolata laevia acuta tenuissima. Pedunculi solitarii vix longitudine foliorum, basin versus bracteis 2 linearibus. Cal. gibbus, torulosus. Corolla longitudine folii, pentagona supra basin quinquefariam impressa. Capsula ventricosa. *Linn.* *In Surinamo.* ♄.

Obs. Ill. Lamarck L. *laevigatam Linn.* non vidit, dubitatque utrum L. *laevigata* sua, foliis ovato-lanceolatis petiolatis rariter dentatis, pedunculis unifloris axillaribus, staminibus exsertis *Enc. meth.* III. *p.* 584. *n.* 14. eadem cum planta *Linn.*, utrumve potius ad Linnaeo ipsi dubiam L. *cornutam.* Caulis plantae *Lamarckianae* herbaceus, glaber, foliosus, teres, 2-ped. et ultra. Folia alterna petiolata acuta viridia glabra mollia, inferiora ovata, subsinuata, dentibus angulosis, 5poll. et ultra, 2 1/2 poll. lata. Pedunculi solitarii, foliis breviores, bracteâ unâ alterâve lineari-subulatâ. Cor. curva, plus quam pollicem longa. Antherae 4-6lin. longitudine ultra florem prominent. Caps. crassa globosa. *Habitat?*

64. L. *macropoda Swartz*; caule frutescente, foliis elliptico-oblongis serrulatis villosis; floribus axillaribus longe pedunculatis. (*plant. Brasiliensium Decas.* I. *p.* 6.) *Swartz in litt.*

Caulis, erectus, ramis angulatis pubescentibus. Folia alterna, petiolata pollicem lata, 2—3pollicaria, pubescentia; petioli villosi, teretes. Flores axillares solitarii erecti. Pedunculi foliis longiores, filiformes, uniflori, post florescentiam apice deflexi. Calyx gibbus, pentagonus persistens, laciniis erectis. Corolla cylindrica, subventricosa, coccinea. Tubus curvatus basi angustior. Limbi laciniae linearcs undulatae. Antherae

exsertae connatae, duae inferiores apice albo-ciliatae. Stigma ciliatum, bilobum. Capsula deflexa, pentagona. *E montibus juxta Villam Riccam. Freyreis.*

Obs. L. *surinamensi* proxima, illa vero foliis glabris tenuissimis et pedunculis brevioribus diversa.

65. L. *Westiniana Swartz*; caule frutescente, foliis ternis oblongis acutis serratis. (*Dissert. praes. Thunb. Ups. plantarum Brasiliensium Decas.* I. 1817.) *Swartz in litt.*

Caulis subfrutescens, ramis teretibus pubescentibus. Folia verticillata terna glabra subtus villosa 3-pollicaria Petioli villosi. Flores axillares solitarii erecti, pèdunculis unifloris villosis. Calyx pentagonus laciniis 5 persistentibus. Corolla bipollicaris, coccinea, tubo pentagono; limbo fisso, laciniis 2 superioribus erectis, 3 infer. mediâ longiore. Antherae exsertae coeruleae connatae, 2 infer. breviores ciliis niveis terminatae. Stigma prominens bilobum. Capsula turbinato-clavata 10 costata. *In locis humidis montium circa Villam Riccam Brasiliae. Freyreis.*

66. * L. *inflata*; caule hirto, foliis dentato-serratis inferioribus ovato-oblongis, superioribus ovatis, pedunculis axillaribus unifloris, capsulis inflatis. *Willd. Enum. H. Berol.* I. *p.* 217. *Spec.* I. *p.* 946. *p.* 23. *t.* 1. *Linn. Act. upsal.* 1741. *Lam. Enc. meth.* III. *p.* 586. *Pursh Fl. Amer. Sept.* II. *p.* 448. *Bigelow Fl. Boston. p.* 35. *Mat. med Veg. Americ.* I. 2. *p.* 177. *t.* XIX. RAPUNTIUM *inflatum Mitler Dict. n.* 5.

Affinis L. *Cliffortianae*, hirsuta versus basin, superne glabra. Caulis angulosus foliosus apice ramosus, 1*f*., 1 1*f*.-2 ped.; rami graciles parvi. Folia alterna subsessilia subtus parum villosa, 2 poll. et ultra, pollicem et ultra longa. Flores parvi albidi (aut dilute violacei) in racemis spicatis terminalibus. Laciniae calycis subulatae longitudine corollae. Capsulae inflatae, ovato-globosae. *Lam.* *In Virginia, Canada.* ⊙.

67. * L. *Cliffortiana*; caule erecto, foliis cordatis obsolete dentatis petiolatis, corymbo terminali. *Linn. H. Cliffort.* 426. *t.* 26. *Willd. Spec.* I. *p.* 946. *Lam. Enc. meth.* III. *p.* 586. *Pursh Fl. Amer. Sept.* II. *p.* 448. Rapuntium Trachelii folio, fl. purpurascente. *Plum. Spec.* 5. *ic.* 235. *f.* 2.

Fere tota glabra; 1 *f.* ped., caule gracili simplici et ramoso. Folia alterna, subcordata dentato-sinuata subangulosa glabra. Pedunculi longi subangulati bracteis longiores. Flores parvi rubri vel purpurascentes in racemo laxo. Laciniae calycis subulatae, longitudine fere corollae, cujus labium inferius reflexum. *Lam.* *In Virginia, Canada Linn. in Antillis Lam.* ⊙.

Obs. Certissime distinctam putat cl. *Nuttall* in *Gen. of Americ. Plants.* II. *p.* 76. L. *Cliffortianam* Linnaei, quam Americae meridionalis civem

suspicatur, a Michauxianâ, quam L. *Michauxii* nuncupat, et glabriusculam; superne ramosam; foliis petiolatis, ovalibus, crenato-danticulatis, inferioribus suborbiculatis; spicis aphyllis; floribus parvulis, pedicellatis, distinguit.

68. * L. *urens*; caule erectiusculo, foliis inferioribus obovatis denticulatis, superioribus lanceolatis serratis, racemo terminali secundo. *Willd. Enum. H. Berol.* I. *p.* 218. *Spec.* I. *p.* 946. *Smith Fl. brit.* I. *p.* 243. *Engl. bot. t.* 953. *Curt. Fl. lond. F.* VI. *t.* 63. *Fl. franc.* III. *n.* 2870. *La Peyr. Abr. d. Pyren. p.* 111. (*landes aux environs de Pau*) *Fl. Portug.* II. *p.* 20. L. *Farsetia Vandell. in Roem. Script. de pl. Hisp. p.* 66. *Bull. Herb. t* 9. RAPUNTIUM *urens Mill. Dict. n.* 4. Draba flore coeruleo galeato. C. *Bauh. Prodr. p.* 110. *Pinax p.* 53. Rapunculus galeatus Blaesensis, seu Soloniensis, flore violaceo minore. *Moris.-Hist.* II. 467. *sect.* 5. *t.* 5. *f.* 56. Rapuntium urens Soloniense *Boccon. sicul.* 20. *t.* 11.

Caulis strictus simplex pedalis nudiusculus, angulis scabris. Folia radicalia elliptica glabra obtusiuscula subdenticulata, caulina remotissima 8 lanceolata sessilia, basi quasi adglutinata, argute serrata, laevia, remota. Racemus strictus floribus erectis remotis. Calyx quinquefidus, aequalis, scaber, laciniis subulatis erectis. Corolla coerulea scabra, palato maculis 2 pallidis, labii inferioris dependentibus. *Linn. Mant.* 488. Bracteae setaceae scabrae ad basin pedunculorum. Antherae pubescentes. *Smith.* *In Hispania, Gallia, Britannia.* 4. in *Fl. gall.* ⊙.

69. * L. *serrulata Schott. fil.*; caule erecto; foliis lanceolatis anguste serrulatis, racemo longo. An. L. *urens* β. caule erectiusculo, fol. radicalibus subrotundis crenatis, inferioribus et superioribus lanceolatis serratis, floribus racemosis. *Brot. Fl. lusit. p.* 304.

Caules glabri. Folia glabra. Bractea pedicellis paulo longioribus. Calyces glabri. Corollae apice fissae scabriusculae, labii superioris laciniis linearibus; inferioris trifidi, lacinia media augustiore. Forte a *Lobelia urenti* Auctorum non diversa; quum autem urentis nil mihi esset in ea compertum, pro nova specie declarata. *Hab. in humidis arenosis p. Gibraltar.* β. *Brotero in aliginosis Lusitaniae.* ⊙.

70. * L. *glandulosa Walt.*; erecta, subramosa, subpubescens, lucida; foliis lanceolatis glanduloso serrulatis subcarnosis, floribus racemosis brevi-pedunculatis, calycis laciniis revolutis dentatis. *Pursh Fl. Amer. Sept.* II. *p.* 447. L. subpilosa, foliis oblongis subdentatis, floribus axillaribus solitariis subsessilibus, bracteis duabus glandulâ terminatis. *Walt. Fl. Carol. p.* 218. L. *crassiuscula Mich. Fl. bor. Amer.* II. *p.* 152. *Nuttall Gen. of Americ. plants.*

II. *p.* 76. *Poiret Enc. meth. Suppl.* III. *p.* 487. *β.* fol. ovatis, latioribus, caule saepius simplici.

Caulis plerumque simplex, fere glaber, 6 poll. — 2 fere ped.; folia alterna, angusta, 1—2 poll.; spica terminalis recta elongata. Cal. hispidus (subinde glaber) demum inflatus, laciniis lanceolatis acutis. Cor. albida (caerulea *Pursch. Nutt.* labii inferioris discus barbatus.) Stigma pilis albis. *Poiret.* *In paludosis herbosis Carolinae maritimae.* *Herb. Bosc.* 2.

71. L. *puberula Mich.*; simplicissima pubescens, foliis oblongis obtusis repando-serrulatis, floribus alternis subsessilibus, calycibus ciliatis. *Michaux Fl. bor. Amer.* II. *p.* 152. *Pursh Fl. Amer. Sept.* II. *p.* 447.

1—2pedalis. Folia subelliptica s. elliptico-ovata. Spica non pedunculata secunda, basi foliacea, bracteis serrulatis. Flores pallide caerulei. Germen hispidum. *In tracta montium a Virginia ad Carolinam.* 2.

Obs. Affinis L. *Claytonianae* differt: floribus triplo majoribus profundius ac pulcrius caeruleis. Calyx vel glaber vel pubescens, ciliatus nunquam. *Nuttall Gen.* II. *p.* 75.

72. L. *amoena Mich.*; glaberrima, foliis lato-lanceolatis serratis, spicâ multiflorâ secundâ, calycis laciniis integerrimis, corollae laciniis inferioribus ovatis acutis. *Mich. Fl. bor. Amer.* II. *p.* 153. *Pursh Fl. Amer. Sept.* II. *p.* 447. *Nuttall Gen. of Americ. Plants.* II. *p.* 76. *Annal. du Mus.* XVIII. *p.* 16. *t.* 1. *n.* 1.

Majuscula, bi-tripedalis. Folia alterna, saepius scabra quam glabra, acuminata, 6—8 poll. longa, pollicem lata. Cal. glaber. Cor. pulchra, laete coerulea. *In montosis a Virginia ad Carolinam.* 2.

73. L. *gruina Cav.*; foliis alternis lanceolato-linearibus dentatis, caule superne nudo, racemo florum terminali. *Cav. Ic.* VI. *p.* 8. t. 511. *f.* 2.

Affinis *arenti* a qua differt, foliis omnibus lanceolato-linearibus. Caulis pedalis striatus glaber, superne foliis sessilibus, 2 poll. et ultra. Pedunculi breves, bracteis subulatis. Flores spicati, majusculi, caerulei. Calycis laciniae subulatae, persistentes. Corollae tubus 3-4 lin.; laciniae limbi lanceolatae patentes, labii superioris angustiores, reflexae; filamenta exserta, caput gruis mentiuntur. Stigma globosum villosum. Caps. ovata; semina minima fusco rufa. *Cav.* *In Nova Hispania.*

74. * L. *minuta*; foliis radicalibus ovatis, scapis capillaribus. *Linn. Mant. p.* 292. *Willd. Spec.* I. *p.* 947. L. foliis rotundatis lobatis, lobis obtusis, pedunculis axillaribus unifloris. *Thunb. Prodr.* I. *p.* 40? *Fl. Capens.* II. *p.* 43.

Planta minuta (uti MONTIA et BELLIUM *minutum*) pollicaris. Ra-

dix filiformis, propaginibus repens. Folia obtusa tenera vix crenata, longius petiolata. Scapus setaceus, 2 poll., erectus aphyllus uniflorus. Cal. oblongus lanceolatus erectiusculus. Cor. infundibuliformis (nivea *Thunb.*) Capsula infera oblonga. Affinis *L. Laurentiae*, sed tenerior, nec ullâ bractea in scapo. A. *L. Erino* differt caule nullo. *Linn.* *Crescit in rimis rupium summorum et in ipsa planitie montis Taffelberg.* 4.

Obs. Confer. L. *creticam.*

75. L. *polygalaefolia;* foliis dentatis, inferioribus obovatis superioribus oblongis, utrinque cauleque stricto pubescentibus, racemo terminali. *Herb. Willd. MS.*

In America merid. Humb. et *Bonpl.*

76. L. *ruderalis;* foliis oblongo-lanceolatis serratis, floribus racemosis, caule ramoso erecto. *Herb. Willd. Ms.*

In Peru. ☉. *Humb.* et *Bonpl.*

77. L. *tennifolia;* caule erecto ramoso, foliis lineari-lanceolatis dentatis, racemis terminalibus. *Herb. Willd. MS.*

In America merid. ☉. *Humb.* et *Bonpl.*

78. L. *palmaris;* foliis ovatis duplicato-serratis petiolatis, racemo terminali, caule simplicissimo erecto. *Herb. Willd. MS.*

In Peru. ☉. *Humb.* et *Bonpl.*

79. L. *sessilifolia Lamb.;* caule herbaceo (erecto) folioso glabro, simplicissimo, foliis oblongo-lanceolatis serrulatis sessilibus utrinque nudis, pedunculis axillaribus folio brevioribus. *Lambert in Linn. Transact.* X., *p.* 260. Lobelia *camtschatica. Pall. MSS.* et *Willd. Herb. MSS.*

Habitus *Euphorbiae.* Caules pedales, glaberrimi, teretes, nitidi, striati, nudi, versus basin, a lapsu foliorum cicatricibus notati. Folia obscure viridia, lanceolata, subtus venosa, superne subavenia. *Lamb.* Folia apice serrata; pedunculi uniflori. *Willd.* *Hab. in Camtschatka Pallas.* 4.

80. L. *dracunculoides;* caule erecto, foliis lineari-lanceolatis denticulatis sessilibus, pedunculis axillaribus. *Herb. Willd. MS.*

In America merid. Humb. et *Bonpl.*

81. L. *foliosa;* caule erecto, foliis lanceolatis serratis decurrentibus, pedunculis axillaribus unifloris, racemum foliosum densum formantibus. *Herb. Willd. Ms.*

In America merid. 4. *Humb.* et *Bonpl.*

82. L. *veronicaefolia;* caule erecto, foliis pubescentibus,

radicalibus obtusis obovatis, caulinis lanceolatis dentatis acutis, floribus terminalibus racemosis. *Herb. Willd. MS.*

In America merid. 2. *Humb.* et *Bonpl.*

83. L. *amygdalina*; caule erecto, foliis ovatis acuminatis serratis, pedunculis axillaribus, corollis fissis. *Herb. Willd. MS.*

In America merid. Humb. et *Bonpl.*

84. L. *fissa*; caule arborescente, foliis oblongis acuminatis serratis petiolatis, pedunculis axillaribus unifloris, corollis fissis. *Herb. Willd. Ms.*

In America merid. Humb. et *Bonpl.*

85. L. *foetida*; caule arboreo, foliis lanceolatis dentatis in petiolum attenuatis rugosis pubescentibus; pedunculis axillaribus solitariis longitudine foliorum. *Herb. Willd. MS.*

Folia juniora subtus albo-pubescentia. Flores magni, bipollicares. *In America merid. Humb.* et *Bonpl.* ♄.

86. L. *retrorsa*; caule arboreo, ramis scabris, foliis petiolatis ellipticis mucronatis retrorsum serratis rugoso-venosis, floribus terminalibus racemosis. *Herb. Willd. MS.*

In America merid. ♄. *Humb.* et *Bonpl.*

87. L. *ayavacensis*; caule arboreo, foliis lanceolatis crenulatis basi attenuatis molliter pubescentibus, pedunculis axillaribus folio longioribus, floribus tomentosis. *Herb. Willd. MS.*

Folia 1/2 ped., et ultra. Flores 2 poll. *In America merid.* ♄. *Humb.* et *Bonpl.*

88. L. *Bonplandiana*; caule arboreo, foliis lanceolatis argute serrato-dentatis planis pubescentibus, breviter petiolatis, pedunculis axillaribus folio brevioribus. *L. dentata Herb. Willd. MS.*

In America merid. ♄. *Humb.* et *Bonpl.*

89. L. *elliptica*; caule arboreo, foliis ellipticis obtusis rugosis venosis denticulatis, ramulis petiolis pedunculisque foliis longioribus hirsuto-tomentosis, calycibus reflexis, corollis pubescentibus. *Herb. Willd. MS.*

In America merid. ♄. *Humb.* et *Bonpl.*

90. L. *asclepiadea*; caule arboreo, foliis ellipticis basi attenuatis obtusiusculis petiolatis subdenticulatis subtus tomentosis, floribus axillaribus tomentosis. *Herb. Willd. MS.*

In America merid. ♄. *Humb.* et *Bonpl.*

91. L. *obtusifolia*; caule arboreo, foliis ellipticis petio-

latis rugosiusculis glabris obtusis, margine revoluto dentato, floribus terminalibus racemosis. *Herb. Willd. MS.*

In Loxa. ♄. *Humb.* et *Bonpl.*

92. L. *Cautschuk*; caule arboreo, foliis lanceolatis denticulatis petiolatis acutiusculis, scabriusculis, subtus tomentosis costatis, pedunculis axillaribus foliis brevioribus, petiolis ramulisque tomentosis; antheris apice setosis. *Herb. Willd. MS.*

In America merid. ♄. *Humb.* et *Bonpl.*

93. L. *nivea*; caule arboreo, foliis ellipticis margine revolutis, dentatis, supra lucidis rugosis, subtus pedunculis corollisque niveo-tomentosis, floribus axillaribus. *Herb. Willd. MS.*

In St. Fé de Bogotá. ♄. *Humb.* et *Bonpl.*

94. L. *reticulata*; caule arboreo, foliis ovato-lanceolatis acuminatis crenatis rugoso-venosis, subtus pubescentibus, corymbo terminali racemoso. *Herb. Willd. MS.*

Ad Oronoccam. ♄. *Humb.* et *Bonpl.*

95. L. *spectabilis*; caule arboreo, foliis oblongo-lanceolatis obsolete denticulatis glabris, pedunculis, axillaribus unifloris folio brevioribus, antheris barbatis. *Herb. Willd. MS.*

In alpibus Tumiriquiens. ♄. *Humb.* et *Bonpl.*

96. L. *cordata*; caule volubili, foliis cordatis ovatis acuminatis serratis glabris, pedunculis unifloris axillaribus. *Herb. Willd. MS.*

Ad Oronoccam. ♄. *Humb.* et *Bonpl.*

97. L. *umbellata Vest*; herbacea erecta glabra, foliis erectiusculis sessilibus linearibus apice dilatato-trifidis dentatis, dentibus elongatis, floribus terminalibus umbellatis. *De Vest MSS.*

Caules pedales angulati. Folia sparsa glabra latitudine caulis, dentibus angustis elongatis ut ad basin foliorum CHRYSANTHEMI *Leucanthemi*, fere LOBELIAE *coronopifoliae*. Involucrum umbellulae breve. Pedunculi longitudine calycis duplo brevioris tubo corollae. Calycis laciniae simplices glabrae. Cor. caerulescens fere pollicaris. Laciniae labii superioris lineares reflexae, inferioris subaequales oblongae. Stamina tubo corollae paullo breviora. Antherae apice barbatae. Capsula bilocularis non inflata. *Patria?* De *Vest* in *Litt.*

98. L? *racemosa Vest*; foliis ovatis petiolatis glabris denticulatis, caule erecto, pedunculis axillaribus terminalibusque racemoso-corymbosis, pedicellis capillaribus bracteatis. *De Vest MS.*

Hoc nomine in *Herb. Johannaei* prostat cum inscriptione LOBELIAE species nova. Flores parvi et exsiccatione adeo fragiles, ut genus confirmari nequeat. Si genus in planta vivente recte determinatum, certe species nova! Caulis pedalis glaber inferne flexuosus. Folia pollicaria petiolis tenuibus. Pedunculi communes folio breviores apice foliosi, pedicellis axillaribus unifloris. Cor. vix 2 lin., calycem parum excedens pentaphyllum. *De Vest in litt.* *Habitat?*

c. *Caule prostrato, foliis incisis.*

99. * L. *Laurentia;* caule prostrato, foliis lanceolato-ovalibus crenatis, caule ramoso, pedunculis solitariis uniflo-ris longissimis. *Gouan. monsp.* 466. *Schreb. in nov. Act. a. n. c.* 3. *p.* 480. *Willd. Spec.* I. *p.* 947. (exil. β.) Laurentia annua minima flore coeruleo. *Mich. Gen.* 18. *t.* 14. Rapunculus aquaticus repens, flore coeruleo inaperto. *Bocc. Mus.* 35. *t.* 27. (fig. major.) β. Foliis spathulatis. *Gouan. l. c.*

Bractea setacea in medio pedunculi. *Linn.* Cor. caerulea. Lactescit. Variare caule 2—5 poll., foliisque majoribus crenatis et subcrenatis etiam *Brotero Fl lusit.* I. *p.* 304. *In Italia; Corsica Lois. de Longch.*, *Sicilia*, *Marocco*, fid. Specim. ⊙

100. L. *tenella Biv.*; foliis radicalibus spathulatis repandis, caulinis setaceis, caulibus simplicissimis uniflo-ris erectis. (Smith.) *Bivona Pl. Sic. Cent.* 1. *p.* 53. L. *setacea Smith Prodr. Fl. Gr.* I. *p.* 145. *n.* 506. L. *Laurentia* β. *Willd. Spec.* I. *p.* 1321. *Brot. Fl. Lusit.* I. *p.* 304. L. *Laurentia* var. *nana. Fl. Portug.* II. *p.* 21. L. *minuta Decand. Fl. fr. n.* 2871. excl. Linnaei Synonymo. Rapuntium creticum minimum, bellidis folio, flore maculato. *Tournef., Inst. p.* 9. *In Lusitaniae, Cretae et Cypri uliginosis.* ⊙ *Smith. Ad margines flum. Oreti in Sicilia.* 4 *Biv.*

Folia omnia radicalia in rosulas disposita, petiolata, glabra, nonnunquam integerrima. Scapi radicales, debiles, simplices uniflori, medium versus bibracteati, bracteolis linearibus, brevibus, alternis vel oppositis. Corolla bilabiata, dilute violacea, intus pilosa, albâque maculâ notata, ore luteo. Labium sup. bifidum, laciniis lineari-lanceolatis, inferius trifidum, laciniis ovatis obtusis appendiculatis. Stigma pubescens.

Obs. Nomen mutandum erat ob *setaceam* antiquiorem *Thunbergii.* Illustr. *Lamarck* sub *L. minuta Linn.*, foliis caespitosis radicalibus, aliis ovatis obscure crenatis, aliis oblongo-spathulatis dentatis, scapis capillaribus *Enc. meth.* III. *p.* 587. *n.* 26. citat supra adductum synonymon *Tournefort*, additque *Boccone Mus.* II. *p.* 35. t. 27. fig. minor, et patriam *Cretam*, et Minorcam. Quoad synonymon *Tournefortii* ergo huc spectare videtur; descriptio vero plantae, quam cultam vidit in *H. parisino* ill. *Lamarck*, composita quasi videtur ex *minuta*

Linn. et *tenella*, illi nempe: „planta admodum parva cespitosa, cespite pollicari, fere ut in BELLIO *minuto*. Radix tenuissima fibrosa, e collo folia multa proferens, scaposque floriferos stolonesque filiformes repentes. Folia alia ovata obtusa petiolata glabra fere integra aut obsolete crenulata, alia oblonga dentata et subsinuata, quae longiora, minusque lata, fere pollicaria, lata lineas duas. Scapi recti, 1 1/2 - 2 poll., ut plurimum uni-subinde biflori. Flos parvus albus aut caeruleascens; cal. tubo corollae dimidio brevior; cor. infundibuliformis, subbilabiata."

101. L. *radicans Thunb.*; foliis lanceolatis undulatis serratis, caule decumbente radicante. *Thunb. Act. Soc. Linn. Lond.* II. *p.* 330. *Willd. Spec.* I. *p.* 948. L. *Erinus Thunb. japon. p.* 325.

Caulis herbaceus ramosus filiformis angulatus glaber. Rami ramiores erecti. Folia alterna sessilia decurrentia subdentata patula glabra unguicularia. Flores axillares solitarii. Pedunculi uniflori, folio duplo fere longiores. *Thunb. Act. l. c. In Japonia.*

102. L. *campanuloides Thunb.*; foliis subpetiolatis lanceolato-oblongis dentatis, caulibus decumbentibus, pedunculis elongatis. *Thunb. Act. Soc. Linn. Lond.* II. *p.* 331. *Willd. Spec.* I. *p.* 948. L. *Erinoides Thunb. jap. p.* 326. L. *japonica Dietr. Gärtnerlex. V. p.* 552.

Caulis subsimplex elongatus filiformis, glaber, pedalis et ultra. Folia alterna subsessilia lanceolata acuta obsolete serrata glabra patentia subpollicaria. Flores terminales in ramis elongatis. *Thunb. Act. In Japonia.*

103. * L. *Erinus*; caule patulo, foliis subdentatis inferioribus ellipticis petiolatis, superioribus subsessilibus angusto-lanceolatis, pedunculis unifloris folio longioribus. *Willd. Enum. H. Berol.* I. *p.* 218. *Spec.* I. *p.* 948. *Lam. Enc. meth.* III. *p.* 587. *Thunb. Prodr.* I. *p.* 140. *Fl. Capens.* II. *p.* 39. *Curt. Mag. t.* 901. RAPUNTIUM *Erinum Mill. Dict. n.* 8. Trachelium minus african., floribus violaceis per caulem sparsis. *Tournef. Inst p.* 131. Campanula min. afr., erini facie, fl. violac., caulib. erectis. *Herm. Lugdb.* 110. *t.* 110. β. eadem? minor, pedunculis subterminalibus. *Lam. l. c.*

Caulis spithamacus filiformis, inferne ramosus. Folia radicalia ovalia, caulina lanceolata, omnia glabra subdentata. Pedunculi axillares nudi foliis triplo longiores uniflori. Flos tenuis caeruleus. Fructus trilocularis. *Linn.* — β. multo minor, caule basi hispido, vix 3 poll. Folia inferiora ovato-cuneiformia vel subspathulata, superiora angustiora. *Lam.* An *campanuloides?* Variare dicit *Thunberg* caulibus pluribus radicalibus foliisque villosis. *Ad Promont. b. Spei.* ☉.

104. L. *alsinoides Lam.*; repens, glabra, caulibus ramo-

sis, foliis subrotundo- ovalibus-detantis pedunculis longis unifloris axillaribus. *Lam. Enc. meth.* III. *p.* 586. *n.* 29.

Affinis *Laurentiue*, sed folia breviora, magis rotundata. Caules basi radicantes graciles teneri 5 circiter pollicum. Folia inferiora rotundata, fere *Sibthorpiae*, reliqua ovata dentata subpetiolata, longissima vix 4 lin. Pedunculi foliis duplo triplove longiores. *Lam.* *Ad Promont. b. Spei. Sonnerat.*

105. L. *campanulata Lam.*; exigua, foliis lineari-lanceolatis dentatis, pedunculis longissimis unifloris, calyce piloso subreflexo. *Enc. meth.* III. *p.* 588. *n.* 30.

Tenella, 4-5 poll. Rad. tenuis, alba, fibrosa; caulis simplex, gracilis, foliosus, tener, glaber. Folia alterna glabra sessilia, dentibus parvis distantibus, vix pollicaria, vix 1 1/2 lin. lata. Pedunculi filiformes, 2 1/2 poll., apice pilosi, solitarii in axillis superioribus. Flos rectus, caerulescens, campanulatus, fere Convolvuli, limbo patente, vix diviso, subirregulari. Stamina inclusa. Calycis laciniae angustae. *Ad promont. b. Spei.* ⊙. *Le Vaillant.*

106. L. *filiformis Lam.*; caule filiformi simpliciusculo, foliis linearibus angustis dentatis, pedunculis unifloris axillaribus. *Lam. Enc. meth.* III. *p.* 588. *β. Luzoniensis*; foliis infimis ovatis minutissimis. L. *filiformis* Cav. *Ic.* VI. *p.* 7. *t.* 511. *f.* 2.

Caulis debilis pedalis et ultra. Folia alterna sessilia glabra, dentibus distantibus parum profundis, 6-9 lin. longa, vix 1/2 lin. lata. Pedunculi longitudine fere foliorum aut parum ultra. Flores minuti ringentes, violacei aut albidi; cal. brevis, dentibus setaceis. Cor. labii superioris laciniae breves, angustae, labium inferius majus, trilobum. — Cor. affinis *L. Laurentii Lam.* — *In ins. Franciae. Commers. β. prope oppidum Santa Cruz de la Laguna in ins. Luzon.*

107. L. *Breynii Lam.*; caulibus-procumbentibus, foliis sessilibus lanceolatis dentatis, floribus laxe spicatis. *Lam. Enc. meth.* III. *p.* 588. Rapuntium aethiopicum coerul. galeato flore, foliolis dentatis. *Breyn Cent. p.* 175. *t.* 89.

Caules tenues, fere filiformes, 1 1/2 ped. undique profusi. Folia copiosa, minuta, saepius secunda, crassiuscula. Flores caerulei subsessiles aut pedunculis brevibus alternis. Bracteae floribus multo breviores. *Lam.* *In Africa.*

108. L. *Chamaepitys Lam.*; foliis linearibus canaliculatis (apice) bidentatis tomentoso-hirtis, pedunculis longissimis nudis unifloris. *Lam. Enc. meth.* III. *p.* 590.

Habitus *Lavandulae*, folia AJUGAE *Chamaepityos.* Caulis fruticulosus videtur, gracilis, fere 4 poll., teres, foliosus, ramis brevibus. Folia sparsa, numerosa, 6-7 lin. Pedunculi caule longiores, laterales et terminales, teretes, graciles, 6 poll.-apice squamulis angustis acutis. Flores videntur albido-vio

lacei, 6 lin. longi. Cal. brevis, laciniis angustis, distantibus. Cor. basi inflata. *Lam.* *In Promont. b. Spei.*

109. * L. *Erinoides*; caulibus prostratis filiformibus, foliis petiolatis oblongis dentatis. *Linn. Mant. p* 291. *Willd. Spec.* I. *p.* 940. L. foliis lanceolatis serratis glaberis, caule erecto, pedunculis folio brevioribus. *Thunb. Prodr.* I. *p.* 40. *Fl. Capens* II. *p.* 39. RAPUNTIUM *Erinoides Mill. Dict. n.* 9. Campanula min. afr., erini facie, caulib. procumbentibus. *Herm. Lugd.* 108. *t.* 109.

Caules plurimi herbacei simplices semipedales. Folia alterna subpetiolata remota oblonga obtusiuscula, dentibus lateralibus 2-3 obsoletis. (fol. inferne attenuata-subpetiolata, patentia, pollicaria *Thunb.*) Pedunculi laterales solitarii folio breviores. Calyx foliolis lanceolatis. Corolla infundibuliformi-lanceolata angulata aequalis caerulea, laciniis patulis. Filamenta connata in tubum 5-striatum clavaeformem. Antherae apicibus distantibus. Germen inferum. Stigma bilabiatum hirsutum. Capsula obovata, bilocularis. *Linn.* *In collibus extra urbem Kap Promont. b. Spei.* ⊙. ♂ fide *H. Kew.*

110. L. *bicolor Curt.*; caulibus angulatis prostratis, foliis glabris serratis, inferioribus ovatis petiolatis, petiolis ciliatis, superioribus lanceolatis, pedunculis unifloris folio longioribus. *Willd. Enum. H. Berol.* I. *p.* 218. L. caulibus patulis, foliis inferioribus oblongis dentatis pubescentibus subsessilibus, corollis bilabiatis, labio superiore reflexo. *Curt. Mag. t.* 514. *Poiret Enc. meth. Suppl.* III. *p.* 489. *n.* 65. *p.* 491. post *n.* 71. L. *erinoides Salisb.?*

Similis *Erino* et *pubescenti*. *Willdenow* folia glabra petiolis ciliatis, *Curtis* vero pubescentia et subsessilia dicit. Cor. cyanea, fauce sulphureâ, labio superiore reflexo *Willd.* Caules magis adscendentes altiores quam in *Erino*; folia ad basin pedunculorum parva sessilia integerrima linearia acuta. Cor. dilute caerulea, maculâ in medio albâ, *Erini* minor, longius tubulata, laciniis inferioribus angustioribus, ovatis, superioribus fere subulatis. *Curt.* *Ad Promont. b. Spei.* 2. ⊙ *H. Hew. ed.* 2. I. *p.* 361.

Obs. Calycis laciniis longioribus subulatis facile nobis ab *Erino* et *pubescente* videtur posse distingui.

111. L. *ilicifolia Hort. Gorenk.*; foliis ovato-lanceolatis profunde remote dentatis, dentibus acutis, pedunculis axillaribus foliis duplo triploque longioribus.

Specimina culta e HH. Gorenk. et Berolin. caules sistunt vix spithamaeos, profunde striatos, ut videtur adscendentes. Folia alterna, inferiora ovato-spathulata, superiora ovata, suprema lanceolata, in petiolum brevem attenuata, glabriuscula, 1/5 poll., 1/3 poll. fere lata. Pedunculi satis crassi. Cal. ad me-

dium fere usque 5-fidus, hirsutus, laciniis subulatis patentibus, 2 fere lin. longus. Cor. calyce duplo et ultra longior, carnea ut videtur, laciniis 2 superioribus linearibus, labii inferioris profunde trifidi lobis oblongis acutis. Antherae fere nudae. *Habitat?*

112. * L. *anceps;* foliis lanceolatis decurrentibus. *Linn. Suppl. p.* 395. *Willd. Spec.* I. *p.* 949. L. fol. obovatis lanceolatisque, caule decumbente ancipiti. *Thunb. Prodr.* I. *p.* 40. *Fl. Capens.* II. *p.* 41.

Folia radicalia petiolata obovata. (obtusa, crenata, supra glabra, subtus pubescentia *Thunb.*) Caulis simplicissimus spithamaeus laevis (alato-anceps *Thunb.*) Folia caulina alterna lancolata laevia vix dentata remota (obtusa, serrata, unguicularia, supremis sensim minoribus *Thunb.*), decurrentia ad proximum folium. Flores e summis foliorum alis pedunculati solitarii parvi caerulei. An varietas *H. Erinoidis? Linn. Ad Promont. b. Spei.* ⊙.

Obs. *Linnaeus* in *Syst.* posuit post *Tupam.*

113. L. *pubescens Ait.*; caulibus angulatis prostratis foliisque lanceolatis dentatis hirtis, pedunculis axillaribus unifloris. *Willd. Spec.* I. *p.* 950. *Ait. H. Kew.* III. *p.* 498. *L. repens;* foliis obovatis dentatis villosis, caule decumbente villoso. *Thunb. Prodr.* I. *p.* 40. *Fl. Capens.* II. *p.* 41. *Willd. Spec.* I. *p.* 950. (fide *Willd. Enum. H. Berol.* I. *p.* 218.)

In Spec. dixerat b. *Willdenow: Affinis repenti, sed certo distincta.* Folia primi anni ovata utrinque tri-s-quadridentata, sequente vero omnia lanceolata. Caulis simplex vel plures radicales herbacei filiformes, rugosi, tenuissime pubescentes, palmares et ultra. Folia subpetiolata obovata obtusa, obsolete-dentata, subtus tenuissime hirsuta, unguicularia. Flores coerulej. *Thunb.* *Ad Promont. b. Spei*, locis arenosis extra urbem. 4.

Obs. Utrum L. *pubescens*, suffruticosa, villosa, adscendens; foliis ovatis dentatis, hirtis; pedunculis axillaribus unifloris secundis, *Jacq. Hort. Schönbr.* II. *t.* 178 re verâ sit hujus loci, etiamsi in *H. Kew. ed.* 2. 1. *p.* 361. simul cum *L. alyssifolia Salisb. stirp. rar.* 19. *t.* 10. eidem jungatur cum *Poiret Enc. meth. Suppl.* III. *p.* 488. *n.* 6. dubitamus. Caules recti lignosi patentes flexuosi teretes ramosissimi; folia lanceolato-ovata subrotunda incisa 1/2 poll.; pedunculi graciles subvillosi longitudine fere foliorum bracteis duabus linearibus. Flores inclinati. Laciniae calycis lineares aequales acutae patentissimae. Tubus corollae subpubescens purpurascens; laciniae albae acutae patentes, superiores duae breviores fere lineares. Caps. angulosa subcompressa. *Jacq.*

Nuperrime cel. *Thunberg* in *Fl. Capens.* II. p. 43 LOBELIAM *pubescentem* exhibet foliis ovatis, denticulatis; caule angulato, decumbente; eandemque sic describit: Caulis flexuosus; uti tota planta villosus, brevis, ramosus. Rami alterni, flexuosi, apice erecti. Folia in-

feriora ovata, petiolata, alterna, villosa, unguicularia; superiora elliptica. Flores in apicibus ramorum racemosi, albi. Pedunculi solitarii, uniflori. *Thunb.*

114. L. *thermalis Thunb.*; foliis ovatis serratis, caulibus decumbentibus piloso-hispidis. *Thunb. Prodr.* I. *p* 40. *Fl. Capens.* II. *p.* 42. *Willd. Spec.* I. *p.* 950.

Caules plures e radice vel mox ramosus, herbaceus, ramis alternis diffusis; valde hirsutus pilis densis, albis, strigosis; apice erectus. Folia sessilia, alterna, utrinque attenuata, acuta, argute serrata, supra glabra, subtus piloso-hispida, erecto-patentia, unguicularia. Flores axillares, solitarii, lutei. Pedunculi folio breviores et calyx hirsuto-strigosus pilis albis. *Crescit in regionibus thermarum prope rivum Elephantis (Olyvants rivier) orientalis, in ipso saepe rivulo aquae calidae.*

115. * L. *zeylanica*; caulibus procumbentibus, foliis ovatis serratis acutis, inferioribus obtusis, pedunculis uniflo-ris, capsulis subvillosis. *Linn. Spec.* I. *p.* 1322. *Willd. Spec.* I. *p.* 950. L. *nummularia Lam. Encycl.* III. *p.* 563? (fide *Willd.* sed videtur distincta) *Seba thes.* I. *p.* 37. *t.* 22. *f.* 12? β L. *hirta Linn. Sp. pl.* I. *p.* 935.

Planta parva facie VERONICAE *Chamaedryos.* Caulis repens. Folia alterna petiolata fere glabra, inferiora crenata, superiora acuta argute serrata. Pedunculi axillares subsolitarii folio longiores uniflori pubescentes. Calyx subvillosus. *Linn. In China et India.* 4.

116. L *nummularia Lam.*; caule repente filiformi, foliis cordato-subrotundis crenatis, pedunculis unifloris axilaribus. *Lam. Enc. meth.* III. *p.* 589.

Facie DISANDRAE aut SIBTHORPIAE. Caules subvillosi graciles foliosi, 1-1 ½ ped. Folia alterna petiolata parva, subtus subvillosa, subobliqua aut inaequalia, 5-7 lin. lata; petioli 2-3 lin. Pedunculi solitarii foliis parum longiores. Laciniae calycis lineari subulatae. Cor. 4-5 lin.; staminibus longior. *In Java. Commerson.*

117. * L. *lutea*; caulibus procumbentibus, foliis lanceolatis serratis, floribus sessilibus subspicatis. *Linn. Spec.* *p.* 1322. *Willd. Spec.* I. *p.* 950. *Lam. Enc. meth.* III. *p.* 589. *n.* 86. *Thunb. Prodr.* I. *p.* 40. *Fl. Capens.* II. *p.* 41. Rapuntium fol. obl. dent., fl. luteo spicato, flagellis procumbentibus. *Burm. afr.* 101. *t.* 39. *f.* 1.

Caulis simplicissimus erectus „(in diagnosi procumbens est revera in culta adscendens, et in specimine capensi a clo. *Thunberg* nobis dato.)“ Folia alterna sessilia erecta, serraturis paucis acuminatis erectis. Flores terminales lutei folio majores. Filamenta connata. Antherae erectae striatae distinctae

apice barbatae. Stylus apice barbatus. Stigma oblongum bifidum revolutum." *Linn. Mant.* 433. CYPHIS proxima, differt ab hoc genere corollâ monopetalâ. Singularis barba facie pappi brevioris in antherarum apice. *Willd.* *In collibus arenosis prope Kap, Promontor. b. Spei vulgatissima.* ☉.

118. L. *angulata Forst.*; caule prostrato simplicissimo, foliis subrotundis repando-dentatis, pedunculis axillaribus solitariis unifloris. *Forst. Prodr. n.* 309. *Willd. Spec.* I. *p.* 951. L. *repanda Mill. Dict. by Martyn n.* 33.

In Nova Zeelandia.

119. * L. *hirsuta*; fruticosa hirsuta prostrata, foliis ovatis dentatis (crenatis lanatis), floribus lateralibus (solitariis) pedunculis longissimis bi- s. trifloris. *Linn. Spec. p.* 1322. *Suppl. p.* 395. *Willd. Spec.* I. *p.* 951. *Thunb. Prodr.* 1. *p.* 30. *Fl. capens.* II. *p.* 37. *Retz Obs.* V. *p.* 6. Rapuntium fol. subrotund. hirtis, flore ex alis solitario. *Burm. afr.* 105. t. 40. f. 2. An RAPUNTIUM *hirsutam Mill. Dict.* n. 6? quaerit *Lamarck.*

Rad. ex descriptione *Burmanni* lignosa, crassa; caulis unus plusve graciles, ramis alternis, foliosis. Folia alterna, obtusa, subrotunda, fere lanata. Pedunculi uniflori, longitudine foliorum, aut parum ultra. Flores caerulei aut e violaceo-caerulescentes.

Caulis fuscus, erectus, spithamaeus. Rami sparsi, filiformes, patentes, hirsuti. Folia alterna, sessilia, obtusa; supra sulco exarata, glabra; subtus carinata, hirsuta pilis raris albis; margine revoluta integra, patentia, vix unguicularia. Flores terminales, sessiles, coerulei. Pedunculi elongati, filiformes, rarissime pilosi; apice flexuosi, cernui; uniflori vel biflori. Calyx et Corolla extus hirsuta *Thunb.* *Ad Promont. b. Spei.* ♄.

Obs. 1. Caulis, interdum et Rami sunt elongati, flexuoso-diffusi. Folia integra sunt, licet a ciliis e margine replicato denticulata appareant. *Thunb.*

2. S. *Burmanni* synonymon a *Linnaeo* et *Millero* recte adducitur, (ut videtur etiam ex *Hort. Kew. ed.* 2. I. *p.* 362.) utriusque planta eadem; sed discrepat descriptio *Milleri*, cui planta biennis, caules 1 1/2 ped., pilis lanuginosis, basi purpurascentes. Folia ovata, 2 1/2 poll., 1 1/4 poll. lata, atro-viridia, subtus subpilosa approximata. Pedunculi longi teneri, subinde oppositi. Cor. pallide caerulea parva.

120. L. *serpens Lam.*; caule prostrato subramoso, foliis ovatis crenatis, pedunculis axillaribus unifloris, folio brevioribus. *Lam. Enc. meth.* III. *p.* 588.

Tota fere glabra, et pedunculis brevioribus a L. *Laurenti* distincta. Caules pedales, graciles, flexuosi, foliosi. Folia alterna subpetiolata glabra tenuia, vix pollicaria, 2 1/2 lin.–5 lin. lata.

Pedunculi solitarii. Flores caerulescentes parvi, fere *filiformis.* *In ins. Franciae, Bourboniae.* ☉? *Commerson.*

121. L. *pygmaea Thunb.*; foliis rotundatis serratis caulibusque decumbentibus hirsutis. *Thunb. Prodr.* I. *p.* 40. *Fl. Capens.* II. *p.* 43. *Willd. Spec.* I. *p.* 951.

Caulis herbaceus, tenerrimus, ramosus, tenuissime villosus. Rami capillares, diffusi, cauli similes. Folia alterna, orbiculata, serraturis argutis, utrinque tenuissime villosa, lineam longa. Petioli capillares, hirti, folio paulo longiores. Flores axillares, pedunculati. Pedunculi ex axillis foliorum, solitarii, uniflori, capillares hirti, foliis duplo longiores. Corolla alba. *Crescit in rimis horizontalibus montis Ribeck-Kastel. Thunb.*

122. * L. *coronopifolia*; foliis lanceolatis dentatis, pedunculis longissimis. *Linn. Spec. p.* 1322. *Willd. Spec.* I. *p.* 952. *Lam. Enc. meth.* III. *p.* 589. L. foliis oblongis dentato pinnatifidis, caulesque erecto hirtis. *Thunb. Prodr.* I. *p.* 40. *Fl. Capens.* II. *p.* 48. *Curt. Mag. t.* 644. Rapuntium aethiopicum, fl. coerul. galeato, foliis Coronopi. *Herm. afr.* 18. *Breyn. Cent. t.* 88. *β.* eadem? foliis a basi ad apicem serratis, pedunculis unifloris. *Lam. l. q.* Rapuntium folio longo profunde dentato, florum petalis longissimis. *Burm. afr.* 98. *t.* 38. *f.* 1.

Caulis procumbens pilosus; folia linearia dentibus utrinque tribus „(et ultra)“ Pedunculi totâ plantâ longiores, „(uni biflori)“ Flores elegantissime caerulei. *Linn.* — *β* clo *Lamarck* ex descriptione et icone constanter diversa videtur. *Ad Promont. b. Spei.* 4.

Obs. Anne planta *Thunbergii* ob caulem erectum diversa?

123. * L. *crenata Thunb.*; foliis lanceolatis crenatis glabris, caule volubili. *Thunb. Prodr.* I. *p.* 39. *Fl. Capens.* II. *p.* 40. *Willd. Spec.* I. *p.* 952.

Planta glabra. Caulis herbaceus, filiformis, decumbens, parum ramosus Folia alterna, brevi-petiolata, serrata, patentia, axillis interdum foliolis duobus onustis, inaequalia, pollicaria et ultra; inferiora acuta, superiora minora et obtusa. Flores alterni, axillares, ex axillis foliorum superiorum, solitarii. Pedunculi uniflori, capillares, vix longitudine foliorum. *Ad Promont. b. Spei.* 4. *Hort. Kew. ed.* 2. I. *p.* 362.

124. L. *Farsetia Vand.*; caule erecto, foliis inferioribus ovato-lanceolatis obsolete dentatis, floralibus linearibus. *Vandell. Fasc.* apud *Römer Script. de plant. Hisp. p. p.* 66. *Vitm. Suppl.* I. *p.* 261.

Caul. 2 palm., multangularis, sulcatus, basi ramosus; fol. alterna, glabra, floralia obtusiuscula. Cal. gibbus, laciniis patentibus linearibus. Cor. pentagona, caerulea, laciniis inferioribus ma-

joribus, in basi limbi interioris calli duo oblongi paralleli ut in *Dolicho*. Stylus staminibus longior. Caps. ventricosa.

* In *Flor. lusit.* apud *Römer* l. c. 147 alias duas innominatas species adducit *Vandelli* e Brasilia, alteram

α. L. foliis ovato-oblongis acuminatis denticulatis, caule folioso subspicato, antheris hirsutis coalitis, et

β. L. caule suffruticoso, foliis cordato-acutis serratis, floribus axillaribus pedunculatis.

In Lusitania, Torres, in subhumidis. 4.

125. L.? *pumila Burm.*; caule procumbente, foliis oppositis ovatis integerrimis, paniculâ terminali. *Burm. ind. t.* 60. *f.* 3. *Vitmann Summ.* I. *p.* 188.

Caulis palmaris teres glaberrimus. Folia petiolata. Flores minimi. *In Coromandel.*

126. L. *stipularis*; caule pubescente, ancipiti, alato, foliis ovalibus, obtusis nervosis, grosse serratis, subpetiolatis, decurrentibus, stipulis oppositis linearibus patulis, floribus axillaribus subpaniculatis, calycibus glabris coloratis. *Roth nov. pl. Spec. MSS.*

Obs. Stipularum praesentia in hoc genere notata dignissima. Variat caule simplici, apice tantum florifero. Floribus axillaribus solitariis. *H. in India orientali.* B. *Heyne.*

127. L. *nana*; foliis oblongis remote dentatis, pedunculis radicalibus unifloris, caule procumbente. *Herb. Willd. MS.*

In Mexico. 4. *Humb.* et *Bonpl.*

128. L. *madagascariensis*; foliis inferioribus ovatis, superioribus lanceolatis denticulatis decurrentibus, floribus axillaribus longitudine foliorum, caule prostrato. L. *decurrens Herb. Willd. MS.*

Nomen mutandum erat ob L. *decurrentem Cav.* antiquiorem diversissimam. *In Madagascar.* ☉.

129. L. *linifolia*; caulibus ramosis procumbentibus, foliis lineari-lanceolatis glabris dentatis, racemo terminali. *Herb. Willd. MS.*

In America merid. Humb. et *Bonpl.*

130. L. *Draba Willd.*; caule prostrato pubescente, foliis serratis ovatis, superioribus lanceolatis, summis linearibus, floribus solitariis axillaribus, pedunculis folio longioribus. *Herb. Willd. MS.*

131. L. *decumbens Richard.*; caule flexuoso glabro decumbente, foliis ovatis serratis acutis, floribus axillaribus

solitariis, pedunculo bracteis binis setaceis eodem longioribus. *Herb. Willd. MS.*

In Antillis. D. *Richard.*

132. L. *phyteumoides*; foliis lanceolatis dentatis sessilibus glabris, racemo terminali, caule adscendente subramoso. *Herb. Willd. MS.*

In America merid. *Humb.* et *Bonpl.*

133. L. *diversifolia Willd.*; foliis inferioribus subrotundis, superioribus lanceolatis, summis linearibus, margine cartilagineis serratis, caule debili subdiviso, pedunculis elongatis. *Herb. Willd. MS.* L. *heterophylla Humb.* et *Bonpl. MS.*

In America merid. *Humb.* et *Bonpl.*

134. L. *Humboldtiana*; foliis subrotundis acutis sessilibus, margine cartilagineo-serratis, floribus sessilibus axillaribus, caule debili. L. *sessilifolia. Herb. Willd. MS.*

In Peru. *Humb.* et *Bonpl.*

135. L. *polymorpha*; caulibus prostratis, foliis inferioribus serratis oblongis, superioribus integerrimis lanceolatis, pedunculis axillaribus elongatis unifloris. *Herb. Willd. MS.*

In Insula Borboniae. *Bory de St. Vincent.*

4. LOBELIAE.

Prodromi Florae nov. Hollandiae Roberti Brown.

I. *Pedunculi axillares uniflori. Herbaceae.*

136. L. *alata Labill.*; glabra erecta, caule trigono, angulis subalatis, foliis decurrentibus linearibus cuneatisve, dentibus divaricatis vel reflexis, pedunculis folio brevioribus, ovariis glabris, capsulis cylindraceis. *R. Brown.* l. *p.* 561. *α. angustifolia:* foliis superioribus linearibus, caulis angulis marginatis. L. *alata:* floribus axillaribus, caule alato, foliis radicalibus ovato-lanceolatis, dentibus glandulosis reflexis. *Labill. nov. Holl.* l. *p.* 51. *t.* 72. *Poiret Enc. meth. Suppl.* III. *p.* 489. *n.* 63. *β. cuneiformis*: foliis superioribus lanceolato-cuneiformibus, caulis angulis vix marginatis. *R. Brown l. c.* L. *cuneiformis:* floribus axillaribus, foliis cuneiformibus, supra dentatis, decurrentibus. *Labill. l. c. t.* 73. *Poiret Enc. l. c. n.* 64.

Affinis LOBELIAE *secundae* est *α*; caules in illa recti, debiles, fere 1 1/2 ped. ramosi; folia radicalia ovato-lanceolata, ut plurimum petiolata, omnia dentibus brevibus laxis; caulina alterna, distantia, integerrima aut subdentata; flores solitarii, pedun-

culi breviores foliis; calycis dentes brevissimi; germen glabrum; capsula oblonga, subcylindrica, basi parum attenuata, seminibus orbicularibus luteis. In β. folia radicalia caulinis similia; caules herbacei pedales vix ramosi, basi subtrigoni, vix alati; folia in petiolum attenuata glabra obtusa, superiora acuta dentibus 2-4, inferiora dentibus 6-8; flores foliis breviores; laciniae calycis acutae; stamina quadruplo longiora; germen turbinatum; capsula glabra oblonga. *Labill. a. in novae Hollandiae littore meridionali, in insula van Diemen et circa Portum Jackson. β. in littore meridionali.* 4.

137. L. *concolor*; glabra, caule tereti adscendente, foliis oblongis, obtuse dentatis, subsessilibus, pedunculo parum longioribus; corollâ unilabiatâ: laciniis aequalibus *R. Brown Prodr.* 1. *p.* 562.

Ad portum Jackson.

138. L. *quadrangularis*; glabra, caule tetragono adscendenti, foliis ovatis dentatis subsessilibus, pedunculo 3-4-plo brevioribus, labii superioris laciniis angustioribus linearibus. *R. Brown l. c.*

Ad littora nov. Holland. intra tropicum.

139. L. *membranacea*; glabra procumbens, foliis subrotundis, repando-dentatis, membranaceis, subtrinervibus, pedunculo brevioribus, calycis laciniis subdentatis. *R. Brown l. c.*

Ad littora nov. Holland. intra tropicum.

140. L. *purpurascens*; glabra, caule adscendente tetragono, foliis ovato-lanceolatis; inciso-serratis, pedunculo dimidio brevioribus, labii superioris laciniis angustioribus linearibus. *R. Brown l. c.*

Ad portum Jackson.

141. L. *fluviatilis*; repens glabriuscula, ramis adscendentibus, foliis ovalibus extrorsum serratis subciliatis, pedunculis ebracteatis, cum calycibus ovariisque pubescentibus, staminibus epipetalis. *R. Brown l. c.*

Ad portum Jackson.

142. L. *inundata*; repens glabra caespitosa, foliis subrotundis dentato-repandis, pedunculo ebracteato glabro longioribus, calycis laciniis tubo corollae parum brevioribus, staminibus epipetalis. *R. Brown l. c.*

Ad portum Jackson.

Obs. Praecedenti tam similis ut forsan varietas.

143. L. *pedunculata*; repens, parum pubescens, ramis adscendentibus filiformibus; foliis remotis ovatis angulato-

dentatis acutis subciliatis, pedunculis longissimis minute bibracteatis, staminibus epigynis. *R. Brown l. c.*

Ad portum Jackson.

144. L. *irrigua;* repens muscosa glabra; foliis crassiusculis subrotundis dentato-crenatis petiolatis pedunculo ebracteato longioribus; corollae tubo longitudinaliter fisso: limbi laciniis subaequalibus, staminibus epigynis. *R. Brown l. c.*

In insula van Diemen. Ad oram meridion. nov. Holland.

II. *Racemi v. pedunculi pauciflori terminales; corollae tubus longitudinaliter fissus, labiis valde inaequalibus.*

145. L. *gracilis Andr.;* glabra erecta subramosa, racemo raro secundo, calyce longitudine filamentorum, corollae labio superiore dense barbato; inferioris laciniâ mediâ subquadratâ latiore quam longâ, foliis inferioribus subovatis inciso-pinnatifidis, superioribus lineari-lanceolatis subintegris. *R. Brown* I. *p.* 564. L. foliis inferioribus ovatis, sinuatis, superioribus lanceolatis, dentatis, petalis duobus minoribus, barbatis, floribus spicatis, stigmatibus bifidis. *Andr. Repos. p.* 340. L. foliis ovatis incisis, caule diviso, racemis terminalibus subnudis, corollae labio superiore barbato. *Sims* in *Curt. Mag. t.* 741.

Multum affinis L. *patulae Thunb.* Caules graciles recti, subsimplices; folia inferiora petiolata, superiora sessilia; flores alterni pedunculati; pedunculi elongati, basi bracteis 2 minimis acutis. Cor. saturate caerulea, laciniis inferioribus dilatatis cordatis. *Ad Promont. b. Spei et in novae Hollandiae p. Jackson.* ⊙.

146. L. *dentata Cav.;* erecta glabra subramosa, racemo raro secundo, calyce filamentis duplo breviore, corollae labio superiore barbâ rarâ: inferioris laciniâ mediâ oblongâ, foliis inferioribus ovato lanceolatis extrorsum inciso-dentatis, superioribus lanceolatis dentatis. *R. Brown Prodr.* I. *p.* 564. L. fol. brevi-lanceolatis profunde dentatis, floribus pedunculatis distantibus, labio superiore brevissimo. *Cav. Ic.* VI. *p.* 14. *t.* 522.

Radices fusiformes, breves, fibrosae. Caulis glaber teres pedalis et ultra. Folia glabra alterna, in petiolum attenuata, vix pollicaria, subinaequalia, utrinque dentibus duobus profundis; flores solitarii ad apicem caulis; pedunculi 1/2 poll.; cal. ovatus laciniis subulatis. Cor. caerulea, fauce albida, laciniis linearibus acutis. Semina fusco-rufa. *Cav.* *In nova Hollandia, circa portum Jackson.*

147. L. *gibbosa Labill.;* glabra, caule tereti simplici, racemo secundo multifloro, foliis linearibus integerrimis sub-

carnosis, corollae labio superiore imberbi, utriusque laciniis lanceolatis, capsulâ hinc gibbâ. *R. Brown Prodr.* I. *p.* 564. L. fol. linearibus, capsulis racemorum gibbosis, caule erecto. *Labill. Specim. nov. Holl.* I. *p.* 50. *t.* 71. (foliis insolite elongatis.)

Radices perpendiculares subsimplices; caules recti, pedales, apice racemis ramoso; folia glabra alterna sessilia angusta, 2 poll. et ultra, obtusa aut vix acuta; racemi rigidi, terminales, recti, 6 ped., bracteis subulatis, vix longitudine pedicellorum; laciniae calycis oblongae, acutae; corolla caerulea, tubulosa, laciniae labii superioris reflexae; antherae apice hispidae; ovarium oblongum; stigma bilamellatum. Semina trigona rufa. *Labill.* *In nova Hollandia circa p. Jackson, et in terra van Diemen.*

148. L. *simplicicaulis;* glabra, caule simplicissimo tereti; racemo secundo paucifloro, foliis linearibus dentatis remotis: imis lanceolatis, corollae labio superiore barbato: utriusque laciniis acutis; capsulâ erectâ hinc gibbosiusculâ. *R. Brown Prodr.* I. *p.* 564.

In insula van Diemen.

149. L. *Browniana*; glabra, caule tereti parum ramoso; racemo secundo; foliis linearibus: inferioribus dentatis, corollae labio superiore ciliato: utriusque laciniis acutis, capsulâ hinc gibbosâ. L. *stricta R. Brown l. c.*

Ad littora nov. Holland. intra tropicum.

150. L. *heterophylla Labill.*; glabriuscula, caule angulato simplici, racemo secundo; foliis crassiusculis: inferioribus dentato-pinnatifidis, supetioribus linearibus integerrimis, corollae labii inferioris laciniâ mediâ obcordatâ, lateralibus dimidiatis. *R. Brown Prodr.* I. *p.* 564. L. foliis imis summisque integerrimis, caeteris pinnatifidis, floribus longitudine pedicellorum in racemis secundis. *Labill. Specim. nov. Holl.* I. *p.* 52. *t.* 74.

Radices simplices rectae perpendiculares. Caules teretes? pedales recti glaberrimi; folia sparsa pilis parvis crassiusculis, brevissimis; folia radicalia subpetiolata, ovata vel oblonga, integerrima, acutiuscula; caulina inferiora 2-3 pollicum; valde irregularia; pedunculi simplices elongati uniflori, bracteis lanceolatis solitariis geminisve, pedunculo brevioribus. Cal. magnus, crassus, inflatus; laciniis acutissimis. Caps. oblonga, semina trigona. *Labill.* *In terra van Leuwin.*

151. L. *tenuior;* pilosiuscula, caule filiformi, diviso; ramis pedunculiformibus unifloris; foliis inferioribus pinnatifidis circumscriptione ovatis; superioribus linearibus trifidis integerrimisve; corollae labii inferioris laciniâ mediâ obcor-

datâ: lateralibus dimidiatis, capsulis subcylindraceis. *R. Brown l. c.*

Ad oram meridion. nov. Holland. intra tropicum.

152. L. *parvifolia*; glabra, caule subpaniculato, tereti; ramis subunifloris pedunculiformibus; corollae labio superiore imberbi: inferioris laciniis oblongis acutiusculis. *R. Brown l. c.*

Ad oram meridion. nov. Holland.

III. *Flores dioici! Corolla subaequalis, tubo hinc fisso. Stigma indivisum.*

153. L. *dioica*; floribus masculis corymbosis terminalibus; femineis axillaribus solitariis; foliis caulinis lanceolatis dentatis v. integris. *R. Brown l. c.*

Ad littora nov. Holland. intra tropicum.

IV. *Corolla subaequalis, infundibuliformis, tubo apice fisso. Antherae imberbes (2 inferiores mucronatae). Pedunculi scapiformes, uniflori.*

154. L. *scapigera*; caule abbreviato, foliis lanceolato-ovatis subdentatis. *R. Brown l. c.*

α. biuncialis; caulis 6.- 18 linear.: folia ovato-lanceolata, 4-6-lin.; scapi plures, 2-3 unc.

β. pusilla; caulis subnullus; folia ovata, obtusa, 2-lin.; scapus subsolitarius, 3 — 8 lin.

Ad oram meridionalem novae Hollandiae. An eadem quae hoc nomine colitur in horto berolinensi *Enum.* Suppl.?

V. *Corolla hypocrateriformis, tubo integro, limbo parum inaequali. Antherae imberbes (2 inferiores mucronatae). Flores racemosi.* ISOTOMA.

155. L. *hypocrateriformis*; annua glabra, caule subsimplici, foliis linearibus integerrimis. *R. Brown l. c.*

Ad oram meridion. nov. Holland.

VI. LOBELIAE *Herbarii Willdenowiani ob diagnoseos brevitatem nondum sectionibus certis inserendae*, a L. B. de *Schlechtendahl benigne communicatae.*

156. L. *loxensis*; tomentoso-scabra; foliis oblongis petiolatis, supra rugosis lucidis, floribus terminalibus paniculatis.

Circa Loxa. ♄. *Humb.* et *Bonpl.* In *Willd.* ante *androsaceam*, *n.* 1.

157. L. *commutata*; foliis remote serratis inferioribus lanceolatis, superioribus linearibus, racemo terminali, caule simplici. L. *simplex Herb. Willd.*

In Mexico Humb. et *Bonpl. Willdenow ruderalem* inter et *polymorpham* posuit.

Quid: LOBELIA *alata* Hort. angl. *Dumont-Courset ed.* 2. VII. *p.* 182? *E nova Hollandia.* 24.

874. ROELLA.

1. * R. *ciliata*; foliis linearibus ciliatis rectis, floribus sessilibus. *Berg. cap. p.* 41. *n.* 1. R. fol. ciliatis mucrone recto. *Linn. Spec. p.* 241. *Hort. Cliff.* 492. *t.* 35. R. fruticulosa; fol. lineari-subulatis, ciliatis, mucrone recto, floribus terminalibus solitariis. *Lam. Illustr. n.* 2576. *t.* 123. *f.* 1. *Poiret Enc. meth.* VI. *p.* 221. *Desfont. Fl. Atlant.* I, *p.* 182. R. fol. lanceolatis ciliatis, flor. solitariis terminalibus. *Thunb. Prodr.* I. *p.* 38. *Fl. Capens* II. *p.* 29. *Willd. Spec.* I. p. 918. *Curt. Mag. t.* 378. *Gaertn. de Fruct.* C. II. *t.* 31. *f.* 3. *Commel. Hort.* II. *p.* 77. *t.* 39. *Seb. thes.* I, *p.* 25. *t.* 16. *f.* 5.

Arbuscula 8-10poll., radicibus simplicibus flexuosis; caules recti glabri, apice divisi in ramos sparsos ramulosos, saepe proliferos. Folia sessilia, numerosa, sparsa, minima, recta, integerrima, subcarinata, ciliis albis. Flores solitarii, basi foliis latioribus. Cal. glaber, laciniis magnis lanceolatis mucronatis dentatis, denticulo singulo setâ rigidâ subpungente. Cor. purpureo-violacea, infundibuliformis, tubo crasso calyce breviore, limbi laciniis ovatis subrotundis mucrone parvo obtuso. Stylus villosus apice purpurascens. *Poiret* ad *H. Lam. In Barbaria, Aethiopia, Prom. b. Spei.* ♄.

Obs. 1. An planta capensis eadem re verâ cum algiriensi? Character generis ex hac specie; reliquae species ut plurimum laciniis denticulatis fructum coronantibus distinctae hinc a quibusdam novi generis.

2. Cel. *Thunbergio* ROELLA *ciliata* et *reticulata* unam tantùm constituere videntur speciem, quod etiam e specimine *reticulatae* in Herb. *Burmanni* patere affirmat. De *reticulata* notitias sequentes apud auctores invenimus:

R. *reticulata;* fruticulosa, foliis strictis, ciliatis, mucrone reflexo. *Lam. Illustr. n.* 2577. *Poiret Enc. meth.* VI. *p.* 232. R. fol. ciliatis, mucrone reflexo. *Linn. Syst. Veg. ed.* 15. *p.* 219. Campanula cap. b. Spei, fol. reticulatis, spinosis. *Petiv. Musc. p.* 21. *f.* 157.

Folia numerosissima, imbricata, rigida, brevia, sessilia, lanceolata, mucrone acutissimo. *Ad Promont. b. Spei.*

2. R. *pedunculata Berg.*; foliis linearibus ciliatis rectis, floribus pedunculatis, germinibus longissimis. *Berg. cap. p.* 42. *n.* 2. *Poiret Enc. meth.* VI. *p.* 231.

Praecedentis fors varietas; sed flores omnino pedunculati, et statura major. Rami teretes, pubescentes. Folia basi tantum ciliata. Pedunculi longi. Flores subinde bini. Germen calyce multo longius. *Berg.* *Ad Promont. b. Spei.* ħ.

3. R. *filiformis Lam.*; fruticulosa, ramoso-paniculata, ramis filiformibus; foliis minimis ovatis dentatis recurvis, decurrentibus; floribus solitariis. *Lam. Illustr. n.* 2580. *t.* 123. *f.* 2. *R. squarrosa* foliis ovatis acutis rare dentatis decurrentibus, basi spinoso ciliatis, reflexis. *Berg. cap. p.* 42. *n.* 3.

Minime confundenda cum herbacea *squarrosa Linn.* Caules lignosi, ramis glabris teretibus, erectis, diffusis, pedalibus ramulosis. Folia numerosa utrinque glabra 1-2 lin., rigida, basi subciliata, floralia majora. Flores sessiles, terminales. Cal. turbinatus, laciniis aequalibus, patentibus, ciliatis, acutis. Cor. infundibuliformis, tubo calyce breviore, limbi laciniis patentibus. Filamenta lata ovata basi ciliata. Germen breve. Stigma vix bifidum. Capsula glabra, coronata laciniis calycis acutis subpurpurascentibus. Semina 8. *Poiret* ad *H. Lam.* et *Juss.* *Ad Promont. b. Spei.* ħ.

4. R. *glabra Poiret;* foliis ovatis integerrimis glabris apice recurvatis; floribus terminalibus. *Enc. meth.* VI. *p.* 232.

Caules duri, atrofusci, ramis brevibus diffusis subfasciculatis. Folia approximata subimbricata sessilia minima, nuda, integerrima, nec ciliata. Flores terminales. *Poiret* ad H. *Jussieu.* *Ad Promont. b. Spei. Sonnerat.* ħ.

5. * R. *spicata Thunb.*; fruticosa erecta; foliis lanceolatis integris ciliatis; floribus terminalibus subspicatis. *Linn. Suppl. p.* 143. *Poiret Enc. meth.* VI. *p.* 232. R. fol. lanceolatis ciliatis; floribus terminalibus aggregatis. *Thunb. Prodr.* I. *p.* 38. *Fl. Capens* II. *p.* 29. *Willd. Spec.* I. *p.* 919.

Caulis brevissimus, inferne ramosus, et parum decumbens. Rami elongati, curvato-erecti, spithamaei. Folia fasciculata, sessilia, glabra, patentia, apice reflexo, vix lineam longa. Flores in apicibus ramorum et ramulis supremis aggregati, albi. Stigmata duo revoluta. *Thunb.* *Ad Promont. b. Spei.*

6. R. *decurrens L'Hérit.*; foliis lanceolatis ciliatis integerrimis decurrentibus, floribus solitariis terminalibus. *Willd. Spec.* I. *p.* 918. *Ait. H. Kew.* I. *p.* 226. *L'Hérit. Sert. angl. p.* 4. *t.* 6. *Andrews's bot. Repos. t.* 238.

Herbacea, ramis numerosis, rectis diffusis. Folia sparsa, subreflexa. Flores vix pedunculati. Cal. campanulatus laciniis ovatis obtusis. Cor. parva, tubo brevi subinflato, limbi laciniis

lanceolatis acutis. Filamenta basi dilatata, ciliata. Caps. ovata. *Ad Promont. b. Spei.* ⊙.

7. * R. *squarrosa;* herbacea diffusa, foliis ovatis recurvatis dentatis, floribus terminalibus aggregatis. *Linn. Suppl. p.* 143. *Lam. Illustr. n.* 2579. *Poiret Enc. méth.* VI. *p.* 233. *n.* 8. R. fol. ovatis dentatis ciliatis, floribus terminalibus aggregatis. *Thunb. Prodr.* I. *p.* 38. *Fl. Capens.* II. *p.* 30. *Willd. Spec.* I. *p.* 918. (utique excl. syn. *Berg.*)

Rami herbacei longi diffusi graciles rigidi subvillosi subangulati; folia parva sessilia sparsa, ciliata, ciliis raris cartilagineis niveis. Flores parvi subsessiles in summitatibus ramorum, aggregati. *Ad Promont. b. Spei. in fossa magna frontis Taffelberg versus cacumen.* 4. fid. *H. Kew.* 2. *ed.* I. *p.* 354.

8. * R. *muscosa;* foliis ovatis dentatis reflexis glabris, floribus terminalibus solitariis. *Thunb. Prodr.* I. *p.* 38. *Fl. Capens.* II. *p.* 30. *Linn. Suppl. p.* 143. *Syst. Veg.* XIV. *p.* 211. *Willd. Spec.* I. *p.* 918.

Differt a R. *squarrosa*, cui valde similis: 1. quod multoties minor et herbacea; 2. foliis sessilibus, basi non spinoso-ciliatis. Caulis herbaceus, tenellus, mox a radice ramosus. Rami filiformes et capillares, toti tecti foliis retrorsum imbricatis, diffusi, glomerati. Folia alterna, utrinque attenuata, vix lineam longa. Flores coerulei. Stigmata duo, recurva. Planta parvula: folia brevissima subimbricata, unde muscí habitus. *Crescit in fossa montis Taffelberg.* ⊙. *Thunb.*

875. DEFFORGIA.

1. D. *borbonica Lam. Illustr. p.* 69, *t.* 125. *Poiret Enc. meth. Suppl.* II. *p.* 460. FORGESIA *Juss. Gen. p.* 183. FORGESIA *racemosa Smel. S. V.* I. *p.* 353.

Arbor glabra. Rami foliis alternis lanceolato-ovatis serratis, coriaceis petiolatis, per petiolum subdecurrentibus laevissimis sublucidis reticulatis, denticulis brevibus distantibus. Panicula subterminalis e racemis laxis axillaribus. Pedunculi et pedicelli bracteis parvis integerrimis lanceolatis acutis. Cor. calyce parum longior. *Poiret.* *In ins. Borbonia.* ♄.

Obs. Vix ESCALLONIA, ut quibusdam placuit.

876. PHYTEUMA.

a. *Floribus capitato-spicatis.*

1. * P. *pauciflorum;* capitulo subfolioso, foliis omnibus lanceolatis. *Linn. Syst. Veg.* 176. *Sternberg et Hoppe Denkschrift d. k. bot. Gesellschaft in Regensb.* II.

p. 99. et, his testibus: PH. foliis lanceolatis obtusis capitulo subfolioso, bracteis subrotundo-cordatis ciliatis. *Lam.* et *Decand. Syn. Fl. gall. n.* 2858. (non *Fl. franc.*) RAPUNCULUS *pauciflorus Scop. carn.* 2. ed. *n.* 241.

Caulis 2-4poll., erectus, striatus, folio 1-3; folia omnia lanceolata, vix mediam caulis altitudinem attingentia, radicalia subintegerrima, margine pilis raris adspersa, caulina basi ciliata, apice plerumque dentata, duo ultima sub flore (si adsunt) latiora et longius ciliata. Bracteae flores amplectentes lato ovatae acutae integerrimae ciliatae. Flores in capitulum hemisphaericum congesti, 5-8, coerulei. *Sternb.* et *Hoppe l. c. In summis alpibus noricis, carnicis, rhaeticis; in Ackerboden prope Brixinam Tirol.* 4.

Obs. Cli. *Sternberg* et *Hoppe* citant in synonymis PHYT. *pauciflorum Willd. Spec.* I. p. 919. nullis exclusis synonymis, quorum tamen pars magna excludenda. *Linnaeus* de suo PH. *pauciflore* ait: „caps. 2-3-locularis; stylus saepe bifidus; bracteae *cordatae*; folia crenata." *Scopoli l. c.* non tantum *Linn. Syst. Veg.* sed etiam *Haller Hist. n.* 680. citat, addens pro diagnosi: „caulis biuncialis, folia lanceolata, florbs 2-3ve intra folia in summo caule sepulta." et huic subjicit: folia obiter crenulata et glabra; calycini dentes longitudine germinis; folia exteriora, quae floribus circumstant, *cordata* sunt. In multis convenit cum comoso, cujus forte soboles. *Ann.* II. *hist. nat.* p. 48. Huc spectat RAPUNC. folio oblongo, spicâ orbiculari *C. Bauh.* pictus in *Tom.* IV. *Comm. inst. Bonon.* ob folia omnia lanceolata." Videtur ergo et *Scopoli* adhuc hanc speciem commutasse cum sequente, ut *Linnaeus* ipse, cum uterque *bracteas cordatas* petat, quales in *globulariaefolio.*

2. P. *globulariaefolium Sternb.* et *Hoppe*; foliis obovatis in petiolum decurrentibus, capitulo subfolioso, bracteis subrotundis cordatis. *Sternb.* et *Hopp. Denkschrift d. k. bot. Gesellsch. in Regensb.* II. *p.* 100. et, his testibus, *PH. pauciflorum Allion Pedem. n.* 424. *Vill. delph.* 2. *p.* 515. *Haenke* in *Jacq. Collect.* II. *p.* 63. *Schrank Primit Fl. Salisb. n.* 221. *Fl. Salisb. n.* 105. *Lam.* et *Decand. Fl. franç. n.* 2858. (quoad descriptionem). RAPUNC. foliis ovatis obtuse dentatis, bracteis maximis obtusis. *Hall. Hist. n.* 680. Rap. alpin. comosus. *Bauh. Hist.* 2. *p.* 811.

Caules saepius plures ex una radice, pollicares aut bipollicares, striati, unifolii; folia omnia obovata aut ovato-oblonga, integerrima, rarissime uno alterove apice obtuse dentato, in petiolum decurrentia, pilis raris in ambitu adspersa, bina sub capitulo ciliata. Bracteae flores involventes ovatae (in diagnosi *cordatae!*) „obtusissimae, ciliatae. Flores 3-6 in capitulum congesti, coerulei. Differt a priori statura minori, foliis obovatis nec lanceolatis, bracteis obtusissimis nec acutis. *Sternb.* et *Hoppe* l. c. *In alpibus salisburgensibus* (*Hirschart, Radhausberg, Nassfeld*) *rhaeticis, Delphinatus.* 4

Obs. Cum *Sohrank* folia petat oblongo-ovata, et bracteas ovatas,

supponimus fide specimînis a cls. auctoribus illum huc esse ductum. Utrum PH. *paucifiorum* β. capitulo sessili (axillari inter folia) *Decand. Fl. franc. n.* 258. et γ. flore albo huc spectet, vel ad priorem, non dicemus silentibus auctoribus. *Haenke l. c.* describit: „Folia radicalia petiolo pollicari, cordato-ovata, obtusa, obtuse dentata, rigidiuscula, subaspera, 1 1/2poll. — 2poll., lin. 4-5 lata; caulinum unum, rarius duo, lanceolato-oblongum, subcordatum. Variant tamen adeo, ut sum difficultate certi quid statuas."

3. * P. *Schenchzeri Allion.*; capitulo subfolioso, bracteis linearibus breviore, foliis lanceolatis dentatis. *Willd. Spec.* I. *p.* 919. (excl. syn. *Villars.* monente ipso *Willd.* in *Enum. H. berol.* I. *p.* 215.) *Allion. Fl. pedemont. p.* 428. *t.* 39. *f.* 2. PH. *ovatum* capitulo ovato, foliis lineari-lanceolatis rariter dentatis, bracteis linearibus. *Lam. Illustr. n.* 2585. *Poiret Enc. meth.* VI. *p.* 72. (excl. syn. *Villars. Decand. Fl. fr.* 2862.) β. PH. *Micheli* foliis sessilibus amplexicaulibus lineari-lanceolatis obsolete serratis, capitulo subrotundo, bracteis ovato-lanceolatis longitudine florum. *Schmidt. Fl. bohem. n.* 187. (excl. synonym.) *Hall. Helv. n.* 682. *Scheuchz. It.* 6. *p.* 460. *Hall. append. ad Scheuchz. agrost.* 81.

Folia radicalia interdum elliptico-obtusa vel obsolete cordata. *Linn.* Folia longe petiolata, capitulum fere attingentia bracteis 2 suffultum. Flores caerulei in capitulo subrotundo potius quam ovato. Bracteae inaequales. *In alpibus sudeticis, norieis, rhaeticis, maritimis.* 4.

Obs. *Scopoli Halleri* synonymon ad *comosum* duxit. Differre potissimum floribus rectis, bracteis basi attenuatis, laciniis calycis longe acuminatis. *Trevirun. Jahrb. d. Bot.* I. B. 2. St. *p.* 18.

4. P. *scorzonerifolium Vill.*; spicâ elongatâ cylindricâ, floribus inferioribus remotis, foliis lanceolatis crenatis, superioribus linearibus. *Willd. Enum. H. berol.* I. *p.* 215. *Villars delph.* II. *p.* 519. *t.* 12. *f.* 2. *Decand. Fl. fr. n.* 2866. PH. *persicifolium Hoppe exsiccat.* PH. *Scheuchzeri* γ. *Schult. Oest. Fl.* 2. ed. *n.* 881. β. foliis caulisque basi villosis PH. *Scheuchzeri* γ. *Poiret Enc. meth.* VI. *p.* 72. Flore albo, spicâ magis oblongâ.

Varietatem fors esse PHYTEUMATIS *Scheuchzeri Poiret Enc. meth.* VI. *p.* 72.; sed certe distinctum spicâ magis oblongâ, foliis inferioribus latioribus, subinde subcordatis. Caulis pedalis et ultra, erectus, firmus, sulcatus, glaber. Folia radicalia petiolata, superiora sessilia, fere integerrima. Bracteae lineares breves. Cor. laete caerulea. Stylus villosus stigmatis laciniis fortiter revolutis. *In alpibus Delphinatus; β. in Helvetia; γ. in Sorreze.* 4.

5. P. *sibiricum Vest.*; capitulo multifloro, floribus omnibus bracteatis, bracteis oblongis rigidis acutis, foliis omni-

bus cuneato-linearibus dentatis, caule erecto folioso. *Vest in litt.* PH. *pauciflorum Herb. Johannei.*

In specimine unico caulis firmus, 2poll.; folia 3-4 lin. longa, fere erecta, appressa, subdentata, sublanceolata. Capitulum globosum fere GLOBULARIAE. Bracteae thalamum occupant, ut in SCABIOSIS nonnullis, germinibus majores. In PH. *pauciflora* L. caulis subaphyllus, bracteae exteriores latae foliaceae, flores pauci etc. *De Vest. In Sibiria.*

6. P. *Mlchelii Allion.*; capitulo subrotundo, (oblongo); bracteis oblongo-lanceolatis; foliis linearibus rigidis subintegerrimis. *Willd. Spec.* I. *p.* 920. *Allion. Fl. pedem. n.* 427. *t.* 7. *f.* 3. *Decand. Fl. fr. n.* 2863. *La Peyr. Abr. d. Pyren, p.* 109. *Comment. bonon.* IV. *t.* 1. *f.* 2. Rapunculus *n.* 2. *Mich. H. florent. n.* 2. *p.* 80. PH. *hemisphaericum* A. *Poiret Enc. meth.* VI. *p.* 71.

Capitulum defloratum magis oblongum; folia interdum dente uno alterove, inprimis superne *Willd.* Folia quam in *hemisphaerico* rigidiora, breviora, latiora, ut bracteae sub capitulo demum oblongo. A PH. *Scheuchzeri* bracteis brevissimis, nunquam flores excedentibus, a *scorzonerifolio* capitulo breviore, foliorum subtus praecipue villosorum rigiditate inprimis differt. „Rad. tuberosa, nodosa; caulis cubitalis, teres, striatus. Folia fere amplexicaulia, longissime lanceolata, basi ciliata. Spica demum gracilis, 2poll.“ *Allion.* *In monte Cenisio et Valesiae Hetruriaeque alpibus. In Pyrenaeis, dans les Paturages du Tourmalet, au Pic de Midi.* 4.

Obs. Anne huc potius PH. *lanceolatum Villars* quam ad *orbiculare? Decand. Fl. fr. l. c.*

7. *P. *hemisphaericum*;* capitulo subrotundo, bracteis ovatis, foliis linearibus subintegerrimis caule vix brevioribus. *Willd. Spec.* I. *p.* 920. *Haenke in Jacq. Coll.* II. *p.* 61. *Icon. rar. t.* 333. PH. bracteis florem amplectentibus glabriusculis, capitulo globoso, stylis inclusis, foliis caulinis inferioribus subfiliformibus. *Wahlenb. Helv. p.* 41. *Decand. Fl. fr. n.* 2859. *La Peyr. Abr. d. Pyren. p.* 109. RAPUNCULUS *hemisphaericus Mill. Dict. n.* 3. *Lam. Fl.* III. *p.* 331. *n.* 926. VI. *Hall. Helv. n.* 679. Rapunculus sylvestris coeruleus umbellatus. *Thal. Hercyn. p.* 94. *t.* 8. *f.* 3. Rapuntium alterum angustifolium alpinum. *Column. Ecphras.* 2. *p.* 23. *t.* 26. *β.* flore albo. *Hall. l. c.*

Differt a simili PH. *Michelii* foliis longioribus flaccidis magis lanceolatis. *Willd.* „Stylus trifidus.“ *Hall.* Caulis 2-6poll.; folia 3-4poll. cum petiolo. Bracteae glabrae nunc, nunc hirsutae, basi ciliatae, fere 1/2poll., longiores quam in *Michelii.* Cor. coerulea. *In alpibus Europae mediae.* 4.

8. * P. *comosum* *Wulf.*; fasciculo terminali sessili, foliis dentatis, radicalibus cordatis. *Willd.* Spec. I. p. 921. (excl. syn. *Scopoli.*) *Jacq. Fl. Austr. app. t.* 50. *Sturm Fl. germ. Fasc.* 22. *Trattinn. tabular. t.* 404. RAPUNCULUS *comosus Mill. Dict. n.* 2 ?*Barrel. Icon.* 889. *Ponae Bald. t.* 336. C. *Bauh. Prodr. t.* 33. β. foliis omnibus spathulatis obtusis.

Caules vix spithamaei, teretes, substriati, laeves, glaucescentes, simplicissimi, a capitulorum pondere prostrati. Folia radicalia subrotundo - cordata, inaequaliter dentata, plana, longe petiolata, venosa, utrinque incano-glaucescentia, margine tantum pilosa; caulina frequentia, oblonga, superiora subsessilia. Flores copiosi, speciosissimi, in capitulo terminali inter folia nonnulla reliquis similia, pedunculo brevi, bracteâ subulatâ calycis dentibus subulatis patentibus, corollâ inverse pyriformi ovato - acuminatâ, inferne coelestinâ, superne atro - violaceâ. Lactescit. *Wulfen l. c.* *In rupibus Malborghetti Carniae, in Italia*, non vero in Gallia, monente *Decand. Suppl. Fl. gall. p.* 433. 2 nec ♂.

Obs. *Scopoli*, qui huc duxit *Halleri Hist. n.* 682. et C. *Bauhin Prodr.* 33. addit: „Nescio quam laxam capituli deformationem pinxerint *fratres Bauhini;* nec folia illa subrotunda et cordata, qualia pinxit *Bauhinus* in meis exemplaribus tam indigenis quam exteris adsunt," et describit plantam: „capitulum terminale duobus foliis suffultum, folia lanceolata, imo petiolata, superiora semiamplexicaulia." Minime ergo hujus loci, sed potius, ut videtur, *orbicularis* γ. varietatem *angustifoliam* et *latifoliam* enumerat *Vitmann*, sed videtur confundere cum *orbicularis.* γ.

9. * P. *orbiculare;* capitulo subrotundo bracteis longiore, foliis radicalibus ovato - oblongis subcordatis obtuse serratis, caulinis lineari-lanceolatis basi serratis. *Willd. Enum. H. berol.* I. p. 215. *Spec.* I. p. 921. (excl. γ. et δ.) *Smith Fl. brit.* I. p. 240. *Engl. bot. t.* 142. *Decand. Fl. franç. n.* 2861. (excl. γ.) *Jacq. Fl. Aust. t.* 437. PH. *hemisphaericum Genersich Elench. n.* 195. RAPUNCULUS *orbicularis Mill. Dict. n.* 5. *Scop. Carn.* 2. *n.* 239. *Hall. Helv. n.* 631. Rapunculus folio oblongo, spicâ orbiculari. C. *Bauh. Pin. p.* 92. *Moris. Hist.* 2. *p.* 463. *s.* 5. *t.* 5. *f.* 47. Rapunculus corniculatus coeruleus minor. *Barrel. Ic. t.* 525. Rapuntium montanum rarius corniculatum. *Column. Ecphras.* I. *p.* 222. *t.* 224. β. foliis omnibus oblongo-lanceolatis. *Willd. l. c.* PH. *orbiculare* B. *Lam. Illustr. n.* 2586. *Poiret Enc. meth.* VI. *p.* 73. PHYTEUMA *lanceolatum Vill. Delph.* II. *p.* 517 *t.* 12. *f.* 1. (?) *Barrel. Icon. t.* 526. γ. involucro ampliato. PHYTEUMA *comosum Vill. delph.* II. *p.* 517. *Decand. Fl. fr.* 3. *p.* 331. δ. bracteis undique pilosis, fo-

liis canescentibus, oblongis. *Wahlenb. Helv. p.* 42. *n.* 246.

Rad. lignosa; caulis pedalis, erectus, simplex. Folia crenata, ciliata, radicalia cordato-ovata, petiolata, caulina sessilia lanceolata, sensim minora. Capitulum terminale erectum multiflorum bracteatum, post florescentiam elongatum. Flores violacei, sessiles, coarctati. *Smith.* Folia in *α*, et in *β.* et *γ*, subcarnosa, subsucculenta. „Caulis teres, nec striatus ut in *spicato*. Dentes calycini germine longiores. Filamenta minime undulata. Flores non ultra 50.“ *Scop.* Styli exserti. In *γ.* folia basi subcordata; bracteae majores et subfoliaceae. Super *β.* confer *Obs.* ad PH. *Micheli.* *In pratis siccis montanis et subalpinis Europae mediae.* 4.

10. P. *Charmelii Vill.*; foliis radicalibus cordatis subdentatis, caulinis linearibus integerrimis. *Vill. Delph.* 2. *p.* 516. *t.* 11. *f.* 3. *A.* *Decand. Fl. franç. n.* 2864. *La Peyr. Abr. d. Pyren, p.* 109. PH. *orbicularis* δ. *Willd. Spec.* I. *p.* 922. PH. *orbicularis* A. fol. caulinis linearibus. *Lam. Illustr. n.* 2536. *Poiret Enc. meth.* VI. *p.* 73. *β.* foliorum dentibus exsertis. *Villars l. c. f.* 11. *B. C.*

Folia radicalia petiolata; capitulum breve globosum; flores caerulei, raro albi, inter bracteas ciliatas floribus breviores. In *β* dentes remoti recti acuti in foliis inferioribus. *Decand.* *In calcareis Delphinatus et Sabaudiae. In Pyrenaeis au pied de la Maladette du côté du Clot de Toro, à l'hôpital de Benasque.* 4.

11. P. *Sieberii Spreng.*; capitulo terminali bracteato, foliis omnibus bracteisque profunde dentatis ciliatis, radicalibus oblongis utrinque attenuatis, caulinis sessilibus subovatis. *Spreng. Mant.* I. *n.* 29. *C. Charmelii Sieber.*

Rad. sublignosa; caulis digitalis simplicissimus, foliosus, glaber, teretiusculus. Folia radicalia 1½ poll., 2 lin. lata, apice et in petiolum attenuata, utrinque glabra, venosa; caulina latiora sessilia, formâ radicalium. Bracteae capitulum suffulcientes ternae quaternae, formâ foliorum caulinorum. Capitulum depressum, 10-florum. Calycis laciniae lineares ciliatae. Cor. caerulea. *Spreng. l. c.* *In monte Loibl.* 4.

12. P. *inaequatum Kit.*; capitulis subglobosis, foliis radicalibus lanceolatis basi inaequaliter cordatis serratis; caulinis linearibus, superioribus sessilibus integerrimis. *Kitaibel* apud *Schult. Fl. austr. ed.* 2. *n.* 883.

Proximè accedere ad PH. *Charmelii* videtur. *In alpibus et subalpinis Comitat. Arvensis.* 4.

13. P. *ellipticum Vill.*; capitulo subrotundo, foliis serratis ciliatis, inferioribus oblongo-ellipticis, longe petio-

latis, supremis sessilibus. *Lam. Illustr. Gen. n.* 2587. *Poiret Enc. meth.* VI. *p.* 73. *Villars Delph.* II. *p.* 517. *t.* 11. *f.* 2. PH. *orbiculare* γ. *Willd. Spec.* I. *p.* 922. *Decand. Fl. franç. n.* 2861. *Desvaux Journ.* II. *p.* 314.

Simile *orbiculari*, sed characteribus datis distinctum. Caules simplices recti striati glabri, foliis sat numerosis sparsis approximatis angustis; petioli foliorum inferiorum foliis fere duplo longiores. Bracteae sub capitulo breves acutae, basi subcordatae. Cor. caerulea. *Poiret.* *In alpibus Austriae, Delphinatus et Helvetiae.* 2.

14. P. *nigrum Schmidt;* foliis simpliciter serratis, radicalibus et infimis caulinis petiolatis cordatis, summis amplexicaulibus lanceolatis, spicâ florenti ovali, fructificante elongatâ, bracteis setaceis. *Schmidt Fl. Bohem. n.* 189. *Willd. Spec.* I. *p.* 922. (excl. syn. *Villars.*) ut et in *Schult. Fl. austr.* 2. *ed. n.* 885.

Ab omnibus colore atro floris, bracteis setaceis et foliorum formâ distinctissimum. *Willd.* Folia radicalia et caulina inferiora sat longe petiolata. *Pohl* in *Pl. boëm. p* 210. speciem hanc tantum varietatem esse *spicati*, et illi quidem γ. *In pratis et nemoribus circa thermas Carolinas.* 2.

15 P *cordifolium Vill.;* bracteis cordatis acuminatis, capitulo subgloboso brevioribus, foliis radicalibus obiongis cordatis crenatis, caulinis semiamplexicaulibus acuminatis dentatis, stigmate trifido. PH. *cordatum Sims* in *Curtis Magaz. t.* 1466. *Villars Delph.* II. *p.* 517. *t.* 11. *f.* a. *Poiret Enc. meth. Suppl.* IV. *p.* 655. PH. capitulo ovato, caule piloso, foliis omnibus longe petiolatis cordatis serratis subtus piloso-canescentibus, bracteis lanceolatis serratis. *La Peyrouse Abr. de Pyren. p.* 110. PH. *orbicularis* β. *cordifolia Loisel. de Longch. Fl. gall.* I. *p.* 125.

Willdenow in *Spec.* I. *p.* 922, cum? licet, duxit PH. *cordifolium Villars* ad PHYTEUMA *nigrum*, cui addidit, „foliis, excepto capitulo et bracteis, simile.“ Sed sane a *nigro* diversa, et, ut *La Peyrouse* monet, „manifeste distincta species.“ *Poiret l. c.* PH. *cordatum Sims* et *cordifolium Sillars* (quod in *Flora gallica* desideratur) omnino eandem esse plantam; de *nigro* vero se dubitare adhuc. „Folia in *cordifolio* brevia, scabra, cordata, sessilia, crenata, similia illis CAMPANULAE *glomeratae Linn.* Caulis 6-8poll., spicâ rotundatâ bracteis cordatis. Flores elongati, paulo crassiores, rugosi, subrecurvi, stigmatibus tribus, ut in *ellipticifolio*. Circa Bosiodon et Embrun. 2.“ *Villars l. c.* *In Pyrenaeis in monte Isole et Pic de Bergons. La-Peyr. Etiam in Pedemontano.*

Obs. *Villars*, qui *l. c.* PHYTEUMA *cordifolium, lanceolatum et ellip.*

ticifolium junxit sub No. 6. et *Tab.* XI. addit PH. *lanceolatum* altius esse *cordifolio*, et foliis petiolatis lanceolatis minus scabris distinctum ab illo, flores differre parum, sed saepius stigmatibus esse duobus. PH. *ellipticifolium* differre a *cordifolio* et *lanceolato* foliis ellipticis oblongis obtusis mollibus fere laevibus cauleque pedali. In omnibus hisce tribus esse spicam rotundatam, bracteis latissimis, quibus ad PH. *comosum* accedunt, ad quod fortasse forte spectent; in hoc tamen *comoso* tubum corollae esse duplo tenuiorem et breviorem. Caeterum illos, qui reducere amant species, hasce tres posse coadunare in unam. — *Lpd. diges* PH. *cordatum Sims* tulit nomine PH. *comosi* e Caucaso. Cor. in hoc basi albicans, stigma trifidum.

16. P. *betonicifolium Vill.*; spicâ oblongâ, foliis simpliciter crenatis, radicalibus lanceolato-cordatis, caulinis lanceolatis. *Willd. Spec.* I. *p.* 922. *Villars Delph.* II. *p.* 518. *t.* 12. *f.* 3. *Lam. Illustr. n.* 2588. *Decand. Fl. franç. n.* 2865. Ph. bracteis linearibus flore brevioribus, spicâ elongatâ, foliis inferioribus oblongo-cordatis serratis, petiolis ciliatis. *Wahlenb. Helv. p.* 42. *n.* 247. PH. *spicatum* A. *Poiret Enc. meth.* VI. *p.* 70. *Schmidt Fl. Bohem. p.* 89. *Pohl Fl. boëm. Prodr. p.* 210. PH. *spicata* 2. *Betonicaefolia La Peyr. Abr. d. Pyren. p.* 111.

Non differre a *spicato* nisi foliis angustioribus simpliciter crenatis, floribusque minoribus *Poiret l. c.* Sed etiam spicâ differt minore, magis obtusâ, caule minore, vix pedali. Folia radicalia longius petiolata, caulina sessilia fere integerrima; flores dilute caerulei albive bracteis brevissimis. Stylus pubescens trifidus. *In alpium excelsiorum pratis mediae elevationis, in Helvetia, Delphinatu, Sabaudia et in Pyrenaeis.* 24.

Obs. Fol. radicalia non semper cordata, subinde basi attenuata; hinc sibi PH. *Micheli* hujus videri varietatem, ad quam transitus fit per PH. *scorzoneraefolium*; *Willdenowium* fors majus quoddam *hemisphaericum* pro *Micheli* habuisse, tam utrumque simile credidisset: *Trevir. Jahrb. d. Bot.* I. 2. St. *p.* 18.

17. * P. *spicatum*; spicâ oblongâ elongatâ, stylis pilosiusculis (bi-) trifidis, foliis radicalibus cordatis duplicato-dentatis. *Willd. Spec.* I. *p.* 923. Ph. foliis radicalibus caulinisque inferioribus cordatis, duplicato-serratis, petiolatis, basi ferrugineo-maculatis, summis sessilibus lineari-lanceolatis rariter serratis, spicâ oblongâ, bracteis linearibus corollâ longioribus. *Schmidt Fl. Bohem. n.* 191. *Schult. oestr. Fl.* 2. *ed. n.* 399. *Decand. Fl. fr. n.* 2867. *Wahlenb. Helv. p.* 42. *n.* 248. *Fl. Dan. t.* 362. *Schkuhr Handb.* I. *t.* 39. RAPUNCULUS *spicatus Mill. Dict. n.* 1. *Scop. Carn. ed.* 2. *n.* 238. *Lam. Fl. franc.* 3. *p.* 330. *Hall. Helv. n.* 684. *Bauh. Prodr. t.* 32. *Moris. Hist.* 2. *p.* 463. *S.* 5. *t.* 5. *f.* 46. β. Rapunc. spicat. s. comos. folio maculato. J. *Bauh. Hist.*

2. *p.* 809. *C. Bauh. Pin.* 92. (fide *Poiret*). γ. flore albo. δ. spicâ foliosâ elongatâ, foliis omnibus sessilibus lineari-lanceolatis integerrimis pilosis. *La Peyr. Abr. d. Pyren. p.* 110. ε. floribus luteis. *Tournef. Topogr. La Peyr. l. c.* ζ. foliis omnibus petiolatis, bracteis spicâ duplo longioribus, ut in PH. *Scheuchzeri La Peyr. l. c.* η. alpina nana. *La Peyr. l. c.* ϑ. foliis omnibus basi rotundatis, elongato-lanceolatis glabris. *La Peyr. l. c.*

Flores in spica digitali plerumque ochroleuci, rarius caerulei. An caerulea varietas species propria? Humilior plerumque, et vix, ut ochroleuca, tripedalis et ultra. Staminum filamenta villosa, transversim undulata. Apices laciniarum calycis pellucidi. Bracteolâ sub singulo flore linearis. — — Capsula bilocularis. *Dill. Giess.* p. 65. *In Europae mediae pratis nemorosis fertilioribus demissis et subalpinis; δ in pratis* de *Sem* et de *Goulié; ε in Canigou; ζ* au *Castau d'Estiba de Luz* cum *η.; ϑ* in *Piquette d'Endretlis.* 2.

Obs. Hujus esse varietatem Rapunculum I. *Comm. Bonon. T.* IV. *p.* 296. *T.* I. *f.* 1. *Scop.* l. c.

18. P. *Halleri Allion.*; spicâ ovatâ, stylis hirsutis flore longioribus emarginato-bifidis, foliis radicalibus cordatis duplicato-dentatis. *Poiret Enc. meth.* VI. *p.* 72. *Decand. Fl. franç. n.* 2868. *Allion. pedemont. n.* 430. PH. *ovatum Willd. Spec.* I. *p.* 923. PH. foliis petiolatis, radicalibus infimisque caulinis cordatis duplicato-serratis, superioribus lanceolatis simpliciter serratis, spicâ ovatâ obesâ, stylis hirsutis, bracteis linearibus. *Schmidt Fl. Bohem. n.* 190. *Wahlenb. Helv. p.* 43. *n.* 249. *Hall. Helv. n.* 683. Rapunculus spicatus flore purpureo-coeruleo. *Scheuchz. it. p.* 518. *β.* fol. radicalibus reniformibus. *Decand. l. c.*

„An prioris (*spicati*) tantum varietas?“ quaerit *Willd.* in *Enum. H. Berol.* Folia manifestius petiolata, radicalia fere urticiformia, rotundo-cordata, glabra, fere nitida, caulina longe lanceolata. Bracteae longae, lineari-lanceolatae, 2 majores, subserratae. Cor. saturate violacea, stigmate rubro. *In pratis montanis Helvetiae, Sabaudiae, Bohemiae.* 2.

Obs. PH. *Rapunculus*, radice repente crassâ, foliis inferioribus cordatis, caulinis oblongis sessilibus, spicâ ex ovato subteretî *Linn. Syst. veg.* ed. XV. *p.* 220. ob stylum bifidum et flores obscure violaceos eidem in nota tributos hujus omnino videtur loci.

19. P. *repandum Sibth.*; spicâ laxiusculâ, foliis elliptico-oblongis petiolatis repandis glabris, caule simplicissimo nudiusculo. *Smith Prodr. Fl. Graec.* I. *p.* 143. *n.* 500.

In Olympo Bithyno. 2.

20. P. *Sibthorpianum*; spicâ laxiusculâ, foliis ellipticis petiolatis crenatis scabris, caule simplicissimo folioso hirto. P.I. *ellipticum Sibth. Fl. Graec. t.* 217. *Smith Prodr. Fl. Gr.* I. *p.* 143. *n.* 501.

In Olympo Bithyno. 2.

Obs. Nomen mutandum ob antiquius *ellipticum villars.*

Obs. An fors altera ex his

CAMPANULA *phyteumoides* (fol. radicalibus lanceolatis, undulatis, floribus spicato-capitatis) *Sibthorp*, quam *Sestini* ex *Olympo Bithyniae* attulit divo *Sibthorp*, et cujus descriptionem *Zuccagni Cent. n.* 37. apud *Römer Miscell.* I. *p.* 128 dedit sequentem: pygmaea; folia radicalia plura obtusa in petiolum decurrentia, caulina pauca sessilia remota mucronata. Flores sessiles in spica unica brevi vel in capitulo. Cal. fundo tetragono, coronato, laciniis erectis lanceolatis laevibus. Cor. campanulata violatea, calyce major. Stylus clavatus exsertus. Caps. tetragona.

2. *Floribus axillaribus sparsis.*

21. P. *virgatum Willd.*; ramis virgatis, foliis lanceolatis, utrinque acutis inaequaliter dentatis, scabriusculis, corollis profunde partitis, floribus binis, sessilibus. *Willd. Spec.* I. *p.* 924. CAMPANULA *virgata La Billard. Syriac.* II. *p.* 11. *t.* 6. *Poiret Enc. meth. Suppl.* II. *p.* 63. *Pers. Syn.* I. *p.* 190. PH. foliis inferioribus petiolatis oblongo-ovatis, superioribus linearibus, ramis virgatis, floribus racemosis, corollis explanato-rotatis. *Hornem. H. reg. Havn.* II. *p.* 957.

Caulis pedalis et ultra, vix foliosus, ramis patentibus; flores remoti, caerulescentes; corolla fere ad basin fissa, quô differt a *P. limoniifolio.* *In Libano.* ♂.

22. P. *lobelioides Willd.*; foliis lineari-lanceolatis denticulatis hispidis, caule paniculato, floribus geminis pedunculatis sparsis. *Willd. Spec.* I. *p.* 924. *Ejusd. Phytogr.* I. *n.* 20. *t.* 4. *f.* 2. Rapunculus orientalis hesperidis folio. *Tournef. Cor.* 5.

Differt a simillimo *virgato*: caule paniculato, ramis brachiatis nec strictis virgatis, floribus „(foliis?)“ angustioribus, floribus pedunculatis. Denticuli foliorum inferiores elongati. *Willd.*

In Armenia.

23. P. *lanceolatum Willd.*; foliis angusto-lanceolatis cespitosis remote dentatis, caule ramoso, corollarum laciniis linearibus revolutis. *Desfont. Coroll. Tournef. Ann. Mus.* XI. *p.* 55. *t.* 5. PH. foliis lineari-lanceolatis tenuissime denticulatis scabris, caule basi ramoso, ramis simplicissimis foliosis floribus sparsis geminatis sessilibus.

Willd. Spec. I. *p.* 924. Rapunculus orient. foliis angustis dentatis. *Tourn. Cor. Inst. p.* 4.

Rad. perpendicularis, 3-4 poll.; folia glabra, 1-2 poll., 4-5 lin. lata; caules tenues, 5-6 poll., ramis filiformibus; flores laterales solitarii brevissime pedunculati, bracteâ subulatâ. Calycis dentes acuti. Cor. pallide rosea, marcescens, laciniis acutis. Stigmata 3. *In Armenia.*

Obs. Divi *Willdenow* descriptio ex exemplari ut videtur minus perfecto, tum ait: „E basi caulis scabri surgunt rami filiformes ad medium foliosi, apice floribus geminatis distantibus sessilibus tecti. Cor. magnitudine *lobelioidis.*"

24. P. *rigidum Willd.*; foliis lineari-lanceolatis obsolete denticulatis glabriusculis, caule simplicissimo folioso, floribus sparsis, pedunculis trifloris. *Willd. Spec.* I. *p.* 925. Rapunc. orient. altissimus, folio glabro et rigido. *Tournef. Cor. p.* 4.

Simillimum *lanceolato*, differt foliis glabriusculis rigidioribus, caule simplici glabro, pedunculis subramosis trifloris. Folia videntur integerrima; sub lente dentibus minutissimis margine incrassato instructa. *Willd.* *In Oriente.*

25. P. *amplexicaule Willd.*; foliis amplexicaulibus cordatis ovatis, (glabris, et argute) duplicato-serratis, floribus sparsis. *Willd. Spec.* I. *p.* 925. *Smith Prodr. Fl. Graec.* I. *p.* 144. *Sibth. Fl. Graec. t.* 219. Rapunc. orient. campanulae pratensis folio. *Tournef. Cor. p.* 4.

Caulis teres glaber simplex foliosus. Flores in suprema caulis parte distantes pedunculati. Pedunculi 5 bracteâ ovato-lanceolatâ argute serratâ sessili suffulti. Cor. magnitudine et facie *spicati.* *In herbidis Olympi Bithyni, cacumen versus. Sibth.* 4.

26. P. *campanuloides MB.*; foliis ovatis acutis sessilibus serratis scabris; caule angulato simplicissimo; floribus racemosis sessilibus, inferioribus fasciculatis. *Fl. taur. cauc.* I. *p.* 156. *n.* 391. PH. floribus sparsis subternis, caule simplici erecto, foliis ovatis crenatis subtus pubescentibus sessilibus. *Sims* in *Bot. Mag.* 1015. *Ait. Hew.* 2. *ed.* I. *p.* 355. *Poiret Enc. meth. Suppl.* IV. *p.* 655.

Affine *amplexicauli*; differt caule angulato; foliis simpliciter serratis, pubescenti-scabris; floribus inferioribus in racemulis axillaribus brevissimis quasi fasciculatis, unde ipse racemus compositus. M. *Bieberst.* *In Caucasi herbidis montosis. Circa acidulam Narzana, ad latera montis Beschtau.* 4.

27. P. *limonifolium Sibth.*; foliis lanceolatis dentato-repandis retrorsum scabriusculis, caule paniculato, floribus sessilibus subternis. *Sibth. Fl. Graec. t.* 218. *Smith Prodr. Fl. Gr.* I. *p.* 144. *n.* 502. CAMPANULA *limonifolia*

ramis patentibus indivisis, foliis radicalibus ellipticis laevibus integerrimis, floribus sessilibus ternis. *Linn. Sp. Pl.* p. 239. *Willd. Spec.* I. p. 914. *Pers. Syn.* I. p. 190. C. orientalis, limonii minimi facie, flore patulo. *Tournef. Coroll. p.* 3.

Folia radicalia ovali-oblonga integerrima glabra petiolata, non tamen rigida. Caulis ramis simplicissimis virgatis, foliis linearibus s. subulatis. Flores remoti, axillares saepius terni bracteis longitudine germinis. *Linn.*

28. P. *canescens Kitaib.*; foliis sessilibus, inferioribus obovatis crenato-serratis, superioribus lanceolatis integerrimis, floribus racemosis. *Waldst.* et *Kitaib. pl. rar. Hung.* I. p. 12. t. 14. *Schult. Fl. austr. 2. ed. n.* 888. *Trattinn. tabular. t.* 745.

Tota planta, nequidem staminibus styloque exceptis, pube tenuissimâ cinerascente tecta. Caulis 1-2 ped., adscendens vel decumbens, rubro-fuscus; foliorum crenâ singulâ denticulo. Flores brevissime pedunculati racemo e racemulis pluribus lateralibus dense foliosis. Laciniae calycis patentes corollâ multo breviores, corollae (lilacinae) laciniae patentes basi tantum subcoalitae, subrecurvae; Stylus trifidus. *In apricis montosis circa Budam et Orientem versus ad Transsylvaniam usque.* 2.

Obs. Divo amico *Kitaibel* PHYTEUMATIS specimen debemus, quod ad thermas Herculis Methadiae legit, et *salicifolium* dixit, minus bene conservatum, quam ut diagnosis inde concinna erui possit. Totum glabrum; folia rigidiora, laetius viridia, inferiora longius petiolata, superiora tenuius argutius serrulata, rarius integerrima; hisce a *canescenti* notis differt. *Schultes l. c.*

29. P. *pinnatum Willd.*; foliis (impari-) pinnatis, floribus cymosis. *Willd. Spec.* I. p. 925. *Vent. Jard. de Cels. t.* 52. *Smith Prodr. Fl. Graec.* I. p. 144. n. 504. *Sibth. Fl. Gr. t.* 220. Rap. creticus, Petromarula *Bauh. Hist.* 2. p. 811. t. 812. Rapunculus creticus, seu Pyramidalis altera. C. *Bauh. Pin. p.* 93. *Tournef. Inst. p.* 113. β. Rap. creticus petromarula flore albo. *Tournef. Cor. p.* 4.

Caulis subramosus glaber sulcatus. Foliorum pinnae laterales oblongo-lanceolatae obliquae inferiore margine dentatae, superiore integerrimae, pinnâ terminali maximâ subrotundo-ovatâ, inciso-dentatâ. Flores generis maximi in cymis multifloris sparsis alternis in superiore parte caulis nuda. *Willd.* *In Cretae montosis atque scopulis maritimis copiose.* 2.

30. P. *minutum*; foliis radicalibus spathulato-ovatis sinnuatis, caulinis spathulatis integerrimis obtusis, omnibus glabris, floribus axillaribus terminalibus.

Radix, crassitie pennae cygneae et ultra, cespitem emittit densis-

simum foliorum radicalium, cum petiolo folio duplo triplove longiore 4-7 linearum, 1-1 1/2 lin. latorum. Cauliculi ascendentes et decumbentes simplices, foliis alternis, lineam vel sesquilineam longis, in petiolum attenuatis, lucidis. Pedunculi filiformes longitudine foliorum, in speciminibus nostris una cum caulis apice nutantes. Cal. glaber, laciniis lineari-lanceolatis patentibus. Laciniae corollae calyce duplo et ultra longiores, caeruleae, stamina excedentes, lineari-lanceolatae. Antherae oblongae, albae. Stylus corollâ quadruplo et ultra longior, flexuosus. Capsulam et semina non vidimus. *Amicissimus Agardh e summis Sierrae Texedae* misit inscriptam: „CAMPANULA *minuta* mihi ad interim, sed potius novum genus." 4.

„PHYTEUMA *americanum* (floribus axillaribus, foliis lanceolatis) ab *Hillio* in *H. Kew.* descriptum mihi ignotum, nec ab aliis postea indicatum „*Willd. Spec.* I. *p.* 926. — Ommissum etiam in ed. 2. *H. Kew.*" — Memorabile mihi videtur diversa specierum forma, quod nempe species alpinae europeae flores capitato-spicatos, orientales vero flores sparsos proferant." *Willd.*

Sequentes species hic adjungimus, licet minime generis esse videantur.

31. P? *bipinnatum Lour.*; foliis bipinnatis serratis, racemis terminalibus. *Lour. Fl. Cochinch.* I. *p.* 172.

Caulis suffruticosus, erectus, ramis angulatis sulcatis patentibus. Folia lanceolata serrata venosa. Flos albus, racemis amplis subdivisis. Cal. brevis 5-fidus. Cor. subcampanulata 5-fida. Stigma trifidum. Pericarpium inferum perforatum evalve turbinatum triloculare polyspermum. Stamina 5 brevia. *Lour. In suburbiis Cantonensibas.*

Obs. Carolla non est PHYTEUMATIS. Pericarpium potius dicetur Bacca quam Capsula. Cui autem generi adscribenda, ne novum constituat? *Lour.*

32. P? *cochinchinense Lour.*; foliis bipinnatis rugosis, pedunculis divaricatis. *Lour. Fl. Cochin.* I. *p.* 172.

Caulis suffruticosus suberectus multiplex, 5-pedalis. Folia lanceolata serrata bijuga cum impari majore. Flos albus subterminalis, pedunculis multifloris. Cal. 5-dentatus minimus; corolla rotata, 5-partita, laciniis acutis. Bacca infera, subrotunda, pertusa, parva, unilocularis, polysperma, seminibus plurimis subrotundis minutissimis. Stigma non annotavi. *Lour.* *In montibus Cochinchinae.*

Obs. Calyx, stamina, corolla PHYTEUMATI conveniunt: pericarpium minime. *Bipinnato* habitus valde proximus. *Lour.*

33. P? *rigidifolium Duf.*; caule simplicissimo foliisque

radicalibus cespitosis lineari-spathulatis subdenticulatis glabris, caulinis integerrimis raris alternis oblongo-lanceolatis, integerrimis capitulo brevioribus, bracteis lineari-lanceolatis stigmate ovato compresso bifido. *Dufour in litt.*

Rad. crassa subsimplex albida petiolis foliorum exsiccatis vestita. Caulis (scapus radicalis 2-3 poll.; folia radicalia in rosulam patentia; flores aggregati terminales. Cal. turbinatus hexagono-prismaticus pedicellatus, limbo 5-fido, laciniis linearibus aequalibus; corolla 5-partita, (tantum sicca a me visa) laciniis linearibus calyce longioribus caerulescentibus. Stam. 5 cum laciniis corollae alternantia, longitudine corollae. Stylus staminibus longior. Pericarpium e calyce apice compresso-acuminatum, dehiscens, bivalve, biloculare? polyspermum. Semina cylindrica parva nitidissima fuscescentia. *Dufour in litt.* Rara. *In fissuris rupium prope Moxente Regni Valentiae.* 2.

Obs. Rad. aspida, *Rapunculi* aut *Scorzonerae* sapore, sublactescens. Raro cespitosa, et caulibus 2-3 e cespite singulo. Subinde Stamina laciniaeque corollae 6. Clo. *Decandolle* nova, et quasi JASIONES species videbatur, sed fore nec hujus nec PHYTEUMATIS generis.

34. P. *tricolor Feuill.*; foliis semiamplexicaulibus oblongis sinuatis tomentosis, floribus sparsis pedunculatis. *Molina Saggio 2. ed. p. 281.*

Anne *Molina* sub hoc suo PH. *tricolore Feuillei* hujus Rapuntii facie, foliis sinuatis, flore amplissimo sanguineo et striato *t. 31* intelligit? quod sane non PHYTEUMA? *In Chili.*

Quid PHYTEUMA *stylosum Hortorum?*

---

877. CAMPANULA.

a. Foliis laevioribus. 1 — 92.
b. Foliis Scabris. 93 — 150.
c. Capsulis obtectis, sinubus reflexis: MEDIA. 151 — 200.
d. ERINOIDES: corollâ subinaequali, stigmate subsimplici, capsulâ apice dehiscente. 201 — 209.
e. PRISMATOCARPI: capsulis prismaticis. LEGOUZIAE *Durande.* 210 — 228.
f. Dubiae: 229 — 231.

a. *Foliis laevioribus.* *)

1. * C. *cenisia*; caulibus unifloris, foliis ovatis glabris integerrimis subciliatis. *Linn. Spec. p.* 1669. *Willd. Spec.* 1. *p.* 889. *Allion. Fl. pedem. n.* 395. *t.* 6. *f.* 2.

---

*) Campanulas hujus sectionis in Tauria et omni Caucaso, monente illustri *Marsch. a Bieberst.*, exules esse; tamen occurrere *Willdenow* in *Reliqu. MS. Vill. Dauph.* II. *p.* 499.

Ejusd. Specim. pedem. p. 35. *t.* 5. *f.* 1. *Decand. Fl. franç. n.* 2830. *Hall. Helv. n.* 696.

Rad. repens, alternatim emittens ramos terminatos foliis radicalibus. Caules simplicissimi pollicares filiformes. Folia radicalia conferta, caulina 4-5, obovata, obtusa, laevia. Pedunculus terminalis solitarius. Flos ratione plantae magnus, (caeruleus). Cal. hirtus. (laciniis lineari-lanceolatis corollâ duplo brevioribus). *Linn.* Caps. 3-locularis. *In alpibus helveticis, pedemontanis maritimis; in M. Cenis prope Ronche.* 4.

2. * C. *uniflora*; caule unifloro, calyce corollam aequante. *Linn. Fl. lapp.* 85. *t.* 9. *f.* 5. 6. *Fl. Suec. n.* 177. 185. *Willd. Spec.* I. *p.* 890. C. caule unifloro, fructibus corollâ majoribus membranaceo-angulatis. *Wahlenberg Fl. lapp. p.* 65. *Rottboell. pl. grönland. Act. Hafn.* X. *p.* 432. *t.* VI. *f.* 19.

Caulis solitarius oblique erectus, teres, simplex. Folia caulina, 6-7 alterna, infima ovata, media lanceolata, summa linearia. Flos terminalis nutans. Cor. caerulea. Caps. pyriformis. *Linn.* — Floribus saturate caeruleis eminus detegenda et distinguenda a C. *rotundifolia*. A *cenisia* differt corollâ multo minore, capsulâ longiore, flore cernuo, foliis caulinis sublinearibus; a *pallâ* calyce ciliato; a *Bellardi* foliis haud serratis. Rad. profunda, valida; stolones multi, obliqui, foliosi, caulesque. Folia stolonum foliosorum ovalia obtusa subpetiolata subintegerrima, caulium inferiorum oblonga, leviter crenata, obtusiuscula, suprema lanceolata vel sublinearia. Caulis florifer 1 ½ poll., fructifer fere spithamaeus, strictus, superne parum pilosus. Flos cernuus magnitudine fere LOBELIAE *Dortmannae*. Germen oblongum, corollâ ipsâ parum brevius, angulis pilosis vel ciliatis. Calycis laciniae corollâ fere duplo breviores, latiusculae, ciliatae et dorso pilosae. Cor. angustata vel coarctato-campanulata, parvula. Caps. elongato-turbinata, flore multo longior, utpote ½ poll.; angulis senis submembranaceis pilosis undique stipata. *Wahlenberg. l. c.* * *In alpibus lulensibus, pitoënsibus, tornensibus Lapponiae et in Grönlandia.* 4.

3. C. *Giesekiana Vest*; caule unifloro, calyce corollâ quadruplo breviore, dentibus subulatis tenuissimis, germine obconico. *De Vest in litt.* C. *uniflora Gieseke Herb. grönland. Johannei.*

Speciminibus deest radix. Caulis videtur solitarius, est erectus, subspithamaeus, strictus striatus, infra medium foliis copiosis lanceolatis linearibusve, obtusis, petiolatis, integerrimis, glabris, supra medium fere aphyllus, flore unico. Habitus stirpis fere C. *cespitosae*, nisi quod folia integerrima, longius petiolata, in speciminibus quibusdam majora, corollae figura aliena, basi attenuata ut in C. *rotundifolia*, quacum etiam *Linnaeus* corollam comparat; calyx vero magis ad *cespitosam* accedit, vix enim tertiam corollae partem attingit. Stylus longitu-

dine corollae. Germen obconicum parvum. Fructus? Figura plantae florentis a *Linnaeo* data nullo modo convenit plantae *Giesekianae*, magis stirpis fructiferae. Calyx in icone fere longitudine corollae, in nostris speciminibus eâdem quadruplo brevior. Hoc etiam differunt nostra, quod corolla deflorata, in qua germen parum increscit, magis quam in florente deflectatur, nutetque nec erigatur. Fors ergo nostra diversa. *De Vest.* *In Grönlandia.*

4. C. *adscendens Vest;* foliis subsparsis, inferioribus subpetiolatis ovatis dentatis, superioribus oblongis integerrimis cauleque adscendente glabris, flore solitario nutante, foliolis calycinis subulatis corollâ parum brevioribus. *De Vest in litt.* C. *rotundifolia Pall. ex Herbario Pallas* in *Johanneo.*

Proxima *uniflorae Linn.*, et genuinam quidem dicerem *uniflorum*, nisi *Wahlenberg* in hac lacinias calycinas latiusculas peteret, et germen nec pyriforme nec alatum esset. Folia 16 in planta spithamaea, satis firma, summa lanceolata. Germen basi dehiscens, obconicum, apterum. Herbâ multum similis C. *pubescenti Schmidt.* *In Sibiria. Pallas. De Vest.*

5. C. *Kitaibeliana*; foliis inferioribus obovato-cuneiformibus crenatis, superioribus linearibus integerrimis, caule simplicissimo unifloro. C. *microphylla Kitaib.* apud *Schultes Fl. austr.* 2. ed. *n.* 400.

Nomen mutandum ob antiquiorem *microphyllam Cavanilles.* Diagnosi vix ab *adscendente* differre videtur; descriptionem ampliorem non communicavit div. *Kitaibel*, nec specimen exhibuit. *In alpibus Comitatuum Lystaviensem inter et Thurocziensem.* 4.

6. C. *Bellardi Allion.;* caule unifloro nudo, foliis petiolatis elliptico-lanceolatis (profunde) dentatis, *Allion. Fl. Pedem. n.* 396. *t.* 85. *f.* 5. *Willd. Spec.* I. *p.* 890. *Poiret Enc. meth. Suppl.* II. *p.* 55. C. *pusilla* β. *Decand. Fl. franç. Suppl. p.* 432.

1 *fs* unc.; folia glabra, acuta, utrinque profunde tridentata. *Willd.* 3-4 poll., erecta; folia, omnia inferiora, sparsa, erecta, viridia, subaspera, firmula, dentibus acutis, longe petiolata. Cal. glaber, laciniis 5 lineari-lanceolatis, non reflexis. Cor. caerulea, minime nutans. *Allion.* *In Italiae et Galliae alpibus.* 4.

7. C. *vesula Allion.;* uniflora, foliis glabris ovalibus dentatis, caule subnudo, calyce glabro. *Allion. Pedem. n.* 397. *t.* 7. *f.* 1. C. pubescens, foliis oblongis obtusis crenatis, caule unifloro. *Willd. Spec.* I. *p.* 902. *Lam. Illustr. n.* 2490. *Poiret Enc. meth. Suppl.* II. *p.* 55.

Willd. plantam, quam non vidit, *pubescentem* definit. Cur hoc fecisset, non intelligimus, cum auctor et *Lamarck* glabram „(nihil prorsus strigosam nec hispidam)“ pronunciassent, et posuissent post C. *Bellardi.* Caules subsimplices, 6-8 poll.,

subpilosi, teretes, superne nudi. Folia inferiora approximata; petiolata, in petiolum decurrentia, vix acuta, firma, fere glabra, superiora linearia, sessilia. Cal. glaber, laciniis 5 lanceolatis, non reflexis, livens; Cor. patula. *Allion.* Icone parcius pilosa. *Ad radicem montis Vesuli in regione pedemontana.* 2.

8. C. *seminuda Vest*; foliis glabris, radicalibus petiolatis ellipticis crenatis, caulinis paucis rameisque acute serratis oblongis, flore terminali solitario cauleque stricto. *De Ves in litt.* ex *Herb. Pallas* in *Johanneo.*

Caulis fere aphyllus, glaber, inferne folio subunico petiolato, ad ramos quasi stipulâ; in ramis folia fere opposita parium 3-4, sessilia Flos fere infundibuliformis, nec patens. Calycis laciniae corollâ pollicari dimidio breviores lineam latae. *De Vest. Indeterminata in Herb. Pallas.* *In Sibiria. Pallas.*

9. C. *Steveniana*; calycibus quinquefidis, foliis glabris crenatis, caulinis lanceolato-linearibus, radicalibus ovalibus, caule adscendente simplicissimo unifloro. C. *simplex Steven Act. mosqu. p.* 12.

A *rotundifolia* flore multo majore solitario, a *linifolia* foliis crenatis diversa. *In subalpinis ditionis Rubensis versus Chinalug.* 2.

Obs. Nomen mutandum erat ob *simplicem* antiquiorem *Decand.*

10. * C. *pulla*; cauliculis unifloris, foliis (radicalibus et) caulinis ovatis (sub) crenatis, calycibus cernuis. *Jacq. Obs.* I. *p.* 30. *t.* 18. *Fl. austr.* III. *t.* 285. *Scop. Carn. ed.* 2. *n.* 123. *Willd. Spec.* I. *p.* 890. β. C. fol. subrotundis *Bauh. Prodr. p.* 34. *t.* 35. γ. C. caulibus filiformibus cespitosis, foliis caulinis acutis petiolatis. *Lam. Enc. meth.* I. *p.* 578. *n.* 6.

Rad. filiformis, repens. Caules spithamaei erecti filiformes flexuosi, (villosuli), raro ramo uno alterove eoque florifero Folia obtusa, crenis distantibus, nuda, petiolata. Pedunculus terminalis. Flos cernuus, magnitudine C. *rotundifoliae*, calyce laevi. β floribus pluribus in summitate caulis variat. *Linn.* Calycis laciniae lineares erectae, longitudine dimidiae corollae. Germen lividum. *In Austriae, Styriae, Carnioliae alpibus.* 2.

Obs. γ. fors species distincta, praeter characteres datos corollis majoribus, calycis laciniis angustioribus patentibus diversa; subinde etiam caulibus multifloris, ut quasi species intermedia *persicifoliam* minorem inter et *rhomboideam.*

11. C. *Zoysii Wulf.*; caulibus subtrifloris, foliis integerrimis, radicalibus ovatis longe petiolatis, caulinis oblongo-ovatis sessilibus obtusis, floribus nutantibus, corollis oblon-

go-campanulatis. *Wulf.* in *Jacq. Coll.* 2. *p.* 122. *Jacq. Ic. rar. t.* 334. *Willd. Spec.* I. *p.* 891. *Reiner u. Hohenwart's Reise* II. *p.* 165. *Römer Fl. europ. Fasc.* 5. *Sturm Fl. germ. Fasc.* 22.

Rad. horizontalis, cespitose ramosa; cauliculi nonnulli foliosi, alii florigeri, 2-3 pollicum, graciles, glabri, saepius uniflori erecti, apice nutantes. Folia copiosa sat parva, saturate viridia, crassiuscula, glabra. Germen angulosum, glabrum, ovato-turbinatum. Cal. corollâ brevior, erecto-patens, laciniis lineari-lanceolatis, glabris. Cor. saturate aut dilute coelestino-caerulea, lineis 5 saturatioribus, laciniis barbato-villosis. *Wulfen. In alpibus Vochinensibus Carnioliae. In alpe Ortazha occidentem versus a monte Loibl sita, ubi ex Seleniza ascenditur.* 4.

12. C. *limariaefolia;* foliis ovatis profunde cordatis petiolatis duplicato-serratis, floribus secundis. *Herb. Willd. MS.*

Ad Caucasum. 4. *Adams.*

13. C. *diffusa Vahl;* caulibus diffusis, foliis petiolatis serrato-dentatis, inferioribus cordatis, superioribus lanceolatis, pedunculis unifloris. *Vahl Symb.* I. *p.* 18. *Willd. Spec.* I. *p.* 916. C. *fragilis*, caulibus procumbentibus, ramis secundis multifloris, foliis petiolatis, radicalibus reniformibus. *Cyrill. Pl. rar. neap. t.* 11. *f.* 2. *Lam. Illustr. n.* 2541. *Poiret Enc. meth. Suppl.* II. *p.* 63. C. parva rotundifolia, flore caeruleo pentagono grandi. *Raj. Hist.* 791. *Tournef. Inst. p.* 112. β. caulibus foliisque pilosissimis, laciniis calycis latioribus. C. saxatilis rotundifolia, hispido flore caesio amplo, italica. *Barrel. Ic.* 453.

Caules ramis teretibus glabris striatis. Folia alterna, glabra (in a!) obtusa, unguicularia, longitudine petioli. Flores versus apicem pedunculati; pedunculus solitarius uniflorus suffultus foliolo lanceolato integerrimo. Laciniae calycis subulatae. *Vahl.* Cor. magna caerulea. *Cyrillo.* *In Calabria.* 4. *Ds. Pacifico.*

Obs. Lamarck synonymos *Barrelieri* potius ad *Elatinen* duci posse videtur *Enc. meth.* I. *p.* 578 *n.* 5. *Persoon Synops.* I. *p.* 188. *n.* 12. junxit *fragilem* cum *cochlearifolia* abunde diversa. C. *diffusam Vahl* et *fragilem* eandem esse, speciminibus ex Italia missis edocemur.

Cls. *de Vest* in litteris monet extare in *Herb. Johannei* specimina ex alpibus tyrolensibus lecta epigraphe: an *cochlearifolia*? „His folia radicalia longe petiolata, parva, cordata, dentata, hirsuta, in caule filiformi uniflore similia pauca petiolata; germen parvum obconicum; calycis foliola oblonga brevia longitudine germinis; corolla magna pollicaris fere semiquinquefida nutans.“ *Vest.* Descriptio haecce ad amussim in nostram *fragilem* β lectam in *rimis littoris maris Salerni et Amalfi* cadit, nisi quod in nostra corolla tantum 2/3 poll., et calycis

laciniae lineares germine parum longiores. Caules in nostra quoque biflori.

14. C. *Portenschlagiana*; caule adscendente, foliis omnibus cordato-reniformibus dentatis, sinubus basos rotundatis, pedunculis axillaribus divisis, submultifloris.

Caulis glaber, ut tota planta, profunde sulcatus. Pedunculi pollicares, et ultra, basi dilatati. Folia 5 circiter lineas longa, 9 lin. lata, dentibus acuminatis, apice glandulosis; superiora parum angustiora. Pedunculi inferiores simplices, petiolo breviores, superiores divisi folio longiores, unde habitus plantae subcorymbosae. Corolla cum germine 3/4 circiter pollicis; hoc semiglobosum, 2 fere lin. in diametro; calycis laciniae lineari-lanceolatae, demum patentiusculae; cor. infundibuliformi-campanulata, dilute caerulescens. Stigma profunde tripartitum, laciniis revolutis. Siccata nigrescit et consistentiâ quasi Impatientis, attamen nullo modo ex *Erinoidibus*. Ab *Elatine* corollâ duplo majore differt. Dedit cls. *Portenschlag* sine nomine cum plantis aliis in itinere suo *dalmatino* lectis. Ab omnibus nobis notis diversa toto coelo.

15. * C. *carpathica*; foliis omnibus cordatis serratis petiolatis glabris, ramis filiformibus unifloris, calyce reflexo (vix) glutinoso, corollâ patulâ. *Linn. Suppl. p.* 140. *Willd. Spec.* I. *p.* 894. *Wahlenb. carpath. n.* 194. *Jacq. Hort. Vind.* I. *p.* 22. *t.* 57. *Römer Fl. europ. Fasc.* 3. *Curtis Magaz. t.* 117. *Trattinn. Oestr. Fl. Fasc.* 18.

Caules herbacei debiles, subramosi, adscendentes, pedales, pubescentes, uni-vel pauciflori, culti multiflori; folia nitida serraturis undulatis; cor. ampla, violacea, infundibuliformi-campanulata; capsula oblonga. *In Carpathis primum F. I. Lipp; in Carpathis proprie dictis vix, sed in rupibus ad radices et latera montium versus meridiem Liptoviae circa Hradek, Malussina* etc. 4.

Obs. „Calycis laciniae staminibus breviores, latiusculae, subovatae, patulae, glaberrimae, sed non glutinosae, ut *Linnaeus* perperam statuit.“ *Wahlenb. l. c.*

16. C. *dasycarpa Kitaib.*; glabra, foliis radicalibus ovatis obovatisque, caulinis oblongo-lanceolatis, supremis linearibus, omnibus rotunde crenatis; caule simplici unifloro; corollâ patulâ; calyce scabro. *Kitaibel* apud *Schultes Fl. austr. ed.* 2. *n.* 900. C. foliis lineari-lanceolatis subserratis laevibus, radicalibus obovatis germine squamis scariosis tecto. *Herb. Willd. MS.*

Caulis in nostro specimine pedalis. Folia tenuia subundulata diaphana, basi in petiolum ciliatum attenuata. Corolla *carpathicae*, minus tamen patula. *In sylvis Scepusiae b. Kitaibel* et *Mankesch. in Russia Pallas.*

Obs. Nostrum saltem specimen C. *dasycarpae* et *Kitaibel* nobiscum communicatum tantum abludit a *persicifolia*, pro cujus varietate C. *dasycarpam Kit. Wahlenberg* in *Carpath. p.* 60. declarat, ut minime genuinam *Kitaibelii* plantam cls. *Wahlenberg* videre videatur.

17. * C. *rotundifolia*; glabra, foliis radicalibus oblongis reniformibusque serratis, caulinis linearibus integerrimis. *Willd. Spec.* I. *p.* 892. (excl. β. et γ.) C. foliis radicalibus reniformibus, caulinis linearibus. *Linn. Fl. suec.* 176. 184. *Fl. lapp.* 83. *Smith Fl. brit. p.* 235. *Engl. Bot. t.* 866. *Wahlenb. lapp. p.* 64. *Decand. Fl. franç. n.* 2832. C. glabra, caule gracili adscendente, foliis flaccidis lineari-lanceolatis, radicalibus reniformibus aut oblongo-cordatis, dentatis, cito emarcidis; corollis tubuloso-campanulatis. *Schult. Baier. Flor. n.* 16. *Cart. lond. Fasc.* 4. *t.* 21. *Hayne term bot. t.* 5. *f.* 9. *Fl. dan. t.* 1086. C. *minor Lam. Fl. fr.* 3. *p.* 330. *Hall. Helv.* 701. *Lobel. Ic. t.* 328. *f.* 1. β. *velutina Decandolle Fl. franç. Suppl. p.* 432. γ. C. *linifolia*; foliis caulinis latioribus, radicalibus longioribus, caule subunifloro. *Linn. lapp. n.* 84. C. *uniflora Huds.* ed. 1. (nec *Linn.*) *Kitaib.* apud *Schult. Fl. austr. n.* 889. C. *rotundifolia* β. *Smith* l. c. *Wahlenb. l. c.* δ. C. *tenuifolia*, fol. radicalibus oblongis, caulinis linearibus, caule elongato gracili. *Hoffmann Fl. germ.* 100. *Pers. Syn.* I. *p.* 189. *n.* 13. δ. η. radice repente, caule procumbente. *Mich. bor. Fl. Amer.* I. *p.* 108.

Rad. sublignosa; caules erecti teretes glabri, foliosi, uni-multiflori. Folia glabra radicalia petiolata, cordata, vel reniformia, serrata, caulina sessilia alterna, plerumque integerrima. Flores subpaniculati, tremuli, caerulei. Dentes calycini subulati integerrimi, horizontaliter patentes. *Smith.* β tomento brevi denso, unde cinerascit. γ. dentibus est calycinis erectiusculis, foliis omnibus linearibus, semper integerrimis, (rarissime denticuli vestigio uno alterove). „In nostris alpibus semper glaberrima, facillime dignoscitur germine suo brevi et parvo obovato laevissimo, colore corollae diluto, magnitudine vere corollae ludit.“ *In Europae pascuis, muris, nemoribus.* β. *in scopulis Massiliae.* γ. *in Lapponia, Grönlandia, et in alpibus Europae.* 2.

Obs. Calycum laciniis subulatis stamina aequantibus cls. *Wahlenberg* hanc speciem distinguit a *carpathica*! De varietatibus hujus speciei confer *Panzer Obs. bot. p.* 40—47.

18. C. *excisa Schleich.*; glabra, caule subunifloro, foliis infimis oblongis, caulinis linearibus subsetaceisque, flore subcernuo, corollae sinubus rotundato-excisis, laciniis acuminatis, calycis laciniis setaceis demum reflexis. *Schleich. pl. exsicc.* C. fol. linearibus integris, inferioribus oblongis,

corollae sinubus ad fundum exciso-orbiculatis. *Decand. Cat. monsp.* 1814. *p.* 86.

Certe distincta species, corollâ tubuloso-infundibuliformi-campanulatâ praeter characteres datos, certe distincta. Caules basi angulati, fere sublignosi 4-6 poll., raro pedunculo uno alterove axillari flore, ut videtur, abortivo. Folia caulina infima subinde etiam subspathulata, vix pollicaria, subrepanda, ad plurimum lin 4. lata; caulina inferiora pollicaria, angustiora stricta, latiora patula, integerrima, rarius denticulo uno alterove setaceo. Germen brevissimum, in planta florente vix lineam longum, laciniis calycum 2-3, ad plurimum, linearum, corollâ triplo-quadruplo brevioribus. Laciniae corollâ 2-3 lin., sinubus lineam et ultra latis. Stylus vix 1/3 corollae. Descriptio ad specimina *Schleicheri* et *Gaudin.* *In arenosis lateris montis Mora, in Simplon, Furca di Bosco, ad pedem montis Rosae supra Macugraga.* 4.

19. C. *pusilla Haenke*; glabra, foliis omnibus serratis, radicalibus cordato-ovatis firmis nitidis, caulinis linearibus alternis remotis. *Haenke* apud *Jacq. Collect.* 2. *p.* 79. *Vest Man. bot. p.* 462. *Decand. Fl. fr. n.* 2833. *Willd. Enum. H. berol.* 1. *p.* 209. *Wahlenb. Helv. p.* 39. *carpath. p.* 59. (excl. syn. *cespitosae Scopol.*) C. *rotundifolia β. Willd. Spec.* I. *p.* 892. (ipso nunc tandem teste *Willdenow* in *Enum. H. berol.* 1. c.) *Lam. Enc. meth.* I. *p.* 578. C. *cespitosa Hoppe exsicc.* fide *Decand. l. c.* et *nostro Herb. Hall. Helv. n.* 702. *Bauh. Prodr.* 34 *t.* 34. *Scheuchz. It.* IV. *p.* 454. *f.* 4. *β. pubescens.* C. *pusilla γ. pubescens. Decand. Suppl. Fl. fr. p.* 432. C. *cespitosa Hoppe* iterum fide speciminis.

Rad. fibroso-ramosa; caules cespitosi 3-5 poll., teretes, graciles, glabri; folia radicalia numerosa persistentia, in orbem sparsa, petiolo glabro, plus minus pollicari, ipsa 1/2 poll., acuta, laete viridia, glaberrima, caulina erecto-patentia, constanter serrata. Flores aquose caerulei, rarius albi, ratione plantae magni, 2-5, in pedunculis demum nutantibus pollicaribus, bractea 1-2; subinde et unitus. Calycis laciniae lineari-setaceae acutae erectae, corollâ triplo breviores. Cor. campanulata, segmentis ovatis acutis. Antherae luteae. Germen 5-angulare. *Haenke.* Calycis laciniae stamina subaequantes. *Wahlenb.* — *β.* vix distinctam esse *Decandolle.* a certe etiam culturâ perstat, semper humilior, et corollâ pallide caeruleâ, rarius etiam albâ. *In alpibus noricis, rhaeticis, gallicis; etiam in vallibus. β. in alpibus maritimis.* 4.

Obs. Persoon in *Syn.* I. 188. *n.* 13 sub *β* adducit: C. *rotundifoliam β. reniformem*: major, fol. radicalibus pluribus reniformibus persistentibus, caulinis sparsis oblongo-lanceolatis in petiolum decurrentibus, et addit C. *rotundifolia β. Lam. Enc. meth.* I. *p.* 578. Sed haec nunc ab ipso *Decandolle Fl. fr. n.* 2833, ducitur ad *pusillam*, licet *rotundifolia* major! Confer *pumilam.*

20. C. *pumila Curt.*; foliis radicalibus ovatis crenatis, petiolis complanatis, floribus racemosis secundis cernuis. *Bot. Mag. t.* 512. C. *rotundifolia β. Linn. Ait. Hew.* I. *p.* 219. 2. *ed.* I. *p.* 345.

Curtisio differre videtur a C. *pusilla Haenke, Scheuchz. It.* IV. *f.* 4., et certe, quoad figuram, diversa est Caulis basi foliosus; petioli breviores, non filiformes. Variat floribus albis. Magis affinis C. *cespitosae Scop. Habitat?* 4.

21. C. *cespitosa Scop.*; caule angulato, foliis imis ovatis serratis glabris, caulinis congestis duris dentatis, germinibus decagonis, (floribus ovato-campanulatis) *Scop. Carn. ed.* I. *p.* 261. *n.* 5. (exclus. syn.) *ed.* 2. *n.* 225. *t.* 4. C. caulibus cespitosis multifloris; foliis ovatis crenatis petiolatis, supremis angustioribus, floribus cernuis. *Lam. Illustr. n.* 2497. *Poiret Enc. meth. Suppl.* II. *p.* 55. (excl. C. *pusilla* et β.) *Pers. Syn.* I. *p.* 188. (excl. *pusillâ.*) *Schrad. N. Journ.* III. 1. 2. *p.* 237. C. *rotundifolia* γ. *Willd. Spec.* I. *p.* 893.

C. alpina rotundifolia minor. *Bauh. Prodr. p.* 54. *c. icone* videbatur divo *Hallero*, cui *Scopoli* miserat. Caules et surculi plures cespitosi. Folia in surculis altero anno floriferis spithamaeis petiolata, ovata, acuminata, dentata. Folia ad basin caulium imbricata lanceolata sessilia sparsa subtus punctata, supra medium subconcava, dentibus glandulâ rubellâ. Folia supra tertiam caulis partem linearia integerrima remotiuscula. Corollae saturate caeruleae, nutantes, dimidii pollicis, 4 lin. latae, segmentis singulis lineis tribus. Dentes calycis longitudine segmentorum corollae, erecti, tenues, acutissimi, integerrimi. Germen glaberrimum, angulis alternis crassioribus. Semina compressa. *Scop.* *In siccis saxosis montium Carnioliae, Austriae.* 4.

Obs. Nequidem legisse videntur divum *Scopoli*, qui *cespitosam* suam aut cum *rotundifolia* aut cum *pusilla Haenke* commutant, ab hac „calycinis laciniis longitudine segmentorum corollae" i. e. ad sinus corollae usque protensis, ab illa foliis ovatis vel coeco etiam solo tactu distinguendis characteribus toto coelo diversam.

22. C. *pubescens Schmidt*; caule hirsuto, (decumbente) angulato, foliis petiolatis serratis glabris, radicalibus cordatis, caulinis imis ovatis, reliquis lanceolatis, corollis abbreviatis amplis. *Schmidt Bohem. n.* 167. *Willd. Spec.* I. *p.* 894. C. *cespitosa* β? *Poiret Enc. meth.* II. *p.* 55.

Facies fere *cespitosae*, differt vero characteribus datis. Clo. *Poiret* nonnisi varietas videtur *cespitosae*. Caules adscendentes, pro plantula satis crassi, 9 et ultra poll., nunc simplices et uniflori, nunc ramosi, multiflori. Folia descripta 1½ poll., inferiora et media 3-4 lin. lata. Laciniae calycis erectae, 3-4 lin., lineares, corollâ patulâ duplo breviores. Stylus longitu-

dine fere corollae. Ad Specimina a bo. *Schmidt* missa. *In rupibus sylvae Bohemiae.* 2.

Obs. Differt a *rotundifolia* β., quâcum, fide speciminum, amicissimi *Hochel* et cls. *Sieber* ipse eandem commutaverunt, habitu crassiore, rigidiore, in *rotundifolia* β. flaccido, in qua folia omnino velutino-pubescentia, nec glabra, ut in *pubescente*, latiora longe remota, longissime petiolata. Calycis laciniae porro in hac reflexae setaceae, in *pubescente* lineares, erectae.

23. C. *gracilis Forst.*; caule filiformi angulato-striato: ramis subunifloris, foliis lanceolatis linearibusve: inferioribus passim oppositis, floribus 5-fidis, corollâ ovarium duplo-triplove superante, tubo lacinias subulatas calycis subaequante, stigmatibus 3. *R. Brown Prodr. Fl. nov. Holl.* I. *p.* 561. *Forst. Prodr. n.* 84. *Willd. Spec.* I. *p.* 891. α. *vincaeflora:* caule ramoso, laxiusculo; foliis adultis glabris, laciniis calycis margine laevibus, tubo corollae parum brevioribus, capsulâ oblongo-turbinatâ. *R. Brown l. c.* C. *vincaeflora* foliis lineari-lanceolatis, caule tereti, ramosissimo, pedunculis terminalibus elongatis unifloris *Vent. Malm. t.* 12. *Poiret Enc. meth. Suppl.* II. *p.* 56. C. *gracilis. Sims bot. Mag.* 691. C. *polymorpha* var. δ. *diffusa Soland. MS. Bibl. Banks?* (fide *Sims.*) β. *stricta:* caule ramoso, stricto; foliis pluribus oppositis, lineari-lanceolatis, subdentatis v-integerrimis; calycis laciniis linearibus, tubum corollae extus discoloris parum superantibus. *R. Brown* l. c. C. *gracilis Smith exot. bot. t.* 45. γ. *littoralis:* caule subramoso stricto piloso; foliis oppositis lanceolatis dentatis cartilagineo-marginatis, calycis laciniis tubo corollae brevioribus. *R. Brown* l. c. C. *littoralis* caule subunifloro, fol. lanceolatis dentatis, antheris brevioribus filamentis *Labill. nov. Holl.* I. *p.* 49. *t.* 70. *Lam. Enc. meth. Suppl.* II. *p.* 56. δ. *capillaris* caule capillari paniculato, foliis linearibus remotis, floribus 5-fidis, calycis laciniis capsulâ subglobosâ dimidio brevioribus. *R. Brown l. c.*

Planta polymorpha, quarum plures adhuc varietates in nova Zeelandia et nova Caledonia. α. Affinis *rotundifoliae*, sed folia rotunda nulla; flores caerulei majores. Rami graciles numerosi, simplices et bifurcati, parum patentes, paniculati inferiores oppositi, superiores alterni, substriati, fistulosi. Folia sessilia, acuta, subglabra, margine undulata aut subdentata. Cal. pubescens, globulosus, nervis 5 sulcatis laciniis lanceolatis acutis. Stylus et stigma pubescens. caps. 3-locularis, poris apice dehiscens. — β. Caulis pedalis, ramosus tereti-anceps, foliosus pubescens. Folia lineari-lanceolata sparsa, inferiora opposita. Pedunculi terminales solitarii erecti nudi uniflori. Cal. globosus, pilis deflexis dentibus subulatis. Cor. infundibuliformis azurea segmentis acutis. Caps. trilocularis, valvis

apice hiantibus. — γ. Caules teretes debiles, pedales, flore solitario, rarius 2 ad apicem ramorum. Folia anguste lanceolata, integerrima aut denticulis glandulosis, pilis aliquot raris; inferiora opposita. Laciniae calycis lanceolatae, corollae ovatae acutae. Filamenta apice dilatata, lobis 3 obtusis, intus tomentosis. Stigmata 3 acuta. Caps trilocularis, apice dehiscens. α. *in omni nova Hollandia*; β. *circa port. Jaskson*; γ. *in littore meridionali et insula van Diemen*, δ. *in nova Hollandia tropica*, 24.

Obs. Hanc et sequentem *quadrifidam* et *saxicolam* sub categoria: *capsulâ apice supero valvato*, CAMPANOPSES dixit cls. *Brown l. c.* Confer. C. *marginatam*.

24. C. *quadrifida R. Brown*; caule filiformi angulato-striato foliisque linearibus pilosiusculis, floribus quadrifidis, corollâ ovarium vix superante, stigmatibus tribus. *R. Brown Prodr.* I. *p.* 561.

Ad portum Jackson.

Obs. C. *gracili* nimis affinis et forsan varietas vernalis, in multis quoque convenit C. *lobelioidi Linn. Suppl.* p. 140. quae pariter capsulâ semivalvatâ instructa.

25. C. *saxicola R. Brown*; glabra, caule abbreviato, foliis confertis lanceolatis subdentatis, pedunculis unifloris scapiformibus, floribus quadrifidis, capsulis subglobosis *R. Brown l. c.*

In insula van Diemen.

Obs. Praecedenti (*quadrifidae*) propinqua, at distincta videtur.

26. C. *hederodoxa Vest*; foliis oblongis glabris, floribus axillaribus pedunculatis patulis, calyce brevi, terminalis praecocis laciniis lanceolato-subulatis corollâ parum brevioribus. *De Vest in litt.* C. *rotundifolia Pall.* in *Herbar. Pallas. Johannei.*

Pedunculi axillares e medio fere caulis capillares uniflori bracteolis minutis aspersi, flore 4 lin. longo patenti-campanulato, laciniis calycinis brevibus, germine minuto. Flos terminalis in nostro defloratus, in quo calyx fere ut in *adscendente*. Stigmata videntur filiformia, tenuia *De Vest.* *In Sibiria* 24. *Pallas.*

Obs. In eadem cum *adscendente* charta nomine *rotundifoliae*. Videtur vir immortalis nostras europaeas species non satis sibi notas habuisse, et similes utcunque nostris sibiricas pro illis sumsisse. *De Vest.*

27. C. *volubilis Pall.*; foliis ellipticis duplicato-serratis, superioribus ovatis glabris, caule volubili superne et subramoso, floribus ramorum terminalium subcymosis. *Reliqu. Willd. MS.*

Caulis pedalis et ultra pilosus, teres, foliosus; folia alterna sessilia, 2 1/2 poll., poll. lata, rugosiuscula; ex alis foliorum su-

periorum rami ramulosi apice floriferi foliosi; flores 1/2 poll., campanulati, erecti; corollae laciniae lanceolatae patentes, serratae, acutae. Stigma corollâ duplo brevius, tripartitum. *In Sibiria.* 2. *Pallas.*

28. C. *angustifolia Lam.*; caulibus multifloris, foliis inferioribus lanceolato-ovalibus petiolatis, caulinis linearibus, angustis, acutis, sessilibus. *Lam. Illustr.* 2. *n.* 2499. *Poiret Enc. meth. Suppl.* II. *p.* 57. An C. *Bocconi*, radice crassâ, multicauli, foliis radicalibus serratis acutis, caulinis linearibus. *Gmel. Syst. Nat.* I. *p.* 348? An *Gmel. Sibir.* 3. *t.* 33? quaerit *Lam.* cum *Poiret.*

Poiret l. c. Magnol. monsp. t. 46., ad *linifoliam* olim ductum, huc potius spectare; potius omnino quam sibirica planta, quae, saltem quoad citatum a *Gmelin S. V.* l. c. *Floram sibiricam* 3. *t.* 35. minime hujus loci. Differt ab affini *rotundifolia*, praeter characteres datos, floribus copiosioribus. *In Gallia meridionali.* — In *Fl. gall.* non adducitur, nequidem ut synonymon.

29. C. *Waldsteiniana*; glabra, foliis serratis, inferioribus ovatis, superioribus lanceolatis; caule flexuoso; floribus erectis. C. *flexuosa Waldst.* et *Kitaib. pl. rar. pannon. t.* 136.

Caules plures, digitales et palmares, cespitosi; folia remote serrata; caules 4-7 uniflori bracteis 2 parvis; calyx basi pentagonus, laciniis subulatis, basi interdum dentatis, patentibus aut reflexis; corolla violacea, laciniis obtusis profundis reflexis. *In raptbus Croatiae.* 2.

30. C. *lanceolata La Peyr.*; foliis lanceolato-acutis amplexicaulibus pubescentibus, imis serratis, superioribus integerrimis; floribus paniculatis, calycibus basi ventricosis. *La Peyr. Fl. pyren p.* 105. C. *rotundifolia Allion. Pedem.* t. 47. f. 2. et teste *Lapeyrouse* in *Abr. de Pyren. p.* 36. : C. alpina Polygoni vel Myrti folio parvo flore. *Tournef. Herb.* C. alpina minor, florum spicâ pyramidatâ. *J. R. H.* 111. C. alpina Hyssopi folio glabro. C. alpina Genistae tinctoriae folio caule angulato. *Vaill. Herb* β. latifolia ramosa. γ. foliis linearibus acutissimis integris serratisque. C. *pyrenaica Hechl*; glabra, foliis linearibus integerrimis, radicalibus subrotundis ovatis dentatis, caule stricto multifloro, corollâ patulâ. *Reliqu. Willd. MS.*?

Jam olim *Willdenow Spec.* I. *p.* 892. de C. *rotundifolia Allion*, monuit: „sine dubio alia species non descripta, icon enim quoad foliorum et corollae formam est diversissima a vulgari.“ Hinc fors minus fauste *Poiret Enc. meth. Suppl.* V. *p.* 594. eandem fortasse nil nisi varietatem esse *rotundifoliae*, subinde foliis extus pubescentibus.

Caules plures 1-1 1/2 ped., simplices, profunde sulcati, pilis ad angulos raris albis. Folia alterna, subinde opposita, magna, subinde crenata, ciliata, subtus glabra. Calyces breves, subangulati, glabri, laciniis linearibus acutis, nervo longissimo. Cor. saturate caerulea. Culturâ perstat. *La Peyr l. c.* — γ. nobis fors species distincta videtur proxima *cespitosae Scop.* *In pratis montium sabaudorum, pyrenaeorum, M. de Mijanès, d'Engauduë, d'Orlu etc.; β. in Pales de Cagire et de Crabere, γ. in Paillères, Rabat, Port de Coumebiere etc.*

31. C. *pauciflora Desf.*; caule ramoso debili; foliis ovatis denticulatis; ramis unifloris, floribus sursum spectantibus, laciniis calycis subulatis. *Desfont. Coroll. Tournef. Ann. Mus.* XI. *p.* 57. *t.* 7. C. cretica folio subrotundo flore parvo *Tournef. Cor. Inst.* 3.

Caulis 1-1 1/2 ped., teres, vix linea dimidiae in diametro, ramis 4-5; folia inferiora pollicaria, caulina minora patentia, brevissime petiolata. Laciniae calycis multo breviores corollâ. Cor. caeruleo-violacea, 8-10 lin. lata, laciniis ovatis acutis patentissimis. Antherae flavae. Stigmata 5. Caps. 5-locularis. *In fraticetis montium Cretae.*

32. C. *flexuosa Mich.*; glabra, caulibus erectis flexuosis, superne ramulosis, foliis lanceolatis, remotiuscule serratis, floribus paucis parvis breviter pedunculatis nutantibus. *Mich. Fl. bor. Amer.* I. *p.* 109. *Poiret Enc. meth. Suppl.* II. *p.* 56.

Pedalis, ramis foliosis. *In Carolinae montibus altis.*

33. C. *virgata Rafinesque*; foliis inferioribus lanceolato-linearibus, remotis, caulinis linearibus confertis, pedunculis longissimis terminalibus aphyllis ut plurimum unifloris.

Caulis vel ramus? subflexuosus, 1 1/2 pedalis, basi sublignosus, striatus, nitidus, rarissime pilo uno alterove, crassitie pennae columbinae. Folia nitida rugulosa subcoriacea, inferiora in petiolum attenuata 1 1/2-2 pollicaria, rare denticulo uno alterove ut in *persicifolia*, 2, ad plurimum 3 lin. lata, patentia superiora 1-1 1/2 poll. vix lineam lata, stricta. Pedunculi filiformes 2-3 poll., foliolo uno alterove setaceo, subinde flosculo sessili, abortivo. Flos 1/2 poll.; nunc erectus, nunc cernuus laciniis calycis erectis linearibus, germine triplo longioribus, longitudine tubi corollae tubuloso-vix infundibuliformi-campanulatae. Germen costatum. Ad speciem a clo. *Rafinesque* *In America boreali.* 2.

34. C. *divaricata Mich.*; glabra fucidula erecta, foliis lanceolatis remote serratis patulis membranaceis, paniculâ ramulis subaphyllis gracilibus divaricato-patentissimis pauciflo-ris, floribus parvulis nutantibus. *Mich. Fl. bor. Amer.* I. *p.* 109.

In Carolinae montibus altis.

35. C. *Herminii Hoffm.* et *Link;* caule paucifloro, foliis laevibus basi ciliatis, infimis ovalibus petiolatis, mediis lanceolatis, in petiolum longe angustatis, summis linearibus sessilibus. *Fl. Portug.* II. *p.* 9. *t.* 79. C. foliis lanceolatis utrinque attenuatis glabris integerrimis, corollis patulis longitudine laciniarum calycis setacearum. *Reliqu. Willd. MS.*

Affinis C. *linifoliae Decand.* et *rotundifoliae;* at foliorum mediorum formâ, pube, et habitu differt. Caulis adscendens, simplex, subpubescens. Folia infima pauca; inferiora et media plura, subintegerrima, acuta; summa pauca. Flores terminales 1-4, racemosi. Calyx glaber, laciniis linearibus, corollâ paullo brevioribus. Corolla coerulea. *In rupibus summorum cacuminum Serrae d'Estrella Cimadouro-dos-câes nancupatis.* ☉.

Obs. In pascuis *Herminii* ab ovibus depasta uniflora est, parvâ, foliis paucis. Haec est:

Campanula angustifolia pumila monantha lusitanica. *Tournef. Inst. p.* [illegible]

aegre ab affinibus distinguenda, hinc a *Villarsio* ad C. *Scheuchzeri* s. *linifoliam Decand.* relata. — Folia in speciminibus nostris, quae munificentiâ cli. *Link* debemus, omnino glabra, et nonnisi basi ciliata, *linifolid* longe latiora, magisque flaccida. Distinguitur ab omnibus nobis saltem notis affinibus calycis laciniis setaceis fere capillaribus, longitudine fere corollae patulae, deflexis et flexuosis.

36. C. *linifolia Haenke;* pubescens, foliis subhirsutis, radicalibus obovatis subrotundis serratis, caulinis confertis linearibus integerrimis, (aut lineari-lanceolatis subdentatis) dentibus calycinis setaceis. *Haenke* apud *Jacq. Collect.* 2. *p.* 81. *Schmidt Fl. Bohem. n.* 165. *Willd. Spec.* I. *p.* 893. (excl. C. *rotundifolia* γ. et *linifolia lapp. n.* 84.) *Hall. Helv. n.* 700. α. caule unifloro. C. *uniflora Vill. Delph.* 1. *p.* 500. *t.* 10. C. *valdensis Allion. Pedemont. n.* 400. *t.* 6. *Decand. Fl. fr. n.* 2835. *Poiret Enc. meth. Suppl.* II. *p.* 57. *Barrel. icon. t.* 487. *Boccon. mus. t.* 103. *Scheuchz. it.* VI. *p.* 454. *f.* 14. β. glabra. C. *Scheuchzeri Vill. Delph.* II. *p.* 503. *t.* 16. C. *linifolia Lam. Enc. meth.* I. *p.* 579. (excl. syn. *Magnoli*) *Decand. Fl. fr. n.* 2834. *Wahlenb. carpath. p.* 59. *n.* 197. *Hoppe exsicc.* C. *Schleicheri Sut. Fl. Helv.* I. *p.* 124. C. *subuniflora* caule inferne subhirsuto, foliis imis ovatis, superioribus angusto-lanceolatis, flore terminali erecto. *Lam. Illust. n.* 2500. C. *valdensis* β. *Poiret Enc. meth. Suppl.* II. *p.* 57.

Similis *rotundifoliae*, distincta tamen pubescentiâ, foliis caulinis latioribus, caule unifloro, rarius ramis 2-3 unifloris, corollae figurâ majore basique magis angustatâ." *Willd. l. c.* α differt

a β pubescentiâ, quâ tota, etiam in calycibus, tegitur; caule plerumque unifloro subcernuo, rarius 3-5-floro; foliis radicalibus oblongo-lanceolatis, subdentatis, basi attenuatis, superioribus lanceolato-linearibus; laciniis calycis ad medium usque corollae porrectis. — β. *rotundifoliâ* longior, laciniis calycis magis erectis, foliis omnibus linearibus aut lineari lanceolatis. Flos plerumque unicus sat magnus, interdum flores 2-6. Glabritie suâ inprimis ab α differt. Differentiam optimam petitur e calycis laciniis acicularibus, stamina vel corollam partem dimidiam superantibus. *Wahlenb. l. c.* *In alpibus a Sadetis ad mediterraneum.* 4.

Obs. C. *valdensem* nonnisi varietatem esse *linifoliae Decand.* nunc quoque in *Suppl. Fl. Gall. p.* 432.

37. C. *Vitinghoffiana*; caule pubescente, foliis inferioribus oblongis in petiolum attenuatis crenatis, caulinis linearibus subserratis, omnibus glabriusculis cauleque floreque strictis, calycis laciniis linearibus.

Specimen nostrum pedem parum excedit; caulis crassitie fili emporii; folia radicalia desunt; caulina decem sensim apicem versus decrescentia cauli appressa, rigidiuscula, aemula fere foliis *persicifoliae*; latissimum infimum obtusum 3 lin., parum ultra pollicem longum, superiora vix lineam lata, acutissima. Calycis laciniae acuminatae, 4 fere linearum, corollâ duplo breviores. Corolla minus perfecta, quam ut describi possit; laciniae tamen integrae mucronatae. *In Caucaso.*

38. C. *sajanensis Pall.*; subpubescentei-scabriuscula, foliis linearibus apice attenuatis, floribus paniculatis nutantibus, stylo longissime exserto. *Reliq. Willd. MS.*

Caules 1-2 ped., stricti, teretes, scabriusculi, ut folia pube tecti strictâ per lentem conspicuâ; folia inferiora serrata, superiora integerrima, acuta, sparsa. Flores parvuli in ramulis uniflo-ris, bifloris. Calycis laciniae corollâ dimidio breviores lanceolatae. Germen cylindrico-turbinatum. *In Sibiria.* 4. *Pallas.*

39. C. *rigescens Pall.*; foliis lanceolatis, radicalibus in petiolum attenuatis, crenatis; caulinis sessilibus, caule stricto simplici pubescente, floribus racemosis terminalibus, calycibus ciliatis. *Reliq. Willd. MS.*

Caulis spithamaeus pauciflorus. Corollae 1 1/2 poll., calyce duplo longiores, semiquinquefidae, laciniis parum ciliatis. Stylus calyce parum longior. *Rel. Willd.* *In frigidis ad lacum Baical.* 4. *Pallas.*

40. C. *erysimoides Vest*; foliis linearibus sparsis glabriusculis, caule erecto, floribus racemosis nutantibus, corollâ subpatulâ. *De Vest in litt. in Herb. Johanneo.*

Caulis simplex teres, foliis copiosis longis caule angustioribus pallide viridibus tectus, superne magis aphyllus. Flores in pe-

dunculis semipollicaribus, rariores. Corolla ad tertiam partem 5-fida, pollice brevior, triplo longior laciniis calycinis glabris. Herbà quasi CHEIRANTHUM *alpinum* referens. *De Vest.* Indeterminata in Herbario. *In Sibiria.* 2.

Obs. Speciei huic a clo. *de Vest* nobiscum communicatae sane proxima:

C. spicis linearibus rigidis integerrimis, longissimis, spicâ (i. e. racemo) secundâ terminante. *Gmel. Sibir.* III. *p.* 162. *t.* 33.

ab auctoribus (praeter *Gmelin* S. V. qui falso sub C. *Boccone* adducit neglecta. Descriptio l. c. sequens. „Rad? fol. radicalia? Caulis cubitalis, teres, firmus, simplex, aliquo usque nudus, tum foliis dense stipatus linearibus, 3-4 poll., lineam circiter latis, rigidis, acutis, apice cartilagineis, intense viridibus, infra dilutioribus, summis uncialibus brevioribusque margine revolutis. Florcs 2-4 aut plures *rotundifoliae* aliquando tamen majores, calycum etiam laciniis parum latioribus, in pedunculis brevibus 1-2 poll., pedicellis 1-4, spicam (racemum) fere semipedalem efformantes." In regione Transbaicalensi Vdae, Borsae siccissimis lapidosis. *R. S.*

41. C. *Gmelini Spreng.*; foliis laevibus linearibus, inferioribus argute dentatis, floribus paniculatis, (stylo clavato, longo). *Spreng. Mant.* 1. *p.* 56.

Caulis adscendens cubitalis foliosus; folia stricta infima remote et argute dentata, superiora integerrima. Panicula patentissima, ramis alternis. Stylus clavatus longus. *Spreng.* *E. Mongolia.* Nos a clo. Adam.

Obs. Cls *Sprengel* citat eum „VIDETUR *Gmel. Fl. sib.* 3. *t.* 33.; optime; quia nec icon *Gmelini*, nec descriptio nec ocblatissimus *de Vest* in sua *exsimeide* de stylo exerto vel laeviusimam excitant ideam. Nos quoque inter species sibiricas indeterminatas a clo *Adam* missas specimina tria possidemus in quae, praeter stylum corollâ triplo longiorem (ut de C. *Gmelini* petit *Sprengel*) tam exacte cadit descriptio *Gmelini* et *de Vest* et icon *Gmelini*, ut nonnisi foliis inferioribus serratis styloque exserto eandem distinguere valeamus.

42. * C. *patula*; foliis strictis, radicalibus lanceolato-ovalibus, paniculâ patulâ. (calyce denticulato. (erecto) *Smith.*) *Linn. Fl. suec.* 2. *n.* 186. *Spec.* 232. *Willd. Spec.* I. *p.* 896. *Smith brit. p.* 235. *Engl. Bot. t.* 42. *Decand. Fl. franç. n.* 2836. *Scop. Carn. p.* 262. (excl. syn.) *Scop. Carn. ed.* 2. *n.* 227. C. foliis plus minus patentibus, radicalibus ellipticis, basi attenuatis crenatis, caulinis sessilibus; paniculâ patente, laciniis calycis subulatis basi ut plurimum denticulatis; corollis patentissimis. *Schult. Fl. austr.* 2. *ed. n.* 901. *Fl. Dan. t.* 373. *Hall. Helv. n.* 698. *Dill. Eltham.* 68. *t.* 58. *f.* 68. β. *decurrens* foliis caulinis lanceolatis serratis decurrentibus. *Fl. suec.* 1. *n.* 178. — γ. *Fl.* albo.

Rad. attenuata, alba. Caulis erectus angulatus, scaber, foliosus, paniculatus. Folia scabriuscula crenata elliptico-lanceolata; radicalia obtusa, latiora, petiolata; caulina acuminata, sessilia

alterna; panicula patentissima. Flores erecti, basi attenuati, dilute (rubra) - violacei. Dentes calycini lanceolati, utrinque basin versus denticulati. *Smith.* *In Europae pratis pascuisque siccioribus; ad sepes.* ♂ *Linn.* et *Smith.* *Alliono vero* 2.

Obs. *Linnaeus* adjecit: „Calyx ad basin laciniarum utrinque denticulo livido"; hunc denticulum saepius vidit *Willdenow*, ut nos; *Pollich* vero se nullos vidisse *palat.*, *n.* 207. In icone *Dillenii* calyx hirsutus.

43. C. *neglecta*; foliis deflexis, radicalibus ovatis, paniculâ patulâ, calyce denticulato reflexo.

Simillima *patulae*, sed characteribus datis abunde distincta. Differt habitu tenuiore; graciliore, ramis pedunculisque capillaribus, calycis laciniis lineari setaceis, ante anthesin patentissimis, demum reflexis, corollâ triplo fere breviore. Corolla tertiâ parte *patulâ* minor. *Cum patulâ passim*, quâcum confunditur.

44. C. *calycina Boeber*; foliis ovato - oblongis serratis sessilibus scabriusculis, paniculâ terminali, calycibus corollâ dimidio longioribus. *Reliqu. Willd. MS.*

Calycis laciniae in acumen productae, serratae. *In Tauria.* 2. *Boeber.*

45. C. *Broussonetiana*; caule angulato ramoso - corymboso, foliis radicalibus rotundatis, caulinis ovato - ellipticis sessilibus crenatis integerrimisque patentibus sessilibus, corollis nutantibus, calycis laciniis lineari - lanceolatis. C. *ramosissima* caule corymboso - ramosissimo, foliis sessilibus ovatis integerrimis. *Reliqu. Willd. MS.*

Non dubitamus de synonymo *Willdenowi*, qui plantam suam a *Broussonet* e borealj Africa tulit, uti nos, qui etiam nostram *ramosissimam* dixissemus, nisi *Sibthorp* prius aliam hoc nomine salutasset. Folia nunc crenata, nunc integerrima in plurimis nostris speciminibus, quorum quaedam et nomine *bononiensis!* tulimus, a qua toto coelo diversa, *patulae* maxime affinis, et ab hac diversa, praeter characteres datos, staturâ ut plurimum pedali, habitu laxiore, caule ab ipsa basi ramosissimo, multo magis folioso, foliis vix pollicem longis triplo latioribus, corollâ minus patulâ, magis tubulosâ, calyce vix duplo longiore. *In Mogador.* *Broussonet.* ☉.

46. C. *Loefflingi Brot.*; caule angulato ramosissimo, paniculâ erectiusculâ, foliis radicalibus cordato - subrotundis reniformibusve, intermediis ovato - oblongis subintegerrimis patentibus sessilibus, corollis nutantibus. (calycis laciniis erectis setaceis.) *Brot. Fl. lusit. fasc.* I. *n.* 10. *Fl. lusit. p.* 287. *Loeffling iter ed. germ. p.* 178.

„Affinis C. *patulae*, ut pro varietate saepius habeatur, sed differt: caule inferne non simplici sed e basi ad apicem ramoso, foliis radicalibus, nec calycis laciniis lanceolato-linearibus,

„(sed setaceis erectis, fere ut in *Rapunculo.*)“ *Brot.* *In sabulosis umbrosis sylvaticis pascuis ad sepes et margines Mundae prope Conimbricam, etiam in Beira boreali.* ☉.“

Obs. Tulimus ex Hispania nomine *patulae* e regione matritensi.

47. * C. *Rapunculus;* foliis undulatis, radicalibus lanceolato-ovalibus, paniculâ coarctatâ. *Hort. upsal.* 40. *Willd. Spec.* I. *p.* 896. *Smith brit. p.* 236. *Engl. Bot.* 283. *Decand. Fl. fr. n.* 2837. *Fl. Dan. t.* 855. (quam *Smith* vero non citat.) *Hall. Helv.* II. *n.* 699. *Fuchs* 214. *Ic.* 122. β. paniculâ patentissimâ, foliis margine glabris. *Fl. Dan. t.* 1326. C. *decurrens Thore* fide speciminis) *Chlor. Land. p.* 64. γ. flore albo. *Hall. Helv. n.* 699. β. δ. calyce hispido. ε. capensis stricta.

Folia lanceolata. Racemus terminalis. Rami similes breviores erecti. Pedunculi terni saepius, intermedio longiore. Caulis angulatus scaber. *Linn.* Radix fusiformis alba dulcis esculenta. Caulis erectus virgatus angulatus foliosus, scaber pilis deflexis. Folia alterna, lanceolata sessilia scabra, undulata, denticulata, infima subelliptica. Panicula erecta multiflora subcylindracea compacta. Pedunculi conferti, longitudine varii, uni-multiflori, erecti Dentes calycis subulati integerrimi vel basi denticulati. Flores ventricosi, minores quam in *patula. Smith.* β. excepto caule, fere tota glabra. *In Helvetia, Anglia, Gallia.* ♂.

Obs. ε a clo. *Thunberg* nomine *patulae* tulimus, sed certo *Rapunculi* varietas; omnibus europaeae plantae simillima, sed stricta magis, folia breviora, minus hispida, et, verbo, britannicis speciminibus magis agnata.

48. C. *alata Desf.;* caule simplici, foliis lato-lanceolatis glabris decurrentibus, floribus sessilibus terminalibus. *Desfont. Fl. Atlant.* I. *p.* 178. *t.* 50. *Poiret Enc. meth. Suppl.* II. *p.* 59. C. *primulaefolia Brot.;* caule anguloso strigoso, foliis sublanceolatis duplicato-crenatis utrinque venis hispidis, caeterum glabris, floribus omnibus pedunculatis axillaribus solitariis binisque, terminalibus laxe glomeratis. *Brotero Phyt. lusit. fasc.* I. *n.* 9. *Fl. lusit. p.* 288.

Pedalis. Folia rugosa dentata. Calyces hispidi, laciniis lineari-lanceolatis acutis, subciliatis. Cor. caerulea, lobis ovatis obtusis. Stigmata 3. Caps. 3-locularis, basi poris tribus, *Poiret ex H. Desfont.* *In Atlas circa Majane Desfont. In subalpinis Algarbiorum et in Beira ad rupes umbrosas udas prope Conimbricam ad fontem do Gato. Brotero.* 2.

49. C. *elegans;* foliis lineari-lanceolatis integerrimis sessilibus, inferioribus latioribus subpetiolatis ad petiolum attenuatis laevibus; caule pubescente; floribus axillaribus demum spicatis, calycis laciniis longitudine corollae setaceis divaricatis subpungentibus. C. *speciosa Reliqu. Willd. MS.*

Caulis pedalis et ultra, simplex, teres, debilis; folia alterna, inferiora lanceolata, subdenticulata. Flores vix pedunculati in axillis foliorum superioribus spicam interruptam formantes. *Reliqu. Willd.* *In Sibiria.* 2. *Pallas.*

Obs. Nomen mutandum erat ob antiquiorem *speciesam Hornemann.*

5o. * C. *persicifolia*; caule angulato, foliis rigidis obsolete crenato-serratis, radicalibus oblongo-obovatis, caulinis inferioribus lanceolato-linearibus, supremis linearibus integerrimis sessilibus remotis; floribus magnis. *Schmidt Fl. Bohem. n.* 170. *Willd. Spec.* I. *p.* 897. *Decand. Fl. fr. n.* 2838. *Schult. Baierns Fl.* C. I. *n.* 14. *Fl. Dan. t.* 1087. *Bulliard. Herb. t.* 367. C. *decurrens Mill. Dict. n.* 2. *Hall. Helv. n.* 697. β. C. *pumila*, caule simplici unifloro, fol. firmis lanceolato-linearibus, sessilibus serratis approximatis, corollâ magnâ truncatâ. *Schmidt Fl. Bohem. n.* 71. (fide *Pohl.*) γ. germinibus hirtis. C. *persicifolia Scop. Carn. n.* 228. C. *persicifolia* β. *Wahlenb. carp. p.* 60. (excl. syn. *Kitaib.*) δ. foliis radicalibus lanceolatis. Rapunculus nemorosus angustifolius magno flore. *Bauh. Pin.* 93. ε. Fol. latioribus, caule praealto. εε. Idem caule ramoso, ramis axillaribus. ζ. foliis, exceptis summis, truncatis. *Vitm. Summ. plant.* I. *p.* 443. η Foliis subtus purpurascentibus, caule unifloro. κ. Tota pilosa, floribus majoribus. ι. maxima. *Curt. Mag. t.* 397. 9. Calyce quadrifido longitudine corollae. λλ. Floribus albis et plenis in omnibus fere varietatibus.

Tota glabra. Folia sessilia, inferiora ligulata; serraturae albidae. Cor. magnae, plus minus patulae. *In pratis sylvaticis Europae mediae et meridionalis; e Britannia exul.* 2.

Obs. In hortis pluribus nomine C. *nitidae* occurrit.

51. C. *infundibulum Vest*; foliis superioribus lanceolatis planis cum caule erecto subbifloro glabris integerrimis, floribus pedunculatis, corollis infundibuliformibus semiquinquefidis calycinis foliolis linearibus duplo majoribus. *De Vest in litt.* (Indeterminata in *Herb. Pallas. Johannei*).

Caulis teres glaber firmus; folia alterna longa, fere sublinearia. Flores 1-3. Germen oblongum glabrum coronatum foliolis fere lineam latis. Cor. ultra pollicem longa, semiquinquefida. Pistillum longitudine calycis. Accedit ad C. *persicifoliam*; sed diversa characteribus datis. *De Vest.* *In Sibiria.* 2.

52. C. *ptarmicaefolia Lam.*; caule simplici, foliis lineari-lanceolatis, serrulato-ciliatis, floribus sessilibus laxe spicatis erectis. *Desfont. Coroll. Tournef. Ann. Mus.* VI. *p.* 59. *t.* 6. *Lam. Enc.* I. *p.* 579. *Willd.*

Spec. I. *p.* 902. C. orientalis ptarmicaefolio *Tournef.* *Cor. Inst.* p. 4.

Caulis glaber, teres, 10-12 poll.; folia radicalia cespitosa, (1 1/2 poll.) caulina patentia. Flores axillares, solitarii; cal. brevis laciniis ovatis. Cor. violacea 7-8 lin., 4 lin. in diametro, laciniis brevibus, ovatis. Antherae flavae. Stigmata 3. *In Armenia.* *Willdenowi* descriptio („folia angusta linearia glabra, margine aculeis reflexis scabris denticulata. Flores sessiles erecti, calyce glabro, bracteis 3 parvis") *mala.*

Obs. *Willdenow* in Reliquiis habet inter CAMPANULAS foliis hispidis CAMPANULAM *ptarmicaefoliam* foliis linearibus margine ciliato-serratis, floribus sessilibus erectis ex Armenia ♃ a Do *Prestel*, quae vix differre videtur.

53. C. *linarioides Lam.*; caule virgato apice paniculato, foliis linearibus sparsis exiguis, floribus erectis terminalibus. *Lam. Enc. meth.* I. *p.* 580. *Willd. Spec.* I. *p.* 895.

Facies LINARIAE *vulgaris.* Caulis filiformis, fere glaber, laevissime striatus pedalis foliosus. Folia numerosa lanceolato-linearia dentibus nonnullis vix discernendis. Flores pedunculati parvi recti. Cor. caerulea profunde partita. *Lam.* *In Bonariae Montevideo.* *Commerson.*

54. * C. *pyramidalis*; foliis laevibus (ovato)-cordatis cartilagineo-serratis, superioribus lanceolatis, caule stricto elongato ramoso, pedunculis inferioribus subtrifloris. *Willd. Enum. H. berol.* I. *p.* 210. *Spec.* I. *p.* 898. *Scop. Carn.* *n.* 229. *Decand. Fl. franç. n.* 2839.

Tota glabra, 4-6 ped. et ultra; folia subglanduloso-dentata, lucida; flores magnitudine fere et formâ *rhomboidalis*, e caeruleo pallido lilacini, calycis vero laciniae breviores latiores, etiam flore clauso horizontaliter patentes, germine trigono duplo longiores. Cor. patula, ultra medium quinquefida. *In Pannonia, Italia, Carniolia, Sabaudia.* ♂.

55. C. *Willdenowiana*; foliis laevibus cordatis serratis, superioribus oblongis, caule stricto subramoso, pedunculis axillaribus trifloris, corollis rotato-campanulatis. C. *planiflora Willd. Enum. H. berol.* I. *p.* 210.

Similis *pyramidali*, a qua differt: caule humili, foliis nec crassis nec cartilagineo-serratis, pedunculis patentibus, corollâ fere rotatâ pallidâ fundo saturate caeruleo. *Willd. l. c.* Nomen mutandum erat, cum jam olim C. *planiflora Lam.*, quae *nitida Ait.* *Habitat — Berolini in frigidario.* ♃.

56. C. *obliqua Jacq.*; foliis oblongo-lanceolatis utrinque acuminatis serratis venis subtus hirtis, caule erecto stricto, racemo terminali, corollae campanulato-rotatae laciniis oblique flexis, stylo adscendente. *Willd. Enum. H. berol.* I. *p.*

210. *Jacq. H. Schönbr.* III. *p.* 47. *t.* 336. *Poiret Enc. meth. Suppl.* II. *p.* 57.

Caules plures angulati fere glabri, cicatrisati, 3 ped., superne ramis brevibus; folia lanceolata, 3-4 poll.; pedunculi breves axillares, inferius 2-3-, superiores uniflori; laciniae calycis lineari-lanceolatae patentissimae, reflexae. Cor. caerulea, campanulata, stylo trifido, capsulâ quinquangulari, apice valvis 5 dehiscens. *Poiret.* *Habitat — in Frigidariis.* ♂.

Obs. Saepius, ut vidimus, commutatur cum *americana.*

57. * C. *americana;* foliis cordatis lanceolatisque serratis, petiolis inferiorum ciliatis, floribus axillaribus sessilibus, corollis quinquepartitis planis, stylis corollâ longioribus. *Ait. Kew.* I. *p.* 220. *Willd. Spec.* I. *p.* 898 *Linn. Spec.* 233. *Pers. Syn.* I. *p.* 189. *n.* 34. (excl. *planiflora Lam.*)

Caulis et germina laevia. Folia acuminata. Flores 3 seu plures ex singulis alis s. bracteis. Corollae parvae. Stylus corollâ longior. *Linn.* *In Pensylvania.* ☉.

58. C. *planiflora Lam.;* foliis oblongis crenulatis rigidis sessilibus, floribus erectis planis. *Lam. Enc. meth.* I. *p.* 580. C. minor americana, foliis rigidis, flore caeruleo patulo. *Herm. lugdb.* 107. Trachelium americanum minus, flore caeruleo patulo. *Dodart Mem.* IV. *p.* 111. *t.* 111. (apud *Lamarck*, *Willdenow* vero citat *p.* 119. *t.* 118. Confer. *observ. nostram*). (Ergo teste hac a *Lamarckio* adductâ synonymiâ sine dubio). C. *nitida* foliis oblongis crenatis laevigatis, caulinis lanceolatis subintegris, corollis campanulato-rotatis. *Ait. Kew.* I. *p.* 221. *Willd. Spec.* I. *p.* 899. *Poiret Enc. meth. Suppl.* II. *p.* 58. (exclus. syn. *Mich.*) C. *nitida*, glaberrima, foliis radicalibus spathulato-oblongis coriaceis cartilagineo-crenatis, caulinis lanceolato-oblongis subintegerrimis, floribus racemosis, corollis campanulato-rotatis. *Pursh Fl. Amer. Sept.* II. *p.* 731. *β.* flore albo *Lam.*

Synonyma male a Linnaeo ad *americanam* fuisse ducta, *Lamarck l. c.* Rad. apice divisa in ramos plures, singulo cespite foliorum vestito. Folia descripta, laevia viridia, e quorum medio caulis ut plurimum simplex strictus rigidus substriatus, 5-6 poll., vestitus foliis sparsis, descriptis, parvulis, frequentibus. Flores caerulei aut albi, pedunculati, in axillis foliorum superiorum solitarii geminive. Cal. brevis, laciniis ovatis, acutis. Cor. fere plana, pollicem lata et ultra. *Lam.* ad plantam cultam in *H. reg. paris.* — Spithamaea, flores *Medii* magnitudinis, eleganter caerulei. Ab *acuminata* toto coelo diversa. *Pursh* in *Herb. Sherard.* *In America boreali, ut videtur Canada.* ♃. *Herb. Sherard.*

Obs. In *Ait. Kew. ed. 2. p.* 346. adducitur confirmans pristini nominis

restitutionem; C. americana minor flore caeruleo patulo *Robert ic. Miller Dict. ed.* I. *n.* 12. *Reuss* citat in Repertorio *T.* II. *p.* 15. *Dodart Act. Acad. paris. T.* IV. *p.* 311. *t.* 33. In nostra *Act. paris. edit. t.* 33. *p.* 621.

59. * C. *aurea;* capsulis quinquelocularibus, foliis ellipticis serratis glabris, floribus subpaniculatis quinquepartitis, caulibus fruticosis carnosis. *Willd. Spec.* I. *p.* 912. *Hort. Kew.* I. *p.* 223. *Linn. Suppl.* 141. *α. latifolia: Ventenat Malmais. p.* 116. *Duham. edit nov. t.* 41. *H. Kew. ed.* 2. I. *p.* 351. *β. angustifolia. Jacq. Hort. Schönbr.* IV. *t.* 472.

Suffruticosa, sempervirens, lactescens. Caudex pedalis et altior, teres, crassus, nunc tumidus, cicatrisatus, divisus, in summitate foliosus. Folia firmula, sparsa, approximata, patentia, elliptico-vel oblongo-lanceolata, spithamaea, duplicato-serrata, deorsum longe attenuata, decursive petiolata, laete virentia, lucida. Caules floriferi, annui, terminales, pyramidato-paniculati, remote foliati, stricti, multiflori, pede breviores, crassitudine ferme pennae olorinae; ramuli vel pedunculi axillares, sparsi, divaricati, 1-5-flori; pedicelli 1-flori, folio diminuto bracteati, secundo assurgentes, flore, 2-3 breviores. Flores inodori, erecti, ustulato-flavicantes, turbinato-campanulati, ultra unciam longi. Germen obverse pyramidatum, decemangulare, viridi-flavum, glabrum, calyce parum brevius, receptacula ovulifera 5, duplicato-septiformia, angulos columellae decurrentia, placentam duplicem secundum marginem parieti oppositam gerentia. Calyx persistens, coriaceo-rigens, 5-partitus, campanato-connivens; laciniis ovato-lanceolatis, distantibus, subincurvis, planis, acutis, intus lucidis. Corolla inclusa, pallidior, cylindrico-radiata, basi calycis imposita; infra in brevem cylindrum connata, inde recurvata, consistentiâ et glabritie fere calycis, sed duplo angustior, laciniae lineari-lanceolatae, cuspidatae, foliolis calycis denuo intervenientes. Stamina corollâ bis breviora, basi sertato-dilatata et inflexa. Stylus columellari-teres; stigmata 5 linearia-lobiformia, acuta, dorso convexiuscula et villosa, ad basin usque radiato-replicanda, apice in spiram torquenda. *α. in Madeirae littore; β. in interioribus insulae. Edw.* 2.

Obs. Difficile dictu, quam ex hisce varietatibus habuerit *Linnaeus* dicens: „Caules paniculati rupibus adpressi; folia lanceolata glabra; calyx coloratus, corollae tubus a calyce distans, laciniis linearibus reflexis."

60. *C. versicolor Sibthorp.;* foliis cordatis serratis laevibus, thyrso terminali, laciniis calycinis subulatis, corollâ rotatâ patulâ. *Sibth. Fl. Graec. t.* 207. *Smith Prodr. Fl. Graec.* I. *p.* 138. *n.* 481. *Andr. Repos. t.* 396.

Cor. 1 poll. in diametro, lilacina, intus alba, fundo atrovioláceo. *Propa Thessalonicam.* 2.

61. * C. *lilifolia*; foliis lanceolatis, caulinis acute serratis, floribus paniculatis nutantibus. *Willd.* Spec. I. p. 899. *Besser Fl. galic.* I. p. *Lam. Enc. meth.* I. p. 581 *Wah.* 162. *Schult. Fl. austr.* 2. ed. n. n. 905. *Waldst. Kitaib. pl. rar. palenb. carpath.* p. 60. *Gmel.* *Jacq. H. Schönbr.* III. t. 335. *non.* t. 247. *Fl. sibir.* III. t. 26. β. *suaveolens*, foliis subtus subhirsutis. C. *suaveolens Hortor.* γ. *hybrida*, floribus erectiusculis, stylo parum minore.

Rad. nodosa; folia radicalia, in planta florente emarcida, nunc glabra, nunc subpilosa, nunc nitentia; flores pallide caerulei rarius albi, nunc in paniculâ multiramosâ, nunc in racemo; bracteae 2 setaceae in pedunculo; laciniae calycis ovato-lanceolatae, subserratae? Stylus demum elongatus, corollâ tertiâ parte longior, stigmate caeruleo. Odor virosus; in β. suavis. *In Galicia circa Leopolin; in Ungaria in Scepusia, Comitatu Arvensi.* 4.

Obs. Gmélin, cujus figura pessima a *Wahlenberg* dicitur, l. c. duas distinguit varietates: I. C. urticae angustioribus foliis glabris rigidisque, *Amm. ruth.* n. 16. p. 10., et II. C. urticae foliis, glabram, floribus minoribus pendulis *Amm. ruth.* n. 17. p. 11.; et addit: mire variat florum magnitudine et colore, ramorum paucitate et pluralitate, foliorum duritie et mollitie, ut mihi Sibiriam peragranti primis quatuor et quinque annis sic imposuerit, ut tres aut quatuor diversas illius species statuerim. I. convenit cum planta *Kitaibeli*; II. altior, saepe orgyalis, foliis angustioribus fere linearibus distinguitur. Plane contrarium vero observat cls. *de Veet.*, duas iterum hujus speciei in specimenibus spontaneis fibiricis notans varietates: alteram *minorem*, foliis linearibus brevibus, vix caule latioribus; alteram *majorem*, foliis oblongis, 8-10 lin. latis, tripollicaribus, acuminatis. — Nobis saltem videtur olim fors lapsu calami *lilifolia* pro *liliflora* scriptum fuisse; flores omnino liliis similes, minime vero folia.

62. C. *intermedia*; foliis subpetiolatis lanceolatis, confertis remote serratis, floribus paniculatis nutantibus, stylo corollâ duplo longiore. C. *stylosae affinis H. Gorenk.*

Desunt speciminibus nostris folia radicalia; caulina in caule 3pedali glabro stricto 2 fere poll., 1/2 poll. lata, acuminata Pedunculi multiflori. Germina globosa, calycis laciniis serratis lanceolatis obtusiusculis corollâ infundibuliformi-campanulatâ truncatâ quadruplo brevioribus. *Habitat?*

63. C. *stylosa Lam.*; foliis petiolatis subcordatis acute serratis, floribus parvis subnutantibus, stylo exserto. *Lam. Enc. meth.* I. p. 581. n. 16. *Willd.* Spec. I. p. 901. C. *lilifolia* β. magis elongata, foliis subpetiolatis. *Wahlenb. carp.* p. 60. *Gmel. Sibir.* 3. p. 152. t. 27. *Bauh. Prodr.* 35. t. 35. (?)

Quâ ratione *Willdenow* hanc, quam non vidit, a loco, quo auctor, *Lamarck* et *Gmelin*, eandem posuit, removerit et posuerit sub *foliis scabris* non intelligimus. Caulis simplex, pe-

dalis et 1 1/2 ped., foliosus, glaberrimus ut tota planta, foliis descriptis, (multo profundius quam in *lilifolia* serratis) petiolis membranâ subalatis, floralibus subsessilibus, lanceolatis. Flores oblongi, caerulei, pedunculati, in panicula laxa, terminali. Corollae limbus obtusus. Stylus praelongus, stigmate clavato subtrifido. *Lam.* ex *H. reg. parisino*, ad quem nomine *lilifoliae* missa. *In Sibiria.* 2.

Obs. Caulis subinde apice ramosus, adscendens, non erectus. Flores clausi nutant, aperti, eriguntur. *Gmel. l. c.* Amicissimus *Besser Catalog. Krzemieniec* 1816 p. 27. monet *stylosam* vix esse distinctam a *lilifolia*, addit tamen recte: florere duabus septimanis prior hacce, flores esse quidquam minores, calycis lacinias germine minus sulcato breviores (in *lilifolia* idem aequantes vel superantes): attamen si folia non differre ait, specimina genuina non vidisse videtur.

64. *C. periplocifolia Lam.*; foliis cordatis serratis petiolatis, petiolis elongatis, caulibus adscendentibus pauciflo-ris. *Lam. Enc. meth.* I. *p.* 580. C. *stylosa β. Pers. Syn.* I. *p.* 189.

Affinis *stylosae*, sed multo minor, caules basi procumbentes, folia omnia petiolata, utrinque glabra; flores terminales pallide caerulei, *stylosae*. *Lamarck* qui cultam vidit in *H. regio*. *In Sibiria.* 2.

65. * C. *grandiflora*; foliis (sub) ternis oblongis (argute) serratis, caule (sub) unifloro, flore patulo. *Linn. Suppl.* 140. *Willd. Spec.* I. *p.* 891. *Jacq. H. vind.* III. *p.* 4. *t.* 3. *Curtis Magaz.* 252. C. *gentianoides* foliis ovato-lanceolatis serratis subsessilibus, ramis unifloris, floribus turbinatis patulis, stigmate 5-fido. *Lamarck Encycl.* I. *p.* 581. *n.* 18. *Gmel. Sibir.* 3. *p.* 153. *t.* 28. WAHLENBERGIA *grandiflora Schrad. Cat. H. Gott.* *β.* fol. ternis et sparsis.

Glaberrima. Caules debiles, nunquam (nisi culti) erecti, graciles, foliosi, apice ramis 3-4 parvis, 1-1 1/2 ped. Folia brevissima petiolata nunquam cordata, glabra, subtus glaucescentia, 2 poll. Flores terminales magni, eleganter caerulei, GENTIANAE *pneumonanthes*, (subinde 2-3), laciniis acutis. Stylus inclusus. *Lam.* Antherae flavae. Caps. ovato-acuta. *In Sibiria, Tataria.* 2.

66. C. *glauca Thunb.*; foliis sessilibus ovatis serratis subtus glaucis, caule angulato paniculato, pedunculis uniflo-ris. *Thunb. jap. p.* 88. *Willd. Spec.* I. *p.* 891. Keko *Kaempf.* 822.

Caulis suffruticosus glaber erectus, 2 ped.; rami valde angulati, erecti, subfastigiati, flexuosi; folia sparsa, serraturis argutis, margine parum reflexa, supra viridia, subtus scabra, inferiora majora patula, superiora erecta pollicaria. Flores axillares in summitate ramorum, solitarii, pedunculis bracteatis pollicaribus. Cal. subangulatus glaucus, laciniis lanceolatis reflexis.

Cor. magna caerulea. *Thunb.* *In Japonia, juxta Nagasaki.* 4.

67. * C. *rhomboidea*; foliis rhomboidibus serratis, spicâ secundâ, calycibus dentatis. *Willd. Spec.* I. *p.* 899. (excl. β.) *Wahlenb. Helv. p.* 40. C. *rhomboidalis Decand. Fl. franç. n.* 2840. *Lam. Enc. meth.* I. *p.* 581. *Scop. carn.* 2. *ed. n.* 146. *Hall. Helv n.* 693. *Boccone Mus.* 75. *t.* 61. *Barrel. Ic.* 567. β. foliis ovato-oblongis serratis, scabriusculis, racemo secundo, calycis laciniis acicularibus stamina excedentibus, corollae lobis rotundatis, apice callosis. *Wahlenb. carp. p.* 60 γ. foliis subtus hirsutis. δ. Flore albo. *Vill. Delph.* 2. *p.* 504.

Caulis simplex gracilis striatus fere glaber, foliosus, 1½-2 ped.; folia sparsa, sat frequentia, ovata, acuta, glabra, subinde aspera, dentata, ½ fere pollicis 12 — 15 millim. lata, inferiora sessilia, fere pollicaria. Spica terminalis parva, laxiuscula, e floribus dilute caeruleis, pedunculatis, saepe secundis. Calycis laciniae tenues, capillares. *Dec.* Caps. glabra, ventosa. — β differt foliis angustioribus, haud tam profunde serratis, pubescentiâ breviore versus marginem foliorum, cum in helvetica ramuli glaberrimi. *In alpibus Helvetiae, Italiae, Galliae; Pannoniae.*

Obs. Calyces dentatos *Linnaei* nunquam vidimus; semper calycis dentes subulatos; fere capillares.

68. C. *asteroides Lam.*; caule angulato virgato, foliis ovato-acuminatis serrulatis remotis, floribus sessilibus, axillaribus spicatis. *Lam. Illustr.* 2. *n.* 2515. *Poiret Enc. meth. Suppl.* II. *p.* 59.

Caules recti; cal. reflexus, corolla caerulea, patentissima; stylus exsertus, adscendens, stigmatibus 3. *Poiret.* *Olim culta apud ill. Lemonnier Vercellis.*

69. * C. *Alpini*; foliis lanceolatis serratis, inferioribus petiolatis, summis sessilibus, floribus nutantibus, stylo exserto. *Lam. Enc. meth.* I. *p.* 581. *Linn. Spec.* II. *p.* 1669. C. *rhomboidea* β. *Willd. Spec.* I. *p.* 899. C. pyramidalis minor. *Alp. Exot. p.* 340. C. *umbrosa Dietr. Nachtr. z. Gaertn. Lexik.* I. *p.* 675.

Non esse varietatem, cum *rhomboideâ* major, magis ramosa, praeter characteres datos. *Lam. In humidis ambrosis circa Bassano. Lam.* 4.

Obs. An eadem cum C. *urticaefolia*, caule erectiusculo, foliis superioribus sessilibus, spicâ secundâ, pedunculis unifloris; calycibus glabris. *Turre Giornale di Venezia t.* I. *Vitmann Summ. plant.* I. *p.* 454. Planta glabra; caulis bicubitalis, simplex, striatus. Folia ovato-lanceolata, inaequaliter et acute dentata. Flos ex singulis alis breviter pedunculatus. Similis C. *rhomboidali*. In Italia.

70. C. *crispa Lam.*; foliis laevibus petiolatis subcordatis duplicato-serratis incisis, caule simplici, floribus lateralibus et terminalibus patulis. *Lam. Enc. meth.* I. *p.* 58. *n.* 22. C. orientalis foliorum crenis amplioribus et crispis, flore patulo. *Tournef. Cor. Inst. p.* 3.

Caules 3-4, teretes, crassiusculi, laeves, foliosi, pedales circiter. Petioli foliorum inferiorum apice appendiculati. Pedunculi breves, unde spica foliosa, recta, duas tertias caulis occupans. Cor. brevis, lacinlis ovatis acutiusculis. Stigma 5-fidum. *Lam.* ad Herb. *Jussieu.* *In Armenia. Tournefort.*

71. C. *acuminata Mich.*; glabriuscula, caule stricto; foliis ovato-lanceolatis in longum acumen desinentibus, subserratis; spicâ fasciculato-multiflorâ, corollis subrotatis. *Mich. Fl. bor. Amer.* I. *p.* 108.

Tripedalis. *In remotis occidentalibus Pensylvaniae et Virginiae.*

Obs. Michaux citat *Dodart Mem.* 4. *p.* 119. *t.* 18., quae a *Willdenow* ad *nitidam.* Confer *obserr.* ad *planifloram.*

72. C. *ensifolia Lam.*; fruticosa, foliis ensiformibus (tenuissime) serratis glabris, floribus paniculatis nutantibus. *Lam. Enc. meth.* I. *p.* 582. *Willd. Spec.* I. *p.* 899.

Folia in caulis basi lignosi et ramorum apicibus rosulam formant, striato-nervosa, 2-3 poll., 4-5 lin. lata, *Yuccae* vel *Pandani* similia. E medio rosulae foliorum assurgit caulis paniculatus, 6 poll, foliis sessilibus distantibus minoribus. Pedunculi axillares uniflori nutantes. Cal. glaber, 5-partitus, laciniis lanceolatis. *Lam.* *In monte ignivomo insulae Borboniae. Commerson.* ♄.

73. * C. *fasciculata*; fruticosa erecta, foliis ovatis subunidentatis recurvis, floribus glomeratis terminalibus. *Linn. Suppl.* I. *p.* 139. *Thunb. Prodr.* I. *p.* 39. *Fl. Capens.* II. *p.* 25. *Willd. Spec.* I. *p.* 897. *Lam. Illustr. n.* 2524? *Poiret Enc. meth. Suppl.* II. *p.* 61.

Caulis teres subfiliformis cinereo-purpurascens hirtus, subsimplex, pedalis et ultra; rami apicis pauci breves; folia per totum caulem sparsa, e foliolis axillaribus minoribus glomeratis subfasciculata, sessilia integra marginata, margine reflexa undulata, recurvato-imbricata, glabra, semiunguicularia. Flores in ramis terminales aggregato-subpaniculati. Stigma trifidum. *Thunb.* *In Promont. b. Spei.* ♄.

Obs. Confer LIGHTFOOTIAM *commutatam.*

74. C. *Ottoniana*; fruticosa adscendens; foliis lanceolatis integerrimis unidentatisque, reflexis; floribus in ramis apiceque caulis terminalibus, longe pedunculatis solitariis.

Specimen, quod clo. *Otto* debemus, frustulum 4 poll., caule, ut videtur, adscendente, rufo, glabro. Folia coriacea descripta

caulem deorsum imbricatim tegentia, fasciculis foliorum duplo minorum ad axillas; folia 4-5 lin. longa, lineam lata, margine parum incrassata. Rami filiformes, 1/2-1 1/2 poll., folio uno alterove vix lineam longo, reflexo, glabri. Laciniae calycis lanceolatae acutissimae patentes subpubescentes, parum ultra lineam longae, triplo minores corollâ profunde divisâ, laciniis obtusis. Stylus in nostra saltem inclusus. *In Promont b. Spei.* ♄.

75. /* C. *unidentata;* erecta glabra, foliis lanceolatis acutis utrinque unidentatis, paniculâ divaricatâ foliosâ. *Linn. Suppl.* I. *p.* 139. *Willd. Spec.* I. *p.* 897. C. foliis lanceolatis denticulatis glabris, caule simplici, floribus racemosis. *Thunb. Prodr.* I. *p.* 139. *Fl. Capens.* II. *p.* 24.

Caules simplicissimi. Folia utrinque serraturâ unicâ setaceâ. *Linn.* Caulis herbaceus filiformis purpurascens glaber erectus apice cernuus, foliis tectus simplex pedalis et ultra. Folia sparsa sessilia subhastata margine reflexa, infra medium utrinque dente unico, imbricata, unguicularia. Flores caerulei in racemo coarctato; pedunculi capillares 1-3-flori; bracteae foliis similes sed minores et saepe integrae. Stigma trifidum. Differt a *tenella* foliis adpressis utrinque unidentatis et caule erecto. *Thunb.* *In Promont b. Spei.*

Obs. Specimina duo possidemus e cl. auctoris munificentiâ alterum caule simplici, alterum paniculâ divaricatâ; folia vix 4 lin., lineam lata, coriacea, acutissima, nunc integerrima, nunc uni- nunc bidentata, margine parum incrassata, opposita alternaque. Calycis laciniae lineares, unius lineae.

76. * C. *undulata;* foliis lanceolatis undulatis dentatis glabris (?) floribus racemosis subsolitariis caule calycibusque glabris. *Linn. Suppl.* 142. *Thunb. Prodr.* I. *p.* 39. *Fl. capens.* II. *p.* 26. *Willd. Spec.* I. *p.* 895. β. ramis dichotomis elongatis.

Caulis 1 1/2 ped., erectus filiformis laevis, superne subramosus; folia sessilia margine reflexo subdecurrentia repanda undata laeviuscula. Pedunculi terminales longi aphylli. Flores magnitudine C. *rotundifoliae.* Cal. dentibus acuminatis brevibus. *Linn.* — *Thunberg* in *Fl. cap.* l. c. petit caulem herbaceum inferne a foliis decurrentibus angulatum simplicem glabrum bipedalem. Folia alterna, marginata, pilis raris albis, patentia, pollicaria. Flores erecti caerulei. Pedunculi subpollicares. *In Promont b. Spei, in Swartland juxta Bergrivier.*

77. * C. *linearis;* herbacea, erecta, foliis linearibus integris glabris, floribus cernuis, capsulis hispidis. *Linn. Suppl. p.* 140. *Thunb. Prodr.* I. *p.* 38. *Fl. Capens.* II. *p.* 20. *Willd. Spec.* I. *p.* 895.

Caulis simplex filiformis flexuoso-erectus glaber purpurascens palmaris. Folia alterna marginata patula ramosa unguicularia. Flores subpaniculati albi. Pedunculi et pedicelli capillares,

floriferi, cernui, fructiferi erecti. Bracteae foliis similes. Cal. et capsulae hispidae pilis albis. *Thunb.* *In Promont. b. Spei, in sabulosis prope Heeren-Logement.* ⊙.

78. * C. *sessiliflora*; prostrata, foliis lineari-subulatis integris glabris, ramis cernuis, floribus axillaribus solitariis (sub) sessilibus. *Linn. Suppl.* p. 139. *Thunb. Prodr.* I. p. 896. *Fl. Capens.* II. p. 21. *Willd. Spec.* I. p. 896. *Poiret Enc. meth. Suppl.* II. p. 60.

Clo. *Lamarck* videtur eadem cum LIGHTFOOTIA *subulata Lt. Hérit. Sert. angl.* p. 4. t. 5., ad quam *Willdenow* CAMPANULAM *capillaceam Linn.* ducit. — Caulis herbaceus teres erectiusculus pedalis. Rami prope radicem saepe aggregati elongati subsimplices subangulato filiformes purpurascentes tenuissime villosi, apice nutantes. Folia sparsa sessilia margine reflexo, patentia vel reflexa, unguicularia. Flores versus summitates albi. Stigma trifidum. *Thunb.* *In Promont. b. Spei.*

Obs. Nos nomine C. *lateriflorae* a clo. *Thunberg* possidemus minus bene conservatum quam ut aliquid descriptioni addi possit.

79. C. *bracteata*; foliis trigonis acutis integris, floribus terminalibus sessilibus, bracteis erectis ciliatis. *Thunb. phytogr. Bl.* p. 20. *Fl. Capens.* II. p. 21.

Caulis fruticescens, teres, cinereus, pubescens, flexuoso-erectus, ramosus, pedalis et ultra; rami subsecundi, digitales; folia sessilia, alterna, foliolis axillaribus onusta, lineari-trigona, reflexa, glabra, lineam longa; flores subsolitarii, obvallati bracteis ovatis ciliatis acuminatis. *In Promont b. Spei.* b.

80. C. *stellata*; foliis ternis linearibus integris, floribus axillaribus pedunculatis. *Thunb. phytogr. Bl.* p. 20. *Fl. Capens.* II. p. 28.

Caulis fruticescens, teres, fuscus, glaber, ramosus, erectiusculus, palmaris, ramis alternis simplicibus curvato-erectis; folia sessilia acuta imbricata, unguicularia; flores solitarii in summitate ramorum, pedunculus capillaris, flexuosus, pollicaris. *In Promont. b. Spei.* b.

81. C. *triphylla Thunb.*; foliis ternis linearibus, floribus verticillato-ternis. *Thunb. jap.* p. 87. *Willd. Spec.* I. p. 892.

Radix fusiformis. Caulis herbaceus erectus, glaber. Folia sessilia acuta integerrima margine reflexa patentia glabra pollicaria. Flores ex axillis foliorum terni, pedunculis capillaribus unifloris, rarius divisis, foliis triplo longioribus. *In Japonia.* 2.

82. * C. *tetraphylla Thunb.*; foliis quaternis oblongis serratis. *Thunb. jap.* 87. *Willd. Spec.* I. p. 891.

Caulis glaber, angulis obsoletis, inferne simplex, superne pa-

niculatus, 2 ped. Rami quatuor oppositi alternique virgati diffusi subtetragoni floriferi glabri, superioribus brevibus capillaribus. Folia sessilia inferne attenuata acuta, subtus pallida, glabra erecta pollicaria vel paullo ultra, longitudine internodiorum. Flores in ramis racemosi cernui. Bracteae setaceae, glabrae. Racemi multiflori pedunculis capillaribus unguicularibus. Corolla albida stylo duplo brevior. Stigma trifidum. *Thunb.* *In Japonia.*

83. * C. *verticillata*; foliis subsenis lanceolatis dentatis floribusque verticillatis. *Linn. Suppl. p.* 141. *Willd. Spec.* I. *p.* 892. *Pall. iter.* 3. *p.* 719. *t.* 9. * *f.* 1.

Rad. crassa; caules plures recti, pedales et ultra. Folia fere ut in VERONICA *sibirica*, serrata. Pedunculi breves in apice caulis. Flores plures nutantes, caerulei. Calyces parvi laciniis setaceis. Stylus corollâ duplo longior. *Pall.* *In Davuria.* 4.

84. C. *marsupiiflora H. Gorenk*; caule erecto, foliis sparsis alternis oppositis ternisque lineari-lanceolatis integerrimis, paniculâ pyramidali, floribus cernuis, corollâ globoso-campanulatâ truncatâ, stylo eâdem triplo longiore.

Specimen nostrum, quod clo. *Otto* debemus, 1 1/2 ped., caule glabro striato crassitie pennae gallinae. Folia rigidiuscula, erecto-patentia, 1 1/2 poll., vix 2 lin. lata, glabra, subtus pallidiora, margine subrevoluta, retrorsum scabra. Pedunculi ex axillis superioribus, inferiores 2-1 1/2 poll., saepius flore uno alterove abortivo, folioloque uno alterove lineari. Germen vix 5 linear., laciniis lanceolatis acutis parum longius. Cor. dimidii pollicis, latior fere quam longa, laciniis obsoletis acuminatis. Stigma trifidum. *In Horto Gorenkiensi et beroli-nensi.* 4.

85. C. *Fischeri*; foliis subverticillato-sparsis, lato-lanceolatis, inaequaliter serratis, floribus paniculato-racemosis, calycis laciniis simplicibus lanceolatis, stylo longo exserto. *Fischer in litt.*

Habitat?

Obs. E horto *Gorinkensi* possidemus plantae bipedalis specimen, in quod exactissime cadit diagnosis: schedulae „*stylosa? lilifoliae? varietas e promontorio occidentali uralensi*“ adscriptum legitur. Caulis laevissimus striatus, medio tortus. Folia e cicatricibus in caule verticillata videntur, 3 poll. et ultra, poll. et ultra lata tenuissime membranacea, et vel hoc solo charactere distinctissima, dentibus remotis acutis, maxime inaequalibus. Foliola sub singulo ramo lanceolata, inferiora serrata, superiora integerrima. Flos in panicula terminali unicus, abortivis uno alterove. Calycis laciniae subserratae, reflexae, corollâ basi angustatâ sextuplo breviores.

86. C. *pereskiaefolia*; foliis ovato-lanceolatis subverticillatis subquinis grosse serratis, racemo simplici, calycinis

laciniis simplicibus lanceolatis, stylo exserto. *Fischer in litt.*

Habitat?

87. C. *filiformis Ruiz* et *Pav.*; capsulis bilocularibus apice dehiscentibus; foliis linearibus, inferioribus denticulatis, floribus terminalibus ternatis. *Fl. Peruv.* II. *p.* 55. *t.* 100. *fig. C.* C. *chilensis Molin. Saggio* 2. *ed. p.* 281.

Caules glabri, filiformes, pedales, subramosi; folia sessilia distantia, parva; cal. laciniis 5 acutis subreflexis; cor. albido-caerulea, calyce triplo longior; stigma bifidum; capsula calyce parum longior, imperforata, apice valvulis duabus dehiscens. *In aridis Chili, circa Concepcion.*

88. * C. *lobelioides*; caule ramoso stricto virgato, foliis lineari-lanceolatis denticulatis, pedunculis filiformibus elongatis, corollis infundibuliformibus tri-quadrifidisque. *Willd. Enum. H. berol.* I. *p.* 210. *Spec.* I. *p.* 894. *Schweigger Enum. H. regiomontani p.* 19. WAHLENBERGIA *pendula Schrad. C. H. Gott.* 1814. LOBELIA *juncifolia Hortor.* ROËLLA *cernua Hortor.*

Planta habitu *Lobeliae*, adeo tenera, eodemque modo divisa, etiam inflorescentiâ. Perianth. superum tri-pentaphyllum, foliolis ovatis obtusis persistentibus. Cor. minutissimae albo-purpurascentes, calyce duplo longiores, infundibuliformes. Tubus cylindraceus sensim ampliatus, limbi partiti laciniis erectis. Variat calyce et corollae limbo 3-5-partito, staminibus 3-5, ut facile tiro ab hoc seducatur, imprimis cum etiam capsula bilocularis. *Linn.* *In Madera, Teneriffa.* ⊙.

Obs. „Culta admodum varia; in olla vix 3 poll.; sub dio 1 1/2 ped. Florcs primarii calyce 5-4-partito, corollâ 5-4fidâ; stamina 5-4; secundarii calyce et corollâ 3-fidâ, stam. 3. Caulis adscendens, superne paniculatus; folia inferiora oblonga obtusa, basi attenuata, denticulata, superiora lineari-lanceolata aut linearia, integerrima vel denticulata; ramuli elongati paniculati pedicellis unifloris apice incrassatis; bracteae plerumque 2, oppositae lineares acutiusculae integerrimae; cal. superus; Cor. infundibuliformis, albicans, parum exserta, laciniis ovalibus obtusis; Caps. infera bilocularis, dissepimento valvulis contrario, polysperma. *Schweigg. Enum. H. regiomont. p.* 19. — Culta in quisquiliis hortorum ubique sponte nunc, etiam in infeliciissimo aeternis tenebris a Jesuita dicato horto Landishutano.

89. * C. *tenella*; caulibus diffusis filiformibus, foliis ovatis subunidentatis reflexis, floribus solitariis terminalibus. *Linn. Suppl. p.* 141. *Syst. Veg.* XIV. *p.* 207. C. fol. ovatis integris denticulatisque glabris, caule decumbente, floribus terminalibus solitariis. *Thunb. Prodr.* I. *p.* 39. *Fl. Capens.* II. *p.* 25. *Lam. Enc. meth.* I. *p.* 590. *Willd. Spec.* I. *p.* 915. *Poiret Enc. meth. Suppl.* II. *p.* 60.

LIGHTFOOTIA *oxycoccoides* *L'Hérit. Sert. Angl.* 4. *t.* 4. (fide *Thunberg Fl. cap.*)

Simillima LOBELIAE *tenellae* (LIGHTFOOTIAE *oxycoccoidi Willd.*) Caulis determinate ramosus durus. Rami simplices foliosi, tecti foliolis. Folia alterna confertiuscula sessilia minuta subimbricata laevia, obtusa, canaliculata, in quorum sinu foliola minima simillima, quasi ramulorum rudimenta. Pedunculi e summitate ramorum uniflori laterales foliis longiores. Calyx laevis acutus. Cor. 5-partita. Rarius carent folia dente laterali. *Linn.* Caulis herbaceus filiformis, uti tota planta glaber, decumbens, subpedalis. Rami sparsi, capillares, patulo diffusi. Folia sparsa sessilia integra saepius, raro in utroque latere unidentata, marginata, vix lineam longa; interdum axillae aliis foliis onustae. Pedunculi a ramulis continuati capillares. Cal. angulatus glaber. Stigmata 3 revoluta capitata. *Thunb. In Promont. b. Spei infra montem Tafelberg vulgaris.*

Obs. Non esse LIGHTFOOTIAM ob corollam monopetalam, licet profunde 5-partitam, nec LOBELIAM ob antheras distantes sagacissimus jam olim monuit *Lamarck Enc. meth.* I. *p.* 590. *L'Héritier Sert.* 4. *t.* 4. suam LIGHTFOOTIAM *oxycoccoidem* ab hac non diversam credidit. *Willdenow* tamen *Spec.* I. *p.* 887 LIGHTFOOTIAM *oxycoccoidem L'Herit. t.* 4. citavit ad suam (quae olim LOBELIA *tenella Linn. Mant.*) et quam *Smith exot. bot.* 2. *t.* 69. depinxit. Confer LIGHTFOOTIAM *oxycoccoidem.*

90. * C. *procumbens*; caule dichotomo diffuso, foliis ovatis crenatis, obtusis, floribus solitariis erectis. *Linn. Suppl. p.* 141. *Willd. Spec.* I. *p.* 915. C. foliis ovatis (obsolete) crenatis glabris, caule decumbente, flor. axillaribus solitariis. *Thunb. Prodr.* I. *p.* 39. *Fl. Capens.* II *p.* 28.

Caulis herbaceus tenellus cum ramis diffusus, totus glaber, ramis digitalibus et ultra. Folia opposita subsessilia ovato-subrotunda obtusissima reflexa glabra semiunguicularia. Pedunculi capillares uniflori. Stigma trifidum. *Thunb. In fossis aquosis prope urbem Cap.*

Obs. Calycis laciniae in speciminibus, quae munificentiâ cli. *Thunberg* debemus, non deflexae. Rad. repens. Folia vix 2 lin., 1 1/2 lin. lata. Cor. calyce vix duplo longior, vix 3 lin., patula. Calycis laciniae lanceolatae appressae glabrae.

91. C. *spathulata Sibth.*; pubescens, foliis inferioribus spathulatis crenatis; superioribus lanceolatis, caule unifloro, calyce dentato. *Sibth. Fl. Graec. t.* 203. *Smith Prodr. Fl. Gr.* I. *p.* 131. *n.* 476.

In Olympo Bithyno, et Parnasso. 2?

92. C. *ramosissima Sibthorp*; glabriuscula, foliis serratis lanceolatis: infimis obovatis, caule ramosissimo multi-

floro erecto pentagono. *Sibthorp Fl. Graec. t.* 204. *Smith Prodr. Fl. Gr.* I. *p.* 137. *n.* 478.

In Olympo Bithyno et Parnasso, etiam in insula Zacyntho. ⊙.

b. *Foliis scabris:*

93. * C. *latifolia*; caule tereti striato glabro, foliis ovato*-lanceolatis duplicato-serratis, pedunculis axillaribus uniflоris erectis, calycibus glabris (fructibus cernuis. *Smith.*) *Schmidt Flor. Bohem. n.* 172. *Willd. Spec.* I. *p.* 900. *Smith brit. p.* 236. *Engl. Bot. p.* 302. *Decand. Fl. fr. n.* 233. *Lam. Enc. meth.* I. *p.* 582. *Fl. Dan. t.* 782. *Hall. Helv. n.* 691. *β.* Flore albo. *Wahlenb. lapp.* 65. *Gunner norveg. n.* 55. *Fl. Dan. t.* 85.

Caulis simplicissimus; folia serrata. Flores ex alis superioribus solitarii pedunculati. Fructus cernui. *Linn.* Rad. ramosa lactescens. Caulis erectus, 3-4-ped., teretiusculus vel polygonus angulis obsoletis, hispidulus, foliosus, multiflorus. Folia ovata subpetiolata, duplicato-serrata, scabra. Pedunculi axillares uniflori, vix ac ne vix biflori, erecti, fructiferi deflexi. Flores maximi, speciosi, caeruleo-violacei. Cal. serratus, subciliatus. *Smith.* *In Europae montosis, sepibus a Lapponia usque.* 2.

Obs. *Smith* citat tantum *Fl. Dan. t.* 85. quae semper flore albo, monente *Wahlenberg l. c.*, et magis hirsuta, quam *Fl. Dan. t.* 782, quae in *Hort. Kew.* citatur.

94. C. *eriocarpa Marsch. a Bieberst.*; caule sulcato pubescente, foliis ovato-lanceolatis duplicato-serratis, pedunculis axillaribus solitariis erectis, germinibus lanatis. *Marsch. Fl. taur. cauc.* I. *p.* 149.

Statura et affinitas summa *latifoliae*; folia floresque magnitudine formâ et situ plane similia, sed caules foliaque hirta et germina lanâ densissimâ albâ tota obtecta. Segmenta calycina subciliata, ut in *latifolia* patentissima. *M. a B.* *In Caucaso iberico.* 2.

95. C. *urticifolia Schmidt*; caule angulato hispido, foliis (inferioribus cordatis) ovato-lanceolatis grosse serratis, pedunculis unifloris axillaribus cernuis, calycibus hispidis. *Schmidt Fl. Bohem. n.* 173. *Willd. Spec.* I. *p.* 901. *Decand. Fl. fr. n.* 2842. C. caule angulato simplicissimo, calycibusque solitariis nutantibus hispidis, foliis serratis, inferioribus cordatis petiolatis, superioribus oblongis sessilibus. *M. a Bieberst. Fl. taur. caucas.* I. *p.* 149. C. *latifolia β.* calyce cauleque hispidiore. *Wahlenb. Carpath. p.* 62. C. *Trachelium var.* 2. *Scop. Carn.* 2. *ed. n.* 234. *β.* foliis omnibus lato-cordatis, folio unico

terminali. γ. caule glabro. *Schott.* δ. caule glabro, superne ramosissimo, floribus plenis. *H. taur.*

Differt a *latifolia* praeter characteres datos dentibus foliorum majoribus; a *Trachelio* foliis superioribus et floralibus basi angustatis, caule simplicissimo. *Schmidt.* Folia radicalia et inferiora caulina cordata. *Willd.* An varietas TRACHELII? huic sane nimis affinis. β fors species peculiaris. *In Germaniae et Bohemiae, Galliae, Tauriae, nemoribus umbrosis.* β. *in alpe Kaischaur Caucasi.* ♃.

96. *C. scandens Pall.*; foliis longe petiolatis ovatis hispidis duplicato-serrato-crenatis, caule flexuoso, ramis scandentibus, floribus axillaribus solitariis. *Reliqu. Willd. MS.*

Caulis pedalis et ultra, scaber, ramis volubilibus hispidis; folia acuminata; flores pedunculati versus apicem caulis approximati, calycis laciniae corollâ breviores patentes dentatae ciliatae. *In Sibiria.* ♃. *Pallas.*

97. * C. *Trachelium*; caule angulato, foliis petiolatis, calycibus ciliatis, pedunculis trifidis. *Linn. Vir. Cliff.* 16. *Willd. Spec.* I. *p.* 903. C. c. a., fol. cordato-lanceolatis acute serratis calycibusque hispidis, pedunculis axillaribus paucifloris. *Smith brit. p.* 238. *Engl. Bot. t.* 12. *Decand. Fl. franç. n.* 2844. *Fl. Dan. t.* 1026. *Römer Fl. europ. Fasc.* 5. *Hall. Helv. n.* 690. β. flore albo. γ. flore pleno.

An hujus varietas C. *urticifolia*? quae toties sub hujus nomine et vice versâ? — „Folia ovata subcordata dentata. Pedunculi trifidi triflori.“ *Linn.* Caulis angulato-teres, angulis subalatis, strictus, hispidus, foliosus. Folia petiolata ovato-lanceolata, infima cordata, omnia profunde et inaequaliter serrata, scabra, plerumque setis pungentibus hispida. Pedunculi axillares apud nos rarius triflori, plerumque uniflori. Flores violacei, C. *latifoliae* parum minores. Calyx basi margineque hispidus, quandoque glaber. *Smith.* *In Europae sepibus, et in Japonia.* ♃.

98. C. *bellidifolia La Peyr.*; foliis radicalibus spathulatis crenatis ciliatis, caulinis lanceolato-acutis; caule flexuoso ramoso; floribus tubulosis. *La Peyrouse Abr. des Pyren. Suppl. p.* 36. C. Bellidis folio pyrenaica. D. *Fagon. Vaillant. Herb.*

1½-2 ped.; folia radicalia numerosa, longe petiolata; caulis glaber, superne sulcatus, angulis scabris, ramis aliquot brevibus, strictis, fere nudis. Flores magni; laciniae calycis longae, subulatae, glabrae; corolla tubulosa caerulea, laciniis parum profundis, nervosis, lanceolatis. *Herb. Vaillant.* ♂ videtur. *In Pyrenaeis (Fagon) at videtur circa Barèges.*

99. * C. *rapunculoides*; foliis cordato-lanceolatis, caule ramoso (simplicive), floribus secundis sparsis nutantibus, ca-

lycibus reflexis. *Linn. H. Cliff.* 17. *Spec.* 234. *Willd. Spec.* I. *p.* 901. *Smith brit. p.* 236. *Engl. Bot. t.* 1369. C. caule tereti foliisque subhirsutis, inferioribus subcordatis, superioribus lanceolatis, flor. sec. spars., cal. refl. scabris. *M. a. Bieberst. Fl. taur. cauc. I. p.* 150. *Decand. Fl. fr. n.* 2843. *Wahlenb. carpath. p.* 61. *Schult. baier. Fl. c.* I. *n.* 15. *Plenck t.* 152. *Fl. Dan. t.* 1327. *Hall. Helv. n.* 692. C. *nutans Lam. Fl. fr.* 3. *p.* 336. C. *hortensis Meerb. Ic. pict. t.* 10? *Hall. Helv. n.* 692. *Moris.* II. *Sect.* 5. *t.* 3. *f.* 32.

α. caulibus simplicissimis, floribus axillaribus solitariis longe racemosis. *M. a. Bieberst. l. c.* C. *secunda*, caule simplicissimo, foliis magis villosis, floribus secundis nutantibus, corollis minoribus. *Schmidt Fl. Bohem.* II. *p* 74.

β. ramis floriferis nonnullis lateralibus, floribus inferioribus binis ternisve. *M. a Bieb.* l. c.

Rad. repens. Caulis erectus hispidulus pilis arcte deflexis. Folia inaequaliter serrata, scabra, summa sessilia. Flores nutantes, magnitudine Rapunculi, caerulei, (rubro-lilacinique). Cal. scaber, laciniis lanceolatis integerrimis. *Smith.* *In siccissimis Europae ad sepes, in pomariis, et ad Caucasum; rarissima in Britannia.* 2.

100. C. *ucranica Spreng.*; foliis oblongis inaequaliter dentatis, subtus scabris, caule paniculato, bracteis calycibusque ciliatis. *Sprengel novi proventus Hort. acc. Hal.* et *Berol.* 1818. *p.* 8. C. *macrostachya Herb. Panz.*

Media inter *rapunculoidem* et *bononiensem*, prioris omnino varietas. Caulis glaber, cubitalis, ramosus. Folia radicalia cordata petiolata inaequaliter crenata, petiolis canaliculatis; caulina ovata oblonga, superiora lanceolata, basi attenuata, semiamplexicaulia, inaequaliter dentata, summa subintegerrima, linearia, hirsutiuscula, in bracteas abeuntia. Pedunculi reflexi secundi, bracteis breviores, hirsutiusculi. Calyces laciniis reflexis, ciliatis. Cor. campanulata caerulea. *Spr.* *In Ucrania.* 2.

Obs. Nobis *trachelioidi* haec *Sprengeliana* maxime affinis videtur, et fere vix diversa, nisi caule glabro, germinibusque canis. Cls. *Sprengel* l. c. hanc speciem *ucranicam Besser* dicit. Jam vero amicissimus *Besser Cat. H. Krzemieniec. Suppl.* II. *p.* 6. *ucranicam* nomini *betonicaefoliae* se obtinuisse eandem monet, et differre calycis laciniis et germine glabris, laciniis oblongis erectis inflexis, corollaque ampliore et breviore. In *Catalog. H. Krzem.* ann. 1816 ait vero ad suam C. *neglectam p.* 26: „nomen *ucranicae* muto, nam non „est Ucraniae incola, sed venit ex *H. Gorink.*, quo cl. *Fischer* e „Beschtau illam allatam fuisse suspicatur. Diagnosin sequentem pro„pono: C. foliis cordato-ovatis scabris, caule ramoso superne calycum„que laciniis patenti-inflexis *glabris*, floribus subsecundis sparsis. 2. „In proxima *rapunculoide* calycis laciniae revolutae scabrae.“ — Planta ergo cli. *Sprengel* vix eadem cum illa *Besseri*, quae *bononiensis* nostro,

101. C. *trachelioides M. a Bieberst.*; caule sulcato foliisque utrinque attenuatis hirtis: inferioribus ovato lanceolatis petiolatis, superioribus sessilibus, ramis floriferis paniculatis, calycibus reflexis barbatis. *Fl. taur. cauc.* I., *p.* 151.

Affinis *rapunculoidi*; sed pilis erectis sparsis undique magis hispida. Folia majora latiora. Ramuli floriferi foliosi axillares paniculati racemum terminalem stipant. Flores magnitudine et formâ *rapunculoidis*. Germina pubescenti-cana. Segmenta calycis pilis crebris erectis quasi barbata. *M. a B.* *In sylvis ad radices Caucasi Beschtau.* 4.

102. * C. *bononiensis*; foliis ovato-lanceolatis subtus scabris sessilibus, caule paniculato. *Linn. Spec.* I. *p.* 234. *Willd. Spec.* I. p. 901. C. caule tereti foliisque subtus villosis incanis, inferioribus cordato-lanceolatis petiolatis, superioribus sessilibus; ramis floriferis subpaniculatis, calycibus reflexis nudis. *M. a Bieberst.* I. *p.* 151. *Wahlenb. carpath. p.* 61. α. racemis floriferis numerosis paniculatis. *Hall. Hist. n.* 689. *Moris.* II. *Sect.* V. *t.* 4. *f.* 38. β. racemo solitario. *Haenke Collect.* II. *p.* 7? (An haec *simplex Decand?*) γ. foliis sessilibus amplexicaulibus crenatis, nervis subtus lanâ ferrugineâ laciniis calycis erectis. *Scop. Carn.* 2. *ed. n.* 232.

Caulis habitu VERBASCI *nigri*. Folia amplexicaulia lanceolata serrata. Thyrsus longissimus. Pedunculi saepius trifiori. *Linn.* — γ. facie C. *pyramidalis*, floribus in panicula longa stricta, pedunculis 3-5-floris; superioribus unifloris, laciniis calycis erectis lanceolatis, germine duplo longioribus. *Scop.* Fors species distincta. *In Baldo, Bononiae, in Carniolia,* α *ad Wolgam et in Helvetia;* β. *in Taurria;* γ. *in Littorali.* 4.

Obs. In hortis botanicis germanicis, ubi genuina *bononiensis* non satis nota videtur, passim nomine *multiflorae* et *Lichnitis* occurrit.

103 C. *simplex Decand.*; caule simplici pubescente; foliis pubescentibus ovato-lanceolatis crenatis; racemo simplici pedicellis unifloris, calyce glabro. *Decand. Synops. p.* 252 *Fl. fr.* III. *p.* 730. *n.* 2843 * *Poiret Enc. meth. Suppl.* II *p.* 62. C. *bononiensis Allion. Pedem. n.* 409. (excl. Syn.)

Affinis *articifoliae*. — Caulis gracilis rectus; folia sessilia, acuta, subtus pilis brevibus appressis, floralibus bracteiformibus, oblongis, vix pedunculo longioribus; flores parvi caerulei, pedicellis brevibus, patentibus aut reflexis, unifloris. Calycis laciniae angustae, tubo corollae non longiores. Differt a *bononiensi Linn.*: caule simplici, floribus non paniculatis, sed pedunculis solitariis; a *bononiensi Scopoli* foliis non tomento rufescente, calycis laciniis non longitudine tubi. *Decand. Circa Taurinum. Balbis; in apricis Bohemiae circa Karlstein Pohl. in Pannonia.* 4.

Obs. In fertilissima Pannonia, ut e speciminibus amicis. *Rochel* videmus, qui *bononiensis* nomine habet, interdum pedicelli inferiores multiflori.

104. C. *obliquifolia Tenor.*; hirsuta caule simplici erecto, foliis obliquis hirsutis bicrenatis; radicalibus oblique cordatis oblongis obtusis longe petiolatis, repandis, caulinis infimis petiolatis, petiolis alatis, summis amplexicaulibus acutis, racemis paniculatis secundis. *Tenore Fl. neapol. Prodr. p.* 15. *p.* 69. *t.* 17. *Synops p.* 35.

Fors *bononiensis* varietas; sed in nostra folia radicalia longe petiolata, obliqua, et calyx omnino glaber. *Tenore.* *In nemoribus montis Magellae.* 2.

105. C. *trichocalycina Tenor.*; glabriuscula; caule simplici basi hirto; foliis subsessilibus ellipticis grosse remoteque serratis, dentibus acuminato-setaceis, racemo terminali subsimplici, floribus breviter pedunculatis, calycis laciniis capillaribus, longissimis corollam profunde 5-partitam subaequantibus. *Tenore Fl. neap. Prodr. p.* 15. *Fl. neapol. p.* 67. *t.* 16. *Synops. p.* 35.

Fors *bononiensis* varietas; sed in *trichocalycina* folia radicalia longe petiolata, obliqua, calyx omnino glaber. *In monte Cerealto et in nemoribus Magellae.* 2.

106. C. *ruthenica Marsch. a Bieberst.*; caule tereti foliisque subtus tomentosis, foliis inferioribus cordato-lanceolatis petiolatis, superioribus sessilibus, racemo terminali longissimo, calycibus incanis, segmentis erectis. *Fl. taur. caucas.* 1. *p.* 151. C. *rapunculoides Pall. ind. taur.* C. *petraea Habl. taur. p.* 157. C. *lilifolia Rochel Herb.* C. *menthastri folio. Buxb.* C. V. *p.* 10 *t.* 19. C. orientalis altissima, flore parvo pyramidato. *Tournef. Cor. Inst. p.* 4.

Tomentoso-cana, caule racemoque saepissime simplicissimo, raro racemorum lateralium pari breviore; folia supra viridiora, caulina superiora sensim minora, reflexo-patula. Flores parvi, *bononiensi* minores, brevissime pedicellati, ad basin racemi bini terni quaterni. *M. a B.* *Prope Canersdorf et Berolinam et in aridis Pannoniae et Tauriae collibus, ad Caucasum rarior.* 2.

Obs. Affinis *bononiensi*, calyce satis distincta. An eadem cum *lanuginosa Lam.*? *M. a B.*

107. C. *spreta*: caule tereti apicem versus pubescente, foliis lanceolatis sessilibus sparsis et subverticillatis, grosse serrato-dentatis, dentibus acuminatis, utrinque praecipue subtus, subhirsutis; floribus racemosis, subpaniculatis; germinibus hispidis.

Tulimus pro C. *lilifoliae* varietate latifolia a clo. *Adam.* Caulis ped.; basi crassitie pennae anserinae, strictus. Folia infe-

riora (desunt radicalia) 2 poll. et ultra, parum ultra dimidium pollicem lata, superiora minora, acuminata. Flores in racemo subsecundo pedunculis unifloris, rarius multifloris, cernui. Germen globosum, longitudine laciniarum calycis patentium, demum reflexarum, linearium, denticulo subinde uno alterove, hispidarum. Corolla caerulea, infundibuliformi-campanulata, laciniis obtusis. Stylus vix ac ne vix calyce longior. *Habitat, ut videtur, in Sibiria.*

108. * *C. graminifolia*; foliis lineari-subulatis, capitulo terminali, (floribus subquinatis, laciniis corollae subpatentibus). *Linn. Syst. Veg.* 174. *Willd. Spec.* I. *p.* 902. *Waldst. Kit. pann. t.* 154. *Barrel Icon. p.* 332.

Similis PHYTEUMATI *hemisphaerico*, sed major. Radix cespitibus multis. Folia angustissima graminea basi ciliata, caulina subamplexicaulia moxque subulata. Caules simplicissimi, (6-12 in eodem cespite) vix foliis longiores. (rufescentes, 1 1/2 poll.-4). Flores fasciculati in capitulum, bracteis ovatis apice subulatis. Stigma bifidum. *Linn.* Cor. violacea; valvulae capsulae reflexae. *In Carniolia et Italia ad Aprutiam usque.* 2.

109. *C. tenuifolia Waldst. Kitaib.*; foliis linearibus, floribus in capitulo terminali duodenis quindenisve, laciniis corollae capsulisque erectis. *Waldst. Kitaib. pl. rar. pannon. t.* 155. *Schult. Oestr. Fl. 2. ed. n.* 915.

Affinis *graminifoliae*, sed omnibus partibus major, caule spithamaeo et ultra; folia setulis ciliata, fere setoso-dentata; involucra 15-16 dense ciliata; calyces omnes villosi; corollae magis tubuloso-campanulatae, violaceae, intus tantum arachnoideae. *In rupibus calcareis Croatiae Waldst. Kitaib., e rupibus in Abruzzo quoque specimen possidemus.* 2.

110. * *C. glomerata*; caule angulato simplici glabriusculo, foliis scabris oblongo-lanceolatis cordatis sessilibus, capitulo glomerato. *Willd. Spec.* I. *p.* 903. (excl. *β.*) C. caule angulato simplici, floribus sessilibus, capitulo terminali. (fol. ovatis crenatis *Smith.*) *Linn. Vir. Cliff.* 16. *Smith brit. p.* 239. *Engl. bot. t.* 90. *Fl. Dan. t.* 1328. *Hall. Helv. n.* 685. GENTIANA *collina With.* 282. *t.* 11. *f.* 8. (fide *Smith*) *Herm. parad. t.* 235. *β.* heterophylla *La Peyr. Abr. de Pyren. p.* 106. et, hoc teste in *Abr. de Pyr. Suppl. p.* 36. C. capite conglomerato, foliis Azarinae. C. pyren. flore glomerato, foliis rotundioribus hirsutis candicantibus. *Tournef. Herb.* *γ.* floribus solitariis per caulem sparsis. C. *glomerata β. Decand. Fl. fr. n.* 2845. *δ.* Flore pleno.

Folia ovato-oblonga sessilia obtusiuscula. Flores 3 sessiles in alis foliorum. Capitulum terminale. *Linn.* Caulis pedalis erectus, simplex, teretiusculus foliosus scabriusculus. Folia pilosa subtus pallida, radicalia longius petiolata atque subcor-

data, caulina amplexicaulia. Flores omnes fere terminales capitati, bracteis ovatis obvallati, violacei, speciosi. *Smith.* *In pratis aridis totius Europae, in fertilioribus Caucasi.* 2.

Obs. *Treviranus Jahrb. d. Bot.* I. 2. *St. p.* 17. ut varietatem peculiarem adducit C. *glomeratam Delph.* II. *p.* 505., caule 2 ped. et ultra, fol. cordatis brevibus obtusisque villoso-scabro, capitulis axillaribus terminalibusque, corollis plus duplo minoribus, externâ superficie villosis, quam in Tyroli calidiore.

111. C. *congesta*; caule angulato simplici et ramoso glabro, foliis scabris oblongo-lanceolatis cordatis, omnibus petiolatis, supremo sessili, capitulo glomerato terminali. C. *betonicifolia Gilibert* apud *Kluk* in *Besser Fl. galic.* II. *p.* 344. C. *glomerata* variet. foliis cordatis Betonicae petiolatis, summo tantum sessili. *De Vest in litt.*

Comparatis nunc undique speciminibus e Sibiria ad mare usque mediterraneum speciem hancce esse videmus distinctam, nec varietatem, characteribus datis abunde diversam. Foliorum caulinorum petioli longitudine folii, id est ultra pollicares. Caulis laevis, nec scabriusculus; folia crenata, subtus pallidiora. Raro, et nonnisi in speciminibus caule simplici, flos unus alterve axillaris. Corollae et calyces ut in *glomerata.* *Patria ut supra.* 2.

112. C. *elliptica Kitaib.*; hirsuta, caule simplici anguloso, capitulo terminali, foliis ellipticis obtusis, plurimis petiolatis *Kitaib.* apud *Schult. Oestr. Fl.* 2. ed. *n.* 918. C. *glomerata* β. *Linn. Willd. Spec.* I. *p.* 903. Trachelium oblongo folio alpinum. *Bocc. Mus.* 70. *t.* 58. *Hall. Hist. n.* 685. γ.

Folia 2 poll., 1/3 poll. lata, in petiolum attenuata amplexicaulem; bracteae infimae sub capitulo terminali (flores axillares ut plurimum nulli!) longiores floribus saturate caeruleis, grandiusculis; in *glomerata* vero semper breviores. — Accedit ad *speciosam.* *In Pannonia.* 2. *Div. Kitaibel.*

Obs. *Treviranus Jahrb. d. Bot.* I. *B.* 2. *H. p.* 17. hanc tantum *glomeratae* varietatem dicit, et distinguit: caule 1/2 ped. ad summum pedali glabro, fol. lanceolatis in petiolum attenuatis subpubescentibus, floribus capitulo solitario terminali, corollis majusculis glabris, quam in Tyroli frigidiori reperit.

113. C. *aggregata Willd.*; caule angulato glabro, foliis caulinis sessilibus aequaliter dentatis undulatis lanceolatis, floralibus cordatis, floribus axillaribus terminalibusque sessilibus, corollis tubulosis. *Willd. Enum. H. berol. Suppl.* I. *p.* 10.

Differt a simillima *glomeratâ* characteribus datis, et staturâ majore omnium partium. Doctissimus Senior inter Botanicos, *Panzer*, specimen nobis spontaneum in regione Hersbruckensi lectum innominatum, misit in quod exactissime cadit definitio data. Caulis 1-2pedalis. Folia inferiora in petiolum atte-

nuata, bipollicaria et ultra, pollicem fere lata, in petiolum amplexicaulem attenuata, pilis brevibus; flores fere a medio caulis in axillis sessiles. Calyx corollâ eleganter caeruleâ vix non pollicari ultra dimidium brevior, laciniis lineari lanceolatis in acumen fere subulatum attenuatis, hispidulis, ciliatis. *In Bavaria circa Heersbrack.* 2.

114. C. *speciosa Hornemann*; caule angulato subsimplici hispido; fol. radic. ovato-cordatis petiolatis, caulinis cordatis sessilibus, floribus glomeratis. *Hornem. H. Reg. Havn.* II. *p.* 957.

Hab. in Sibiria. Cl. *Hornemann* sub nomine CAMP. *glomeratae* sibiricae accepit.

Obs. Specimina, quae a clo. *Panzer*, qui semina e *horto berolinensi* repetitis vicibus nomine C. *aggregatae* tulit, possidemus, huc omnino, nec ad praecedentem spectant; huic enim semper caulis hispidus, nec glaber, qualem in *aggregata* petit *Willdenow*. Differt planta speciosissima staturâ duplo majore omnium partium, pubescentiâ majore, dentibus foliorum inaequalibus, glomerulis axillaribus in axillis foliorum pedunculatis.

115. C. *nicaëensis*; caule angulato simplici glabro, foliis radicalibus oblongis in petiolum attenuatis, caulinis confertis subcordatis ovatis acuminatis crenatis pubescentibus, subtus hispidulis, capitulo terminali. C. *glomerata Allion. ped. n.* 411. *t.* 39 *f.* 1. (icon exclus. omnibus synonymis)

Haec est illa de qua *Allione* l. c. ad *glomeratam*: „exhibetur icone varietas singularis, quam habui ex comitatu nicaeensi, in qua folia conferta sunt et florum fasciculi approximati brevem et densam spicam constituunt.“ Semipedalis, stricta, foliis floralibus strictis, nec recurvatis. Calycis laciniae fere subulatae. Non est varietas *glomeratae*, pro qua tulimus a clo. *Viviani*. *In regione nicaeensi.* 2.

116. C. *foliosa Tenor.*; hirsuta, caule angulato simplici, foliis omnibus petiolatis cordato-ovatis bidentatis hirsutis, utrinque viridibus, petiolis alatis, floribus sessilibus capitato-glomeratis, involucri foliis ovato-cordatis latissimis, stylo corollâ breviore. *Tenor. Fl. neapol. Prodr. p.* 16. *Fl. neap. p.* 71. *t.* 18. *Synops p.* 35. *Trachel.* alpinum floribus conglomeratis, foliis Asarinae rigidis et hirsutis. *Herm. parad. t.* 235.

Differt a *glomerata* characteribus datis et floribus intrafoliaceis interrupte spicatis. Affinis videtur speciosae. *In sylvis montis Virginis et Magellae.* 2.

117. * C. *petraea*; caule angulato simplici, floribus sessilibus capitato-glomeratis, foliis subtus tomentosis. *Linn. Spec.* I. *p.* 236. *n.* 20. C. foliis lanceolato-ovatis serratis hispidis, floribus per caulem dense congestis. *Segu. ver.* I. *p.* 179. C. alpina sphaerocephalos. *Bauh. Pin. p.*

94. Trachelium majus petraeum. *Pon. bald.* 333. *Bauh. Hist. 2. p.* 801. (non 301).

Folia ovato-oblonga, obtusiuscula, serrata, supra scabra, subtus tomentoso-nivea. *Linn.* *In monte Baldo.* 4.

Obs. Haec *Linnaeus.* *Willdenow* adjunxit *Pluk. phyt.* 183. *f.* 5. in *Spec.* 1. *p.* 905. et ibidem *p.* 904 (sub *glomerata*) monet C. *glomeratam Allion. Pedem. n.* 411. *t.* 39. *f.* 1. potius ad *petraeam* pertinere videri, quam tamen habet divus *Allioni* et speciem propriam sub *n.* 413. *Fl. Pedemont.* *) *Decand. Fl. fr. n.* 2845. hanc 'glomeratae γ facit, sed addit folia oblonga lucida, floribus magis capitatis, quod potius ex *Boccone*, quam ex *Allione*, dictum videtur, et fore ad C. *ellipticam* spectat. *Decandolle* adhuc ad γ citat C. *petraeam Delarbre Fl. aur.* 47. et monet speciem esse distinctam ob stylum calyce breviorem. Lecta fuit a *Lamarck* in Avernia. *Persoon glomeratae* varietatem esse *petraeam* dixit.

118. C. *Raineri Bibl. ital.*; foliis ellipticis dentatis petiolatis alternis, cauleque simplici (sub) unifloro pilosis. *Descriz. di una nuova Campanula etc. c. fig.* Milan. 1817. *Biblioteca italiana.* n. XIII. *Januar* 1817. C. *Perpenitiae*; caule folioso subunifloro, foliis ellipticis scabris (sub) serrato-dentatis, calycinis laciniis lanceolatis acuminatis glabris, (pilosisque) *Moretti in litt.* *Treviran. Jahrb. d. Bot.* I. *B.* 2. *St. p.* 13.

Rad. repens, stolonifera; caulis 2-3 circiter pollicum; folia pollicaria. Calycis laciniae dentatae, obtusae, basis violacea pilosa; Cor. caerulea calyce duplo major. Stylus trifidus. *In Valsassina monte Codeno, Val di Trompia, Corni di Canzo.* 4.

Obs. Affinis C. *Bellardi*, sed folia multo minus profunde dentata piloso-scabra.

119. *C. *Cervicaria*; hispida, floribus sessilibus, capitulo terminali, foliis lanceolato-linearibus undulatis. *Linn. iter. oelaud. p.* 115. *Willd. Spec.* I. *p.* 904. *Decand.*

---

*) Eadem nobiscum sentit cls. *Treviranus Jahrb. d. Bot.* I. 2. H. *p.* 15., ubi iconem *petraeae* a *Pollini* datam in *Element. Bot.* II *t.* 5. *f.* 1. laudat, et sequentibus describit *petraeam*: „Rad. simplex. Caules numerosi angulosi villosi decumbentes, extremitate floriferâ demum adscendentes 1/2-1 1/2 ped., et tunc ex axillis inferioribus ramuliferi. Folia ovali-oblonga obtusa crenata, interque crenas revoluta, sessilia, supra pubescentia, subtus tomentosa. Capitulum terminale florum 20-30 brevissime pedunculatorum, bracteis cinctum numerosis folia caulina aemulantibus, sed minoribus, integerrimis. Calycis tubus villosissimus dentibus linearibus obtusis erectis paulo brevior. Corolla parum minor thyrsoideâ, alba, extus villosa, minime „pentapetala" ut *Seguieri*, sed in lacinias 5 ovatas patentes ad medium usque fissa." Icon tamen *Allioni t.* 39. *f.* 1. non est, ut clo. *Trevirano* videtur, *glomeratae* varietas, sed species certo! nostra *nicaeensis*.

Fl. fr. n. 2846. *Lam. Enc. meth.* I. *p.* 584. *Fl. Dan. t.* 787. *Gmel. Sibir.* III. *t.* 31. C. *spicata Genersich Elench. scepus. n.* 192. *Hall. Helv. n.* 636. *Thal. Ic.* 8. *n.* 1. *Bauh. Prodr. p.* 36. *f.* 2. β. Flore albo. γ. foliis planis. *Kitaib. in litt.*

Corollae anguli exteriores longitudinaliter ciliati. Caulis elongatus hispidus. Flores laterales, ut plurimum tres in fasciculo sessiles, terminales 6-8 in capitulo hemisphaerico. *Linn.* Tota hispida. Flores tubuloso-campanulati, terminales et axillares, corolla dilute violacea. — In hac, ut in *glomerata*, specimina ex Europa meridionali capitulo tantum terminali, floribus minoribus; specimina vero ex Europa boreali floribus majoribus, capitulo terminali floribusque in axillis foliorum superiorum. *In Europa a Suecia ad mediterraneum*, γ. *in Slavonia.* ♂.

Obs. Divus *Kitaibel* nos monuit, se cum *Winteri* calycum sinus reflexos observasse in *Cervicaria*, quod et nos notavimus in siccis. An ergo hujus sectionis?

120. C. *cervicarioides;* hirta, floribus sessilibus capitulo terminali, glomeribusque axillaribus; foliis caulinis lineari-lanceolatis subamplexicaulibus acutissimis complicatis crenato-serratis.

Tulimus a Do. P. *Biroli* nomine *aggregatae Willd.*, *glomeratae Allion.* illa certe non est; si vero *glomerata Herb. Allion.*, toto tunc coelo diversa a *glomerata* Germanicorum. Caulis 1 1/2 ped. et ultra, atropurpureus, pilis deflexis hirtus. Folia radicalia oblonga petiolo longitudine folii pollicaris. Folia remota parum, inferiora vix 1 1/2 poll., 4-5 lin. lata. Flores in axillis 3 superioribus terni. Calyces et corollae pubescenti hirsutae. Stylus exsertus. — Media quasi *glomeratam* inter et *Cervicariam*. *In Italia.* 4 *videtur.*

121. C. *multiflora Waldst. Kitaib.;* caule simplici subtereti foliisque oblongis crenatis sessilibus hispidis, floribus in spicam longissimam conglomeratis. *Waldst. Kitaib. pl. rar. pannon. t.* 263. *Schult. Fl. austr. 2. ed. n.* 913. C. *macrostachya*, hispida, caule simplici, spicâ terminali; floribus inferioribus glomeratis, foliis lineari-lanceolatis crenatis, *Willd. Enum. H. berol.* I. *p.* 213. (fide *Kitaibel.*) C. *cervicaria imbricata Rochel. Hb.*

Calycis laciniae non reflexae, hinc non sub capsulis obtectis. Caulis 2-3 ped., rarius pedunculo inferius longiore; folia inferiora lato-lanceolata, superiora oblonga, cordata. Flores in spica ad 100 et ultra, parvi, infra seni septeni, apicem versus terni, corollae tubulosae, pallide violaceae, laciniis calycis duplo longiores; bracteae calyce breviores. *In monte Versetz sub ruderibus castri.* ♂.

122. C. *collina M. a Bieberst.;* caule simplicissimo pauoifloro, foliis hirtis: inferioribus cordato-lanceolatis petio-

latis, superioribus oblongis sessilibus, floribus nutantibus, calyce subhispido. *Fl. taur. cauc. p.* 152. α. *major*; petiolis radicalibus longissimis, germinibus hispidis. *M. a B. l. c.* β. *major* (?); foliis brevioribus breviusque petiolatis, calycibus glabris. *M. a B. l. c.* C. *collina*; fol. ovato-lanceolatis crenulatis in petiolum decurrentibus, paniculâ laxâ subsecundâ, corollis cyathiformibus, laciniis revolutis pilosis, foliolis calycinis erectis glabris corollis multo brevioribus. *Sims* in *Bot. Magaz. p.* 927. *Ait. Hew. 2. ed.* I. *p.* 348. γ. pumila subuniflora, calycibus hispidis glabriusculisve. *M. a B. l. c.* C. orientalis angustifolia pumila, floribus caeruleis uno versu dispositis. *Tournef. Cor. Inst. p.* 4. (fide Herb. *Tournef.*)

Polymorpha; humilis et pauciflora in alpibus, pedalis floribus ad 10 usque in demissioribus. Folia caulina pauca remota minuta. Flores magnitudine *rapunculoidis* secundi, remoti, nutantes; pedunculis inferiorum interdum longitudine florum. Cal. erectus, in α germine valde hispido, in β fere glabro. Cor. ampla caerulea intus hirsuta. *M. a B.* *Ad Caucasum*; α. *in graminosis ad acidulam Narzana*; β. *in Iberiae montibus*; γ *in valle alpina Kobi et in alpe Haschaur.* 2.

123. C. *azurea Soland.*; foliis ovato-oblongis sessilibus serratis (utrinque pilosis) caule simplici angulato, floribus paniculatis. *Sims in Curt. Mag. t.* 551. *Ait. Kew. 2. ed.* I. *p.* 348. *Bankss. MSS.*

Caulis erectus simplex, angulis quatuor prominentibus subcartilagineis. Folia radicalia pauca, petiolata, cordato-ovata, serrata, subtus pilis raris tenuiter sparsis, margine pilosioribus. Pedunculi longi, filiformes, axillares, semel aut bis divisi, pedicellis nutantibus, bracteis linearibus. Cal. pentagonus. Segmenta subulato-filiformia, dimidio corollae longiores. Corolla violacea (in icone) segmentis semi-ovatis acutis. *Ex Helvetia missa Do. Swainson, unde Salisbury.* 2.

Obs. C. *collinae M. a Bieberst.* tanquam synonymon esse subscribendam videtur clo. *Poiret Enc. meth. Suppl.* V. *p.* 594, quod vix videtur, cum utraque in *H. Kew. ed.* 2., et, quoad icones, distinctissimae species.

124. C. *elongata Willd.*; caule ramoso adscendente, foliis lanceolatis sessilibus dentatis hirtis, pedunculis elongatis unifloris glabris, calycibus hirsutis corollam subaequantibus. *Willd. Enum. H. Berol. Suppl.* I. *p.* 10. WAHLENBERGIA *elongata Schrad. Cat. H. Gott.* 1814.

Pedunculi terminales, primarii pedales, reliqui breviores, glaberrimi. Cor. 5-partita, vix calyce longior, saturate intus coerulea, externe albido-caesia. *Willd.* *Habitat — Berolini in frigidario.* ⊙.

125. C. *Lorei Pollin.*; foliis inferioribus petiolatis ellipticis, superioribus semiamplexicaulibus, oblongo-lanceolatis, (crenato-) serratis: calyce strigoso, laciniis corollâ (patulâ) longioribus. *Pollin. Cat. H. Ver. Ann.* 1812. *p.* 9. *Ejusd. Element. bot. T.* II. *p.* 149. tab. ult. f. 1. *Ejusd. Hort. et Prov. Veron. plant. nov. Fasc.* I. *Balb. App.* ad *Cat. H. Taur.* 1813. *p.* 9. *Poiret Enc. meth. Suppl.* V. *p.* 594. *Treviran. Jahrb. d. Bot.* I. *B.* 2 *St. p.* 14. CAMP. *baldensis Balb. Cat. H. Taur. Ann.* 1813. *p.* 20.

Sesquipedalis et ultra, ramis elongatis; caulis hispidus pilis brevibus rigidis, raris, ut folia, quae inde tantum scabriuscula: inferiora obovata, longe petiolata, media in petiolum attenuata, suprema sessilia. Flores axillares et terminales pedunculis 1-3 poll., glabris. Germen hispidum pilis brevibus, rigidis, albis. Calycis laciniae lineari-lanceolatae, serratae. Cor. fere 1 1/2 poll. in diametro, *patalae.* *In monte Baldo.* ⊙.

Obs. Cis. *Treviranus* distinguit C. *Lorei* pedunculis unifloris, germine strigoso, calycibus corollam subaequantibus a simili *patula*, cui paniculae patulae rami subtriflori, calyces corollâ breviores: folia utrique oblonga crenata.

126. C. *lactiflora M. a Bieberst.*; foliis lanceolatis biserratis cauleque ramoso hispidis, floribus paniculatis, calycibus hispidis, segmentis dilatatis serratis. *Fl. taur. caucas.* 1. *p.* 153. C. *hispida H. Gorenk.* (fide Specim).

Speciosa, 2 ped., superne paniculato-ramosa. Folia lata, pilis pellucidis rigidis sparsis sicut caulis et calyces hispida. Dignoscitur ab omnibus facillime calycinorum segmentorum latitudine et serraturis, corollisque magnitudine C. *rapunculoidis* lacteis aut dilutissime caeruleis. *M. a B.* Culta spontaneâ multo major, floribus caeruleis. *In herbidis alpinis Caucasi circa castellum Wladi-Kawkas et in alpe Kaischaur.* 4.

127. C. *polyantha*; hispida, foliis oblongo-lanceolatis serratis, floribus paniculato-glomeratis, calycibus argute serratis. C. *multiflora Reliqu. Willd. MS.*

In Sibiria. Pallas. Nomen mutandum ob *multiflora Kitaib.*

128. * C. *thyrsoidea*; hispida, racemo ovato-oblongo terminali, caule simplicissimo, foliis lanceolato-linearibus. *Willd. Spec.* I. *p.* 905. *Lam. Enc. meth.* I. *p.* 584. *Decand. Fl. fr. n.* 2847. *Wahlenb. Helv. p.* 40. *Jacq. Obs.* I. *p.* 33. *t.* 31. *austr.* V. *t.* 411. *Bot. Mag.* 1290. *Hall. Helv. n.* 688. *Thal. harc.* 32. *t.* 4.

Caulis 1-2 ped., purpurascens, pilis albidis, glandulosis, viscidis. Folia radicalia humifusa, ovato-lanceolata, caulina fere lingulata, sessilia, integerrima, pilis scabra, et ciliata. Bracteae 2 ciliatae, pallidae, longitudine fere florum. Flores in

thyrso 1/2-1 ped., subsessiles, ochroleuci, pilosi, tubuloso-campanulati, calyce brevi. *In alpibus austriacis, carnicis, rhaeticis, maritimis.* ♂.

129. * C. *peregrina*; foliis ovatis rugosis, petiolis marginato-dilatatis serratisque, caule simplici hispido, corollis patulis. *Linn. Mant.* 2. *p.* 204. *Willd. Spec.* I. *p.* 906. *Enum. H. Berol.* I. *p.* 212. *Jacq. H. Schönbr.* 3. *p.* 47. *t.* 337. *Sims bot. Mag. t.* 1257.

Folia radicalia PRIMULAE *veris*, obtusa crenata utrinque scabra. Caulis pedalis simplicissimus erectus, desinens in racemum. Folia caulina minora alterna. Flores sublaterales solitarii, subsessiles. Cal. oblongus hispidus absque sinubus reflexis, corollâ dimidio brevior. Cor. inter campanulatam et rotatam media, caerulea, fundo atro-caeruleo. Stamina et pistillum corollâ non longius caerulea. *Linn.* *In Promont. b. Spei*? ♂. *Inter semina capensia excrevit. Linn.* ♂. 2. *Willd.* et nos.

Obs. *Linnaeus* olim hanc speciem habuit in sectione capsularum obtectarum, a qua nunc *Willdenow* removit eandem. In *Persoon Synopsi* (qui C. *peregrinalem* citat ad *lanuginosam*) desideratur. C. *lanuginosa Lamarck*, hispido lanuginosa, foliis ovatis rugosis crenatis in petiolum attenuatis, caule simplici, floribus subsessilibus erectis patulis *Enc. meth.* I. *p.* 584, quoad descriptionem tam exacte convenit cum descriptione C. *peregrinae* in *Linn. Mant.*, ut crederes esse e latino in gallicum translatam, si stigma profunde trifidum a *Lamarck* notatum excipis. Hinc sane mirum, ab illustri *Lamarck* C. *peregrinam Linn. Mant.* nonnisi cum *An?* adduci, et clm. *Poiret* talia non solvere dubia. C. *lanuginosam* suam ex antiquissimo tempore in H. *parisino* cultam et a *Bernardo de Jussieu* tanquam C. *media*, *foliis inferius candidâ lanugine vestitis Bauh. Pin.* 94. *Tournef.* 110. *Raj. Hist.* 736. *n.* 19. *Cervicaria Thalii* 32 fuisse demonstratam, patriam credi Tatariam, *Lamarck* l. c.

130. C. *tomentosa Lam.*; foliis radicalibus longis spathulatis crenatis, summis cuneiformibus, floribus pedunculatis subspicatis, calyce tomentoso. *Enc. meth.* I. *p.* 584. C. foliis inferioribus lyratis, supremis ovato-oblongis, dentatis, floribus racemoso-paniculatis, corollâ tubulosis. *Ventenat Cels. t.* 18. C. foliis profunde incisis fructu duro, tomentosa et tota incana. *Tournef. Cor. Inst. p.* 3. (*ex Herb. Juss.*) (confer *lyratam*).

Caulis teres, foliosus, tectus tomento tenui, ut tota planta. Flores oblongi, pedunculo longiores. Calyx corollâ duplo brevior, albidus. *Lam. ad Herb. Juss.* — Caules plures herbacei, toti ramosi, foliosi, subpurpurascentes. Rami axillares alterni patuli. Folia radicalia, decumbentia, petiolata, lobis lateralibus brevibus dentatis, lobo terminali ovali, supra viridi-cinerascentia, subtus albida, folia superiora horizontalia subsessilia inaequaliter dentata. Petioli amplexicaules, foliis breviores. Flores axillares et terminales plerumque ternati-

erecti, brevi pedunculati, bracteati. Cor. alba. *In oriente.*

131. C. *decurrens Zuccagni*; caule alato, foliis decurrentibus dentatis hispidis, corollâ extrinsecus tomentoso-hispidâ. *Zuccagni Cent. n.* 39. apud *Römer Misc.* I. *p.* 128.

Caulis 2 ped., flexuosus, foliis decurrentibus alatus. Folia sessilia alterna spathulata, dentato-spinosa, subtus reticulata et nonnihil tomentosa. Flores axillares congesti, pedunculo communi insidentes. Bracteae cordatae. Cal. et Cor. tomentoso-hispidae. *Ex Herb. orient. D. Sestini innominata.*

132. C. *ajugaefolia Sestini*; hispida, foliis subtus tomentosis oblongis grosse crenato-dentatis, radicalibus basi attenuatis petiolatis, caulinis sessilibus, floribus axillaribus sessilibus, caule simplicissimo. *Reliqu. Willd. MS.*

Folia supra rugosa, pilis laxis rigidis pungentibus, subtus lanato-tomentosa; flores axillares in apice caulis, spicam densam hispidam efformantes. *Willd. l. c.* *In Galatia.* 4. *Sestini.*

133. C. *asperrima Zuccagn.*; foliis (cordato-) hastatis tomentosis, dentato-spinosis, floribus axillaribus, corollâ extrinsecus tomentoso-hispidâ. *Zuccagn. Cent. n.* 38. in *Röm. Misc.* I. *p.* 128.

Caulis solitarius erectus tomentosus 1½ ped.; folia caulina imbricata, subtus praesertim reticulata et tomentosa Flores sessiles solitarii. Cal. spinosus corollâ brevior. Cor. campanulato-tubulosa, violacea, laciniis 5 aequalibus, extrinsecus tomentosa et hispida. *Ex Herb. orientali Sestini innominata.*

134. C. *argentea Lam.*; foliis oblongis angustis tomentoso-argenteis, caule paniculato, ramis unifloris. *Enc. meth.* I. *p.* 584. C. orientalis saxatilis argenteo leucoii folio. *Tournef. Cor. Inst. p.* 3.

3-4 poll., tomento tenuissimo albido; caulis rectus, ramis simplicibus, unde paniculatus. Folia radicalia numerosa, apice parum dilatata, vix pollicaria, integerrima, caulina linearia. Flores terminales. Capsulae turbinatae, simpliciter angulatae. *In Armenia.*

135. C. *calaminthaefolia Lam.*; pubescens, caule ramoso decumbante, foliis caulinis ovato-subrotundis crenulatis subpetiolatis, rameis exiguis acutis, corollis externe pubescentibus. *Enc. meth.* I. *p.* 585. *Desfont. Coroll. Tournef. Ann. Mus.* I. *p.* 136. *t.* 12. C. saxatilis foliis inferioribus Bellidis, caeteris Nummulariae subhirsutis crenatis ac veluti rugosis. *Tournef. Cor. Inst. p.* 3.

Subcinerea. Caules 6-8 poll., ramis plurimis parvis ramulosis;

folia radicalia spathulata, in rosulam sparsa, in petiolum decurrentia, caulina brevissime petiolata, ramea lineari-lanceolata, integerrima. Flores in pedunculis gracilibus. Calycis laciniae acutae appressae margine subrevolutae, sinubus parum reflexis. Cor. pallide rosea; tubo 5-6 lin., limbo patente laciniis ovatis obtusis. Stigmata 3. Caps. 3-locularis. *In insula Naxos.*

Obs. C. saxatilis haec *Tourneforti* a *Linnaeo* ad *heterophyllam* ducta minime cum hujus definitione et descriptione convenit. Confer *heterophyllam.*

136. C. *damascena Labill.*; hispida, foliis obovatis subserratis, caulibus ramosis, teretiusculis, pedunculis unifloris. *La Billard. plant. rar. syr. Dec.* V. *t.* 5. *f.* 1. *p.* 7.

Caules ascendentes spithamaei; folia unguicularia, radicalia vix duplo longiora; flores in ramulis terminales solitarii; corolla cylindracea calyce duplo longior. *In Dgebel Cher prope Damascum.* 2.

137. C. *syriaca Willd.*; foliis radicalibus spathulato-oblongis, caulinis ovalibus sessilibus subsinuatis, caule simplici, ad apicem paucifloro. *Reliqu. Willd. MS.*
In Syria.

138. C. *retrorsa Labill.*; foliis decurrentibus margine hispidis, aculeolis decurrentiae retrorsis, calycibus corolla longioribus. *La Billard. plant. rar. syr. Dec.* V. *p.* 5. *t.* 3.

Ulna pedalis, erecta; folia inferiora ovata, petiolata; pedunculi elongati solitarii; calycis laciniae subulatae, reflexae; corolla alba violaceo mista. *In Libano.* ☉.

139. C. *aparinoides Pursh*; gracilis, caule simplici angulato, angulis foliorumque margine et nervo retrorsum aculeatis, foliis lineari-lanceolatis supra glabris, pedunculis paucis in summitate caulis flexuosis axillaribus unifloris filiformibus. *Pursh Fl. Am. Sept.* I. *p.* 159.

Flores minuti, pallide coerulei. *In pratis depressis inundatis a Pensylvania ad Virginiam.* ☉.

140. C. *marginata. Thunb.*; foliis (lineari-) lanceolatis undulatis serratis marginatis, ramis debilibus, floribus terminalibus solitariis. *Thunb. jap.* 89. *Willd. Spec.* I. *p.* 904.

Caulis basi crassus sublignosus decumbens. Rami plurimi capillares debiles erectiusculi, parum ramulosi, striati, glabri, spithamaei. Folia in inferiore parte ramorum alterna, margine alba, serraturis remotis, pilis albis hispida, unguicularia. Flores in ramis et ramulis terminales solitarii. *Thunb. l. c. In Japonia ad margines viarum.*

Obs. C. *marginatam Thunb.* eandem esse cum *gracili Forster Prodr.*

n. 48. *Sprengel Pugill.* I. *p.* 15. *n.* 28. (fide Speciminis *Forsteri* fors; an etiam *Thunbergi*?)

141. C. *cernua. Thunb.*; foliis oblongis undatis hirtis, floribus terminalibus cernuis, calycibus glabris. *Thunb. Prodr.* I. *p.* 39. *Fl. Capens.* II. *p.* 27. *Willd. Spec.* I. *p.* 907.

Caulis herbaceus capillaris vix ramosus, nisi pedunculis elongatis, hirtus, erectus, spithamaeus. Folia alterna, inferne attenuata, obtusa, undato-dentata subinde, et subintegra, villosa, erecto-patentia, unguicularia. Flores solitarii albi. Pedunculi alterni plures capillares flexuosi striati glabri palmares. Cal. glaber. Differt a *dichotoma* caule simplici alternatim ramoso, calycis sinubus erectis. *In Promont. b. Spei.*

142. * C. *capensis*; foliis lanceolatis dentatis hispidis, pedunculis longissimis, unifloris, capsulis strigosis. *Linn. Spec.* I. *p.* 240. *Willd. Spec.* I. *p.* 915. C. fol. lanc. dentato-undatis hirtis, floribus solitariis terminalibus, capsulis hispidis. *Thunb. Prodr.* I. *p.* 39. *Fl. Cap.* II. *p.* 27. *Act. petropol.* *Bot. Mag. p.* 782. ROELLA *decurrens Andr. Repos. t.* 238. fide *Sims bot. Mag.* vol. XX. *Enumeration p.* 44. *Commelyn Hort.* 2. *p.* 69. *t.* 35.

Caulis herbaceus basi decumbens, dein erectus subsimplex striatus, uti tota planta hirsuta, apice aphyllus, nutans, pedalis. Folia alterna sessilia, patentia pollicaria. Flores in caule elongato terminales solitarii cernui (violacei). Cal. valde hispidus villis albis. C. *capensis* et *undulata* valde affines, tamen omnino distinctae. *Thunb.* *In Swartlandiae arenosis.* ☉.

Obs. Caulis in speciminibus nostris, quae munificentiae cli. *Thunberg* debemus, 1-2 ped., teres, basi tantum, vel ad medium usque, quâ foliis vestitur, hirtus, quâ parte foliis nudus, glaberrimus, strictus, crassitie fili emporii. Folia lineari-lanceolata, 1-2 poll., parum ultra 1 lin. lata, subdecurrentia, apice mucrone parvo. Germen strigis deflexis nitentibus, vix lin. 1 longum. Laciniae calycis erectae, lanceolato-subulatae, basi hispidulae, 3 fere linearem, in nostro longitudine corollae patulae. Laciniarum reflexarum in nostro non invenimus vestigium. Cor. videtur caerulea fuisse. — *Sims* stigma 5-fidum, capsulam 5-locularem apice dehiscentem decagonam notat.

143. * C. *adpressa*; herbacea erecta, foliis lanceolatis dentatis recurvis basi ciliatis adpressis, paniculâ decompositâ. *Linn. Suppl. p.* 140. *Thunb. Prodr.* I. *p.* 38. *Fl. Cap.* II. *p.* 22. *Willd. Spec.* I. *p.* 905.

Caulis teres vel ex foliis decurrentibus striato-angulatus, simplex, erectus, totus glaber, superne aphyllus, paniculatus, pedalis et ultra. Folia sparsa sessilia decurrentia margine revoluta, dentata, basi ciliis albis, recurvata, unguicularia. Paniculae alternae supradecompositae. Pedunculi filiformes erecti. Pedicelli capillares. *Thunb.* *In Promont. b. Spei.*

144. * C. *paniculata*; herbacea, caule paniculato, ramis divaricatis, foliis lanceolatis integris, floribus terminalibus solitariis *Linn. Suppl. p.* 139. C. foliis lanceolatis undatis hirtis, caule angulato hispido, floribus racemosis. *Thunb. Prodr.* I. *p.* 38. *Fl. Cap.* II. *p.* 23. *Willd. Spec.* I. *p.* 906. (Variat foliis subdenticulatis et glabris.)

Caulis basi suffruticosus, erectiusculus pedalis. Rami paniculati patentes, ramulis sensim capillaribus flexuosis. Folia alterna sessilia integra marginata villosa unguicularia. Flores in ramulis ultimis vel pedunculis racemosis terminales albi. Calycis laciniae lineari-setaceae hirtae. Stigma trifidum. *Thunb. In Promont. b. Spei.*

Obs. Specimen nostrum, quod illustri auctori debemus, ramis quoque pubescenti-hirsutis, foliis vix lineam latis, calycis laciniis germine minimo longioribus, corollâ infundibuliformi, fere 4 lin., triplo et ultra brevioribus, lineari-lanceolatis, demum exorescentibus lineari-subulatis.

145. * C. *cinerea*; erecta tomentosa, foliis subulatis integris erectis approximatis, floribus solitariis terminalibus. *Linn. Suppl. p.* 139. C. foliis lanceolatis integris glabris, caule lanato, floribus terminalibus solitariis. *Thunb. Prodr.* I. *p.* 39. *Fl. Cap.* II. *p.* 24. *Willd. Spec.* I. *p.* 906.

Caulis basi suffruticosus, teres, cinereo-tomentosus, pedalis, ramis aggregato-sparsis, similibus cauli, patulo-erectis. Folia subfasciculata sessilia margine revoluta, imbricata glabra unguicularia Flores subsessiles albi. Cal. hirsutus. Stigma trifidum. *Thunb. In Promont. b. Spei trans Swellendam in gramineis.*

146. C. *Thunbergi*; foliis lanceolatis ciliatis, floribus solitariis, caule glabro. C. *ciliata Thunb. Fl. Cap.* II. *p.* 24.

Caulis subsimplex filiformis erectus glaber apice ramosus debilis pedalis. Folia glomerata acuta margine revoluto glabra lineam longa. Flores in ramis terminales. *Thunb. In Promont. b. Spei.*

Obs. Post *cineream* posuit ill. auctor. Nomen mutandum erat ob antiquiorem *ciliatam Steven.*

147. C. *pygmaea Decand.*; minuta hispida, foliis ovato-oblongis obtusis sessilibus ciliatis, caule simplici subtrifloro, pedunculis foliis longioribus. *Decand. Synops. Fl. gall. p.* 253. *Fl. fr. n.* 2850. *Poiret Enc. meth. Suppl. p.* 111.

Specimen unicum tantum vidit cls. *Decandolle*, vix 1 1/2 poll., totum pilis albis rigidis, ut in *Cervicaria*, hirsutum. Caulis foliis 2-3 sessilibus ovato-oblongis obtusis denticulatis ciliatis. Flores tres, singulus in pedicello nudo, 8 circiter linearum, foliis longiore. Germen parvum. Calycis laciniae 4 in altero,

in altero 5, lanceolatae. Cor. campanulata, lobis obtusis, laciniis calycis triplo longior. Stamina stylusque in corolla abscondita. Flos alter erectus, alter cernuus. *Decand.* ex *Herb. Lamarck* ubi *Corsica patria* adscripta specimini.

148. C. *fastigiata Dufour*; minuta, caule ramis fastigiatis; foliis caulinis obovatis dentatis, rameis linearibus; floribus in caule ramorumque basi et lateribus sessilibus, terminalibus pedunculatis.

Specimina nostra, quae clo. *Dufour* debemus, maxima cum radice vix 1 1/2 poll. Radix fibrosa obliqua. Caules virgati, apice in ramos exacte fastigiatos plures subdivisi. Folia radicalia desunt. Caulina inferiora sessilia, vix 1 1/2 lin. longa, apice crenis 3-5 dentata, ramea integerrima 3-5 lin., lineam et saepe vix 1/3 lfn. lata. Germen foetum pentagono-costatum, longitudine laciniarum calycis linearium, erectarum, et corollae sesquilineae. Nudis oculis plantula glabra videtur, et tactu etiam ferelaevis; sed sub lente glandulis quasi aculeatis scabra, angulis etiam tactu percipiendis. *Rarissime in Arragonia.* ⊙.

149. C. *pumilio de Portenschlag*; suffruticosa, cespitosa, subacaulis; foliis densissime imbricatis linearibus recurvis margine revolutis, supra nitido-glaberrimis, subtus niveo pilosis, floribus terminalibus sessilibus, calycibus annotinis persistentibus poculiformibus. *De Portenschlag in MS.*

Facies exactissime cespitis SILENES *acaulis*, foliis angustioribus. Rad. apice divisa ut in alpinis *Androsacibus*, *Saxifragis* etc. Folia anni prioris emarcida, argentea, arctissime imbricata, praesentis vernationis descripta, rigida, 9-10 lin., vix 1/2 lin. lata (siccata) et revoluta adeo, ut pagina inferior plane absondatur; fasciculus pilorum ad apicem juniorum, suprema sub flore lanceolata et ovata, arcte imbricata. Cal. vix 3 lin. cum germine parvo, hispidulus, laciniis linearibus rigidulis, erectis duplo longioribus, cor. azureâ infundibuliformi-campanulatâ duplo brevioribus. Stigma in nostris floribus bilobum. Calyces anni prioris persistentes, laciniis revolutis, diametro 1 1/2 lin. et ultra. *Ad specimen D. de Portenschlag.* Omnium elegantissima densissimis cespitibus *summa juga montis Bioccovo saxosa vestiens.* 2. *De Portenschlag.*

150. C. *repens Lour.*; caule subdiviso repente, foliis oblongis carnosis, floribus solitariis. *Lour. Fl. Cochinch.* I. *p.* 173.

Caulis herbaceus procumbens, ramosissimus, ramusculis repentibus. Folia oblongo-ovata integerrima parva carnosa pilosa opposita. Flos albus sessilis axillaris, calycibus acutis erectis, corollis campanulatis 5-fidis parvis. Caps. inferae, trigono-rotundatae, pilosae, triloculares monospermae (!) Corollae lacihiae rotundatae acuminatae. Stigma trifidum. *Lour. Inculta in agris Cochinchinae.*

Obs. *Fructus* non generis.

c. *Capsulis obtectis, calycis sinubus reflexis.* MEDIA.

151. C. *velutina Desf.*; caule basi decumbente, foliis obovatis, incanis, mollissimis, floribus paniculatis; laciniis calycinis sagittatis. *Desfont. Fl. Atlant.* I. *p.* 180. *t.* 51. *Poiret Enc. meth. Suppl.* II. *p.* 62. *Cavan. Annal. de Cienc. nat.* III. *p.* 18. *Ejusd. descripc. p.* 119.

Rad. crassa; caules 8-10 poll., uti tota planta, tomentosi; folia radicalia (cespitosa, per petiolum decurrentia) subspathulata, 1½ poll.; caulina sessilia; flores axillares solitarii, pedunculati; (cal. pubescens, albo cinereus;) Cor. dilute coerulea (calyce duplo longior. Stigmata 5 crassa.) *Circa Tanger et Gibraltar, Broussonet; in Atlante prope Tlemsen Desfont.; prope Malaga, Agardh.* ♃.

Obs. Calycis lacinulae sagittatae sinus tegunt a calycis laciniis factas. *Cavan. Annal. l. c.* Confer *calaminthifoliam.*

152. C. *microphylla Cav.*; caulibus filiformibus villosis; foliis ovatis crenatis subsessilibus, floribus axillaribus. *Cavan. descr. p.* 119. *Annal. de Ciencias nat.* III. *p.* 18. (utrinque excl. syn. C. *saxatilis Tournef.* ad C. *calaminthaefoliam* spectante) in *Obs. ad velutinam.*

Rad. crassa, caules 4-6 poll.; folia parva, villosa, subcrenata, radicalia spathulata, 3-4 lin.; lineam lata, caulina ad plurimum 1½ lin.; lin. lata. Flores solitarii et axillares in extremitatibus ramorum formâ et colore C. *velutinae*, sed minores. *Circa Hellin in saxosis Murciae.* ♃.

153. C. *afra Cav.*; foliis ovato-lanceolatis subdentatis sessilibus, floribus infundibuliformibus. *Cavan. Annal. de Cienc. nat.* III. *p.* 21.

Caulis herbaceus pedalis, striatus, pubescens, ramis foliisque alternis. Folia acuta, pollicaria, 2-3 lin. lata, pubescentia, scabra. Flores axillares, solitarii, pedunculo folio breviore. Cal. pubescens, 3 lin., laciniis sagittatis. Cor. calyce duplo longior, saturate azurea, tubo cylindrico calyce parum longiore, limbi patentis laciniis obtusis. Caps.? *Cavanilles. In Sale. Broussonet.*

154. C. *Allioni Villars*; radice repente, caule nudo unifloro (hispido), foliis obovatis ciliato-scabris radicalibus (lineari-lanceolatis undulatis hispidis *Willd.*) *Vill. Delph.* II. *p.* 512. *t.* 10. *Willd. Spec.* I. *p.* 907. *Decand. Fl. fr. n.* 706. C. *alpestris Allion. Pedem. n.* 418. *t.* 6. *f.* 3. C. *trilocularis Turre Fl. ital. Prodr. p.* 64. *n.* 10. C. *nana Lam. Enc. meth.* I. *p.* 585. *n.* 41. C. foliis hispidis, caule 1-floro. *Allion. Spec. ped.* 36. *t.* 6. *f.* 3. *Haller Enum. p.* 493. C. alpina pumila repens maximo flore. *Tournef. Cor. Inst.* p. 111.

β. foliis radicalibus spathulatis, caulinis subrotundis. *Lam. Enc. meth. l. c. Decand. Fl. fr. l. c.*

Haller serius cum *barbata* junxit, a qua constanter diversa. *Willd.* Similis quodammodo C. *cenisiae*, sed calyce distinctissima. Caulis 1-3 poll., pilis rigidis, ut tota planta. Folia lineari-lanceolata, subundulata. Flos terminalis sat magnus, erectus aut subcernuus, subbarbatus, caerulescens aut albidus. — β. corollâ glabrâ, fors species distincta. *In alpibus Helvetiae, Galliae, Italiae, ad rupes et in lapidosis torrentum.* 4.

155. C. *Pallasiana Vest;* caule unifloro foliisque lanceolatis serratis petiolatis glabris, flore nutante, laciniis acutis. *De Vest in litt.* ex *Herb. Pallas. in Johanneo.*

Refert CAMPANULAM *Allioni.* Radix videtur repens. Folia acute serrulata ultra pollicaria, caulina 2-3 lin. Cor. pollicaris, calyce dimidio major. *De Vest.* *In Sibiria.*

156. C. *ligularis Lam.;* caule unifloro, foliis angustis lingulatis obtusis integerrimis. *Lam. Enc. meth.* I. *p.* 585. *n.* 42.

Caulis 3 poll., rectus, foliosus, tenuis, fere glaber. Folia alterna sat copiosa oblonga apice rotundata, ciliata. Flos terminalis rectus, campanulato-tubulosus, mediocris, subbarbatus. Cal. hispidus, laciniis sublinearibus, sinubus reflexis. *Lam. Culta in H. reg. paris, olim pro uniflora Linn. E regione alpestri.*

157. * C. *barbata;* caule simplici erecto pubescente, foliis lanceolatis crenatis (?), racemo simplici floribus nutantibus, corollis (intus) barbatis. *Willd. Enum. H. Berol.* I. *p.* 212. *Spec.* I. *p.* 908. *Lam. Enc. meth.* I. *p.* 586. *Decand. Fl. franç. n.* 2852. *Wahlenb. Helv. p.* 41. *Jacq. Obs.* 2. *p.* 14. *t.* 37. *Krocker Siles. t.* 38. *Bot. Mag. p.* 1258. *Hall. Helv. n.* 694. *Banh. Prodr.* 36. *t.* 36. β. caule ramoso. C. montana, foliis anchusae. *Moris.* II. *s.* 5. *t.* 3. *f.* 35. γ. caule unifloro. δ. flore albo.

Caulis simplicissimus spithamaeus in medio folio unico (1-2) radicalibus simili. Folia radicalia lanceolata scabra obtusiuscula *integerrima.* Flores secundi, intus valde barbati. Caps. triloculáris. *Linn.* Flores pallide caerulei 4-10, in panicula laxa. „Bracteae binae in pedunculis, ut in *alpina*, sed folia aspera, laciniae calycis deflexae longiores, erectae (lanceolatae) flore triplo breviores.“ *Wahlenb.* *In alpibus omnibus Europae mediae.* 4.

Obs. Icon in *Bot. Mag.* l. c. minus bene, quam in eximia hac collectione solitum, nostram plantam exhibet. C. *Allioni Vill.* *alpestris All.*, ibidem tariquam synonyma allata, expungenda.

158. C. *punctata Lam.*; hirsuta, foliis radicalibus pe-

tiolatis ovatis (cordatis!) acutis serratis, floribus cernuis interne punctatis villosis. *Lam. Enc. meth.* I. *p.* 586. C. capsulis trilocularibus, caule simplici erecto folioso, foliis subpetiolatis. *Willd. Spec.* I. *p.* 709. *Gmel. Sibir.* III. *p.* 155. *t.* 30.

Differt a *Medio* foliis caulinis basi attenuatis brevissime petiolatis, corollae interne punctatae magnitudine, et facie FRITILLARIAE *meleagridis. Willd.* Pedalis, villosa, caule rubro violaceo, folia (radicalia, saltem in culta, cordata) utrinque villosa, subtus incana, caulina alterna subsessilia lanceolata. Flores magni, elegantes, in apice caulis axillares, in pedunculis brevibus. Cor. extus albida, intus villosa punctis purpureis. *Gmel.* *In Sibiria prope Jacutiam, in montosis apricis.*

159. * C. *Medium;* caule indiviso erecto hispido, foliis lanceolatis obtuse serratis sessilibus basi trinervibus, floribus erectis. *Willd. Enum. H. Berol.* I. *p.* 212. *Spec.* I. *p.* 908. *Scop. Carn.* 2. *n.* 236. *Lam. Enc. meth.* I. *p.* 586. *Decand. Fl. fr. n.* 2853. *Kniph. Cent.* XI. *n.* 20. *Knorr. delic.* I. *t.* 9. C. *grandiflora Lam. Fl. fr.* 3. *p.* 334. β. Flore albido. *Garid. Aix. p.* 76. *t.* 18. γ. Flore lacteo. C. *Bauh. Pin. p.* 94.

Caulis 2 ped. et ultra; subinde ramosus. Folia ovato-lanceolata, atroviridia saepe. Flores magni, dilute caerulei, extus ad angulos villosi. Stigma 5 fidum. Caps. 5-locularis. *Decand.* *In Carnioliae, Italiae, Galliae australis sylvis apricis.* ♂.

160. C. *longifolia La Peyr.;* hispida, capsulis quinquelocularibus obtectis, ramis pyramidatis, pedunculis axillaribus, floribus erectis solitariis, foliis radicalibus linearibus subcrenatis longissimis. *La Peyr. Pyren.* t. 6. *Ejusd. Abrégé p.* 107. *Suppl. p.* 37. quo teste: C. saxatilis Echii foliis cripis. *Tournef. J. R. H. p.* 110. β. *bicaulis*, biflora. *La Peyrouse Pyren. t.* 7. *Poiret Enc. meth. Suppl.* II. *p.* 65. *n.* 119. γ. floribus secundis. *La Peyr. Abr. p.* 107. δ. *pyramidalis.* C. *speciosa Poure. Act. Tolos.* 3. *p.* 309. *Lam. Illustr. n.* 2556. *Decand. Fl. fr. n.* 2854. *Poiret Enc. meth. Suppl.* II. *p.* 65. *n.* 117. C. saxatilis Echii folio flore magno. *Tournef. J. R. H.* 110. fide *La Peyr. Suppl. p.* 37. ε. paucíflora simplex elongata, foliis acutis divaricatis, floribus superioribus subsessilibus. *La Peyr. Suppl. p.* 37. ζ. Flore albo. C. *speciosa* β. *Decand. l. c.* η. Caule paniculato. *Decand. l. c.* (an γ?)

Pulcherrima, ½ ped. et ultra, foliis subinde pedalibus. Pedunculi saepe aphylli vel monophylli, nunquam diphylli. Flores saturate caerulei. Maxime affinis *Medio. Lapeyr.* *In Pyrenaeorum rapiam fissuris. Pic de Ithieris, a Foix supra hospitium etc.* α. *in montibus Corbieres prope St. Victor.* β. *in*

monte de Rancié. γ. *in Sct. de Cagire, Pic de Gard.* δ. *M. de Rancié ad vicum Sem.* — Varietates hae omnes pictae in *Collection des vellins Musei paris.*

161. C. *affinis*; caulibus simplicibus, pedunculis axillaribus terminalibus, floribus erectis demum nutantibus, foliis caulinis lineari-lanceolatis longissimis.

Specimen nostrum a divo *Broussonet* tulimus, habitu *longifoliae* et *divergenti* β affine. E radice horizontali digitum minimum crassa caules plures stricti, crassitie pennae gallinaceae, hispidissimi setis brevibus deflexis. Folia alterna remota tenuia 2-4 poll., 4 lin. ut plurimum lata, glabra, margine setis ciliata reflexis. Flores 3-4, in pedunculo semipollicari hispidissimo, foliolis 2-3 linearibus hispidissimis. Cor. ultra pollicaris, calyce duplo longior, utraeque ut in *divergente* β. *E Monte S. H. Lujo.* 2.

162. C. *corymbosa Desf.*; erecta villosa, foliis ovatis serratis, floribus corymbosis, calyce tecto, laciniis lanceolato-subulatis, ciliatis, sinubus reflexis. *Desfont. Coroll. Tournef. Ann. Mus.* XI. *p.* 139. *t.* 15. C. *corymbifera Poiret Enc. meth. Suppl.* II. *p.* 64. C. cretica, fol. longioribus incisis flore magno. *Tournef. Cor. Ints. p.* 3.

Caulis rectus ramosus subvillosus rubescens, 1-2 ped., lin. 1 1/2 in diametr.; folia pallida, setis parvulis inspersa, inferiora *Betonicae* similia, 2-3 poll., longe petiolata. Calycis laciniae profundae, margine revolutae; cor. subvillosa, 1 1/2 poll., pollicem lata, laciniis obtusis. Antherae flavae. Stigmata 5. Caps. 5-locularis. Affinis *Medio*, sed satis distincta. *In Creta.*

163. C. *pelviformis Lam.*; hirsuta, caule basi procumbente ramis unifloris; foliis ovatis serratis, capsulis obtectis, flore maximo pelviformi. *Desfont. Cor. Tournef. Ann. Mns. p.* 141. *t.* 16. *Lam. Enc. meth.* I. *p.* 586. C. cretica, caulibus supinis, flore maximo pelviformi. *Tournef. Cor. Inst. p* 3.

Rad. alba, pedalis, crassitie digiti minimi. Caules plures villosi teretes, 2-3 lin. in diametro, pedales, simplices aut parum ramosi. Folia villosa, obtusa et acuta, inferiora petiolo canaliculato, similia foliis LAMII *albi*, superiora sessilia. Cal. villosus, laciniis rectis, ovatis, longe acuminatis; cor. maxima, inflata, dilute caeruleo violacea, 1 1/2-2 poll. lata, laciniis ovatis erectis ciliatis. Antherae flavae. Stigmata 5, caps. 3-locularis. *In Insula Creta.*

164. C. *betonicifolia Sibth.*; capsulis obtectis reticulato-venosis, foliis elliptico-oblongis serratis pilosis, pedunculis terminalibus subternis. *Sibth. Fl. Graec. t.* 210. *Smith Prodr. Fl. Gr.* I. *p.* 141. *n.* 491.

In monte Olympo Bithyno. ♂.

165. * C. *dichotoma;* capsulis quinquelocularibus obtectis, caule dichotomo, floribus cernuis. *Linn. Amoen. acad.* IV. *p.* 306. *Sp. Pl. p.* 237. *Lam. Enc. meth.* I. *p.* 586. *Sibth. Fl. Graec. t.* 211. *Smith Prodr. Fl. Gr.* I. *p.* 141. *n.* 492. C. *mollis β. Willd. Spec.* I. *p.* 910. C. hirsuta; ocymi folio caulem ambiente, flore pendulo. *Tournef. Cor. Inst. p.* 112.

A C. *molli* toto coelo diversa. *Smith.* Caulis palmaris hirsutus; folia oblonga scabra; flores solitarii purpurei, structurâ C. *medii*, sed dimidio minor. *Linn.* *In Syria, Sicilia, in rupibus prope Athenas.* ⊙.

Obs. Jacq. Collect. V. *p.* 37. *t.* 12. *Bocc. sic.* 83. *t.* 45. *f.* 1. *Barrelier. Ic.* 759. *Morison Hist.* 2. *p.* 459. *S. V. t.* 3. *f.* 16. hujus quoque loci videtur. *Lamarck* specimen siccum sequentibus describit. Caulis quidquam tenuis, subhispidus, ramosus, furcatus, fere pedalis, ramis patentibus. Folia sessilia ovato-lanceolata distantia alterna saepe sub dichotomiis opposita. Flores caerulescentes solitarii, alii terminales, alii in dichotomia ramorum pedunculis brevibus. Cal. scaber, hispidus, laciniis ovatis acuminatis.

166. C. *tubulosa Lam.;* pubescens, calycibus obtectis, caule decumbente, foliis serratis, radicalibus ovatis petiolatis, caulinis lanceolatis, pedunculis unifloris, corollâ elongatâ. *Desfont. Coroll. Tournef. Ann. Mus.* XI. *p.* 142. *t.* 17. *Lam. Enc. meth.* I. *p.* 586. C. cretica caulibus supinis, foliis incisis, flore oblongo. *Tournef. Cor. Inst. p.* 3.

Tota pubescens. Rad. saepe bifurcata; caules plures rufescentes, alii erecti, alii decumbentes, parum ramosi, 1/2 ped., et ultra lineam in diametro. Folia radicalia in petiolum decurrentia, basi incisa saepius, 12-15 lin. lata, duplo longiora, caulina sessilia patentia, margine crispatula. Pedunculi axillares 2 poll., foliolis 2-3, uniflori. Calycis laciniae profundae, rectae, ovatae acuminatae. Sinus parum reflexi. Cor. dilute caerulea, pubescens, tubo cylindrico pollicari, limbo 5-6 lin. lato. Laciniae ovatae subpatentes. Stigmata 3. *In ins. Creta.* Affinis *dichotomae Linn.* sed satis distincta.

167. * C. *spicata;* hispida, spicâ laxâ, floribus alternis, foliis linearibus integerrimis. *Linn. Mant* 337. *Willd. Spec.* I. *p.* 909. *Lam. Enc. meth.* I. *p.* 587. *Decand. Fl. fr. n.* 2855. *Pohl Fl. boëm. p.* 206. *Allion. Pedem. n.* 414. *t.* 46. *f.* 2. *Hall. Helv. n.* 687. β. spicâ interruptâ. *Decand. l. c. Allion. l. c. f.* 1.

Rad. crassitie digiti; folia radicalia lineari-lanceolata, caulina similia, sed breviora. Caulis pedalis (et ultra) ramis alternis, terminatis spicâ longissimâ e floribus sessilibus remotis plurimis. Corollae subcylindricae, (caeruleae). Planta caule, foliis, calycibus pilis albis hispida. *Linn.* *In Vallesia inferiore, Gallia meridionali, regione pedemontana, in aridis apricis; in Sudetis.* ♂.

Obs. Gmel. Sibir. III. *p.* 157. *n.* 26. *t.* 31 (ut *Lamarckio* videtur *Enc. meth.* I. *p.* 587.) hujus loci certo non est, sed ad *Cervicariam* spectat. Folia nunc integerrima, nunc undulata, nunc crenata.

168. * C. *alpina*; caule simplici, pedunculis unifloris axillaribus diphyllis. *Jacq. Vind.* 210. *Willd. Spec.* I. *p.* 909. *Wahlenb. carpath. p.* 62. *Jacq. Fl. Austr.* 2. *t.* 118. *Bot. Mag.* 957. *Hall. Helv. n.* 695.

Caulis simplicissimus. Folia lineari-oblonga, superne latescentia, obtusa, integerrima, hirsuta. Pedunculi longi. *Linn.* Variat staturâ a 4-12 poll., caulibus, uni- et multifloris, subinde et fere glabra; sed, ut plurimum, lanugine vestita folia (non raro serrata) e flavo-viridia tegente. Flores a 3 ad 30; calycis laciniae lineares longitudinis fere corollae, basi et germine (ut et nectarium) livescentes, reflexae, brevissimae. Cor. pallide caerulea. *In alpibus noricis, rhaeticis.* 4.

169. C. *strigosa Vahl*; foliis lanceolatis integerrimis, pedunculis axillaribus unifloris, caule strigoso. *Vahl Symb.* III. *p.* 34. *Willd. Spec.* I. *p.* 909.

Caulis erectus palmaris angulatus, superne ramis floriferis axillaribus simplicissimis 2 poll. Folia sessilia, 1 1/2 poll., subtus villoso-scabra, supra glabriora. Flores versus apicem ramorum 2-3, cernui, pedunculis longitudine foliorum solitariis, unifloris. Calyces strigosi, laciniis lanceolatis, corollâ parum brevioribus extus villosâ, laciniis lanceolatis. *Vahl.* *In Oriente.* ⊙.

170. C. *Russeliana*; foliis sessilibus lanceolatis obtusis integerrimis, pedunculis elongatis terminalibus, calycibus strigosis. CAMPANULA *strigosa Russel Beschr. v. Aleppo.*

Affinis C. *strigosae Vahl Symb.* III. *p.* 34, attamen diversa. *Circa Aleppo.*

171. * C. *mollis*; capsulis quinqueloculariibus obtectis pedunculatis, caule prostrato, foliis suborbiculatis. *Linn. Spec. p.* 137. *Willd. Spec.* I. *p.* 910. (excl. β.) *Römer Fl. europ. Fasc.* 7. *Curt. Mag. p.* 404. C. rotundifolia hirsuta saxatilis, folio molli. *Bocc. Mus. App.*

Caules decumbentes subramosi, rigidiusculi, villosi. Folia parva sessilia subintegerrima tomentosa pubescentia. Flores ex alis foliorum solitarii, longius pedunculati. Calyces magni nudi, sinubus reflexis. Flores foliis sextuplo majores. Verbo: Herba ANTIRHINI *mollis*; flores CAMPANULAE *Medii*, caeterum staturâ C. *heterophyllae.* *In Sicilia, Hispania.* ⊙.

172. C. *decipiens*; caule prostrato?, ramis axillaribus, foliis oblongis repando-serratis. C. *mollis Herb. Römer.*

Utrum caulis procumbens, e specimine unico determinari nequit licet optime conservato, nescimus enim numne radix fibrosa in

specimine nostro sursum spectans manu desiccantis vel ipsâ naturâ sit adeo inflexa: huic repugnat fere caulis caeterum strictissimus; spithamaeus, profunde striatus, pilis brevibus rigidis patentibus albis. Folia radicalia desunt: inferiora obtusa, apice manifeste crenata, pollicaria, 4-5 lin. lata, superiora, vix minora, acuta, omnia sessilia subamplexicaulia, utrinque pilis rigidis albidis appressis vestita, ciliata. Jam e prima folii infimi axilla ramus, folio parum longior, foliis similibus, at triplo minoribus, flore terminali, rami superiores breviores, flore uno alterove: flores hi nondum evoluti in ramis, tum in apice caulis flos terminalis floret pollice parum brevior. Laciniae calicis lanceolatae hispidae acutae, reflexae fere longitudine erectarum. Cor. calyce duplo longior, subinfundibuliformis, nuda. Stigma trifidum. Caps.? *In Calabria.* ⊙ ex radice videtur.

173. * C. *saxatilis;* capsulis quinquecarinatis obtectis, floribus alternis nutantibus, foliis obovatis crenatis. *Mill. Dict. n.* 17. *Lam. Enc. meth.* I. *p.* 587. *Willd. Spec.* I. *p.* 910. *Schult. obs. bot. n.* 247. C. cretica saxatilis bellidis folio, magno flore. *Tournef. Cor. Inst.* 111. *Bocconi Mus.* II. *p.* 76. *t.* 64. *Barrelier* 79. *t.* 813.

Glaber, laete viridis, vix semipedalis. Folia radicalia spathulata *Bellidis*, subcarnosa, 2 poll., subdenticulata. Caules e medio foliorum radicalium 4-5 poll., glabri, rufescentes, tortuosi, foliosi, 4-5-flori. Flores 4-5 caerulei, intus villosi, subunilaterales. Capsulae hemisphaericae, angulis 5 acutis. *Lam.* ad *Tournef.* *In Cretae scopulis Saxosis.*

174. C. *alliariaefolia Willd.;* floribus radicalibus reniformibus (grosse) duplicato-dentatis, caulinis ovatis dentatis sessilibus. *Willd. Spec.* I. *p.* 910. *Salisb. paradis.* 26? C. *macrophylla*, capsulis trilocularibus, foliis cordatis crenatis subtus tomentosis, floribus in racemo composito nutantibus, secundis. *Sims* in *Curt. bot. Mag. t.* 912? C. orient. Alliariae folio, flore albo pyramidato. *Tournef. Cor. Inst.* 3.

Folia radicalia facie ERYSIMI *Alliariae;* scabriuscula, longe petiolata, ampla; caulina parva. Flores nutantes. *Willd.* *In Oriente.* Confer. C. *pendulam.*

Obs. *Sims* nonnisi cum? citat C. *alliariaefoliam Adams*, et, quod mirum, de synonymo *Willdenow* l. c. silet; attamen convenit plurimis. Caulis teres erectus, sanguineo-pilosus, apice ramosus, subinde racemo simplici. Folia radicalia raro hastata, caulina inferiora sessilia. Flores albi. Calycis laciniae lanceolatae margine revolutae. Cor. tubuloso-campanulata, calyce triplo longior, laciniis margine ciliatis, denticulo in sinubus angusti obsoleto. Germen trigonum, triloculare. Stigma trifidum. Abunde lactescit.

175. C. *commutata;* foliis scabriusculis, radicalibus ob-

longis cordatis duplicato-serratis, caulinis lineari-lanceolatis. C. *betonicaefolia Reliqu. Willd. MS.*

Ad Caucasum. 4. *Adams.* Nomen mutandum, cum sit antiquior *Sibthorpi.*

176. C. *gummifera Willd.*; foliis tomentosis, inferioribus cordato lanceolatis petiolatis, superioribus oblongis sessilibus, floribus secundis cernuis, germinibus lanatis. *C. betonicifolia M. a Bieberst. Fl. taur. cauc.* I. *p.* 153. *Biehler plant. nov. Herb. Spreng. p.* 14. *n.* 26. *Poiret Enc. meth. Suppl.* II. *p.* 65. C. *gummifera*, floribus racemosis cernuis, calycibus villosis, foliis oblongis pubescenti-tomentosis, radicalibus cordatis crenato-dentatis. *Reliqu. Willd. MS.*

Pedalis, saepius simplex quam ramosa. Folia inferiora majuscula, basi sinu profundo. Flores nutantes magnitudine fere *Trachelii*, pallidiores. Calycina segmenta erecta lanceolata, reflexa minuta. Abunde lactescit. *M. a Bieberst.* *In Caucasi subalpini saxosis circa acidulam Narzana.* 4.

Obs. „Quaero an ab hac differat C. *violaefolia Lam. Enc. meth.* I. *p.* 587?" ait *M. a Bieberst.* Distincta videtur videriclo. *Poiret l. c.* In *Reliquiis Willdenowianis* expresse *gummiferae* subscripta legitur C. *betonicaefolia Bieberst. Cauc.* I. *p.* 153. additurque: „Simillima praecedenti (commutatae) sed differt formâ foliorum caulinorum, serraturâ duplici, et pubescentiâ." *Willdenow* suam a clo. *Stephan* e Tauria et Sibiria habuit. Nomen *Willdenowi* recepimus quia antiquior *betonicifolia Sibthorp.*

177. C. *lamiifolia Marsch. a Bieberst.*; foliis reniformi-cordatis duplicato-crenatis petiolatis subtus tomentosis, floribus secundis reflexis. *M. a Bieberst. Fl. taur. cauc.* I. *p.* 154. C. hirsuta, caulibus erectis subramosis, fol. cordatis crenatis, inferioribus petiolatis, summis sessilibus, racemis secundis cernuis. *Adam* apud *Weber* et *Mohr Catal.* I. *p.* 48. *n.* 10. *Buxb. Cent.* V. *t.* 18.

Statura *betonicifoliae*, folia latiora et rotundiora, etiam caulina. Calyces non lanati. Corollae speciosae ochroleucae aut albae. *M. a Bieberst.* *In Caucaso praesertim iberico in umbrosis.* 4.

178. C. *pendula*; *M. a Bieberst.*; foliis cordatis duplicato-serratis petiolatis, caule ramosissimo flaccido, ramulis axillaribus unifloris foliosis. *Fl. tauro-caucas.* I. *p.* 154.

Radix rupium fissuris inhaerens; caules numerosi ex ipsis saxorum parietibus amplo cespite propendentes. *Lamiifoliae* foliis floribusque quodammodo similis, minus omnino villosa et incana Cor. ochroleuca. *M. a B.* Calycis laciniae lanceolatae, corollâ duplo breviores. *In rupestribus Caucasi circa thermas Constantinomontanas et acidulam Narzana.* 4.

Obs. Cls. *Besser* hanc speciem jungit cum *alliariaefolia:* an fide specimium?

179. C. *armena Steven*; foliis petiolatis cordatis acuminatis inciso-serratis pubescentibus subtus tomentosis, caulibus virgatis, ramulis axillaribus paucifloris. *Act. Mosqu. p.* 13.

Differt a *pendula* caulibus rigidis virgatis, foliorum formâ. floribus minoribus caeruleis, ab *alliariaefolia* foliis cordatis incisis, nec reniformibus dentatis. *In rupium fissuris circa Gandsham.* 4.

180. C. *violaefolia Lam.*; humilis, foliis radicalibus cordatis crenatis petiolatis, floribus amplis pedunculatis, calyce hispido. *Lam. Enc. meth.* I. *p.* 587. C. *violae Pers. Syn.* I. *p.* 192.

Subvillosa, floribus maximis fere *Medii.* Rad. gracilis, fibrosa; folia radicalia subtus petiolisque parum villosa, ut fere VIOLAE *caninae.* Caulis 3-4 poll., foliis alternis, ovato-oblongis dentatis subpetiolatis, 2-3-florus, floribus elegantissimis, magnis, in specimine albis, campanulatis, margine barbatis, laciniis parum profundis. Cal. laciniis lanceolatis. *Lam.* ex *Herb. Juss.* *Culta in H. reg. paris. ao.* 1765. *E Sibiria creditur.*

181. C. *Adami M. a Bieberst.*; foliis spathulatis crenatis glabris, radicalibus subrotundis longissime petiolatis, caulibus simplicissimis unifloris, calyce brevi. *Fl. taur. caucas.* I. *p.* 155. C. *bellidifolia Adam* apud *Weber* et *Mohr Cal.* I. *p.* 47. *n.* 9.

Cespites ampli. Folia parva, demto petiolo vix unguicularia. Cal. brevis segmentis reflexis minimis. Cor. ampla calyce quadruplo longior, caerulea. *M. a Bieberst.* *In saxis alpestribus Caucasi circa portas caucasicas.* 4.

182. * C. *sibirica*; caule paniculato pubescente, foliis lanceolatis obtusiusculis undulatis. *Willd. Enum. H. Berol.* I. *p.* 213. *Spec.* I. *p.* 911. C. caule erecto paniculato foliisque oblongis obtusis undulato-serratis hispidis, calyce hispido, segmentis erectis subulatis duplo reflexis longioribus. *M. a Bieberst. Fl. taur. cauc.* I. *p.* 155. *Jacq. Austr.* *t.* 200. *Bot. Mag. p.* 659. *Gmel. Sibir.* III. *p.* 154. *t.* 29.

Caulis pedalis angulatus parum hispidus, rectus indivisus. Paniculа rarior, laxa. Folia lincaria, semiamplexicaulia, caulina scabra. Flores oblongi, parvi, pedunculis saepe trifloris. Calyces hispidi. Varietas ludit caule subdiviso, foliis latioribus. *Linn.* *In Sibiria, Tauria; Austria, Gallia.* ♂. *Spec. Pl. et H. Kew.* 4. *Enum.*

183. C. *divergens Willd.*; caulibus simplicibus divergentibus pubescentibus, foliis lanceolatis obtuse serratis sessilibus venosis, pedunculis axillaribus trifloris terminalibusque

secundis nutantibus. *Willd. Enum. H. Berol.* I. *p.* 212. C. *spathulata Waldst. Kitaib. Plant. rar. Pann. t.* 258. *Schweigg. Enum. H. regiom. p.* 20. C. *pannonica Kitaib.* olim. *β. cernua*, floribus majoribus. C. *lanuginosa Hortul.* C. *mollis Hortul.*

Multum affinis C. *sibiricae*, sed caulis crassior setis reflexis, ramis paucifloris, foliis triplo latioribus, inferioribus spathulatis, superioribus lato-lanceolatis, pedunculis subnudis, floribus triplo majoribus tubuloso-campanulatis, angulis pilosis. *In Pannoniae meridionalis rupibus calcareis prope Csiklova, ad thermas Herculis Mehadiae.* ♂.

Obs. C. *sibirica* caule subdiviso foliis latioribus apud *Linnaeum* et *Vitmann Summ.* I. *p.* 449 hujus fors loci? ut *Schult. obs. bot. n.* 248. *β.* corollis duplo triploque majoribus differt, et diversa fere species videtur, sed, licet culturâ perstet, nulla nisi in magnitudine corollae differentia. Haec fors C. *Medium* variorum Botanicorum, qui Medium spontaneum invenisse se affirmant.

184. C. *lingulata Waldst. Kitaib.*; hispida, caule simplici, floribus capitatis terminalibus, foliis lanceolatis obtusis crenatis, (corollis tubulosis). *Willd. Enum. H. Berol.* I. *p.* 213. *Waldst. Kitaib. Pl. rar. Hung.* I. *p.* 65. *t.* 64.

Differt a proxima C. *capitata Cart. Mag. t.* 811. corollis minoribus et hirsutie. *Willd.* Caules plures pedales setis albis; folia undulata; flores in fasciculis subternis, bracteis acuminatis ciliatis; corollae violaceae tubus pentagonus; laciniae erectae acutae. Flores subinde quidam axillares. *In Pannoniae meridionalis ad thermas Herculis et Syrmiae sylvis.* ♂.

185. C. *caucasica M. a Bieberst.*; foliis obovatis undulato-crenatis scabris, caulibus repentibus, ramis erectis paucifloris, calycis hispidi segmentis subaequalibus. *Fl. taur. cauc.* I. *p.* 155. *Ejusd. casp. p.* 140. *app. n.* 14. *Pers. Synops.* I. *p.* 191.

Plerumque pygmaea, interdum altior, ut varietas fere monstrosa *sibiricae*; radice tamen multicauli et calyce facile dignoscenda. Capsulae triloculares cernuae. *M. a B.* Differre inprimis a *sibirica* caulibus brevibus tenuibus adscendentibus, floribus majoribus, calyce glabriusculo, nec valde hispido. *In abruptis lapidosis Caucasi subalpini.* 4.

186. * C. *heterophylla*; foliis subovatis glabris integerrimis, caulibus diffusis. *Linn. Syst. Veg. p.* 176. *Lam. Enc. meth.* I. *p.* 54. *Willd. Spec.* I. *p.* 917. (excl. synon. *Tournefort.* monente *Desfontaines*).

Folia obovata integerrima pubescentia, apice undulata. Caulis alterne ramosus. Flores penduli caerulescentes. *Linn.* Caules graciles, debiles ut plurimum simplices, 8-9poll.; folia radicalia spathulata, integerrima, in petiolum attenuata, simi-

lia BELLIDIS, caespitosa; caulina numerosa parva rotundata subpetiolata integerrima. Flores dilute caerulei, sat parvi, in apice caulis terminales et axillares in pedunculis brevissimis. Cal. sinubus reflexis. Glabra, lactescens. *Lam.* ad *Herb. Juss.* *In Oriente; in scopulis insularum Archipelagi.* 4.

Obs. *Lamarck*, qui suam C. *calaminthaefoliam* ex herb. *Juss.* et icone *Aubriet* descripsit, ad hanc citat C. saxatilem, foliis inferioribus bellidis, caeteris Nummulariae subhirsutis, crenatis ac veluti hirsutis. *Tournef.* Cor. 3.; ad hanc vero, *heterophyllam*, ex eodem herbario descriptam, adducit C. *saxatilem* foliis inferioribus Bellidis, caeteris Nummulariae *Tournef. Cor.* 3. *iter orient.* 1. *p.* 243., quam excludi et ad *calaminthaefoliam* poni jubet *Desfont. Poiret* dubium non solvit.

187. * C. *tridentata*; capsulâ quinqueloculari, caule unifloro, foliis radicalibus tridentatis. *Linn. Mant. p.* 44. *Willd. Spec.* 1. *p.* 911. *Schreber Dec.* 3. *t.* 2. C. orientalis pumila repens flore magno. *Tournef. Cor. Inst. p.* 3.

Folia radicalia STATICES *reticulatae*, lanceolatae, cuneiformia, apice saepe subtridentata. Caulis foliis duplo longior, foliis aliquot linearibus. Flos erectus, majusculus solitarius. Calyx sinubus reflexis, germen tegentibus. *Linn.* *In Oriente.* 4.

188. C. *Biebersteiniana*; foliis oblongis obtusiusculis apice subserratis, margine calycibusque lanatis, caulibus simplicissimis unifloris. C. *rupestris Fl. taur. cauc.* 1. *p.* 155. C. orientalis pumila repens, flore minore. *Herb. Tournef.*

Pusilla, *tridentatae* maxime affinis. Differt foliis longioribus minus rigidis margineque, ut calyces, lanuginosis. Flos speciosus caeruleus. *M. a B.* *In rupestribus alpium caucasicarum.* 4.

Obs. Occurrit in Herbariis nomine *saxatilis.* Nomen mutandum ob *rupestrem* antiquiorem *Sibthorp.*

189. C. *saxifraga M. a Bieberst.*; foliis oblongis obtusiusculis basi attenuatis margine apiceque crenatis calycibusque nudis, caulibus simplicissimis unifloris. *Flor. taur. cauc.* 1. *p.* 155.

Affinis *rupestri*, paullo major, latum efformans caespitem. Differt defectu lanae foliorum calycisque, foliis basi angustioribus, calycis segmentis latioribus. *M. a B.* *In cacumine montis Beschtau.* 4.

190. C. *ciliata Steven*; foliis oblongis basi latioribus crenatis ciliatis, calyce hispido. *Steven Act. Mosqu.* *p.* 13.

A C. *saxifraga* maxime affini differt calycibus hispidis, segmentis angustioribus dimidium fere corollae attingentibus, nec triplo

brevioribus, foliis latâ basi sessilibus, nec in petiolum attenuatis. *Steven.* *In rupibus circa Chinalug.* 4.

191. C. *pilosa Pall.*; caule simplici erecto glabro, foliis radicalibus lanceolatis in petiolum attenuatis glabris, caulinis lineari-subulatis denticulatis, flore terminali subsolitario nutante barbato. *Reliq. Willd. MS.*

In Sibiria. 4. *Pallas.*

192. C. *parviflora Lam.*; caule superne ramoso, foliis radicalibus longe petiolatis obovatis crenatis, caulinis ovato-lanceolatis basi attenuatis et incisis, floribus paniculatis. *Lam. Enc. meth.* I. *p.* 588. *Desfont. Cor. Tournef. Ann. Mus.* XI. *p.* 138. *t.* 14. C. *orient. fol. incis. flore minimo, et multiplici Tournef. Cor. Inst. p.* 4.

Caulis erectus 2 ped., pilis brevibus, ramis ramosis; folia scabriuscula, glabra aut parum villosa, radicalia obtusa, inaequaliter incisa, in petiolum decurrentia, caulina sessilia, patentia. Flores axillares et terminales subnutantes in pedunculis filiformibus. Cal. pilosus, laciniis ovatis acutis rectis, sinubus reflexis. Cor. caerulea, 5-6 lin., laciniis ovatis obtusis subpatentibus. Stigmata 3. Caps. 3-locularis. *In Iberia.*

193. C. *lyrata Lam.*; hispida, foliis radicalibus longis petiolatis lyratis, lobo terminali cordato, floribus lateralibus et terminalibus erectis subsessilibus. *Lam. Enc. meth.* I. *p.* 588. *n.* 57.

Synonymia omnis a *Lamarck l. c.* adducta: C. foliis profunde incisis, fructu duro. *Tournef. Cor. Inst. p.* 3. (quam quoque ad *tomentosam Lam.* citatam legimus), Medium Dioscoridis *Rauw. iter* 284. Campanula mariana, laciniatis foliis peregina, *Bauh. Pin.* 94. *Moris.* II. *p.* 460. V. *t.* 3. *f.* 51. *Raj. Hist.* 732. *n.* 3., monente *Poiret Enc. meth. Suppl.* V. *p.* 594 ad MICHAUXIAM amandanda. Differre multum a *laciniata*, quacum *Linnaeus* confundebat. Hispida; folia radicalia fere *Napi*, lobo terminali crenata; folia caulina sessilia ovata utrinque acuta, incisa, dentata. Flores campanulati limbo subdiviso obtuso. *Lam. ad icon. Aubriet.* *In Oriente.*

194. * C. *laciniata*; capsulis pedunculatis, foliis serratis, radicalibus (pinnatifidis) lyratis, caulinis lanceolatis, (subcuneiformibus.) *Linn. Spec. p.* 237. *Willd. Spec.* I. *p.* 911. *Andr. Reposit. p.* 385. C. graeca saxatilis Jacobaeae folio. *Tournef. iter.* I. *p.* 99. *t.* 99. *Cor. Inst.* 1

Laeviuscula. *Linn.* Similis MICHAVXIAE numero partium, floris vero et foliorum formâ distincta. *Willd.* Glaber, pedalis, caule folioso ramoso; folia inferiora magna, oblonga, lobo terminali maxime dilatato. Flores magni pedunculati, terminales et laterales, patentissimi, stigmate 5-fido. *Lam.* ad *Herb. Juss.* *In Graecia, Libano.*

195. C. *anchusiflora Sibthorp;* tomentosa, foliis radicalibus lyratis serratis, caule erecto paniculato multifloro, corollae limbo hypocrateriformi. *Sibth. Fl. Graeo. t.* 212. *Smith Prodr. Fl. Gr.* I. *p.* 141. *n.* 494.

In insula Polycandro, et in scopulis maritimis insulae Hydrae. ♂.

196. C. *rupestris Sibthorp;* tomentosa, foliis crenatis, radicalibus lyratis, caulinis obovato-rotundatis, caulibus diffusis. *Sibth. Fl. Graec. t.* 213. *Smith Prodr. Fl. Gr.* I. *p.* 142. *n.* 495.

In Boeotiae et Peloponnesi rupibus. ♂. (An *lyrata Lam.?*)

197. * C. *stricta;* capsulis obtectis, foliis strictis, caulinis lanceolatis serratis, floribus sessilibus. *Linn. Spec. p.* 238. *Willd. Spec.* I. *p.* 912. *Desfont. Coroll. Tournef. Ann. Mus. p.* 137. *t.* 13. C. orient. folio longo rigido aspero, flore sursum spectante. *Tournef. Cor. Inst. p.* 3. *β. Labillard. plant. Syr. rar. Dec.* V. *p.* 6. *t.* 4.

Caulis 1-2 ped., hirtus simplex (simplicissimus *Linn.*) aut basi ramis 3-4. Folia radicalia (ex *Linnaeo*) cordata s. ovata, oblongiuscula, serrata, utrinque hirta petiolata, caulina lanceolata acuta, (obtusa *Linn.*), subsessilia, 1-2 poll., 4-6 lin., basi angustiora. Flores axillares solitarii erecti in spica terminali simplici. Cal. hirtus, laciniis ovatis brevibus. Cor. caerulea 8-10 linearum, tubo cylindrico, limbo parum patente, 5 lin., laciniis ovatis obtusis parum profundis. Stigmata 3 parva. Caps. subrotunda, 3-locularis. *β.* Vix pedalis, tota hispida; folia lineari-lanceolata, integra, inferiora palmaria, caulina pollicaria; flores terminales solitarii, rarissime bini, corolla duplo fere calyce longior. „Num folia radicalia cordata sint aut ovata, ut in *Spec. Plant.* asseritur, e *Tournefortii* speciminibus non dicam magis quam ex descriptione D. *Desfontaines. Labillard. l. c. In Armenia Tournef. In Syria et Palaestina Linn. circa Damascum in monte Dgebel Cher.* 2.

198. C. *cichoracea Sibthorp;* capsulis obtectis, foliis oblongis undulatis hispidis; radicalibus sinuatis, floribus glomeratis sessilibus terminalibus. *Sibth. Fl. Graec. t.* 209. *Smith Prodr. Fl. Gr.* I. *p.* 140. *n.* 489. C. *capitata* capsulis 5-locularibus? obtectis, foliis oblongis obtusis hispidis amplexicaulibus, floribus terminalibus congestis *Sims* in *Curt. Magaz. t.* 811.

In Thessalia. ♂.

Obs. Si ipsi *Smith* dubia, quis decidere audebit temere de synonymo *Simsii?* Laciniae calycis reflexae latiores. Cor. caerulea. E seminibus a divo *Sibthorp* datis nata planta.

199. C. *lanuginosa Willd.;* foliis lanuginosis, radica-

libus lyratis, caulinis subrotundo-ovatis serratis, floribus cernuis. *Willd. Enum. H. Berol.* I. *p.* 213. *Dietr. Nachtr. z. Gärtn. Lex.* I. *p.* 668.

C. *tomentosa Vent. H. Cels. t.* 18 forte eadem planta, sed folia omnia oblonga, flores erecti, etiam appendices calycis in nostra longiores. — Folia caulina vix 1/2 poll., subrotundo-ovata, serraturis 3 utroque latere, obtusa; ramea oblonga basi angustata serraturis paucis remotis, plerumque duabus. *Willd.* — An *mollis L?* *Habitat* — ♂. *Berolini sub Dio.*

Obs. C. *tomentosa Vent.* eadem monente *Poiret* cum *tomentosa Lam.*, hinc non hujus sectionis.

200. C. *edulis Forsk.*; foliis ovato-acutis, serratis sessilibus. *Forsk. aegypt. p.* 44. *n.* 46.

Rad. crassa, pueris edulis. Caulis ramosus, hispidus. Cal. fructus patens, ciliatus. Cor. pallide caerulea, venis violaceis, vel alba. *In Arabia.*

d. ERINOIDES: *corolla subinaequali, stigmate subsimplici, capsulâ apice dehiscence.**)

201. * C. *Erinus*; caule dichotomo, foliis sessilibus, superioribus oppositis tridentatis. *Linn. Syst. Veg. p.* 176. *Willd. Spec.* I. *p.* 917. *Lam. Enc. meth.* I. *p.* 585. *Decand. Fl. franç. n.* 2849. *Moris. Hist.* II. *Sect.* 5. *t.* 3. *f.* 25. *Column. phytobas.* 12. *t.* 37.

Ramificatio opposita. Cor. regularis calyce minor. Stigma trifidum: omnia *Campanulae. Linn.* Tota pubescens. Caulis repetito-dichotomus, gracilis, vix 48 circiter poll.; folia ovata, dentibus remotis, profundis. Flores axillares et terminales, parvi, subsessiles, pallide caerulei aut albidi, corollae lobis 5 rectis subinaequalibus, calyce parum longioribus. Cal. demum increscens. Stylus stigmate simplici. Capsula apice dehiscens. *Juss.* et *Decand.* Et hujus varietas glabra et pubens existit. *In Gallia australi, Italia, Hispania.* ⊙.

202. C. *drabifolia Sibth.*; caule dichotomo, foliis sessilibus dentatis; floralibus oppositis, corollae tubo ventricoso. *Sibth. Fl. Graec. t.* 215. *Smith Prodr. Fl. Gr.* I. *p.* 142. *n.* 497. C. drabae minoris foliis *Tournef. Cor. Inst. p.* 112.

In vineis, et inter Gossypia, insulae Sami, et prope Athenas. ⊙.

---

*) *Decandolle* et *Lamarck* hanc speciem sub sectione foliorum hispidorum, *Linnaeus* et reliqui sub illa capsularum obtectarum; alii aliis locis cum sequentibus. Harum cum adeo sit incerta sedes, interea, donec penitius cognitae sint et aliae fors accedent agnatae Species, sectionem illis propriam assignare nobis visum est.

203. * C. *erinoides*; caulibus diffusis, foliis lanceolatis subserratis, decurrentibus lineâ scabrâ, floribus pedunculatis solitariis. *Linn. Mant. p.* 44. *Willd. Spec.* I. *p.* 917. *Herm. lugdb.* 110. *t.* 111 ?

Similis LOBELIAE *erinoidi*. Caules ramosissimi. Folia alterna, vix manifeste serrata, margine aculeis ciliato. Flores ramulos terminant solitarii, pedunculati, erecti. Germen laeve. Stylus trifidus. *Linn.* *In Africa.*

204. * C. *Elatines*; foliis cordatis dentatis, pubescentibus, petiolatis, caulibus prostratis, pedunculis capillaribus multifloris. *Linn. Spec.* I. *p.* 240. *Willd. Spec.* I. *p.* 910. *Lam. Enc. meth.* I. *p.* 578. *Decand. Fl. fr. n.* 2848. *Allion. Pedemont. n.* 422. *t.* 7. *f.* 1. *β.* glabrescens.

Caulis prostratus teres pubescens, rarius ramosus. Folia alterna dentato-serrata, longius petiolata, utrinque subpubescentia. Pedunculi axillares, filiformes, s. capillares, aphylli, laxi, ramosi, saepius trifiori pubescentes. *Linn.* Figuram *Allion.* nimis magnam caeterum bonam dicit *Willd.* Corolla patens, quidquam major quam in *hederifolia*, dilute purpurea, laciniis calycis linearibus, vix longitudine corollae. *In alpinis pedemontanis et Europae australis.* 2.

Obs. Lamarck C. *Elatinen* sub sectione foliorum glabrorum; *Decandolle* sub illa hispidorum; *Persoon* sub capsulis obtectis cum *Willdenow.*

205. * C. *hederacea*; foliis cordatis quinquelobis petiolatis glabris, caule laxo. *Willd. Spec.* I. *p.* 916. *Lam. Enc. meth.* I. *p.* 578. (uterque excl. *Plukn.*) *Smith Fl. brit.* I. *p.* 240. *Engl. Bot. t.* 73. *Decand. Fl. franç. n.* 2831. *Fl. Dan. t.* 330. *Römer Fl. europ. Fasc.* 1. C. cymbalariae vel hederae folio. *Morìs. Hist.* II. *p.* 456. *S.* V. *t.* 4. *f.* 18. *β.* foliorum lobis acute dentatis.

Caules prostrati repentes, late diffusi, graciles, ramosi, glabri, foliosi. Folia petiolata tenera, glabriuscula. Pedunculi saepius terminales longissimi solitarii uniflori. Flores nutantes pallide cyanei fugaces. Caps. parva, hemisphaerica. *Smith.* — Filamenta basi non esse squamiformia notavit *Brotero Fl. lusit.* I. *p.* 257. — *In humidis Europae borealis, et occidentalis; β. in Gallia meridionali et Hispania.* ⊙.

206. C. *arvatica Lagasca*; glaberrima, caulibus filiformibus, foliis cordato-rotundatis angulatis, floribus terminalibus pedunculatis solitariis, corollis patentibus, capsulis trilocularibus. *Lagasca Varied. de cienc. nat. Gen. et spec. nov. diagn. p.* 12. *n.* 155. Campanula cymbalariae- vel hederaefolia. *Pluk. n. Phyt. tab.* 23. *fig.* 1.

Ad saxorum rimas en el Puerto Pajares et Pennafarada. 2?

Obs. Specimina *hederaceae* tam ex Britannia, quam ex regno Legionis Hispaniae, possidemus exactissime cum descriptione et icone *Engl. Bot.* convenientia; specimina vero *arvaticae* ex Hispania corollâ triplo majore et ultra, calycis laciniis setaceis longitudine fere corollae reflexis abunde diversa, licet similia foliis, siccata nigrescit.

207. C. *cymbalaria Sibthorp*; foliis reniformibus incisis glaberrimis nitidis, caulibus diffusis. *Smith Prodr. Fl. Graec.* I. *p.* 139. *n.* 485. C. foliis cymbalariae crispis montis Olympi. *Tournef. Cor. Inst. p.* 3.

In umbrosis humidis montis Olympi Bithyni. 2.

208. C. *cochlearifolia Lam.*; caulibus simplicibus unifloris, foliis radicalibus cordato-subrotundis crenatis longissime petiolatis, caulinis exiguis subspathulatis acutis, flore cernuo. *Lam. Encycl. meth.* I. *p.* 571. *Vahl. Symb.* I. *p.* 18. *Willd. Spec.* I. *p.* 914. C. minor alpina, foliis cochleariae. *Barrel. Ic. p.* 454.

Hederaceâ duplo minor, nec tamen adeo tenera, tota glabra. Folia radicalia numerosa, vix 4-5 lin. lata in petiolis 2 poll., e quorum cespite caules 2-3 graciles, foliosi, debiles, simplices, 2-3 poll., uniflori. Cal. brevissimus, dentibus 5 acutis. Cor. brevis caerúlea; laciniis parum profundis. *Lam.* — Caules debiles, 1/2 ped., ramis simplicissimis patentissimis. Folia radicalia crassiuscula, dentibus utrinque 3 acutis, caulina subintegerrima. Cal. glaber, laciniis lanceolato-subulatis, corollâ longioribus. Caps. angulata e lineis elevatis decurrentibus, trilocularis. *Vahl* qui a *Cavolini* habuit. *In Apenninis.* 2.

209. C. *camtschatica Pall.*; foliis radicalibus cordatis dentatis, caulinis oblongo-lanceolatis integerrimis, caule capillari subunifloro, calyce reflexo, laciniis linearibus corollam aequantibus. *Herb. Willd. MS.*

Radices capillares ramosissimae, folia radicalia longe petiolata, petiolis capillaribus, rotundatá, subangulato-dentata, membranacea, glabra, laevia, caulina petiolata in petiolum attenuata obtusa. Caulis setaceus debilis apice subuniflorus. Calycis laciniae inaequales subulatae reflexae. *Willd. MS. In Kamtschatka.* 2. *Pallas.*

e. PRISMATOCARPI: *capsulis prismaticis.**)

210. *) C. *fruticosa*; capsulis columnaribus quinquelocularibus, caule fruticoso, foliis lineari-subulatis, (muticis),

---

*) PRISMATOCARPI genus statuit *L'Héritier*: *Cal. Cor. Stam.* ut in CAMPANULA. *Germen* inferum longissimum polygono-cylindricum. *Stigma* 2-3-fidum. *Caps.* prismatico-cylindrica, longissima, 2-3-locularis, polysperma, foraminibus superis emittens semina columellae affixa. LEGOUZIA *Durande*. APENULA *Necker*.

pedunculis longissimis, (paniculâ terminali) *Linn. Spec.* I. *p.* 912. *Willd. Spec. I. p.* 912. PRISMATOCARPUS *fruticosus L'Hérit.* C. africana, ericae folio, flore caeruleo patulo. *Herm. afr.* 5.

Willdenow de genere dubitat, quia *Thunberg* non enumeravisset speciem hancce. *Lamarck* non vidit. Specimen nostrum LIGHTFOOTIA est, quod sub hoc nomine obtinuimus. *In Promont. b. Spei.* ♄.

211. C. *plicata Pers.*; foliis linearibus undulatis, caule prolifero laxe ramoso, germinibus longissimis. *Pers. Syn.* I. *p.* 193. *Poiret Enc. meth. Suppl.* II. *p.* 66. PRISMATOCARPUS *crispus. L'Hérit.*

Habitus C. *undulatae Thunb.*; caules recti, glabri, ut folia utrinque. Germina tereti-prismatica. *In Promont b. Spei.*

212. C. *Prismatocarpus Ait.*; capsulis linearibus bilocularibus, foliis lanceolatis laxe serratis glaberrimis, caule decumbente. *Ait. Kew.* I. *p.* 224. *Willd. Spec.* I. *p.* 914. *Poiret Enc. meth. Suppl.* II. *p.* 66. PRISMATOCARPUS *nitidus*, fol. lanceolatis glaberrimis, floribus terminalibus sessilibus, corollis calyce duplo longioribus. *L'Hérit. Sert. Angl. p.* 2. *t.* 3.

Vix eadem ac *cernua. Willd.* Habitus JUSSIEUAE, humilis, radice fusiformi, unde caules plures sublignosi basi, subsimplices, diffusi, glabri. Folia parva sessilia. Flores sessiles solitarii terminales; cal. glaber, laciniis lanceolatis acutis; cor. rotata, lobis ovatis acutis, calyce duplo longior. *Poiret. In Promont. b. Spei.* ☉.

213. * C. *Speculum*; caule ramosissimo diffuso, foliis oblongis subcrenatis, floribus solitariis. *Willd. Spec.* I. *p.* 912. *Schult. Baier. Fl. n.* 17. *Curt. Mag. p.* 102. *Bulliard t.* 504. *Mayrhoffer Fl. monac. t.* 26. *St. Hilaire p.* 12. *t.* 3. *Hall. Helv. n.* 703. LEGOUSIA *arvensis Dur. Fl. bourg.* I. *p.* 37. PRISMATOCARPUS *speculum Decand. Fl. fr. n.* 2856. *L'Hérit. Sert. Angl.* β. pubescens. γ. Flore albo.

½-1½ ped., caule anguloso, folioso; folia parva ovata subacuta. Flores rubro-violacei terminales et axillares; interdius sessilis. Calycis laciniae lineares acutae, corolla interdum parum longiores. Cor. plana, 5-fida, purpurea, filamenta basi squamis nullis. *Inter segetes Europae mediae.* ☉.

214. C. *hirta*; villoso-hirsuta; caule erecto, ramis patentibus subtrifloris, foliis ellipticis amplexicaulibus obtusis subcrenatis, floribus aggregatis calycibus corollâ brevioribus, aut eandem subaequantibus. PRISMATOCARPUS *hirsutus. Tenore Fl. neap. Prodr. p.* 16. *Fl. neapol. p.* 76. *t.* 19. *Synops. p.* 56.

Differt a *Speculo* hirsutie totius plantae, et characteribus datis. *In agris undique.* ⊙.

215. C. *ghilanensis Pall.*; caule simplici subramoso, foliis lanceolatis acuminatis serratis, floribus subracemosis, calycis laciniis corollâ longioribus acuminatis serratis *Reliqu. Willd. MS.*

Simile *Speculo*, sed differt caule simplici triplo altiore, foliis calycumque laciniis in longum mucronem setaceum tortilem abeuntibus serratis. *Willd. l. c.* *In Persiae provincia Ghilan.* ⊙. *Pallas.*

216. * C. *hybrida*; caule basi subramoso stricto, foliis oblongis crenatis, calycibus aggregatis corollâ longioribus. *Linn. Spec.* 239. *Willd. Spec.* I. *p.* 913. *Lam. Enc. meth.* I. *p.* 589. *Smith brit. p.* 239. *Engl. Bot.* 375. PRISMATOCARPUS *confertus Mönch. meth. p.* 496. PRISMATOCARPUS *hybridus L'Hérit.* et *Decand. Fl. fr. n.* 2857. *Hall. Helv. n.* 704. *Moris. Hist.* II. *p.* 457. *S.* 5. *t.* 2. *f.* 22. *Buxb. Cent.* IV. *p.* 24. *t.* 38. *β.* caule simplici.

Differt a *Speculo* matre caule basi tantum ramoso erecto, superne vix ramoso stricto; floribus sessilibus 3-4 simul; corollis saepius in rudimento latentibus nec explicatis. Quin haec ex C. *Speculo* olim orta sit, dubium vix videtur. *Linn.* Sed in insula, Britannia, occurrit, ubi desideratur *Speculum.* An proles sine matre creata? Caulis erectiusculus, flexuosus, angulatus, foliosus. Folia alterna remota sessilia undulata subcrenata margine scabra. Flores terminales sessiles. Cor. violacea calyce duplo brevior. *Speculum* vix differt nisi corollâ majore, cauleque ramosiore. *Smith. l. c.* Calycis laciniae etiam per se breviores latioresque quam in *Speculo*; germen saepius angulato-alatum. Variat caeterum pubescentia et glabritie. *Decand.* *In Helvetia, Gallia, Anglia, inter segetes, et in Tauriae rupestribus.* ⊙.

217. C. *spuria Pall.*; pubescens, caule basi ramoso folioso, foliis ellipticis sinuato undulatis, calycibus solitariis aggregatisque acutis, corollae longitudine. *Reliqu. Willd. MS.*

In rupibus altis Tauriae. ⊙. *Pallas.*

218. C. *falcata*; glabra, caule erecto, simplicissimo, foliis ellipticis, imis obovatis subcrenatis, pubescentibus, floribus axillaribus solitariis sessilibus, calycibus corollâ duplo longioribus, laciniis falcatis acuminatis. PRISMATOCARPUS *falcatus Tenore Fl. neapol. Prodr. p.* 16. *Fl. neap. p.* 77. *t.* 20. *Synops. p.* 56. C. *hybrida H. Taurin.* (fide specim.)

Variat caule simplici et ramoso, subinde quoque pubescit. La-

ciniis calycis falcatis pollicaribus et ultra dignoscitur facile. *In collibus umbrosis Agnani prope Neapolin.* ⊙.

219. * C. *pentagonia*; ramosa, diffusa; foliis inferioribus oblongis obtusis, superioribus lanceolatis; floribus solitariis; corollis calyce longioribus. *Desfont. Annal. Mus.* XI. *p.* 143. *t.* 18. *Edwards bot. Reg. t.* 56. C. caule subdiviso ramosissimo, foliis linearibus acuminatis. *Linn. Hort. Cliff.* 66. *Spec.* 239. *Willd. Spec.* I. *p.* 914. PRISMATOCARPUS *pentagonius* *L'Hérit. Sert. Angl.* 3. C. pentag. flore amplissimo thracica. *Tournef. Cor. Inst. p.* 112. C. *cret. arv. fl. max. Tournef. Cor. Inst. p.* 3. (utraque fide Herb. *Tournef.*)

Vix pubescens, sed folia subinde ciliata. Corollae majores quam in C. *Speculo*, calyces longiores, ciliati pilis longis albis. Germina vix corollâ longiora *Radolphi.* — Caulis 1 1/2 pell. et ped., rotundato-angulosus, pubescens. Folia alterna, patentia, sessilia, angusta, uncialia et longiora, setulis nonnullis vagis albis consita, subtus pilosa; inferiora subspathulato-oblonga, superiora lineari-oblonga vel lanceolata. Flores majusculi, caeruleo-purpurascentes. Caulis et ramorum terminales, solitarii, clausi in alas 5 complicati. Germina bis longiora, pedunculos referentia, triquetra, pilosiuscula. Calyx foliaceus, stellatus, angustus, acutus, subsetuloso-ciliatus at laxe, corollâ subbrevior, neque reflectendus. Corolla unciam profunda, rotata, plana, semiquinquefida, laciniis ovato-ellipticis, retusis, mucronatis, villis paucis, mucroni circumpositis, nervo medio in dorso setulis 2-3 versus apicem instructa. Stamina corollâ subduplo breviora, externe pruinata: filamenta membranacea, basi dilatatâ, sertato-conniventia, ultra tandem recumbentia: antherae bis ferme breviores. Stigmata 3, post foecundationem supra antheras replicanda. Capsula 2-3 uncialis, angulis costata, trilocularis, loculis polyspermis. *Edw. In Turcia.* ⊙.

Obs. Clo. *Desfontaines* videtur varietas *hybridae* floribus majoribus, sed pérstat culturâ.

220. * C. *perfoliata*; caule simplici, foliis cordatis dentatis amplexicaulibus, foliis sessilibus aggregatis. *Linn. H. upsal. p.* 40. *Willd. Spec.* I. *p.* 915. *Knip hof* C. VIII. *n.* 21. C. *amplexicaulis Mich. Fl. bor. Amer.* I. *p.* 108. (fide *Persoon* et *Poiret Suppl.* II. *p.* 55.) *Moris. Hist.* 2. *p.* 457. S. V. *t.* 2. *f.* 23. *Barrel. Icon.* 83. *t.* 1133. (?)

Flores, excepto terminali, saepe mutilati. *Linn.* Caulis ut plurimum simplex, rectus, subpedalis, angulosus, subvillosus. Folia concava, fere perfoliata. Flores parvi, e caeruleo violacei, terni quaterni. Calycis laciniae angustae acutae. *In Virginia.* ⊙.

221. C. *biflora Ruiz et Pav.*; capsulis trilocularibus,

foliis late ovatis crenatis sessilibus, floribus binis axillaribus sessilibus. *Flor. peruv.* II. *p.* 55. *t.* 200.

Cal. 3-5-partitus. Folia in figura integerrima. Clo. *Poiret Enc. meth. Suppl.* II. *p.* 55. nonnisi varietas videtur *perfoliatae.*

222. C. *interrupta Pers.*; foliis subulatis ciliatis, ramis floriferis superne interruptis aphyllis. *Pers. Syn.* I. *p.* 192. *n.* 97.. *Poiret Enc. meth. Suppl.* II. *p.* 66. PRISMATOCARPUS *interruptus L'Hérit.*

Caules recti, ramis alternis foliis sparsis. Spicae terminales interruptae. *Ad Promont b. Spei.*

223. C. *subulata Thunb.*; foliis lanceolatis trigonis ciliatis, floribus paniculatis, caule erecto. *Prodr.* I. *p.* 38. *Fl. Capens.* II. *p.* 22. *Willd. Spec.* I. *p.* 906.

Caulis herbaceus filiformis purpurascens glaber erectus ramosus 1 ½ ped.; rami sparsi elongati capillares glabri superne aphylli. Folia sessilia subfasciculata marginata basi ciliata, apice reflexo-patentia, inaequalia, unguicularia. Flores terminales paniculati. Pedunculi et pedicelli capillares, glabri divaricati. Corollae minutae calycibus glabris. *Thunb.* *In montibus Promont b. Spei prope Hexrivier.*

224. C. *ericoides Lam.*; caule erecto gracili, foliis subulatis dentato-ciliatis, paniculâ nudâ pauciflorâ. *Lam. Illustr. n.* 2574. *Poiret Enc. meth. Suppl.* II. *p.* 66. C. paniculata foliis subulatis subciliatis, pedunculis longis pedunculatis. *Pers. Syn.* I. *p.* 192. PRISMATOCARPUS *ericoides L'Hérit.*

Caules fere filiformes; folia parva subfasciculata. Flores terminales. *Poiret* l. c. ex *Herb. Lam.* *In Promont. b. Spei.*

Obs. An huc, quaerunt *Lamarck* et *Persoon* C. *subulata*? C. *hispidula*? POLEMONIUM *roelloides*? Fors CAMPANULA *subulata*; sed ab hac, ut nunc ex *Flora capensi* videmus, C. *hispidula* et POLEMONIUM *roëlloides* sane diversae.

225. * C. *hispidula*; hispida, floribus erectis, calycibus longitudine corollae. *Linn. Suppl. p.* 142. *Thunb. Prodr.* I. *p.* 38. *Fl. Capens.* II. *p.* 23. *Willd. Spec.* I. *p.* 906. *Commel. Hort.* II. *p.* 73. *t.* 37.

Caulis ramosus palmaris hispidus, superne magis ramosus. Folia alterna linearia acuminata ciliata inprimis carinâ. Calyces subsessiles terminales erecti lineares carinâ ciliati. Cor. infundibuliformis, stigma trifidum. *Linn.* Descriptio a clo. *Thunberg* data non paucis discrepat. Caulis herbaceus, uti tota planta hispidus, brevissimus, saepe vix pollicaris, interdum palmaris. Rami vel nulli, vel rari a radice et simplices, vel ramosi et ramulosi, diffusi, teretes, scabri, cinereo-purpurascentes. Folia alterna sessilia lanceolata integra margine re-

flexo et costâ ciliis albis. Flores terminales erecti caerulei et albi. Laciniae calycis similes foliis, longitudine corollae. Antherae lineares sagittatae erectae. Stigma trifidum. Capsulae valde hispidae ciliis cartilagineis niveis. *Thunb.* *In Promont b. Spei. In Swartlandiae collibus sabulosis.* ⊙.

Obs. Divo *L'Héritier* PRISMATOCARPUS videtur, quocum habitu certe convenit; sed in specimine nostro, quod munificentiae cli. *Thunberg* debemus, germen hispidissimum globosum, nec prismaticum. Calycis laciniae anthesi peractâ videntur excrescere, pollicares fiunt, tum in planta florente vix 1/3 poll.

226. C. *altiflora Pers.*; foliis subulatis subciliatis confertissimis, pedunculo longissimo aphyllo, germinibus tomentosis. *Pers. Syn.* I. *p.* 192. *n.* 99. *Poiret Enc. meth. Suppl.* II. *p.* 66. PRISMATOCARPUS *altiflorus L'Hérit.*

Affinis *ericoidi.* Germina teretia. *In Promont b. Spei.*

Obs. Species tres: *ericoides*, *interrupta* et *altiflora* LEPIDIUM *subulatum* referunt.

227. C. *pedunculata*; foliis subulatis subciliatis, paniculis longius pedunculatis. *Gmel. Syst. Veg. p.* 352. PRISMATOCARPUS *pedunculatus L'Hérit. Sert. Angl. p.* 2.

Tantum in *Gmelin l. c.* adductam videmus.

228. C. *dehiscens Roxb.*; annua pilosula basi ramosa, foliis linearibus denticulatis, floribus terminalibus, capsulis apice poris tribus dehiscentibus. *Willd.* in *asiat. Research.* XII. *p.* 580. *t.* 6. *Roxb. Cat. Hort. beng. p.* 85.

Erecta pedalis, pilis paucis brevibus; rami subsimplices adscendentes fastigiati. Folia alterna sessilia patentia remote denticulata, basi attenuata, 1 poll., margine costâque leviter pilosa, superiora et floralia integerrima. Flores parvi glabri dilute caerulei pauci alterni. Pedunculi filiformes, bracteolis aliquot linearibus. Cal. superus 5-partitus; laciniae lineares acutae, erectiusculae. Cor. campanulata 5-fida, calyce duplo longior: laciniae ovatae acutae. Stam. corollâ breviora. Filamenta capillaria erecta e basi dilatata ciliata conniventia; antherae lineares erectae. Ovarium laeve oblongum trisulcum triloculare polyspermum: ovula axi inserta. Stylus longitudine staminum pubescens. Stigma trilobum villosum. Capsula membranacea subcylindrica fusca: calycis laciniis erectiusculis coronata, trilocularis, apice poris tribus dehiscens. Dissepimenta apice prominula. Semina minuta numerosissima. *Willd.* *In agris Bengalae frequenter.* ⊙.

Obs. Ad PRISMATOCARPOS accedere, et genus fors sistere proprium monuit excell. Comes a *Sternberg*, qui benigne nobiscum communicavit.

f. DUBIAE:

229. C. *coronopifolia*; foliis linearibus sparsis confertis,

inferioribus grosse remote et inaequaliter dentatis, superioribus integerrimis. *Fischer in litt.*

Flores racemoso-subpaniculati, calycis laciniae ovatae simplices, stylus inclusus, flores reliquis majores. *Patria nos et sectio latet.*

230. C. *tricuspidata Fisch.*

Cls. *Fischer* in litteris varietates duas notacit, nullâ interea nobis notâ diagnosi: α. foliis oblongo-lanceolatis utrinque attenuatis remote et grosse dentato-serratis, calycis laciniis ovato-lanceolatis utrinque tridentatis, dente superiore majore porrecto, dente inferiore minimo patulo, lacinulâ intermediâ elongatâ. — β. foliis ovato-lanceolatis, grosse serratis, racemo paniculato, calycis laciniis utrinque basin versus unidentatis, stylo incluso. *Fischer in litt.*

231. C. *Rabelaisiana;* foliis linearibus sparsis confertis integerrimis, floribus racemoso-subpaniculatis, laciniis calycinis simplicibus lanceolatis, stylis inclusis. CAMPANULA — ? *folia Fischer in litt.*

Reliquis humilior.

Obs. Non potuimus legere manum viri clarissimi; hinc nobis C. *Rabelaisiana* in honorem immortalis Decani Facult. medicae monspeliensis, qui primus omnium inter Recentiores nomina hominum plantis indiderat, et *Pantagruelion* plantam quandam a celeberrimo suo heroë dixit, mirabilemque prorsus de *Campanulis* tractatum conscripsit in *Libr. Pantagruel.* V. C. I. et sequ., cui titulus: *l'isle sonnante*, quam lege, amice lector, si Tibi sapere earum, et ridere quam plorare satius videtur.

878. TRACHELIUM.

1. * T. *caeruleum;* ramosum erectum, foliis ovatis serratis planis. *Linn. Suppl. p.* 143. *Willd. Spec.* I. *p.* 926. *Desfont. Fl. Atlant.* I. *p.* 182. *Kniph. Cent.* X. *n.* 89. *Schkuhr bot. Handb. p.* 131. *t.* 40. *Barrel. Icon.* 683. 684. β. Flore albo.

Rad. tuberosa, carnosa; caules glabriusculi subangulati, 1 ½ ped.; folia utrinque glabra, 2 fere poll., inaequaliter serrata; Corymbi azurei bracteis parvis angustissimis. *In umbrosis Italiae, Orientis.* 4. *Alii, ut et Hort. Kew.* ♂, *quod non.*

2. * T. *diffusum;* ramosissimum diffusum, ramis divaricatis recurvis, foliis subulatis. *Linn. Suppl. p.* 143. *Willd. Spec.* I. *p.* 926. *Thunb. Prodr.* I. *p.* 38. *Fl. Capens.* II. *p.* 31. *Act. Gorenk.* 1811. *Hort. Kew. 2. ed.* I. *p.* 356.

Caulis totus glaber herbaceus filiformis. Rami alterni longi flexuosi, flavescenti-virentes, ultimi ramuli floriferi reflexi. Folia sessilia, inferne sparsa, linear-subulata, integra, supra sulcata, subtus margine reflexa, erecta, unguicularia. Flores

in ramulis ultimis terminales paniculati, minuti. *Thunb. In Promont. b. Spei in lateribus montium prope Hexrivier.*

3. * T. *tenuifolium*; erectiusculum, foliis linearibus ciliatis hispidis. *Linn. Suppl.* I. *p.* 143. *Willd. Spec.* I. *p.* 927. *Thunb. Prodr.* I. *p.* 38.

Hujus non amplius fit mentio in *Fl. Cap.*; saltem non sub TRACHELIO. *Ad Promont. b. Spei.*

4. T. *angustifolium Schousb.*; erectum, foliis linearibus sessilibus, integerrimis glabris. *Schousb. Marocc.* I. *p.* 85.

Caules recti glabri teretes, subpedales, crassitie pennae columbinae, ramis alternis patentibus. Folia acutiuscula, pollicaria, lineam lata. Corymbus terminalis densus, minor quam in *coeruleo*. Flores albidi. *In montosis aridis prope Fez.*

879. DIERVILLA.

D. * *Tourneforti Mich. Fl. bor. Amer.* I. *p.* 107. D. *humilis Pers. Syn.* I. *p.* 214. D. *canadensis Willd. Enum. H. Berol.* I. *p.* 222. D. *lutea Pursh Fl. Amer. Sept.* I. *p.* 162. *Desfont. Arbr. et arbriss.* I. *p.* 388. *Tournef. Act. Paris.* 1706. *t.* 7. *f.* 1. *Linn. Hort. Cliff. t.* 7. D. *trifida Mönch.* D. *acadiensis Dum. Courset. Duhamel Arb.* I. *p.* 209. *t.* 87. LONICERA *Diervilla* racemis terminalibus, foliis serratis. *Linn. mat. med.* 62. *Willd. Spec.* I. *p.* 989. *Schmidt Oestr. Baumz. t.* 116.

2-3 ped., ramis griseo-fuscis, lineis 4, indeque subtetragonis. Folia opposita petiolata ovata serrata acuminata, 3-4 poll., utrinque glabra. Pedunculi plerumque triflori; dentes calycis subulati; corolla flavescens. *In Canada, nova Anglia, montibus Carolinae.* ♄.

Obs. Innumeras existere varietates magnitudine, floribus, foliis diversas *Pursh*. Lectam fuisse in Foro julio spontaneam a bo. *Wulfen* monet *de Fest* in litteris.

880. CUVIERA.

C. *acutiflora Decand. Ann. Mus.* IX. *p.* 222. *t.* 15.

Frutex glaber ramis oppositis divaricatis supra axillaribus, ad insertionem subincrassatis. Folia decussata, breviter petiolata, super ramos articulata, ovali-oblonga, acuminata, coriacea, subtus pallidiora, 8 poll.; 4 poll. lata. Petioli superne canaliculati. Stipulae supra folium connatae in vaginam brevem, strictam. Panicula terminalis pedunculis pluries dichotomis, bracteis linearibus. Cor. persistens, fructum tegens juniorem, tubo brevi intus membranâ petaloideâ sub staminibus separabili. *In Sierra Leona. Smeathman.*

881. SCHÖPFIA.

1. S. *arborescens*; foliis ovatis, pedunculis axillaribus subgeminis, uni-trifloris. CODONIUM *arborescens Vahl Act. Soc. Hist. nat. Havn.* II. 1. *p.* 206. *t.* 6. *Symb. bot.* III. *p.* 36. *Pers. Syn.* I. *p.* 136 SCHÖPFIA *Schreberi Lam. Illustr.* II. *p.* 51. *n.* 4288. SCHÖPFIA *americana Willd. Spec.* I. *p.* 996.

Arbuscula 8-10ped., ramis teretibus glabris; folia petiolata alterna glaberrima attenuata obtusa integerrima. *In insula St. Crucis et Montserrat.* ħ.

2. S. *flexuosa*; ramis flexuosis, foliis ovato-lanceolatis, racemis axillaribus. HAENKEA *flexuosa Flor. peruv.* III. *p.* 8. *t.* 231. *Pers Syn.* I. *p.* 241.

Floribus pedicellatis certe distincta ab *americana*. Arbuscula 10-12 ped., ramis elongatis diffusis teretibus; junioribus subangulosis; folia alterna subpetiolata acuta crassiuscula undulata integerrima, 3-4 poll.; racemi simplices solitarii geminive pedicellis triplo longiores; flores subpetiolati bracteâ minimâ ovatâ acutâ. Cor. flava. *Fl. peruv.* *In Andium montibus.*

882. SCAEVOLA.*)

1. *Pedunculi axillaris dichotomi, dichotomiis floriferis, raro uniflori. Frutices littorei. Folia alterna, axillis barbatis. Drupa baccata; bilocularis.*

1. S. *Königii Vahl*; cymis glabris, floribus dichotomiarum pedicellatis, calyce 5-partito ovarium aequante, foliis obovatis apice subrepandis utrinque ramisque glaberrimis. *R. Brown Prodr. Fl. nov. Holl.* I. *p.* 583. C. foliis obovatis glabris superne dentato-subrepandis, calyce 5-dentato. *Vahl Symb.* III. *p.* 36. *Willd. Spec.* I. *p.* 956. *Lam. Enc. meth.* I. *p.* 146. S. *Lobelia Herb. Linn.* (auctor. *Herb. Banks.*) CERBERA *salutaris Lour. ed.*

---

*) Frutices vel Herbae facie variae, pube, tum adest, simplici. Folia alterna, raro opposita, vix divisa, saepe dentata. Inflorescentia axillaris vel in spicam foliaceam digesta. Ovaria bibracteata, saepius bi- raro quadrilocularia, loculis monospermis, nunc 1-locularia, 1-2-sperma. Cal. 5-fidus, aequalis, quandoque obsoletus. Cor. alba, caerulea, rariusve lutescens, decidua; extus plerumque pubescens, alis laciniarum basi saepe (longitudinaliter rarius) fimbriatis, fimbriis plerumque apice floccoso-ramuloso, oculo nudo capitulum referente, tubo intus villoso et fauce saepe ramentis insuper fimbriis alarum similibus et in lineis cum iisdem continuis dispositis. Staminа post corollae dehiscentiam flaccida, et cum ea decidua. Antherae plerumque imberbes, nunc apice barbatae. Drupa corouata, baccata vel exsucca. R. *Brown.*

Willd. p. 168. (fide specim. auctoris in *Herb. Banks.*) primo sub nomine *Glyphae*, descriptione minime conveniente nisi respectu oeconomiae styli et figurae stigmatis, aliter enim, et praesertim quoad fructum, Cerberae respondet.

Rami glabri teretes cicatrisati, crassitie pennae anserinae. Folia alterna, per paria remota, subsessilia, 3 poll., glaberrima, laevia, subavenia, inferne integerrima. Axillae lanatae. Pedunculi axillares pollicares bifidi. Flos in dichotomia prima pedicellatus ut flores reliqui, non vero sessilis ut in Sc. *Lobelia*, nullus in secunda divisura. Pedicelli breves subopposiți. Bractea lanceolata pedicello brevior, ad basin singuli pedicelli basi intus lanata. Calyx dentibus 5 subulatis. Cor. pollicaris glabra, altero latere fere partita ad basin, tubo inferne intus hirsuto. Limbi laciniae glabrae lanceolatae. Filamenta 5 tubo corollae dimidio breviora. Antherae distinctae. Stylus basi villosus. Stigma scyphiforme, villis copiosissimis intus hirsutum. Fructus e lineis 5 elevatis pentagonus obovatus, calyce coronatus, glaber. *Vahl.* *In India orientali; in nova Hollandia prope p. Jackson.*

Obs. Confer Sc. *Plumieri.* Cerberam *salutarem Lour.*, cum tamen adhuc dubium supersit, interea T. IV. *p.* 437 sub Cerbera adduximus.

2. S. *sericea Forst.*; cymis corollisque extus tomentosis, floribus dichotomiarum pedicellatis, calyce 5-partito ovarium aequante, foliis obovatis integris repandisve utrinque ramisque tomentosis mollibus. *R. Broun Prodr. Fl. nov. Holl.* I. *p.* 583. *Forst. Prodr. n.* 504. (fide exempl. auctor. in Herb. *Banks.*) *Vahl Symb.* II. *p.* 37. *Willd. Spec.* I. *p.* 956.

Tam arcte affinis S. *Hönigii*, ut demptâ pube vix discrimen. Variat foliis plus minus tomentosis, integris et repando-crenatis, stylo glabro et longitudinaliter villoso. *R. Brown.* Rami fusci villosi e casu foliorum muricati. Folia sparsa, 3 poll., obovata, petiolata, avenia, tamen viridia. Petiolus oblique insertus; axillae barbatae. Bracteae oppositae ad basin pedicellorum lanceolatae subrecurvae. Cal. 5-partitus, superus, laciniis lanceolatis. Cor. extus villosa. Tubus vix unguicularis coriaceus. Limbi laciniae obtusae latere membranâ tenui auctae. Filamenta basi tubi inserta filiformia longitudine styli. Antherae oblongae sub stigmate subcohaerentes basi rotundatae apice transversae. Stylus unguicularis linearis, filamentis triplo crassior. Stigma scyphiforme, stylo triplo latius, viride pellucens, margine tenuissime denticulatum. Pericarpium globosum villosum, magnitudine pisi, calyce coronatum. *Vahl. l. c.* *In savage Island et nova Hollandia tropica.*

Obs. Confer Scaevolam *Plumieri.*

3. * S. *Plumieri*; foliis obovatis glabris integerrimis.

Vahl Symb. II. *p.* 36. *Poiret Enc. meth. Suppl.* VII. *p.* 146. *Illustr. t.* 124. *f.* 1. *Swartz Obs. p.* 70. S. *Lobelia Willd. Spec.* I. *p.* 955. *Pers. Syn.* I. *p.* 195. *Juss. Annal.* XVIII. *t.* 1. *n.* 4. LOBELIA *Plumieri*, frutescens, foliis ovali-oblongis integerrimis. *Spec.* 2. *p.* 1317. *Fl. Zeyl. p.* 313. *Osb. it. p.* 275. *Jacq. Amer. p.* 219. *t.* 179. *f.* 88. Lobelia frutescens Populacae folio *Plum. Gen. p.* 21. *Ic.* 165. *f.* 1. *Cutesb. carol.* I. *t.* 79. LOBELIA *frutescens Mill. Dict.* Buglossum littoreum *Rumph Amb.* IV. *p.* 116. *t.* 54. (Haec *Willdenow. H. Kew.* 2. *ed. Willdenowium l. c.* nullis exclusis synonym., laudatis vero tantum *Mill.* et *Plum. l. c.* adducit.)

Non lactescit. Racemus dichotomus, bracteis subulatis oppositis interne ad basin villosis. Nux bilocularis. Cor. intus villosa. *Linn.* (cujus specimen in *Herb. Banks* est, monente *Brown*, SCAEVOLA *Hoenigii!*) — „In americana planta calyx superus, margo integerrimus, vix manifeste dentatus. Bracteae 2 ad basin germinis. In indica calyx obtuse 5-dentatus. Indica fors alia species.“ *Willd.* — Planta americana est „Frutex bipedalis lignosus fragilis diffusus basi ramosus et procumbens, habitu neglecto, littora arenosa maritima ad magnam saepe extensionem dense obsidet. Folia crassa nitida succulenta. Flores albescunt. Cal. margo parvus inaequaliter 5-dentatus. Cor. subinfundibuliformis, tota longitudinaliter fissa, patensque, tubo oblongo interne hirsuto longissimo superne adscendente, limbo 5-fido, tubo duplo breviore, laciniis lanceolatis planis secundis patentissimis ciliatis, ambitu membranulâ auctis. Filamenta capillaria ex superficie germinis, tubo corollae breviora. Antherae oblongae obtusae erectae. Stylus superne crassescens e fissura corollae totus egressus, staminibus duplo longior, superne versus corollam ad angulum rectum recurvatus. Stigma applanatum obtusum, orc aperto ciliato. Drupa subrotunda nitida pulposa mollis. Nux ovata acuta bilocularis. *Jacq.* *In insula St. Martini.* ♄.

Obs. Planta americana sane alia species videtur, et omnis ad *indicam* spectans synonymia (*Spec.* 2. *p.* 1317, *Fl. Zeylan.* 313., *Osbeck iter* 275, *Buglossum littor. Rumph.* IV. *t.* 54) excludenda. Calyx in indica minime, ut *Willdenow*, obtuse, sed acute dentatus, ut icon *Rumphii* demonstrat. *Buglossum littereum* „Frutex est trunco brevi, pedem crasso, ramis plurimis incurvis flexilibus ample extensis, cortice molli glabro flexili, fragili. Folia inferius angustata, superius lata et subrotunda, formâ linguae bovinae (in icone autem acutissima) 10-12 poll., 3 1/2 lata, ex viridi flavescentia, glabra, flaccida, parum deorsum flexa, nervo medio ingenti. Flores axillares albi breviter pedunculati 2-4. Cor. tubo longo instar Jasmini, introrsum parum lanuginosa. Fructus bacca Oxyacanthae similis, medio sulcata alba, nucleo instar Cerasi.“ *Rumph l. c.* Nobis videtur Buglossum hocce cum tota synonymia plantae indicae spectare, ut ipsum specimen in Herbario Linnaei, ad S. *Koenigi.* Quorsum vero S. *Lobelii Thunb. Fl. cap.* II. *p.* 52., ubi bl. nisi definitio?

4. S. *Bela-Modagam Rheede H. malab.* IV. *p.* 121. *t.* 59. *f.* 2. (LOBELIA *Taccada Gaertn. Fruct.* I. *p.* 119. *t.* 25. prius ad SCAEVOLAM *Königii* ducta.) Species clo. *Aubert. de P. Thouars* videtur distincta in *Enc. meth. Suppl.* I. *p.* 608.

Sic et nobis quoque; et male juncta cum *Euglosso littoreo Rumph* a divo *Gaertner l. c.*, ut jam figura docet sola, et magis descriptio. „Est enim *Bela-Modagam* arbor speciosa atque praecelsa plurimum, caudice crasso, cortice albicante, ramulis viridibus, fungosâ intus medullâ. Folia petiolis alatis oblongo-rotunda crassa densa glabra superne atro-viridia. Flores suaveolentes plures simul juncti extremis ramulis proveniunt calyce viridi in 5 lacinias acuminatas secto. Cor. e folio oblongo bi-trifido albo, superne lanuginoso. Fructus virides glabri uvis crispis haud absimiles, angulis 5 sulcati, nucleo candicante. *Rheede* l. c. Interea, cum illustris *Brown* de hac specie siluisset, statuere nil audemus contenti eô, quod dubia movissemus contra synonymiam *Gaertneri.*

2. *Spica terminalis (nunc axillaris), bracteis subtendentibus foliaceis, lateralibus persistentibus. Drupa saepius exsucca, uni-quadri-locularis.*

a. *Folia (pleraque v. omnia) dentata v. incisa.*

5. S. *attenuata R. Br.*; fruticosa erecta pilosa, foliis lanceolatis dentatis, bracteis subtendentibus integerrimis, corollis extus hirsutis: marginibus supra nudis, stylis villosissimis. *R. Brown Prodr.* I. *p.* 583.

Ad oram meridion. nov. Holland.

6. S. *nitida R. Br.*; fruticosa erecta glaberrima, foliis ellipticis argute dentatis, bracteis subtendentibus passim dentatis, corollis extus glabris: marginibus supra stylisque villosiusculis. *R. Brown l. c. p.* 584.

Ad oram meridion. nov. Holland.

7. S. *crassifolia Labill.*; suffruticosa adscendens glaberrima, foliis subcarnosis dentatis obovatis passim lanceolatis ramulisque saepe fucatis, bracteis subtendentibus integris, stigmatis indusio ore rudiusculo. *R. Brown Prodr. Fl. nov. Holl.* I. *p.* 584. S. spicis terminalibus axillaribusque longioribus, foliis carnosis, obovatis, dentatis. *Labillard. nov. Holl.* I. *p.* 56. *t.* 78.

Tripedalis ramis teretibus; folia petiolata crassa, sat magna, passim rotundata, inferiora opposita; spicae breves terminales densae foliis multo breviores. Flores inferiores solitarii in axilla folii linearis. Cor. tubo villoso fauce nuda. Stylus subvillosus, stigmate ore subcilíato; drupa striata obovata su-

berosa nuce biloculari striata, staminibus solitariis. *Labillard.* *In novae Hollandiae ora meridionali et in terra van Leeuwin.* ♄.

8. S. *globulifera Labill.*; suffruticosa erecta glabra (?), foliis lanceolatis paucidentatis, bracteis subtendentibus integris, ovario 4-loculari. *R. Brown Prodr. Fl. nov. Holl.* I. *p.* 584. S. foliis lanceolatis dentatis, globulis corollarum pedicellatis, nuce quadriloculari. *Labill. nov. Holl.* I. *p.* 55. *t.* 79.

Fimbriae baseos alarum et ramenta similia faucis apicibus floccoso-ramulosis, e quibus nomen derivàtum a clo. *Labillardiere*, in pluribus extant, nec omnino desunt in *crassifolia*. R. *Brown.* — Caules erecti teretes sublignosi 1 1/2 ped.; folia subamplexicaula subcarnosa glabra enervia, superiora integerrima. Flores sessiles axillares solitarii subinde gemini bracteis 2 subulatis. Laciniae calycis brevissimae obtusae. Tubus corollae intus pilosus, fauce glandulis 12-18. Stylus pilosus. Stigma urceolatum ciliatum. Drupa ovata. *In nova Hollandia meridionali, et terra van Leuwin.* ♄.

9. S. *ovalifolia R. Br.*; suffruticosa adscendens, foliis ovalibus ellipticisve dentatis, bracteis subtendentibus rhombeo-ellipticis acutissimis subintegris, calyce obsoleto, stylo apice hinc barbato. *R. Brown. l. c.*

α. cinerascens. Cinerea, tomento tenuissimo; corolla extus pubescens.

β. glabra. Glabra; corolla extus imberbis. *Ad littora novae Hollandiae intra tropicum.*

10. S. *aemula R. Br.*; herbacea erecta, foliis cuneatis obovatisve dentatis glabriusculis, spicâ simplicissimâ: bracteis subtendentibus lanceolatis subintegris, calyce lobato, stylo infra glabro: apice hinc barbâ strictâ (coloratâ) indusium aequante, ovario biloculari. *R. Brown l. c.*

Ad oram meridion. nov. Holland.

Obs. Icon sequentis (*cuneiformis*) huic exacte respondet nisi bracteis inferioribus spicae multifloris, quae in S. *aemula* semper uniflori. *R. Br.*

11. S. *cuneiformis Labill.*; herbacea erecta (?) piloslusculà, foliis cuneatis dentatis, spicâ infra divisâ, spiculis bi-trifloris, bracteis subtendentibus lanceolatis integris, calyce lobato, stylo infra glabro, apice hinc barbâ strictâ indusium aequante. *R. Brown Prodr. Fl. nov. Holl.* I. *p.* 584. S. spicarum foliolis integerrimis, axillis multifloris, foliis supra dentatis, inferioribus cuneatis. *Labill. nov. Holl.* I. *p.* 56. *t.* 80.

S. *microcarpae* maxime affinis; rami alterni compressi; folia inferiora apice dentata, 2-3 poll.; floralia foliis axillaribus pluribus unde spica oblonga foliosa; bracteae 2-3 in axilla singula. Drupa sicca ovata rugosa, nuce uniloculari. Semina alba ovata. *Labillard.* *In Promont. van Diemen.*

12. S. *sinuata R. Br.*; herbacea diffusa pubescens: pilis adpressis, foliis obovatis cuneatisve dentatis et sinuatis, spicâ compositâ: spiculis paucifloris, bracteis subtendentibus ellipticis integris, calyce lobato, stylo infra glabro: apice hinc barbâ strictâ coloratâ indusium superante. *R. Brown l. c.*

Ad oram meridion. nov. Holland.

Obs. Haec valde diversa à S. *aemula*, sed intermedia planta esse videtur S. *cuneiformis Labill.* quam nunquam vidi.

13. S. *humilis R. Br.*; herbacea adscendens v. diffusa pubescens, foliis argute dentatis: imis obovato-cuneatis; rameis lanceolatis, spicâ simplici, bracteis subtendentibus lineari-lanceolatis subdentatis, calyce lobato, stylo apice hinc barbâ strictâ coloratâ indusium aequante, ovario biloculari. *R. Brown l. c.*

Ad oram meridion. nov. Holland.

14. S. *microcarpa Cavanill.*; herbacea pubescens, foliis cuneatis v. ovatis orbiculatisve dentatis basi attenuatis, spicâ simplici, bracteis subtendentibus dentatis, calyce lobato, corollae tubo intus barbato, pilis faucis acutis capitatisque, stylo longitudinaliter villoso, ovario uniloculari dispermo. *R. Brown Prodr. Fl. nov. Holl.* I. *p.* 585. S. foliis alternis obovatis dentatis glabris, fructu minimo. *Cavan. Ic.* VI. *p.* 6. *t.* 509. *Pers. Syn.* I. *p.* 195. GOODENIA *albida Smith* foliis obovatis dentatis corollisque glabris, stylo cauleque pilosis. *Linn. Trans.* II. *p.* 347. *Willd. Spec.* I. *p.* 585. *n.* 3. *Poiret Enc. méth. Suppl.* VIII. *p.* 850. *n.* 11. GOODENIA *laevigata* fol. obovato-lanceolatis dentatis (corollis, stylis, caulibusque glabris. *Willd.*) *Curt. Mag. p.* 287. *Willd. Spec.* I. *p.* 954. *Poiret Enc. meth.* VIII. *p.* 850. *n.* 12.

Polymorpha, saepius diffusa, nunc erecta, figurâ et consistentiâ foliorum maxime ludens; bracteae subtendentes raro edentulae. *R. Br. l. c.* — Caules angulosi, pedales et ultra, glaberrimi (in *albida* pilosi) ramis foliisque alternis; folia subpetiolata, utrinque glabra, fere serrato-incisa, superiora fere sessilia. Flores axillares solitarii laterales inter bracteas 2 oppositas lineares, floribus duplo brevioribus. Calycis foliola brevissima, ovata, acuta. Cor. dilute violacea (in *albida* alba) tubo brevi virente, striis 15, supra laciniis ovatis, costis 5 crassis. Stylus pilosus, corollâ brevior, staminibus duplo longior. Stigma urceolatum, ciliatum. Bracteae 2 conniventes abscondunt nucem minimam monospermam. *In nova Hollandia circa port. Jackson.* ♄.

15. S. *pallida R. Br.*; herbacea diffusa pubescens, foliis dentatis basi attenuatis cuneatis lanceolatisve, spicâ simplici, bracteis subtendentibus saepius dentatis, calyce lobato,

corollae tubo intus nudiusculo, stylo glabro, ovario uniloculari bispermo. *R. Brown l. c.*

Ad oram meridion. nov. Holland.

Obs. Praecedente microcarpâ, cui nimis affinis, omnibus partibus minor. *R. Br.*

b. *Folia pleraque vel omnia integerrima.*

16. S. *suaveolens R. Brown*; herbacea diffusa, pubescens; foliis spathulatis carnosis, axillis barbatis, bracteis subtendentibus lineari-lanceolatis, ovario biloculari, drupâ baccatâ. *R. Brown Prodr. Fl. nov. Holl.* I. *p.* 585. GOODENIA *calendulacea*, foliis integerrimis obovatis crassis scabris, floribus axillaribus caeruleis. *Andr. Reposit. t.* 22. *Pers. Syn.* I. *p.* 195. (cui varietas videbatur DAMPIERAE *strictae*) *Willd. Enum. H. Berol.* I. *p.* 219.

Circa portum Jackson et in nova Hollandia tropica ejusdemque littore meridionali. ♄.

17. S. *caespitosa R. Br.*; suffruticosa erectiuscula glabra, foliis lineari-lanceolatis margine subrecurvis passim subdentatis: axillis imberbibus, calyce abbreviato quinquelobo, ovario biloculari. *R. Brown Prodr.* I. *p.* 585.

Ad oram meridion. nov. Holland.

Obs. Plurimis notis cum S. *globulifera* convenit, sed ovarium certe biloculare. *R. Br.*

18. S. *revoluta R. Br.*; suffruticosa erecta pubescens subcinerea, foliis oblongo-lanceolatis sessilibus margine revolutis, spicâ compactâ: bracteis subtendentibus lanceolatis concaviusculis interiores vix superantibus, calyce obsolete crenato, ovario biloculari. *R. Brown l. c.*

Ad littora nov. Holland. intra tropicam.

19. S. *linearis R. Br.*; suffruticosa erecta ramosissima pilosa scabra, foliis linearibus bracteisque margine recurvis, spicâ terminali, ovario monospermo. *R. Brown l. c.*

Ad oram meridion. nov. Holland.

20. S. *paludosa R. Br.*; subherbacea erecta parum ramosa pilosa scabra, foliis lineari-lanceolatis planiusculis spicas axillares subaequantibus, ovario monospermo. *R. Brown l. c.*

Ad oram meridion. nov. Holland.

21. S. *angulata R. Br.*; suffruticosa erecta ramis angulatis, foliis sessilibus oblongo-lanceolatis, spicâ rarâ simplici, bracteis subtendentibus foliis rameis conformibus, ca-

lyce quinquefido ovarium biloculare rugosum subaequante. *R. Brown l. c.*

Ad littora nov. Holland. intra tropicum.

Obs. Variat foliis passim paucidentatis; adulta saepius glaberrima, nunc pilis patulis conspersa.

3. *Pedunculi axillares uniflori elongati, bracteis 2 apicis foliaceis persistentibus. Cal. longitudine ovarii. Antherae apice barbatae. Drupa exsucca. Herbaceae.*

22. S. *hispida Cavan.*; alis laciniarum corollae aveniis. *R. Brown Prodr. nov. Holl.* I. *p.* 586. *Cavan. Ic.* VI. *p.* 7. *t.* 510. GOODENIA *ramosissima* foliis lineari-lanceolatis subdentatis caulequae hispidis, stylo apice hirsutissimo, corollâ extus pilosâ. *Smith Linn. Trans.* II. *p.* 349. *Smith new Holl.* 15. *t.* 5. *Willd. Spec.* I. *p.* 955. *Poiret Enc. meth.* VIII. *p.* 848.

Caules subtetragoni hispidi 2 circiter pedum; ramis alternis villosis numerosis; folia sessilia alterna lineari-lanceolata 1-3 poll., hispida, inferiora subdentata. Flores solitarii laterales in pedunculis filiformibus teretibus simplicibus supra bracteis 2 oppositis sessilibus linearibus 1/2 poll. Calycis foliola acuta angustissima hispida. Cor. lilacina, tubo brevi ad basin usque fisso, striato, piloso, extus virente, intus flavicante, laciniis limbi ovatis villosis costâ crassâ. Antherae apice subvillosae. Stylus villosissimus stigmate urceolato ciliato. Fructus nux villosa 10-angulata, 10-sulcata, seminibus 2 oblongis. *Cavan.*
In nova Hollandia prope portum Jackson. ♄.

23. S. *stricta R. Br.*; alis laciniarum corollae parallelovenosis. *R. Brown l. c.*

Ad oram meridion. nov. Holland.

4. *Pedunculi axillares, uniflori, bracteis apicis deciduis. Calyx obsoletus. Corolla alis laciniarum longitudinaliter fimbriatis.*

24. S. *spinescens R. Br.*; fruticosa spinescens, foliis ovalibus obovatis integerrimis. *R. Brown l. c.*

Ad oram meridion. nov. Hollandi.

Quid SCAEVOLA *Tournya Willd. Suppl. Enum. H. Berol.* I. *p.* 10.?

883. DIASPASIS.

D. *filifolia R. Brown Prodr. Fl. nov. Holl.* I. *p.* 586.

Herba erecta subramosa glabriuscula, pube rarâ, simplici. Folia alterna, teretiuscula. Pedunculi axillares, uniflori, apice diphylli, (in modum SCAEVOLAE *hispidae*). Flos cernuus. *Cal.* abbreviatus, 5-fidus. *Corollae* ungues ipsâ basi arctius connati,

supra pubo brevissimâ capitatâ connexi; laminae alis adscendentibus disco plano latioribus, 2 superiores parum dissimiles. *Antherae* imberbes. *Stigmatis* indusium semibivalve. *Drupa* exsucca, monosperma. *In novae Hollandiae littore meridionali.*

884. DAMPIERA.*)

1. D. *undulata R. Br.*; suffruticosa, erecta tomentosa, foliis petiolatis subrotundis dentatis undulatis supra scabris, pedunculo axillari 2-4-floro longioribus, corollis extus nigro-barbatis: villis plumosis. *R. Brown Prodr. I. p. 587.*

Ad portum Jackson.

2. D. *rotundifolia R. Br.*; suffruticosa erecta tomentosa, foliis petiolatis subrotundis integris planis: supra scabris; basi obtusissimâ, pedunculis axillaribus subunifloris brevissimis; terminalibus subcorymbosis, corollis extus nigro-barbatis: villis plumosis. *R. Brown l. c.*

Ad portum Jackson.

3. D. *ovalifolia R. Br.*; suffruticosa erecta furfuraceo-tomentosa, foliis petiolatis ovalibus subintegris planis supra scabris, pedunculis bi-quadrifloris axillaribus, folium subaequantibus, terminalibusque corymbosis, corollis extus nigro-barbatis: villis plumosis. *R. Brown l. c. Juss. Ann. Mus.* XVIII. *t. 2. n. 1.*

Ad portum Jackson.

4. D. *purpurea R. Br.*; suffruticosa erecta tomentosa, foliis petiolatis ovatis acutiusculo-dentatis supra scabris, pedunculis axillaribus 1-3-floris, corollis extus nigro-barbatis: villis plumosis. *R. Brown l. c.*

Ad portum Jackson.

Obs. In hac et praecedentibus, quam maxime affinibus, calyx fere nullus, corollae extus uti pedunculi densissime barbatae, villis patulis. *R. Br.*

5. D. *ferruginea R. Br.*; suffruticosa erecta tomentosa, foliis petiolatis ovatis acutiusculis repando-dentatis basi trinervibus: adultis supra laevibus, floribus subterminalibus,

---

*) *Suffrutices* v. Herbae perennes, aridae, pubescentes, pilis saepius difformibus, longioribus in plerisque ramulosis subplumosis, brevioribus stellatis. Folia alterna, indivisa, subdentata, coriacea. Flores axillares v. terminales, subspicati v. solitarii, bracteis parvis v. nullis. Calyx abbreviatus, saepe obsoletus. Corolla caerulea v. purpurea, quinquepartibilis, unguium marginibus veris inflexis, laminis extus hirsutis; deciduo, ipsâ basi quandoque integrâ et persistenti! Stamina post corollae lapsum persistentia, antheris imberbibus arcte cohaerentibus, stylum remanentem vaginantibus. Pollen globosum.

corollis extus lanatis: villorum ramulis brevissimis. *R. Brown l. c.*

Ad littora nov. Holland. intra tropicum.

6. D. *hederacea R. Br.*; herbacea procumbens tomentosa, foliis plerisque petiolatis subcordatis angulato-incisis: summis integerrimis; adultis supra glabris, corollis extus cinereo-barbatis: villis patulis plumosis. *R. Brown l. c.*

Ad oram meridion. nov. Holland.

7. D. *incana R. Br.*; suffruticosa (?) erecta (?) incano-tomentosa, foliis sessilibus obovatis integerrimis. *R. Brown l. c.*

Ad oram occident. nov. Holland. a Promont. Lewin ad terram de Wit.

8. D. *cuneata R. Br.*; herbacea erectiuscula pubescens, foliis sessilibus dentatis obovato-cuneatis; summis elliptico-lanceolatis; adultis glabriusculis, spicis pedunculatis: bracteis rhacheos oppositis; floribus alternis, corollis extus lanatis; villis patulis simplicibus. *R. Brown Prodr. I. p.* 588.

Ad oram meridion. nov. Holland.

9. D. *linearis R. Br.*; herbacea erecta pubescens, foliis sessilibus plerisque linearibus paucidentatis: imis cuneatis; adultis glabriusculis, spicis pedunculatis: bracteis rhacheos oppositis; floribus alternis, corollis extus lanatis: villis patulis simplicibus. *R. Brown l. c.*

Ad oram meridion. nov. Holland.

Obs. Hujus et D. *cuneatae*, (forsan haud distinctae,) calyx obsoletus, corollae basis integra, persistens! villi exteriores simplices: inflorescentia in genere subpeculiaris.

10. D. *fasciculata R. Br.*; herbacea erecta, caule compresso-trigono, foliis sessilibus cuneatis subdentatis: summis verticillato-confertis; adultis glabris utrinque laevibus, pedunculis subfasciculatis paucifloris, corollis extus pilis adpressis: ramulis approximato-parallelis. *R. Brown l. c.*

Ad oram meridion. nov. Holland.

11. D. *oblongata R. Br.*; herbacea erecta, caule compresso-trigono, foliis sessilibus oblongis integris et paucidentatis: adultis glabris laevibus, pedunculis subterminalibus brevissimis 1-3-floris, corollis extus pilis adpressis: ramulis approximato-parallelis. *R. Brown. l. c.*

Ad portum Jackson.

12. D. *stricta R. Br.*; herbacea erecta, caule compresso trigono, foliis sessilibus cuneatis subdentatis, adultis

supra scabris, pedunculis paucifloris axillaribus terminalibusque, corollis extus pilis adpressis, ramulis parallelo-approximatis. *R. Brown Prodr. Fl. nov. Holl.* I. *p.* 589. Goodenia *stricta* foliis lanceolatis integris dentatisve carnosis glabris, corollâ extus hirsutâ, stigmate ore contracto. *Smith Linn. Trans.* II. *p.* 349. *Willd. Spec.* I. *p.* 955. *Poiret Enc. meth.* VIII. *p.* 849. (excl. β.) *Juss. Ann. Mus.* XVIII. *p.* 1 *et seqq. t.* 2. *n.* 2.

Cum *fasciculata* et *oblongata* distinguitur pube peculiari corollae caeruleae. Caules rigidi, foliis alternis carnosis utrinque glabris. Flores caerulei laterales. Stigma urceolatum. *In nova Hollandia meridionali, circa portum Jackson et in Promont. v. Diemen.* ♄.

13. D. *parvifolia R. Br.*; herbacea erecta; adulta glabra, caule compresso-trigono paniculato, foliis sessilibus: caulinis lineari-lanceolatis laevibus; rameis summis subulatis, floribus solitariis sessilibus: bracteis imbricatis. *R. Brown Prodr.* I. *p.* 589.

Ad oram meridion. nov. Holland.

885. RUTIDEA.

R. *parviflora Decand. Ann. Mus.* IX. *p.* 219.

In Sierra Leona. *Smeathman.*

886. AIDIA.

A. *cochinchinensis*; foliis lanceolatis oppositis, racemis laxis, axillaribus. *Lour. Flor. Cochinch.* I. *p.* 177. *Pers. Syn.* I. *p.* 214.

Arbor magna, ramis patentibus, ligno albo gravi, diutissime sub aqua et terra persistente (unde nomen.) Folia integerrima glabra. Flores albi. Racemi breves. *Lour.* *In Cochinchina?* Locus natalis non additur ab auctore.

887. DASUS.

D. *verticillatus Lour.*; foliis lanceolatis, verticillis florum axillaribus. *Flor. Cochinch.* I. *p.* 176.

Arbor mediocris ramis expansis. Folia integerrima undulata subtus tomentosa. Flores albi sessiles. *Lour.* *Agrestis in Cochinchina.* ♄.

888. HELICANTHERA.

H. *parasitica Lour.*; foliis lanceolatis, spicis axillaribus. *Lour. Fl. Cochinch.* I. *p.* 176. Helicia *parasitica Pers. Syn.* I. *p.* 214.

Caulis parasiticus lignosus longus ramosus. Folia glabra integerrima, apice reflexo. Flos coccineus parvus, spicis longis simplicibus. Cal. et Bacca coccinei coloris. *Lour.* *In arboribus caltis Cochinchinae.*

889. PSYCHOTRIA.

1. * P. *asiatica*; stipulis emarginatis, foliis lanceolatis ovatis. *Linn. Amoen. acad.* V. *p.* 395. *Willd. Spec.* I. *p.* 962. P. foliis ovato-lanceolatis, stipulis emarginatis, stigmate crasso bifido. *Poiret Enc. meth.* V. *p.* 696. *n.* 1. (excl. A.) *Lam. Illustr. t.* 161. *f.* 1. *Jacq. Amer. pict. t.* 260. *f.* 19. *Gaertn. de Fruct.* C. II. *t.* 25. *f.* 6.

Cortex albidus glaber; rami diffusi oppositi; folia tenuia utrinque glabra petiolata integerrima, nervis prominulis; stipulae breves. Flores terminales in panicula laxa pedunculis oppositis subramosis, singulo bracteis 2 brevibus acutis. Cor. alba, fauce subinflata, laciniis ovatis obtusiusculis parum patentibus. Bacca globosa, matura sicca, disperma. *Poiret* qui ex Indiis a *Dupuis.* *In India orientali.* ♄.

2. P. *glabrata Sw.*; stipulis acutis indivisis deciduis, foliis ovatis glaberrimis nitidis, floribus paniculatis erectis. *Swartz Prodr.* I. *p.* 43. *Fl. ind. occid.* I. *p.* 390. *Willd. Spec.* I. *p.* 962. *Poiret Suppl.* IV. *p.* 591. P. *asiatica* A. *Poiret Enc. meth.* V. *p.* 696.

Simillima *asiaticae*, ut fere varietas; differt vero *asiatica*, praeter characteres datos, foliis obscure virentibus, nec nitidis. *In rupibus Jamaicae interioris.* ♄.

3. P. *megalosperma Vahl*; foliis lanceolato-ellipticis subcoriaceis (supra) nitidis, paniculae ramis dichotomis foliis longioribus, baccis oblongis. *Vahl Eclog. Amer.* III. *p.* 3. JACQUINIA *venosa*, foliis ovato-lanceolatis venosis submembranaceis. *Swartz Prodr.* I. *p.* 47. *)

Rami glabri, inferne teretes, superne alternatim compressi. Folia opposita petiolata, 5-poll., patentia, parum acuminata, basi apiceque acuta, integerrima, utrinque glabra, venosa, subtus pallide viridia, costâ flavescente. Petioli semipollicares. Stipulae parvae, ovatae, indivisae, deciduae. Panicula terminalis erecta. Pedunculus communis uti pedunculi partiales et pedicelli compressi, flavescentes; partiales oppositi, distantes bis dichotomi. Flos dichotomiae, ut reliqui, pedicellatus. Pedicelli versus florem incrassati. Calycis margo superus in-

*) Nobis nunc demum III. *Fasc. Eclog. Amer. Vahl* copia facta est; hinc JACQUINIA *venosa* a nobis T. IV. p. 491. *Syst. Veg. edit. noster* indicata, ibique nunc delenda.

tegerrimus. Corolla glabra. Baccae fere pollicares. Differt a P. *glabrata Sw.* foliis ellipticis, nec ovatis; a P. *laurifolia ejusd.* fructibus oblongis, nec subrotundis; a P. *citrifolia ejusd.* stipulis deciduis, nec persistentibus; a P. *tenuifolia ejusd.* stipulis indivisis, nec bifidis. *Hab. in insula Montserrat.* ♄.

4. P. *laurifolia Swartz*; stipulis ovatis acuminatis deciduis, foliis lanceolato-ovatis acutis glabris crassiusculis, paniculis erectis, baccis subrotundis. *Swartz Prodr.* I. *p.* 43. *Fl. ind. occid.* I. *p.* 392. *Willd. Spec.* I. *p.* 962.

Differt a *glabrata* foliis longioribus, floribus majoribus, praeter characteres datos. Cortex glaucus; stipulae amplae; panicula trichotoma. Cor. alba, tubo basi angustiore, fauce barbata. Filamenta ciliata, antheris barbae faucis intrusis. Stigmatis lobi duo ovati pubescentes. Baccae rubellae, lucidae. *Swartz. In Jamaicae et Hispaniolae fruticetis aridis.* ♄.

5. P. *obtusifolia Poiret*; foliis ovato-cuneatis obtusis coriaceis, paniculâ erectâ brevi. *Poiret Enc. meth.* V. *p.* 697.

Rami oppositi teretes nodosi argute striati glabri; folia petiolata glabra integerrima 4-5 poll., 2 lata, petiolis brevibus compressis. Paniculae terminales foliis multo breviores, ramis oppositis pedicellis brevissimis crassis numerosis. Flores parvi approximati. Baccae siccae ovatae, seminibus 2 striatis. *Poiret. In Madagascar. Herb. Lamarck.*

6. P. *hirsuta Swartz*; stipulis lanceolatis integris deciduis, foliis lanceolato-ovatis acutis hirtis, caule hirsutissimo, paniculâ patente. *Swartz Prodr.* I. *p.* 42. *Fl. ind. occid.* I. *p.* 394. *Willd. Spec.* I. *p.* 963.

Hirsutie et habitu patentissimo ab agnatis differt. 5-6 ped.; rami patentissimi rufo-fusci. Panicula terminalis, pedunculis subfiliformibus villosis trichotomis. Cor. alba, basi attenuata, fauce villosa, limbo patente. Stylus corollâ parum longior. Baccae rubrae pubescentes. Semina oblonga striata. *Swartz. In sylvis vetustis Jamaicae australis.* ♄.

7. P. *villosa Ruiz y Pav.*; foliis oblongo-ovatis hirsutis, stipulis ovatis acutis deciduis, paniculâ racemosâ brachiatâ. *Fl. peruv. p.* 59. *t.* 207. *f.* a.

PSYCHOTRIA *hirsuta Swartz* vix diversa videtur. Arbuscula 9-10 ped., ramis teretibus, nodis pilosis, rufescentibus. Folia acuminata integerrima 4-5 poll.; petioli 3 lin.; bracteae parvae acuminatae. Bacca rubra globosa, subcompressa, magnitudine pisi parvi. Semina sulcis 5. *In nemoribus montosis Andium peruvianorum.* ♄.

8. P. *foetens Swartz*; stipulis acuminatis integris deciduis, foliis lanceolato-ovatis acutis glabris, paniculâ patentissimâ.

ramis reflexis filiformibus. *Swartz Prodr.* I. *p.* 43. *Fl. ind. occid.* I. *p.* 396. *Willd. Spec.* I. *p.* 963.

Differt a P. *hirsuta* glabritie, ramis paniculae reflexis, fructu odore foetidissimo subacido, ut COMOCLADIA et SCHRADERA *capitata*. Cortex laevis, rami glabri, patentes, fusco maculati. Folia firma, venosa, margine parum convexa, subtus pallidiora. Stipulae membranaceae ovatae. Paniculae rami quaterni fere verticillati, ramulis ultimis trifloris. Cor. parva alba basi parum dilatata, fauce villosa. Stigmata 2 oblonga. Baccae parvae oblongae coccineae, seminibus oblongis sulcatis. *Swartz.* *In Jamaicae australis sylvis montosis.* ♄.

9. P. *citrifolia* *Swartz*; stipulis ovatis persistentibus, foliis ellipticis acuminatis subcoriaceis (glaberrimis), paniculis (folio) brevioribus, baccis oblongis costatis. *Swartz Prodr.* I. *p.* 43. *Fl. ind. occid.* I. *p.* 398. *Willd. Spec.* I. *p.* 963.

Rami glabri oppositi, subcompressi. Folia Citri foliis colore et consistentiâ simillima, 3-6 poll., nervoso-venosa. Paniculae terminales pedunculo cummuni brevi, ramis ternatis, patentibus. Cal. parvus coloratus, dentibus obtusis. Cor. alba calyce 4-5-plo longior, orificio laciniisque lanceolatis villosis. Stigma crassum bilobum. Baccae oblongae, magnae, angulis prominulis. Semina arillata. *Swartz.* *In India occidentali.* ♄.

10. P. *marginata* *Swartz*; stipulis integris acuminatis deciduis, foliis lanceolato-ovatis acutis margine cartilagineo-setosis, paniculâ laxâ. *Swartz Prodr.* I. *p.* 43. *Fl. ind. occid.* I. *p.* 400. *Willd. Spec.* I. *p.* 963. *Brown jam.* 161. *n.* 6.

3-4-ped., ramis subsimplicibus rectis glaberrimis. Folia supra lucida, subtus pallida glaucescentia. Stipulae membranaceae ovatae longitudine petiolorum. Paniculae terminales, divisionibus oppositis patentibus dichotomis glabris filiformibus, 3-6-floris. Cor. parva pallide alba, tubo parum incrassato basi, limbo reflexo. Stigmata 2 crassa reflexa prominula. Baccae parvae ovatae atrae, seminibus 2 extus sulcatis. *Swartz.* *In sylvestribus Jamaicae australis.* ♄.

11. P. *tenuifolia* *Swartz*; stipulis ovatis emarginatis deciduis, foliis oblongis acutis tenuioribus glabris, paniculis erectis subsessilibus. *Swartz Prodr.* I. *p.* 43. *Fl. ind. occid.* I. *p.* 402. *Willd. Spec.* I. *p.* 964.

Arbuscula 3-4 ped., ramis glabris rectis teretibus. Folia parva submembranacea utrinque attenuata plana venosa integerrima, stipulis latis semiamplexicaulibus acuminatis bifidis. Panicula terminalis foliis brevior trichotoma. Cor. albida parva; calycis dentes recti acuti persistentes; corollae tubus brevis limbo reflexo fauce villosa, stigmatibus oblongis. Baccae glabrae oblongae. *Swartz.* *In fruticetis Hispaniolae.* ♄.

12. P. *carthaginensis Jacq.*; stipulis emarginatis, foliis obovatis acuminatis, paniculâ terminali. *Willd. Spec.* I. *p.* 964. *Jacq. Amer. p.* 65. *t.* 17. *f.* 22. (excl. synonym.) *Poiret Enc. meth.* IV. *p.* 699.

Willdenow. auctoritate cl. *Swartz Fl. ind. occid. p.* 404. recepit, qui hanc speciem distinctam credit ab *asiatica* et *nervosa*, quas inter intermedia. — Folia crassiora, coriacea, vix nervosa, parum minus acuminata, utrinque glabra, magis patentia, fructus minus globosi, ovati magis, minores, profunde striati. *Poiret* ad specimen in *Herb. Lam.* — Frutex suberectus ramosus humanae altitudinis. Folia basi attenuata integerrima nitida petiolata opposita variae magnitudinis. Racemi terminales. Flores inodori, corollâ albâ, tubo erecto, subinfundibuliformi, limbum triplo excèdente. Stamina saepe 6-7, cum corolla sex-septemfida. Baccae rubrae calyce concolore coronatae. Semina albicantia. *Jacquin.* *In Carthagenae fruticetis.* ♄.

13. P. *domingensis Jacq.*; frutescens, foliis lanceolato-ovatis. *Jacq. Amer. p.* 66.

Frutex 5-ped., suberectus, ramosus, inelegans. Rami teretes, glabri. Folia acuta integerrima nitida petiolata opposita 5 poll. Racemi terminales ramosi plerumque bini. Flores inodori sessiles pollicares. Corollae albae tubo cylindraceo incurvo, limbum ad triplum superante. Baccae atrae nitidae pisi magnitudine, pulpa aquea nec colorata. *Jacq.* *Ad ripas torrentum fruticosus et in umbrosis humidis Domingo.* ♄.

Obs. Non invenimus receptam ab auctoribus sub PSYCHOTRIA.

14. P. *nervosa Swartz*; stipulis (ovatis) oblongis emarginatis deciduis, foliis ovatis utrinqne acuminatis nervosis (venosis) subundulatis, paniculis sessilibus erectiusculis. *Swartz Prodr. Fl. ind. occid.* I. *p.* 403. *Willd. Spec.* I. *p.* 964.

Folia non esse nervosa sed venosa, venis prominentibus: *Willdenow*, qui non vidit. Differre a *tenuifolia* habitu patentiore, foliis magis ovatis et nervosis, unde superficies minus glabra quam in illa, marginesque leviter undulati, stipulis majoribus. Arbuscula 5-6 ped., ramis glabris patentibus subcompressis, foliis latis, glabris, non lucidis, membranaceis, subtus pallidioribus, petiolis brevibus, stipulis magnis oppositis acuminatis, siccis, rufo-fuscis, bifidis. Paniculae terminales et axillares, foliis duplo breviores, ramificationibus 3-4. Cor. alba recta *tenuifoliae.* *Swartz.* *In fruticetis Jamaicae.* ♄.

15. P. *Myrtiphyllum Swartz*; stipulis ovatis deciduis, foliis lanceolato-ovatis enervibus nitidis rigidis, ramis secundis, racemis compositis terminalibus. *Swartz Prodr.* I. *p.* 44. *Fl. ind. occid.* I. *p.* 405. *Willd. Spec.* I. *p.* 965. *Sloane jam.* 171. *Hist.* 2. *p.* 102. *t.* 209. *f.* 2.

Vix 3 ped., habitu *Myrti*, caule cinereo ramoso. Folia vix pollicaria obtusiuscula margine subrevoluta saturate viridia, lucida, subtus pallida, punctis sub lente numerosis cinereis; petioli breves; stipulae parvae. Racemi solitarii recti, foliis parum longiores, ramulis oppositis trifidis. Cor. alba parva tubo elongato, limbo patente, ore villoso. Antherae albae. Stylus bifidus stigmatibus obtusis. Bacca immatura dura bilocularis, demum succosa, dissepimento evanescente. *Swartz.* *In fruticetis aridis Jamaicae borealis inter Haematoxyla.* ♄.

Obs. In *Swartz, Poiret, Willdenow, Persoon* (qui recte tamen dubitavit) legitur male MYRSTIPHYLLUM.

16. P. *laxa Swartz*; stipulis ovatis acutis deciduis, foliis ovatis acuminatis, racemis ternis terminalibus trichotomis, racemis pedicellisque subcapillaribus laxis. *Swartz Fl. ind. occid.* I. *p.* 407. *Willd. Spec.* I. *p.* 965.

Rami laeves recti cinerei dichotomi subflexuosi; folia 1-2 poll., subtus pallidiora, tenuiter punctata, vix nervosa. Stipulae parvae subciliatae integerrimae. Racemi terminales recti 2 poll., pedicellis trifidis. Fructus oblongi glabri utrinque acuminati ut semina sulcata. *Swartz.* *In fruticetis montium Jamaicae.* ♄.

17. P. *parasitica Swartz*; stipulis amplexicaulibus retusis, foliis ovatis acuminatis aveniis subsucculentis, racemis terminalibus axillaribusve compositis, (cymis pedunculatis trichotomis foliorum longitudine) *Swartz Prodr.* I. *p.* 44. *Fl. ind. occid.* I. *p.* 408. *Willd. Spec.* I. *p.* 965. *Poiret Enc. meth.* V. *p.* 699. VISCOIDES *pendulum Jacq. Amer. p.* 73. *t.* 51. *f.* 1.

An hujus generis? Caules sarmentosi radicantes in truncis arborum; rami glabri penduli apice angulosi subsimplices; folia laete viridia subtus pallidiora petiolis brevissimis; (subfalcata integerrima nitida subdisticha, plus minus 1 *ifa* poll. *Jacq.*) stipulae parvae vaginantes. Racemi vix longitudine foliorum; pedunculi glabri cum calyce rufescentes, pedunculis trifidis, subcymosis. Cor. alba, parva, tubo cylindrico, fauce pubescente, limbo brevi, laciniis acutis. Germen rufescens. Stigma bilobum. Baccae globosae subovatae coccineae, seminibus ovatis sulcatis. *Poiret* ex *Herb. Lam.* *In insulis Martinica, Dominica, Guadeloupe, St. Christopher et Montserrat, subparasitica.* ♄.

18. P. *horizontalis Swartz*; stipulis ovatis, foliis lanceolato-ovatis acutis, ramis foliis ramulisque panicularum horizontalibus. *Swartz Prodr.* I. *p.* 44. *Fl. ind. occid.* I. *p.* 410. *Willd. Spec.* I. *p.* 965.

Caules 3-4 ped., ramis laevibus diffusis. Folia subtus pubescentia subcoriacea, nervis petiolisque villosis. Stipulae minimae caducae. Panicula recta, ramificationibus trifidis pubescentibus, foliis brevioribus. Flores sordide albi, parvi, corollâ fauce

nudâ. Antherae albae. Stylus longitudine tubi, stigmatibus 2 crassis obtusis. Baccae oblongae vix magnitudine piperis. *Swartz.* *In Hispaniolae apricis cretaceis.* ♄.

19. P. *nutans* *Swartz*; stipulis bidentatis (geminis subulatis), foliis lanceolatis acutis nervosis, racemis tripartitis erectis (floribus cymosis), fructiferis nutantibus. *Swartz Prodr.* I. *p.* 43. *Fl. ind. occid.* I. *p.* 141. *Willd. Spec.* I. *p.* 965.

Arbuscula parva; caules ramive glabri, petioli breves, stipulae siccae, racemi terminales, pedunculo communi glabro trifido. Cor. albida minima, infundibuliformis, tubo cylindrico, limbi laciniis acutis; antherae flavae; stigmata ovata; fructus coccinei globulosi magnitudine Ribesii. *Swartz.* *In Hispaniolae collibus aridis solo cretaceo.* ♄.

20. P. *speciosa* *Forst.*; arborea, foliis oblongo-lanceolatis, involucro terminali subtrifloro. *Forst. Prodr. n.* 89. *Willd. Spec.* I. *p.* 965.

In Taheiti. ♄.

21. P. *punicea* *Ruiz* et *Pav.*; foliis oblongo-lanceolatis acutis; stipulis truncatis bidentatis, corymbis puniceis, corollis urceolatis. *Flor. peruv.* II. *p.* 62. *t.* 42. *f.* a. *Poiret Enc. meth. Suppl.* IV. *p.* 591.

Arbuscula 6 ped., caulibus rectis teretibus, ramis rufescentibus. Folia undulata, 9 poll., glabra, utrinque lucida; petioli 1½ poll.; stipulae petiolis breviores, dentibus 2 subulatis; corymbus brevis terminalis densus; bracteae subulatae; flores subagglomerati pedunculis mediocribus; cor. purpureo-coccinea tubo brevi, limbi laciniis ovatis acutis. Bacca rotundata subbiloba. *In nemoribus Andium peruvianorum.* ♄.

22. P. *capitata* *Ruiz* et *Pav.*; foliis oblongis acuminatis, stipulis bifidis, floribus capitatis sessilibus, bracteis obvallatis. *Flor. peruv.* II. *p.* 59. *t.* 206. *f.* a.

Caules 9-10-ped., ramis subtetragonis subcompressis. Folia sublanceolata integerrima subtus pubescentia; stipulae magnae, laciniis ovatis obtusis hispidis basi interiore glandulosis. Pedunculi terminales pollicares. Bracteae ovatae acutae. Cal. dentibus 5 brevibus ovatis acutis. Bacca ovata nigrescens umbilicata. *In Andium peruvianorum nemoribus.*

23. P. pilosa *Ruiz* et *Pav.*; foliis oblongo-ovatis acutis pilosis, floribus terminalibus verticillato-cymosis, bracteis pilosis cinctis. *Flor. peruv.* II. *p.* 60. *t.* 203. *f.* a.

Caules vix lignosi, 2 ped., tetragoni, vix ramosi. Folia integerrima, 4 poll., petioli fere pollicares. Inflorescentia fere ASPERULAE. Stipulae rectae, semilanceolatae, longitudine petiolorum, ad medium usque bifidae, laciniis acutis. Cymae breves. Bracteae lanceolatae acutae caerulescentes. Pedunculi

graciles pilosissimi. Calycis dentes parvi acuti. Bacca caerulea, magnitudine pisi parvi. *In nemoribus Andium peruvianorum.* ♄.

24. P. *subtomentosa Ruiz et Pav.*; foliis lanceolato-oblongis, stipulis bifidis acutis, pedunculis terminalibus trifidis, floribus capitatis bracteis (subulatis) cinctis. *Flor. peruv.* II. *p.* 61. *t.* 210.

Caules lignosi ramosissimi basi glabri, ramis subtomentosis. Folia acuta 3 poll., subtomentosa, subtus albida. Stipulae glandulosae, basi conniventes. Flores sessiles, calyce caerulescente 5-dentato, corollâque infundibuliformi hirsutâ caeruleis. *In nemoribus Andium peruvianorum.* ♄.

25. P. *brachiata Swartz*; stipulis ovatis oblongisve bifidis, racemo terminali composito, ramis brachiatis, floribus (terminalibus) aggregatis sessilibus. *Swartz Prodr.* II. *p.* 45. *Fl. ind. occid.* I. *p.* 415. *Willd. Spec.* I. *p.* 966.

Arbuscula 6-7 ped., ramis rectis laevibus tetragonis; folia oblonga utrinque acuta glabra venosa scabriuscula subtus pallidiora, venis subtus petiolisque pubescentibus; stipulae latae, glabrae. Ramificationes paniculae trifidae, basi bracteis latis concavis acutis pubescentibus. Calyces minimi tubulosi. Cor. brevis sordide alba infundibuliformis pubescens. Stylus brevis stigmatibus 2 rotundatis. Fructus saturate caeruleus, sulcis 2, oblongus. *Swartz.* *In montibus altis Jamaicae australis.* ♄.

26. P. *grandis Swartz*; stipulis deltoideis margine revolutis apice (convoluto-) subulatis, foliis cuneiformibus obovatis, caule angulato (suffrutescente). *Swartz Prodr.* I. *p.* 43. *Fl. ind. occid.* I. *p.* 417. *Willd. Spec.* I. *p.* 967.

Subherbacea, licet fere 12-15 ped.; caules crassi recti glabri sulcati, ramis herbaceis angulosis subdivisis sulcatis; folia pedalia et ultra, 3 pollices lata glabra, subtus pallidiora, petiolis brevibus, crassis. Stipulae latae. Paniculae amplae terminales, pedunculo communi recto stricto, saepe foliis longiore, ramificationibus ternatis subverticillatis, subcompressis, floribus numerosis densis subpedicellatis. Cor. parva, pallide alba, fauce villosâ; antherae albidae; ovarium truncatum; stigmata 2 crassa. Baccae ovatae. *Swartz.* *In fruticetis montosis Jamaicae interioris Occidentalis.* ♄.

27. P. *patens Swartz*; stipulis bidentatis, foliis distichis lanceolato-ovatis membranaceis, ramis patentibus, paniculis secundis. *Swartz Prodr.* I. *p.* 45. *Fl. ind. occid.* I. *p.* 419. *Willd. Spec.* I. *p.* 967.

Singularis, ramis paniculae divaricatis *flexuosae* habitui valde assimilatur, sed forte diversa. Ramosissima, 4-5 ped., ramis glabris fragilibus teretibus, junioribus compressis. Folia acu-

minata, apice reflexa, margine inaequalia, medio subconvexa, venosa, nervosa, rigida, utrinque glabra, breviter petiolata. Stipulae subulatae. Paniculae parvae terminales, pedunculo communi foliis breviore, ramificationibus inferioribus secundis, flexuosis, apice bifurcatis, pedunculis reflexis, floribus parvis albidis. Cor. limbis reflexis fauce nuda. Stylus corollâ longior, stigmate emarginato. Bacca nigra rotundata, seminibus 2 sulcatis hemisphaericis. *Swartz.* *In montibus altis Jamaicae, praesertim in montibus caeruleis.* ♄.

28. P. *uliginosa Swartz;* stipulis connatis acutis convexis, foliis lanceolato-oblongis, seminibus compressis (extus) cristatis, caule subherbaceo simplici erecto. *Swartz Prodr.* I. *p.* 43. *Fl. ind. occid.* I. *p.* 421. *Willd. Spec.* I. *p.* 967. *Brown jam. n.* 1?

Radices longae repentes; caules 2-3 ped., basi suffruticosi, crassi, glabri. Folia pedalia acuminata integerrima nervis arcuatis, supra lucidis, subtus pallidioribus; petioli longi crassi; racemi oppositi axillares ad apicem ramorum, longitudine petiolorum, pedicellis apice trifidis, bracteis convexis acutis oppositis, floribus sessilibus, parvis, pallide rubellis. Cor. tubulosa, tubo cylindrico, fauce villosa, limbi laciniis acutis. Stigmata 2 reflexa tubo longiora. Bacca matura compressa coccinea. *Swartz.* *In Jamaicae montium depressis subhumidis.* ♄.

29. * P. *serpens;* caule subherbaceo repente, foliis ovatis utrinque acutis. *Linn. Mant. p.* 204. *Willd. Spec.* I. *p.* 967.

Multum similis P. *herbaceae*, distincta tamen. Caules 2-6 ped., ramis erectis, alternis, teretibus, articulatis, perennantibus. Folia opposita, petiolata, utrinque laevia. Stipulae subrotundae deciduae. Corymbi terminales, brachiati, foliis vix longiores. Semina bisulca, in latere convexo exteriore. *Linn.* *In India orientali.* ♄.

30. * P. *herbacea;* caule herbaceo repente, foliis cordatis petiolatis, (stipulis ovatis emarginatis.) *Jacq. Amer. p.* 66. t. 46. *pict. t.* 67. *Swartz obs. p.* 74. *Willd. Spec.* I. *p.* 967. *Meyer Essequeb. p.* 104. P. *herbacea* (*sylvana*) *Pers. Syn.* I. *p.* 207. *Tussac Fl. des Antilles t.* 8.

Tenella, 3 poll., erecta, simplex, quadrifolia, e stolone repente, ad 2-3 poll. distantias novam iterum plantulam proferente. Folia cordato-subrotunda integerrima opposita, petiolis inferiorum longissimis. Pedunculi communes erecti terminales 2-4 flori. Corollae albae inodorae tubus cylindraceus, erectus, duplo longior limbo patentissimo. Baccae rubrae pulpâ rubrâ. Semina alba. *Jacq. Maier* addit folia pollicem longa lataque, non acuta, ut *Swartz*, sed obtusiuscula, non obtuse serrata, sed subintegerrima. Petioli longitudine foliorum et ultra. Involucrum singulo flori triphyllum. Calycis usque infra medium 5-fidi lacinia inferior minor. Baccae, exceptâ par-

vitate, facie et colore Oxyacanthae. Semina flavescentia. — *In Indiae utriusque umbrosis roridis, in Martinica circa vicum Roberti.* ♃.

31. P. *macropoda Ruiz et Pav.*; caule herbaceo repente, foliis cordatis acutis glabris, stipulis ovatis, umbellulis 3-6-floris, seminibus laevibus. *Flor. peruv.* II. *p.* 63. *t.* 211. *f.* b. P. *cordifolia Dietr. Gärtn. Lex.* I. *p.* 618.

Valde affinis *herbaceae*, glabra; caules graciles angulosi stoloniferi; folia longe petiolata, ovato-cordata, integerrima, 2-3 poll.; petioli foliis multo longiores, scabriusculi, juniores pubescentes; stipulae integerrimae; pedunculi simplices, ad minimum longitudine foliorum. Bracteae lineari-lanceolatae, persistentes. Cal. laciniis subulatis apice recurvis; cor. limbo patente. Bacca atropurpurea, magnitudine pisi, seminibus duobus laevibus. *In Peruviae nemoribus.* ♃?

32. P. *gracilis Ruiz et Pav.*; foliis cordatis acutis supra pilosiusculis, stipulis ovatis, umbellis 6-9-floris, seminibus sulcatis. *Flor. peruv.* II. *p.* 63. *t.* 211. *f.* 2.

Affinis NONATELIAE *violaceae* dicitur et *macropodae*. Caules repentes herbacei graciles stoloniferi; folia longe petiolata ovato-cordata, petiolis multo breviora; stipulae acutae; pedunculi recti terminales longitudine petiolorum; bracteolae subulatae inaequales. Calycis laciniae lineari-lanceolatae, reflexae. Cor. dilute violacea, intus glabra. Bacca ovata, nigrescens, magnitudine seminis piperis, seminibus 2 trisulcis. *In nemoribus Peruviae.* ♃?

Obs. „Species illae herbaceae repentes habitu nimis a caeteris recedunt, forte huic ut peculiare genus a caeteris sejungendae.“ *Pers. Syn.* I. *p.* 207.

33. * P. *emetica*; herbacea procumbens, foliis lanceolatis glabris, stipulis extrafoliaceis subulatis, capitulis axillaribus pedunculatis paucifloris. *Linn. Suppl. p.* 144. (excl. syn. *Marcgr. et Pisonis* ut et in) *Willd. Spec.* I. *p.* 968. et in *Poiret Enc. meth.* V. *p.* 705. *Richard fil.* in *Bullet. d. l. Faculté de Med. de Paris.* 1818. *n.* IV. *p.* 96. *Diction. des sciences medicales T.* 26. *c. icon. p.* 4 *Ipec. noir.* Ipecacuanha simplex s. exannulata *Richard fil. l. c.* Ipec. gris *auctor.* P. *emetisca Gmel. Syst. Veg. p.* 364. CEPHAËLIS *emetica Pers. Syn.* I. *p.* 203. (exclus. obs.)

„Sequentia circa hanc in litteris communicavit indefessus plantarum americanarum indagator cls. *Matis.* Rad. perpendicularis teretiuscula subramosa. Folia approximata opposita patentissima integerrima acuminata subtus costâ tereti prominente, supra acutiusculâ, laevia, plana, 2-3 poll. Stipula singula utrinque extrafoliacea rigidiusculâ horizontalis brevissima. decidua. Flores albi parvi sessiles in pedunculis brevibus axil

laribus solitariis 3-5-floris longitudine petiolorum. Bracteola simplex ad singulum florem vix manifesta. Cal. parvus, 5-dentatus, persistens, denticulis minimis subrevolutis. Cor. infundibuliformis; tubus calyce longior cylindraceus sursum ampliatus. Faux villis mollibus subclausa. Limbus 5-partitus, laciniis lanceolatis acutis introrsum pubescentibus subrevolutis tubo subaequalibus. Nectarium margo crassiusculus obsolete pentagonus albidus, styli basin cingens. Filamenta brevissima fauci corollae inserta. Antherae parvae lineares erectae apice pubescentes. Germen inferum subrotundum. Stylus teretiusculus erectus, longitudine tubi. Stigma crassiusculum bipartitum. Bacca subovata laevis, calyce coronata, unilocularis. Semina 2 coalita oblonga utrinque acuta, introrsum plana, extrorsum gibba." *Linn. fil.* *Copiose sub temperie calidissima Americae septentrionalis provinciae Gironensis.* ħ.

Obs. 1. Descriptio data a *Richard fil.* non paucis discedit. Illi radix fere horizontalis, cylindrica, crassitie digiti minimi, per intervalla angustata, radiculis quibusdam gracilibus fibrosis. Caulis suffruticosus, erectus, 12-18 poll., simplex, teres, tenuiter pubescens. Folia acuta, basi sensim in petiolum brevem attenuata, membranacea, supra glabra, subtus pubescentia. Stipulae 2 angustae erectae acutae firmiores, pubescentes. Flores basi singuli bracteolâ minimâ per racemos dispositi in pedunculis primum simplicibus, dein bifurcatis. Cal. virescens, tubo germini infero adhaerente, limbo campanulato extus pubescente patente, laciniis ovatis oblongis recurvis. Cor. calyce multo longior alba, limbo subcampanulato patente 5-fido, laciniis oblongis obtusis recurvis reflexis, intus pubescentiâ albidâ. Stamina erecta inclusa. Antherae oblongae. Germen inferum obovatum disco epigyno annulari. Stylus calyce parum longior apice incrassatus. Stigma oblongum bifidum. Nuculanium ovato-globosum, caerulescens, nuculis ovatis, latere plano carinatis, convexo apice sulcis 5 convergentibus. Semen ut in CEPHAELI *Ipecacuanha.* *Richard fil.* *Ad fluvium Magdalenae Humb.* et *Bonpl. cum pluribus varietatibus.*

Obs. 2. P. *emetica Humb.* et *Bonpl. pl. aequinoct.* 2. *p.* 142. *t.* 126. non paucis a descriptione a *Mutis* et *Richard* data discedit. Fruticulus illis 2 ped., ramis simplicibus rectis pilis brevibus fuscescentibus densissime tectis; folia dentibus parvis acutis, unde quasi ciliata, adultiora glaberrima, juniora subtus pilis brevibus fuscis; petioli stipulaeque villosi; flores in racemis parvis axillaribus longitudine petiolorum. Baccae caeruleae.

34. P. *corymbosa Swartz*; stipulis (geminis erectis) bidentatis, foliis lanceolato-ovatis acutis subrigidis nitidis, floribus (erectis cylindricis sub-) corymbosis, pedunculo pedicellisque coloratis. *Swartz Prodr.* I. *p.* 44. *Fl. ind. occid.* 1. *p.* 423. *Willd. Spec.* I. *p.* 969.

Arbuscula 6-7 ped., ramis rectis teretibus, ut plurimum lucidis. Stipulae parvae dentibus duobus lanceolatis. Inflorescentia corymbus verus non est, sed panicula ad similitudinem ejus magis accedit quam in reliquis, praecipue baccis onusta nutans. Rami trifidi recti fastigiati; pedunculus communis foliis bre-

vior, purpureus, bracteis subulatis coloratis. Cor. purpurascens tubulosa, basi subventricosa, fauce nudâ albidâ; stigmata 2 obtusa; baccae globosae subcorymbosae obscure rubrae; semina hemisphaerica. *Swartz.* *In montibus excelsis Jamaicae.* ♄.

35. P. *pubescens Swartz;* stipulis (geminis subulatis) bidentatis, foliis lanceolato-ovatis acuminatis pubescentibus, paniculis cymosis patentibus, (erectis, corollis cylindricis.) *Swartz Prodr.* I. *p.* 44. *Fl. ind. occid.* I. *p.* 425. *Willd. Spec.* I. *p.* 969. *Brown jam. n.* 5.

5-6 ped., ramis rectis pubescentibus; folia subinde subtus tomentosa, 2-3 poll.; stipulae dentibus brevibus subulatis. Paniculae terminales rectae longitudine foliorum, ramis patentibus, cymosis, trifidis, flore saepius in dichotomia sessili. Pedunculus communis pubescens pollicaris, pedicellis bracteis linearibus oppositis. Cor. luteo-virescens, tubulosa, cylindrica, basi subdilatata, extus pubescens, laciniis ovato-linearibus, fauce filamentisque basi villosis. Antherae acuminatae. Stigmata 2 crassa. Baccae pubescentes subrotundae atrae, succo caerulescente. *Swartz.* *In sepibus ruderatisque Jamaicae vulgaris aliisque in locis Indiae occidentalis.* ♄.

36. P. *mollis Poiret;* foliis ovatis acuminatis mollibus subtus pubescentibus, paniculâ brevi divaricata. *Poiret Enc. meth.* V. *p.* 702.

Affinis *pubescenti*, sed distincta. Caules glabri teretes; folia tactu mollissima, nervis lateralibus simplicibus arcuatis. Stipulae dentibus brevibus acutis. Panicula duabus tertiis foliis brevior, pedunculis subpubescentibus; cor. albo-flavescens, glabra; tubus brevis, crassus, basi subangustatus, laciniis rectis, brevissimis. *Poiret* ad specimen *Dupuis.* *In America.*

37. P. *pedanculata Swartz;* stipulis bidentatis, foliis ovato-lanceolatis rugosiusculis, floribus subcymosis, pedunculo communi elongato. *Swartz Prodr.* I. *p.* 44. *Fl. ind. occid.* I. *p.* 427. *Willd. Spec.* I. *p.* 369. *Brown jam. p.* 160. *n.* 4. Anne huc P. *pedanculosa Rich.;* foliis ovato-lanceolatis acuminatis nitidis: corymbo terminali longe pedunculato brachiato: stipulis deciduis. *Rich. Act. Soc. H. n. Paris. p.* 107. (*Poiret* hujus ne quidem mentionem fecit.)

Arbuscula 16-20 ped., ramis subangulosis, cortice cinereo. Folia acuta, nervoso-venosa, supra scabriuscula, glabra, subtus pallidiora. Stipularum dentes 2 brevissimi acuti. Panicula terminalis parva condensata, ramis trichotomis approximatis, floribus numerosis. Pedunculi communes recti glabri; 4-5 poll., foliis longiores. Cor. magna, cylindrica, flavescens, fauce nudâ. Antherae oblongae. Stigmata 2 simplicia. Baccae subrotundae, seminibus 2 hemisphaericis. *Swartz.* *In sylvis montosis Jamaicae.* ♄.

38. P. *alpina Swartz;* stipulis (truncatis) bidentatis, foliis lanceolato-ovatis, membranaceis reticulato-venosis, paniculis erectis, corollis (cylindricis) elongatis diaphanis. *Swartz Prodr.* I. *p.* 44. *Fl. ind. occid.* I. *p.* 431. *Willd. Spec.* I. *p.* 970.

CHIOCOCCAE *paniculatae Linn. Suppl.* simillima, ut vix diversa; si vero illa distinguenda, species etiam *Psychotriae* omnino erit. Rami glabri simplices quadranguli; folia coriacea, subciliata, utrinque glabra, nervosa. Stipulae connatae membranaceae, dente longo lineari recto subciliato. Panicula saepe foliis brevior, pedunculo communi pollicari subcompresso, glabro, rufescente, ramulis patentibus. Cal. minimus dentibus obtusis. Cor. cylindrica, subventricosa basi, ½ poll., subsucculenta, flava, rubra, purpurea, alba, caerulescens, fauce nuda. Stigma crassum, emarginatum. Bacca globosa, sat magna, seminibus hemisphaericis. *Swartz.* *In montibus caeruleis Jamaicae australis.* ♄.

39. P. *paniculata Willd.;* stipulis bidentatis, foliis ovatis, paniculâ erectâ, caule arboreo. *Willd. Spec.* I. *p.* 970. *Pers. Syn.* I. *p.* 207. *n.* 38. cum? CHIOCOCCA *paniculata;* erecta, foliis ovatis, floribus terminalibus paniculatis, dentibus stipularibus binis. *Linn. Suppl. p.* 145.

Arbor alta. Rami glaberrimi teretes. Folia opposita breve petiolata ovata utrinque acuminata integerrima venosa. Membrana tenuis combinat folia, et intra folia in duos dentes stipulares extenditur. Panicula terminalis ramosa. Flores lutei. Bacca lutea compressa, sulco laterali impressa, unde didyma videtur. *Linn.* Forte diversa ab *alpina*, quum haec arborea, illa fruticosa; haec folia ovata, illa lanceolato-ovata habeat. Ex brevi data descriptione nullam aliam differentiam eruere possum. *Willdenow.* *In Surinamo et America meridionali.* ♄. C. G. *Dalberg* et *Matis.*

40. P. *angustifolia Poiret;* stipulis bidentatis acuminatis; foliis lanceolato-angustis, nervis luteis; paniculis erectis apice trifidis, foliis minoribus. *Poiret Enc. meth.* V. *p.* 703.

Rami in ramulos diffusi divaricatos alternos cortice cinereo albidove laevi; folia opposita petiolata, basi attenuata, apice latiora, 2-3 poll., vix pollicem lata, utrinque glabra, integerrima, tenuia. Panicula parum patens, foliis brevior, terminalis, subramosa, pedicellis 3 brevibus ad apicem rami singuli, glabris, flavicantibus, bracteâ parvâ acutâ. Cal. brevis, campanulatus, truncatus, vix dentatus. Bacca globulosa, substriata, rugosa, atra aut atropurpurea. *Poiret.* *In S. Domingo. Herb. Lam.* ♄.

Obs. Poiret hanc et sequentes ad *tabernaefoliam* usque posuit post PSYCHOTRIAM *Pavettam* suam (PAVETTAM *pentandram Swartz*) quam *alpinam* sequi jussit.

41. P. *coriacea Poiret;* foliis lanceolato-ovatis valde coriaceis lucentibus, paniculâ luteâ pauciflorâ apice dichotomâ, corollis tubulosis subinapertis. *Poiret Enc. meth.* V. *p.* 703.

Caules nigrescentes, striati, ramis alternis; folia valde congesta, utrinque glabra, subacuminata, basi acuta, nervis tenuibus, 3-4 poll., 2 poll. lata. Paniculae foliis multo breviores flavicantes, glabrae; pedunculus communis paniculâ ipsâ multo longior apice divisâ in ramificationes 3-4 compressas apice bifurcas. Cal. conicus, lobulis 5 crassiusculis obtusis. Cor. glabra tubulosa brevis flavescens vix aperta, laciniis 5 obtusis suborbicularibus. *Poiret.* *In America meridionali.* ♄

42. P. *barbata Poiret;* subherbacea, foliis ovatis acuminatis, paniculâ patulâ, pedunculis divaricatis, oppositis, staminibus exsertis. *Poiret Enc. meth.* V. *p.* 705.

Rami teneri herbacei compressi glabri subangulosi; folia vix petiolata, 2 poll., membranacea, utrinque glabra, supra saturate viridia, subtus pallidiora. Pedunculus communis 3 poll., crassus, ramificationibus ternis dichotomisque. Flores numerosi. Cal. parvus. Cor. brevis, tubulosa, laciniis ovatis obtusis reflexis, fauce fasciculo pilorum albidorum. *Poiret ad Herb. Lam.* *In Martinica?* ♃

43. P. *Phytolacca Poiret;* foliis ovatis breviter acuminatis subcarnosis, floribus cymosis confertis. *Poiret Enc. meth.* V. *p.* 704.

Folia similia *Phytolaccae.* Caules teretes laevissimi, ramis oppositis, foliis petiolatis, latis, utrinque glabris; saturate viridibus. Panicula brevis, flores numerosi ordine irregulari. Calyces minimi. Fructus globulosi. *Poiret* ad *Herb. Lam.* *In America.* ♄

44. P. *longiflora Poiret;* foliis magnis coriaceis lanceolatis acuminatis, paniculâ brachiatâ, ramis horizontalibus, corollae tubo longissimo. *Poiret Enc. meth.* V. *p.* 704.

Rami alterni oppositique teretes laevissimi. Folia 6-8 poll., 3 poll. lata, firma, subovata, subtus subpubescentia, nervis flavicantibus subprominulis; petioli brevissimi subcompressi. Paniculae ad minimum duplo foliis breviores, ramis alternis diffusis glabris flavicantibus, ut plurimum apice trifidis, pedunculis filiformibus divaricatis. Cal. minimus, dentibus 5 acutis. Cor. tubo pollicari basi attenuato; limbi laciniae breves rectiusculae; stylus corollâ longior, stigmatibus bifidis. *Poiret* ad *Herb. Lam.* *In Cayenna. Leblond.*

45. P. *tabernaefolia Poiret;* foliis amplis mollibus lanceolato-acuminatis, paniculâ brevi, tubo corollae gracili. *Poiret Enc. meth.* V. *p.* 704.

Habitus *Tabernaemontanae*, et affinis *longiflorae*, sed corollae tu-

bus brevior magisque gracilis, foliaque non coriacea. Rami superiores fere herbacei, laeves, teretes, virentes; folia opposita petiolata horizontalia glaberrima utrinque viridia subsinuata, nervis prominulis. Panicula ramosa subcymosa; flores ochroleuci; calycis laciniae rectae subulatae; cor. tubus vix dimidii pollicis, tenuis; limbi laciniae planae lanceolatae acutae. *Poiret* ad *Herb. Lam.* *In S. Domingo.*

46. P. *amethystina Ruiz et Pav.*; foliis oblongis acuminatis, stipulis vaginantibus quadridentatis, racemis terminalibus, corollis baccisque amethystinis. *Fl. peruv.* II. *p.* 75. *t.* 203. *f.* b.

Valde affinis P. *alpinae Swartz.* Arbuscula 12 circiter ped., ramis patentibus, tetragonis, junioribus subvillosis. Folia oblongo-lanceolata, integerrima, 1/2 ped., subcoriacea, glabra, lucida, subtus villosa. Stipulae ad basin denticuli singuli glandulis 7, dentibus 2 subulatis longioribus; pedunculi terminales villosi ramosi; bracteae subulatae; flores breviter pedicellati; cal. parvus; cor. tubulosa amethystina, basi et apice dilatata, tubo, quâ stringitur, villoso; limbi laciniae crassae reflexae. Bacca ovata amethystina; semina extus sulcis 5. *In Andibus peruvianis.* ♄.

47. P. *macrophylla Ruiz et Pav.*; foliis oblongo-lanceolatis amplis, stipulis unidentatis, racemis axillaribus subdichotomis. *Fl. peruv.* II. *p.* 56. *t.* 202.

Caules recti, teretes, glabri, herbacei, 7-8 ped.; folia fere pedalia tenuia glabra acuta integerrima venosa laxe reticulata, nervis majoribus utrinque sulcatis. Stipulae semiamplexicaules, interne ad basin glandulis minimis obtectae; flores parvi sessiles; bracteae perfoliatae ad basin pedicelli singuli; calyx minimus 5-dentatus; cor. alba vix lin. 3; bacca ovata magnitudine pisi, atro-violacea; semina extus trisulca. *In nemoribus Andium peruvianorum.* ♃?

48. P. *reticulata Ruiz et Pav.*; foliis oblongo-lanceolatis venoso-reticulatis, stipulis bidentatis, dentibus subulatis, racemis terminalibus brachiatis. *Fl. peruv.* II. *p.* 56. *t.* 202. *f.* b.

Differt a *macrophylla*, cui foliis amplis similis, praeter characteres datos, pubescentiâ. Caules herbacei obsolete tetragoni glabri ramosi; folia remota fere pedalia subcoriacea acuta integerrima, subtus praecipue pubescentia, eleganter reticulata, nervis primoribus purpurascentibus; petioli 1/2 poll.; pedunculi ramosi patentes angulati, floribus apice fasciculatis, singulo bracteâ setaceâ. Stipulae flavescentes truncatae, petiolis longiores, dentibus ad basin 7; cal. minimus. Cor. lutea extus pubescens, 3 lin., intus ore villosa, laciniis acutis reflexis. Filamenta brevissima. *In nemoribus Andium peruvianorum.* ♃?

49. P. *macrobotrys Ruiz et Pav.*; foliis lanceolatis pubescentibus longis, stipulis bidentatis, racemis terminalibus longissimis. *Fl. peruv.* II. *p.* 57. *t.* 203. *f.* a.

Arbuscula 12 circiter ped., ramis glabris; folia acuta integerrima, 6 ad minimum pollicum, subtus pubescentia. Petioli 1/2 pollicis. Stipulae interius ad basin denticulorum glandulis numerosis, semiamplexicaules truncatae. Panicula purpurascens pedalis, bracteis parvis subulatis. Cal. dentibus 5 minimis. Cor. lutea pubescens parva, basi dilatata, ad insertionem staminum villosa, laciniis margine purpureis. Bacca ovata atro-caerulea subcompressa; semina extus sulcis 5. *In nemoribus Andium.* ♄.

50. P. *thyrsiflora Ruiz et Pav.*; foliis lanceolatis glabris, stipulis vaginantibus sexdentatis, thyrsis terminalibus. *Fl. peruv.* II. *p.* 57. *t.* 214.

Caules recti lignosi 10-12 ped.; folia patentia integerrima acuta, 5 poll.; stipulae denticulus intermedius ovatus ciliatus, obtusus, laterales subulati. Pedunculi subdichotomi, bracteis parvis subulatis. Cal. flavescens, parvus. Cor. lutea tubulosa, basi dilatata, intus, quâ stringitur, villosa. Bacca ovata atropurpurea; semina ovata sulcis 5. *In Andibus peruvianis.* ♄.

51. P. *obovata Ruiz et Pav.*; foliis obovatis acuminatis amplis, stipulis emarginatis, thyrsis terminalibus, corollis tubulosis. *Fl. perav.* II. *p.* 58. *t.* 204. *f.* a.

Caules sublignosi, 10 ped., teretes, ramis junioribus tetragonis. Folia fere pedalia, integerrima, subtus ad nervos pubescentia. Petioli pollicares. Stipulae semiamplexicaules vaginales conniventes basi, apice emarginatae, basi glandulosae. Pedunculi bracteis reflexis, subulatis, brevissimi. Cal. ciliatus, crenulis 5. Cor. purpurea, intus villosa, tubulosa. Bacca purpurea, globulosa. Semina hemisphaerica sulcata. *In nemoribus Andium peruvianorum.* ♄.

52. P. *sulphurea Ruiz et Pav.*; foliis obovato-cuneiformibus acuminatis, stipulis emarginatis, racemo paniculato, corollâ infundibuliformi. *Fl. peruv. l. c. t.* 203. *f.* a.

Amarissima, tincturam luteam exhibens praestantissimam, et in hunc finem adhibita ab incolis. Arbuscula 12 ped., ramis glabris, subtetragonis, superne foliis approximatis viridi-flavicantibus glabris, 6 poll.; petioli 3 lin.; stipulae semiamplexicaules ovatae; panicula laxiuscula; bracteae subulatae. Cal. crenulis 5. Cor. sulfurea, tubo sub fauce villosa; bacca nigra, rotunda magnitudine grani piperis; semina sulcis 5. *In nemoribus Andium peruvianorum.* ♄. An Palicurea?

53. P. *alba Ruiz et Pav.*; foliis lanceolatis, stipulis obovatis integerrimis striatis deciduis, racemo paniculato, corollâ baccisque albis. *Fl. peruv.* III. *t.* 205. *f.* a.

Arbuscula, 12 ped., caule recto, ramis paucis subtetragonis apice foliosis. Folia glabra acuta integerrima 6-8 poll., punctis ad axillas nervorum impressis. Petioli pollicares. Stipulae crassiusculae, basi hirsutae. Panicula 6 poll., ramis inferioribus geminis. Pedicelli sparsi dichotomi. Bracteae conni-

ventes ovatae acutae. Cor. tubus calyce multo longior, fauce hirsutâ. Bacca ovata magnitudine pisi. *In montibus Andium peruvianorum.* ♄.

54. P. *cymosa Ruiz et Pav.*; foliis oblongo-lanceolatis acutis, (stipulis?) utrinque bidentatis, cymis terminalibus, calycibus 5-partitis longis. *Fl. peruv. t.* 206. *f.* a.

Caules glabri sublignosi 3-4 ped.; rami subcompressi. Folia ad minimum 6 poll., integerrima, glabra, supra lucida. Petioli breves. Stipulae semiamplexicaules, truncatae, brevissimae, dentibus 2 oblongis subulatis. Cyma brevis e floribus 20-30. Pedunculi compressi striati. Bracteae subulatae. Cal. laciniis 5 longis subulatis patentibus. Cor. violaceo-purpurea, tubo prope basin villoso. Bacca ovata violacea, seminibus glabris, sulcis 5. *In sylvis Andium peruvianorum.* ♄.

55. P. *foveolata Ruiz et Pav.*; foliis lanceolatis, subtus ad apicem nervi foveolis quatuor, stipulis ovatis caducis, paniculâ fructus cernuâ. *Fl. peruv. t.* 207. *f.* b.

Arbuscula 18 ped.; caules ramosissimi, ramis junioribus subtetragonis; folia glabra acuta integerrima. Stipulae congestae, integerrimae; panicula terminalis, pedunculis oppositis ut plurimum geminis. Flores sessiles 3-5 approximati. Bracteae minimae ovatae conniventes. Cor. parva, albo-lutea. Bacca rufa, globosa, magnitudine grani piperis. *In nemoribus vastis Andium peravianorum.* ♄.

56. P. *mitis Ruiz et Pav.*; foliis lanceolatis supra mitibus subtus glabris, stipulis annularibus emarginatis, racemis subpaniculatis terminalibus. *Fl. peruv.* II. *p.* 60. *t.* 208. *f.* b.

Caulis rectus teres 8-10 poll., ramis erectis. Folia acuminata 4-10 poll.; petioli 2 lin.; stipulae conniventes, petiolis breviores; paniculae patentes 4 fere poll.; pedunculi tetragoni; flores subsessiles; bracteae subulatae. Cor. infundibuliformis, lutea, fauce hirsuta. Antherae lineares corollâ breviores. *In nemoribus Andium peruvianorum.* ♄.

57. P. *virgata Ruiz et Pav.*; foliis oblongis acuminatis coriaceis venosissimis, stipulis bilobis profunde emarginatis, corymbis terminalibus, floribus sessilibus congestis. *Fl. peruv. t.* 209. *f.* a.

Arbuscula 9-10 ped., caulibus rectis cinereis ramosissimis. Rami attenuati recti glabri albidi, juniores purpurascentes tetragoni. Folia approximata glabra, 4 circiter poll., nervis rubris, margine subreflexa. Petioli 2 lin.; stipulae semiamplexicaules longitudine petiolorum, lobis obtusis, rotundatis. Corymbi breves, ut pedunculi oppositi. Cal. dentibus 5 brevibus. Cor. sulphurea, fauce villosa. Antherae non exsertae. Bacca ovata, atro-caerulea, magnitudine pisi. Semina sulcis 5. *In montibus altis Andium peruvianorum.* ♄.

58. P. *trifida Ruiz et Pav.*; foliis lanceolatis acuminatis, stipulis bifidis acutis, pedunculis capillaribus terminalibus trifidis trifloris. *Fl. peruv.* II. *p.* 60. *t.* 209. *f.* b.

Arbuscula 18 ped., ramosissima, atroviridis, ramis patentibus. Folia angusta, 3 poll., supra lucida, subtus pubescentia ad nervos; petioli ½ poll.; stipulae conniventes. Pedunculi axillares et terminales, laterales floribus 3 sessilibus, intermedius 6; bracteae minimae, ut calyx. Cor. parva, subpubescens, fauce hirsuta, limbo recto. Bacca nigra, umbilicata, subrotundo-turbinata. *In nemoribus Andium peruvianorum.* ♄.

59. P. *repanda Ruiz et Pav.*; foliis lanceolatis repandis, stipulis lanceolatis ciliatis, pedunculis paniculato-racemosis, floribus sessilibus. *Fl. peruv.* II. *p.* 61.

Caules recti lignosi, ramis apice foliosis. Folia sinuata integerrima. Stipulae oppositae conniventes caducae. Paniculae semipedales, ramis oppositis compressis. Bracteae parvae ovatae acutae. Cal. minimus. Corolla fauce villosa, minima, lutea. Bacca magnitudine piperis, purpurea. Semina sulcata. *In montibus Andium peruvianorum.* ♄.

60. P. *undata Jacq.*; stipulis connatis integerrimis caducis, foliis oblongis costatis undatis acuminatis, pedunculis terminalibus subtrichotomis. *Jacq. Hort. Schönbr.* 3. *p.* 5. *t.* 260. *Fragm. u.* 101. P. *undulata Poiret Suppl.* IV. *p.* 591. *n.* 36.

Caules fusci lignosi 2-3 ped., rami subdichotomi; folia opposita subpetiolata glabra lanceolata integerrima utrinque acuta, supra lucida, 3-4 poll.; stipulae ovatae concavae. Flores plures sessiles. Cal. glaber. Cor. alba, tubo cylindrico ad insertionem staminum hirsuto; limbus laciniis 5 patentissimis reflexis elongatis sub apice subgibbossis. Filamenta spathulata. Bacca parva rotundata rubella. *In insulis Bahamensibus.* ♄.

61. P. *Simira*; stipulis ovatis cuspidatis deciduis, foliis elliptico-ovatis acuminatis parallelo-venosis, paniculis erectis, baccis ovalibus. P. *parviflora Willd. Spec.* I. *p.* 962. *Pers. Syn.* I. *p.* 206. SIMIRA *tinctoria Aubl. gujan.* I. *p.* 170. *t.* 65. *Gmel. Syst. Veg.* I. *p.* 371. *Poiret Enc. meth.* VII. *p.* 195.

Arbor 10-12 ped., 10 ped. in diametro, cortice crasso, intus rubro, apice in ramos rectos flexosque divisa oppositos. Folia opposita, subpetiolata mollia integerrima subtus pallidiora, 14 circiter poll., 6 lata, subtus nervis rubris. Panicula ramis oppositis pedunculis brevibus. Cal. brevis, dentibus 5 parvis. Cor. alba tubo calyce ad minimum duplo longiore, laciniis rotundatis. Corolla staminibus brevior, stylus iisdem longior. Bacca parva. Cortex Sericum et Gossypium rubro colore tingit. *In sylvis Gujanae humidis.* ♄.

62. P. *Mapuria*; stipulis subrotundis deciduis, foliis

subrotundo-ovatis acuminatis, paniculâ terminali, corollae limbo tubo longiore. PSYCHOTRIA *nitida Willd. Spec.* I. *p.* 963. *Pers. Syn.* I. *p.* 206. MAPOURIA *gujanensis Aubl. gujan.* I. *p.* 175. *t.* 67. *Gmel. Syst. Veg.* I. *p.* 371. SIMIRA *nitida Poiret Enc. meth.* VII. *p.* 196.

Caules plures molles fragiles ramosi 7-8 ped., cortice virente. Folia opposita petiolata tenera viridia lucida integerrima basi acutiuscula, 8 poll., 4-5 lata, nervis prominulis, petioli circiter pollicares; panicula ampla, ramificationibus bracteâ parvâ. Cal. patens, dentibus apice puncto nigro. Cor. alba, tubo brevi, laciniis obtusis. Stamina tubo inserta longitudine corollae. Stylus bilamellosus. *Aublet.* *In ripis fluviorum Gujanae.* ♄.

63. P. *Antherura*; foliis ovato-lanceolatis integerrimis glabris, racemis (erectis) paniculatis, subterminalibus. PSYCHOTRIA *rubra Poiret Enc. meth. Suppl.* IV. *p.* 597. ANTHERURA *rubra Lour. Fl. Cochinch.* I. *p.* 144. ed. in 4. *Caryophyllaster ruber Rumph Amb.* III. *p.* 211. *t.* 136. (Et albus: an varietas?)

Arbuscula 5 ped., ramis diffusis rubescentibus. (Folia 2-3poll.) Petioli breves. Cor. alba filamentis rubris. Bacca parva fusco-rubra. *Lour.* *Passim in Cochinchina.* ♄.

64. P.? *sambucina Linck*; foliis ovato-lanceolatis utrinque acuminatis glabris petiolatis, floribus paniculatis, paniculae ramis verticillatis. *Herb. Linck.*

Specimen nostrum exsiccatum totum livido-nigrescens. Rami sublignosi glabri; folia opposita spithamaea, 3-4 poll. lata, subrepanda; petioli 1/2 poll.; stipulas nullas vidimus: an deciduae? Panicula foliis triplo brevior, pedunculis glabris. Cal. minimus, denticulis obsoletis. Cor. nondum expansa vix lineam longa. *In Brasilia.* ♄.

Obs. In *Eschwegge Journal v. Brasilien* in *Neue Biblioth. d. Reisebeschr. v. Bertuch* II. *Haelfte der* 1. *Centurie.* 14. *B. p.* 218. depingitur planta nomine *Raiz Preta*, quae forte IPECACUANHA *Preta Centur. plant. pernamb.* in *Hoster's travels* 497. Icon sistit plantam: radice tortuosâ tuberculatâ, caule adscendente cirrhoso, foliis lanceolatis acuminatis oppositis, floribus axillaribus subcymosis. Videtur PSYCHOTRIA, sed deest fructus. Pedunculus communis longitudine pedicellorum. Hi longitudine calycis semiquinquefidi laciniis lanceolatis acutis. Corollae tubus calyce duplo fere longior, limbi laciniae patentes acutae.

PSYCHOTRIAE e *Reliquiis Willdenowianis MS.*

65. P. *ligustrina Humb. et Bonpl.*; stipulis oblongis acutis, foliis lanceolatis nitidis glabris, venis subtus pubescentibus, corymbo terminali. *Reliqu. Willd. MS.*

In St. Barja. ♄. *Humb. et Bonpl.*

66. P. *viburnoides Humb. et Bonpl.*; stipulis oblongis obtusis, foliis oblongo-lanceolatis utrinque acuminatis coriaceis supra nitidis subtus subaveniis, corymbo terminali trichotomo. *Reliqu. Willd. MS.*

In America merid. ♄. *Humb. et Bonpl.*

67. P. *lucida Humb. et Bonpl.*; stipulis deciduis, foliis lanceolatis basi angustatis obtusiusculis nitidis; corymbis paucifloris pedunculatis terminalibus. *Reliqu. Willd. MS.*

Ad fluviam nigrum in Americ. merid. ♄. *Humb. et Bonpl.*

68. P. *patula Willd.*; stipulis oblongo-lanceolatis, foliis oblongis utrinque acuminatis subcoriaceis supra nitidis, paniculâ patulâ terminali. *Reliqu. Willd. MS.*

In America meridionali. ♄.

69. P. *densiflora Humb. et Bonpl.*; stipulis ovatis obtusis, foliis obovato-oblongis acuminatis membranaceis glabris, paniculâ coarctate corymbosâ terminali. *Reliqu. Willd. MS.*

In America merid. ♄. *Humb. et Bonpl.*

70. P. *hundensis Humb. et Bonpl.*; stipulis oblongis obtusis, foliis oblongis utrinque acuminatis submembranaceis, paniculâ corymboso-trichotomâ. *Reliqu. Willd. MS.*

Ad Hunda. ♄. *Humb. et Bonpl.*

71. P. *elliptica Humb. et Bonpl.*; stipulis oblongis obtusis amplexicaulibus, foliis ellipticis utrinque acutis submembranaceis, paniculâ corymbosâ terminali. *Reliqu. Willd. MS.*

In America merid. ♄. *Humb. et Bonpl.*

72. P. *membranacea Humb. et Bonpl.*; stipulis ovatis acutis, foliis obovato-oblongis acuminatis membranaceis. *Reliqu. Willd. MS.*

In America merid. ♄. *Humb. et Bonpl.*

73. P. *padifolia Humb. et Bonpl*; stipulis bipartitis linearif-subulatis, foliis oblongis acuminatis venis subtus pilosiusculis, paniculâ corymbosâ, terminali. *Reliqu. Willd. MS.*

In Xalapa. ♄. *Humb. et Bonpl.*

74. P. *latifolia Humb. et Bonpl.*; stipulis acute bidentatis, foliis ovatis utrinque acutis, paniculâ terminali elongatâ. *Reliqu. Willd. MS.*

Folia pedalia, costata. *In umbrosis ad Orinoccum.* ♄. *Humb. et Bonpl.*

75. P. *grandifolia Hoffmannsegg.*; stipulis bifidis obtusis; foliis ovatis acutis, floribus paniculatis. *Reliqu. Willd. MS.*

Folia semipedalia, corollâ flavâ. Similis *latifoliae*, sed differt formâ stipularum. *In Brasilia.* Comes ab *Hoffmannsegge.*

76. P. *longifolia Hoffmannsegg.*; stipulis bifidis, foliis ovato-oblongis acuminatis basi attenuatis, paniculâ terminali. *Reliqu. Willd. MS.*

Folia pedalia basi cuneata. *In Brasilia.* ♄. Comes ab *Hoffmannsegge.*

77. P. *dichotoma Humb. et Bonpl.*; stipulis bifidis, foliis ovato-oblongis acutis, spicis dichotomis. *Reliqu. Willd. MS.*

In America merid. ♄. *Humb. et Bonpl.*

78. P. *tinifolia Humb. et Bonpl.*; stipulis bifidis obtusis, foliis obovatis acuminatis subcoriaceis nitidis, paniculâ terminali simplici. *Reliqu. Willd. MS.*

In America merid. ♄. *Humb. et Bonpl.*

79. P. *anacardifolia Humb. et Bonpl.*; stipulis ovatis acutis connatis, foliis obovatis acuminatis, venis subtus hirtis, paniculâ terminali. *Reliqu. Willd. MS.*

In America merid. ♄. *Humb. et Bonpl.*

80. P. *circinata Humb. et Bonpl.*; stipulis bifidis acutis, foliis subrotundo-ellipticis acuminatis subtus pubescentibus, paniculâ terminali elongatâ. *Reliqu. Willd. MS.*

In America merid. ♄. *Humb. et Bonpl.*

81. P. *magnoliaefolia Humb. et Bonpl.*; stipulis bilobis, foliis oblongis basi apiceque attenuatis breve petiolatis coriaceis nitidis subtus pubescentibus, paniculis axillaribus brevissimis sessilibus. *Reliqu. Willd. MS.*

In America merid. ♄. *Humb. et Bonpl.*

82. P. *maypurensis Humb. et Bonpl.*; stipulis bifidis acutis, foliis ovato-oblongis sessilibus lucidis, floribus corymbosis. *Reliqu. Willd. MS.*

In America merid. ♄. *Humb. et Bonpl.*

83. P. *laevigata Humb. et Bonpl.*; stipulis bidentatis, foliis oblongo-ovatis petiolatis basi attenuatis glabris, paniculâ terminali. *Reliqu. Willd. MS.*

Ad flavium Atapabo. ♄. *Humb. et Bonpl.*

84. P. *salicifolia Humb. et Bonpl.*; stipulis ovatis,

acutis deciduis, foliis lanceolatis utrinque acuminatis supra nitidis, paniculâ trichotomâ. *Reliqu. Willd. MS.*

In America merid. ♄. *Humb. et Bonpl.*

85. P. *bicolor Bredemeyer*; stipulis bidentatis setosis, foliis oblongo-lanceolatis, floribus paniculatis, pedunculis coloratis. *Reliqu. Willd. MS.*

Frutex 8-10 ped., floribus pedunculisque croceis, folia longe acuminata glabra breviter petiolata. *Willd. l. c.* *In Martinica ad torrentes.* ♄. *Bredemeyer.*

86. P. *cornifolia Humb. et Bonpl.*; stipulis bilobis, foliis subpetiolatis subrotundis ovatis acutis nitidis, corymbis divaricatis. *Reliqu. Willd. MS.*

Ad Orinoccum. ♄. *Humb. et Bonpl.*

87. P. *divaricata Humb. et Bonpl.*; stipulis connatis, foliis oblongo-lanceolatis, cymis paucifloris trichotomis, ramis dichotomis. *Reliqu. Willd. MS.*

In America merid. ♄. *Humb. et Bonpl.*

88. P. *hirta Humb. et Bonpl.*; stipulis ovatis obtusis, foliis obovato-oblongis utrinque acuminatis, subtus, petiolis, ramulis pedunculisque axillaribus trifloris hirtis. *Reliqu. Willd. MS.*

In Monte Quindiu. ♄. *Humb. et Bonpl.*

89. P. *cumanensis Humb. et Bonpl.*; stipulis ovatis acutis, foliis oblongis, cymis paucifloris. *Reliqu. Willd. MS.*

In Cumana. ♄. *Humb. et Bonpl.*

90. P. *sessiliflora Humb. et Bonpl.*; stipulis emarginato-bidentatis, foliis ovatis utrinque acuminatis, floribus terminalibus congestis sessilibus, caule herbaceo. *Reliqu. Willd. MS.*

Herbacea, 1-2 ped. floribus albis. *Willd. l. c.* *Ad Orinoccum.* 2. *Humb. et Bonpl.*

91. P. *hederacea Humb. et Bonpl.*; caule herbaceo repente, foliis cordatis petiolatis obtusis subtus concoloribus, lobis distantibus. *Reliqu. Willd. MS.*

In America merid. 2. *Humb. et Bonpl.*

92. P. *lineata Humb. et Bonpl.*; stipulis bidentatis amplexicaulibus, foliis oblongis utrinque acutis coriaceis subclavato-venosis, paniculâ terminali subcorymbosâ. *Reliqu. Willd. MS.*

In Silla de Caracas. ♄. *Humb. et Bonpl.*

93. P. *aristata Humb. et Bonpl.*; stipulis aristato-bi-

dentatis connatis, foliis oblongis utrinque acuminatis supra nitidis, venis subtus pubescentibus, paniculâ terminali elongatâ, pedunculis pedicellisque hirtis. *Reliqu. Willd. MS.*

In America merid. ♄. *Humb. et Bonpl.*

94. P. *rigida Bredemeyer;* stipulis bidentatis obtusis, foliis oblongis rigidis obtusis undulatis, paniculâ terminali. *Reliqu. Willd. MS.*

Frutex humilis floribus luteis. *In montosis siccis ad Caracas.* ♄. *Bredemeyer.*

95. P. *rufescens Humb. et Bonpl.;* stipulis oblongis bidentatis aristatis, foliis ovato-ellipticis utrinque acuminatis rufo-hirtis, paniculâ trichotomâ terminali. *Reliqu. Willd. MS.*

Ad fluvium Magdalena. ♄. *Humb. et Bonpl.*

96. P. *attenuata Humb. et Bonpl.;* stipulis bidentatis, foliis ovato-ellipticis, longissime acuminatis membranaceis, cymâ terminali. *Reliqu. Willd. MS.*

In America merid. ♄. *Humb. et Bonpl.*

97. P. *cuspidata Bredemeyer;* stipulis bidentatis subulatis, foliis subrotundis ovatis longissime acuminatis. *Reliqu. Willd. MS.*

Ad Caracas. ♄. *Bredemeyer.*

98. P. *mexicana Humb. et Bonpl.;* stipulis bipartitis acutis, foliis oblongis utrinque acuminatis submembranaceis, paniculâ angustatâ terminali. *Reliqu. Willd. MS.*

In Mexico. ♄. *Humb. et Bonpl.*

890. RONABEA.

1. R. *latifolia Aubl.;* caulibus flexuosis, foliis ovatis acutis viridibus e caeruleo variegatis, fructu nigricante. *Aubl. gujan.* I. *p.* 154. *t.* 59. *Lam. Illustr. t.* 166. *Juss. gen. p.* 205. *Poiret Enc. meth.* VI. *p.* 235. *Gmel. Syst. Veg.* I. *p.* 365. Psychotria *axillaris*, stipulis acutis indivisis, floribus axillaribus *Willd. Spec.* I. *p.* 962. *Pers. Syn.* I. *p.* 205 cum?

Frutex 2-3ped., caulibus simplicibus nodosis tortuosis, 2-3ped.; folia opposita integerrima utrinque glabra in petiolis brevibus, stipulis latis acutis. Flores axillares 2-6, in pedunculis brevissimis, basi bracteis squamatis. Cor. alba, disco inserta germen cingenti. Tubus longus gracilis, lobis 5 acutis, pilosis. Bacca nigra sulcata. *In Gujanae sylvis d'Oyac, d'Orapu, et de Semirami* ... ♄.

2. R. *erecta Aubl.;* caulibus tenuioribus, foliis ovatis

acutis tenuioribus minoribus e luteo-virentibus. *Aubl. Gujan.* I. *p.* 156. *n.* 2. R. *latifolia β erecta Gmel. Syst. Veg.* I. *p.* 365. P. *axillaris β. Willd. Spec.* I. *p.* 962. *Pers. Syn.* I. *p.* 205. cum ?

1 1/2 ped.; folia maxima 4 poll., 1 1/2 lata. Flores albi axillares. Baccae nigrae sulcatae. *Cum latifolia.* ♄.

891. GALVANIA.

G. *Vellozi. Vandelli Fl. Lusit. et Brasil. p.* 89. apud *Römer Script. Hisp. Lusit. p.* 89.

Vandelli sine nomine specifico. Tulit a *Vellozo. In Brasilia.*

892. PALICUREA.

1. P. *gujanensis Aubl. Gujan.* I. *p.* 173. *t.* 66. PSYCHOTRIA *Palicurea*, stipulis bilobis, foliis lato-ovatis utrinque acuminatis, paniculis erectis, corollis cylindraceis ventricosis subcurvis extus farinosis. *Swartz Fl. ind. occid.* I. *p.* 433. *Willd. Spec.* I. *p.* 971. *Pers. Syn.* I. *p.* 208. *n.* 55. STEPHANIUM *Schreb. gen. n.* 308. STEPHANIUM *guianense Gmel. S. V. p.* 368. SIMIRA *Pulicurea Poiret Enc. meth.* VII. *p.* 196.

Arbor 7-8 ped., cortice laevi, virente, cymâ pyramidali e ramis oppositis. Folia petiolata opposita firma utrinque laevia integerrima basi acuta, pedalia et ultra, 5-6 poll. lata; petiolo pollicari. Stipulae latae oblongae acutae subvaginantes. Flores odori coccinei. Cal. minimus, dentibus 5 brevibus acutis. Cor. tubo tereti apice subinflato, subincurvo; stylus longitudine corollae; stigmata 2 compressa dilatata. *Aublet. In Gajanae sylvis de Caux.* ♄.

2. P. *crocea*; stipulis bidentatis (geminis subulatis), foliis ovatis acutis nervosis, paniculis erectis pedunculisque croceo coloratis. PSYCHOTRIA *crocea Swartz Prodr.* I. *p.* 44. *Fl. ind. occid.* I. *p.* 429. *Willd. Spec.* I. *p.* 969. *Pers. Syn.* I. *p.* 208. *n.* 54. *Poiret Enc. meth. Suppl.* V. *p.* 702. *Brown jam. t.* 13. *f.* 1. (quoad flores; fig. 2. vulgo huc ducta excludenda.)

Folia non esse nervosa sed venosa, venis prominentibus, ejusmodi folia aptius dici costata, quum folium nervosum dicatur quod plures indivisos nervos e folii basi ortos habet. *Willd. l. c. In fruticetis subinontosis Indiae occidentalis.* ♄.

Obs. P. *crocea*, caule fruticoso, foliis ovalibus, acuminatis, stipulis truncatis bidentatis, paniculis (sub) corymbosis longitudine foliorum. *Meyer Essequeb. p.* 105. ipsi auctori dubia utrum P. *crocea Swartz* vel *corymbosa Swartz.* Frutex 5-6 ped., cortice cinereo glaberrimo. Rami teretes glabri, sanguinei. Folia opposita, brevissime petiolata, fr-

ma, longe acuminata, basi acuta et tenuiter in petiolum desinentia, 5 poll., 2 1/4 - 2 1/2 lata, integerrima, costato-venosa, glaberrima, nitida. Petioli 2-3 lin., glabri, connati. Paniculae terminales erectae, subcorymbosae, pedunculo longo insidentes, folia tamen haud superantes. Rami pauci subverticillati vel alterni, ut ramuli sive pedicelli subfastigiati et parum incrassati, basi bracteâ lanceolato-subulatâ coloratâ, una cum pedunculo communi angulati glabri rubri. Cor. calyce triplo major, crocea. Filamenta tubo infra medium supra pilorum seriem inserta. Antherae filamentorum longitudine, semiemersae. Stigmata 2 setacea subvillosa. Bacca ovata compressa subdidyma. *Swartz* stigma unicum crassiusculum emarginatum habet; in figura tamen ab illo citata *Brownii* stigmata 2 setacea. *In umbrosis insulae Arowabisch.*

3. P. *hyacinthiflora*; foliis obovatis acuminatis amplis, stipulis bifidis, racemis compositis purpureis. PSYCHOTRIA *hyacinthiflora Ruiz. et Pav. Fl. peruv.* II. *p.* 62. *t.* 213. *f.* a. *Poiret Enc. meth. Suppl.* IV. *p.* 596. PSYCHOTRIA *hyacinthoides Pers. Syn.* I. *p.* 208. *n.* 58.

Arbuscula 12 ped., ramis apice subtetragonis. Folia 6 poll., subundulata, utrinque glabra. Stipulae laciniis ovatis obtusis. Panicula ampla terminalis. Pedunculi sparsi patulo-reflexi, bracteis parvis ovatis. Cal. corollaque basi dilatata et fauce violacea, limbi laciniis reflexis. Stigma bilobum, lobis reflexis. Bacca caeruleo-violacea, ovato-globosa. *In nemoribus Andium peruvianorum.* ♄.

Obs. „Quamvis auctores *Fl. peruv.* corollas obliquas in *n.* 58-62. (*hyacinthiflora* nempe, *caerulea*, *tinctoria*, *laxa*, *viridi*)" corollas obliquas aut incurvas nullam in descriptionibus fecerint mentionem, tamen ex iconibus hoc devinari potest." *Persoon p.* 206. qui PALICOUREAS instar sectionis PSYCHOTRIAE.

4. P. *caerulea*; foliis lanceolatis acuminatis, stipulis ovatis, racemis terminalibus, floribus aggregatis. PSYCHOTRIA *caerulea Ruiz* et *Pav. Fl. peruv.* II. *p.* 62. *t.* 213. *f.* b. *Pers. Synops.* I. *p.* 208. *n.* 59.

Caules recti lignosi 9-10 ped., ramis teretibus glabris subflexuosis; folia patenti-reflexa glabra undulata 8-9 poll.; petioli breves; stipulis integerrimis duplo longiores. Panicula terminalis, 6 poll., ramis oppositis; bracteae ovatae. Cor. lutescens limbo revoluto, 1/2 poll. Stigma bilobum. Bacca caerulea, pyriformis, magnitudine pisi. *In nemoribus Andium peruvianorum.* ♄.

5. P. *tinctoria*; foliis oblongis acuminatis, foveolis ad basin venarum, stipulis (semi) lanceolatis, racemis brevibus brachiatis. PSYCHOTRIA *tinctoria Ruiz* et *Pav. Fl. peruv.* II. *p.* 62. *t.* 211. *f.* a.

Arbuscula tota glabra 18 circiter pedum, ramosissima, ramis teretibus. Folia patentia ovato-oblonga, subundulata, 3 ad minimum pollicum, supra lucida; petioli 1/2 poll. Stipulae basi glandulosae. Panicula terminalis, 3 poll.; pedunculi breves

subtetragoni, bracteis parvis ovatis acutis. Flores sessiles terni ut plurimum terminales. Cal. flavescens. Cor. alba; luteove-albescens, fauce hirsuta, limbo reflexo. Filamenta basi hirsuta. Bacca globosa, rufa. *In Andibus Peruviae.* ♄.

6. P. *laxa*; foliis oblongis acuminatis, stipulis bifidis, paniculis laxis, bracteis longis reflexis. PSYCHOTRIA *laxa Ruiz* et *Pav. Fl. peruv.* II. *p.* 61. *t.* 212. *f.* b. PSYCHOTRIA *luteo-virescens Pers. Syn.* I. *p.* 208. *n.* 61. *Poiret Enc. meth. Suppl.* I. *p.* 596. PSYCHOTRIA *bracteata Dietr. Gärtn. Lex.* 7. *p.* 617.

Arbuscula 10 ped., ramis glabris, tetragonis. Folia 9 poll., utrinque glabra, integerrima; supra lucida; petioli 1½ poll.; stipulae breves, laciniis ovatis obtusis; panicula demum pendula, satis longa, pedunculis oppositis compressis. Cor. tenuis luteovirescens subdidyma, magnitudine pisi, purpureo-virescens. *In nemoribus Andium peruvianorum.* ♄.

7. P. *viridis*; foliis oblongis acuminatis dorso foveolatis, stipulis lanceolatis, racemis subpaniculatis. PSYCHOTRIA *viridis Ruiz* et *Pav. Fl. peruv. l. c. t.* 210. *f.* b. *Pers. Syn.* I. *p.* 62.

Caules lignosi recti 7 ped.; rami subcompressi; folia ovato-oblonga glabra integerrima, 3 poll. et ultra; petioli breves canaliculati, stipulis duplo breviores. Paniculae terminales 4-5 poll., pedunculis oppositis, fasciculis florum minimorum sessilium. Cor. parva, viridis, fauce hirsuta. Semina huic convexa sulcis 5, inde plana laevia in bacca globosa magnitudine pisi. *In montibus Andium peruvianorum.* ♄.

893. RUDGEA.*)

1. R. *lanceaefolia Salisb.*; foliis lanceolatis, acuminatis. *R. A. Salisbury* in *Linn. Transact.* VIII. *p.* 327. Tab. XVIII.

Caulis cinereus. Stipulae interfoliaceae erectae, ovatae, oris pallidioribus quasi sphacelatis. Folia 3½-4 pollices lata, circ. 10 poll. longa, patentissima, integerrima, adulta supra glabra, infra laevia, nervis plurimis, subtus fuscis et prominentibus. Flores sessiles. Pedunculi pubescentes. Bracteae ad singulos ramos solitariae, inferiores longissime acuminatae, basi dilatatae, dense pubescentes. Calyx sesquilin. longus, extus dense pubescens, persistens. Corolla extus dense pubescens, decidua, 2 poll. Stylus longitudine tubi. Stigma bipartitum, laciniis recurvo-patantibus, obtusis, convexiusculis. *Hab. in Gujana. Martin.*

*) *Caulis* teretiusculus, brachiatus. *Stipulae* grandes intus pectinato-setaceae. *Folia* ampla, paribus aequalibus. *Flores* in paniculis densissimis terminalibus, sicci nigrescentibus. Convenit cum FROELICHIA et SCHRADERA laciniis corollae dorso uncinatis: reliquae partes multum abludunt.

2. R, *ovalifolia Salisb.*; foliis ovalibus, leviter acuminatis. *R. A. Salisbury l. c. p.* 328.

Caulis ramis oppositis. Stipulae praecedentis, sed magis obovatae. Petioli subpubescentes. Folia 4 1/2-5 pollices lata, 7-8 pollices longa, integerrima, supra glabra, subtus laevia. Flores in paniculis densissime congesti. Bracteae ad singulos ramos solitariae, late cuneatae, et, ut calyx corollaque bipollicaris, extus dense pubescentes. *In Gujana. Martin.*

894. COFFEA.

a. COFFEAE *genuinae.*

1. C. *sambucina Forst.*; foliis oblongo lanceolatis acutis, cymis corymbosis terminalis. *Forst. Prodr.* I. *n.* 92. *Willd. Spec.* I. *p.* 973. C. foliis oblongis obtusiusculis utrinque nudis, paniculâ corymbosâ terminali, stigmate simplici clavato. *Spreng. Pugill.* I. *p.* 16.

Arbor procera. Rami glabri teretes, ramuli tetragoni. Folia opposita petiolata, spithamam longa, 3 poll. lata utrinque attenuata, integerrima. Panicula ramosissimâ ramis verticillatis, pedicellis bracteis binis subulatis. Cal. ovatus. Corollae tubus gracilis, calycem multoties excedens, limbo 5-partito patente, laciniis obtusiusculis. Stamina limbum aequantia, stylo multóties breviora. *Spreng. In insulis Amicorum.* ♄.

2. C. *opulina Forst.*; foliis ovato-lanceolatis, corymbis coarctatis globosis terminalibus. *Forst. Prodr.* I. *n.* 93. *Willd. Spec.* I. *p.* 973. C. foliis oblongis acutis utrinque nudis, corymbo terminali bracteato, stigmate simplici clavato. *Spreng. Pugill.* I. *p.* 16.

Rami arboris teretes graciles glabri. Folia opposita petiolata 3 poll., 1 1/2 poll. lata, basi attenuata, integerrima. Corymbus coarctatus, basi et ad divisiones ramorum bracteis subrotundis scariosis, pedicellis hispidiusculis. Cal subcampanulatus. Corollae infundibuliformis tubus calyce multo longior, limbo 5-partito, laciniis linearibus revolutis obtusissimis. Stamina limbum aequantia. Stylus corollâ duplo longior. *Spreng. In nova Caledonia.* ♄.

3. C. *odorata Forst.*; foliis ovatis acutis, cymis corymbosis axillaribus. *Forst. Prodr.* I. *n.* 94. *Willd. Spec.* I. *p.* 973.

Flores in suo specimine fuisse quadrifidos. *Willd. l. c.* *In insula Tanna et in insulis Amicorum.* ♄.

4. * C. *arabica*; foliis oblongo ovatis acuminatis, pedunculis axillaribus aggregatis, corollis quinquefidis. *Willd. Spec.* I. *p.* 973. *Trattinn. Bot. Mag. t.* 1303. *Ellis Jussieu Act. Paris.* 1713. *t.* 7. *tab.* 400. *Gärtn. Sem.* I. *p.* 118. *t.* 25. *monogr. Lond.* 1774.

Till. pis. 87. *t.* 32. *Plukn. phyt.* 272. *f.* 1. Bon. *Alp. aegypt.* *t.* 36.

Folia subtus in alis nervorum costalium puncto secretorio. *Linn.* Arbor sempervirens 15-20 ped., 2-3 ped. in diametro. Rami decussati. Folia 4-5 poll., undulata. Flores albi sessiles axillares terni quini, odore Jasmini. Baccae rubrae magnitudine Cerasi, dulcescentes. Semina arillata. *In Arabia felici, Aethiopia.* ♄.

Obs. Confer: *Douglas* history of the Coffee *tree; Moseley Monogr.* et *Rozier Cours d'Agriculture T.* II.

5. C. *mauritiana Lam.*; baccis oblongis basi acutis, dispermis. *Lam. Enc. meth.* I. *p.* 550. *Illustr. t.* 160. *f.* 2. C. *arabica* β. *Willd. Spec.* I. *p.* 974.

Rami ramulis oppositis nodosi cortice cinerascente. Folia opposita ovata obtusa, (non acuminata) basi attenuata, subpetiolata, glabra, venosissima, 2 1/2 tantum poll.; flores axillares subsessiles solitarii. Baccae nunquam globosae, sed oblongae, basi acuminatae. Semen oblongum cartilaginosum acutum. *Lam.* *In Bourbonia.* ♄.

6. C. *Zanguebariae Lour.*; corollis (sub)sexfidis, fructu angulato nervoso. *Lour. Fl. Cochinch.* I. *p.* 180.

Affinis *mauritianae Poiret Enc. Suppl.* II. *p.* 13. Arbor parva erecta 6-pedalis, ramis brevibus crassis expansis. Folia ovato-lanceolata glabra opposita. Flos albus axillaris, pedunculis brevibus 1-floris. Cor. hypocrateriformis limbo 6-7-partito. Baccae rubrae, oblongo-ovatae, nervis longitudinalibus angulatae, dispermae, seminibus arillatis, sulco unico. *Lour.* *In sylvis planis orae Zanguebariae*; culta a Lusitanis, quum semina in hac ejusdem, ac *arabicae* usus.

7. C. *triflora Forst.*; foliis ovato-lanceolatis acuminatis, pedunculis terminalibus ternis unifloris. *Forst. Prodr.* I. *n.* 95. *Willd. Spec,* I. *p.* 974.

In Taheiti. ♄.

8. C. *Gujanensis Aubl.*; foliis lanceolatis, pedunculis axillaribus aggregatis, corollis quadrifidis, (baccis exiguis violaceis dispermis.) *Willd. Spec.* I. *p.* 974. *Aubl. Gujan.* I. *p.* 150. *t.* 57.

Arbuscula parva ramosa 1-2 ped., ramis nodosis tetragonis. Folia acuta integerrima laevia lucida breviter petiolata. Stipulae 2 oblongae ad nodum singulum. Flores parvi, subsessiles. Baccae sphaericae, seminibus coriaceis. *Aublet.* *In sylvis Gujanae.* ♄.

9. C. *paniculata Aubl.*; foliis (amplis) oblongis acuminatis, paniculâ terminali divaricatâ, corollis quadrifidis, ramis tetragonis. *Willd. Spec.* I. *p.* 974. *Aubl. Gujan.* I. *p.* 152. *t.* 58.

Arbuscula 7-8 ped., cortice griseo rugoso fisso, ligno duro albido. Rami nodosi tetragoni. Folia magna petiolis brevibus. Flores albi fragrantes, pedunculis tetragonis. Baccae caerulescentes, semine altero saepe abortivo. *Aublet.* *In sylvis Gujanae.* ħ.

10. C. *ramosa Lour.*; ramosissima foliis scabris, racemis terminalibus. *Lour. Fl. Cochinch.* I. *p.* 179.

Affinis *paniculatae* et *occidentali.* Arbuscula 4-ped., ramosissima, ramis diffusis, teretibus; folia ovato-lanceolata integerrima tuberculis plurimis, opposita, petiolis brevibus. Racemi erecti, brachiati, pedunculo communi tetragono, ramis oppositis verticillatisque. Bacca subrotunda parva aquosa rubra 1-locularis disperma, seminibus hemisphaericis, ejusdem cum *arabica* usus. *Lour.* *In Mozambico.* ħ.

11. C. *racemosa Ruiz* et *Pav.*; foliis oblongo-ovalibus acuminatis, stipulis bifidis; racemis axillaribus terminalibusque (sub anthesi) nutantibus. *Fl. peruv.* II. *p.* 64. *t.* 214. *f.* a.

Caules circiter 18 ped.; rami patentes compressi, dichotomi, geniculati; folia integerrima; stipulae acutae; flores subsessiles, bracteis minimis deciduis acutis; cal. albo-virens; cor. alba laciniis reflexis; filamenta basi villosa; bacca ovata, 1-2-sperma magnitudine et colore Cerasi; semina laevia hemisphaerica. *Poiret.* *In Peruviae nemoribus Pati et Macora.*

12. C. *umbellata Ruiz* et *Pav.*; foliis oblongis acuminatis, venis transversalibus (nervosis), stipulis subrotundis, floribus congestis umbellatis. *Fl. peruv.* II. *p.* 66. *t.* 215. *f.* a.

Arbuscula 12 ped., ramis dichotomis subtetragonis; folia coriacea, nervo majore flavicante; stipulae acutae, in vaginam conniventes. Involucrum universale 4-phyllum, partiale 7-phyllum. Calycis laciniae ovatae obtusae. Cor. alba. Filamenta basi villosa. Bacca rubra, ovata, seminibus epidermide callosâ. *In Andium nemoribus.*

13. C. *ciliata Ruiz* et *Pav.*; foliis oblongis acuminatis, stipulis truncatis ciliis obvallatis, racemis terminalibus. *Fl. peruv. l. c. t.* 216. *f.* a.

Caules recti, patentes; rami cinerei ad articulationes incrassati; stipulae breves vaginantes; panicula terminalis ad ramificationas bracteis parvis subulatis. Calyces et corolla saepe 4-fidi, flores plures tetrandri. Calycis laciniae subulatae. Cor. alba, fauce hirsuta, laciniis reflexis. Bacca rubella globosa. *In Peruviae Andium nemoribus.* ħ.

14. C. *verticillata Ruiz* et *Pav.*; foliis oblongo-lanceolatis obovatisque acuminatis, stipulis ovatis ciliatis, racemis terminalibus verticillatis. *Fl. peruv.* II. *p.* 66. *t.* 217. *f.* b.

Caules fusci. Folia magna; panicula ad ramificationes bracteis parvis, setaceis. Cal. ciliatus, minimus; corolla fauce villosa. Antherae oblongae, lineares. *In nemoribus Peruviae.* ♄.

15. C. *nitida Ruiz* et *Pav.*; foliis oblongis, obtuse acuminatis, nitidis, stipulis truncatis ciliatis, racemis terminalibus. *Fl. peruv.* II. *p.* 66. *t.* 217. *f.* a.

Rami juniores subcompressi, foliis patentibus, recurvatis, supra lucidis; stipulae breves vaginantes, extus glandulis linearibus albidis; rami paniculae oppositi subverticillati; cor. fauce hirsuta; bacca rubella magnitudine pisi. *In nemoribus Andium.* ♄.

16. C. *foveolata Ruiz* et *Pav.*; foliis oblongo-ovalibus acute acuminatis, foveolis ad basin venarum, stipulis ovatis, racemis terminalibus. *Fl. peruv. l. c. t.* 216.

Folia plana remota horizontalia, supra lucida; stipulae vaginantes apice glandulosae. Panicula terminalis, pedunculis brachiato-decussatis, bracteis minimis subulatis. Calycis dentes acuti. Cor. fauce hirsuta, alba, extus dilute purpurea, laciniis reflexis. Bacca rubella, subcompressa, magnitudine pisi. *In Andium nemoribus.* ♄.

17. C. *longifolia Ruiz* et *Pav.*; foliis lanceolato-oblongis undulato-repandis, stipulis ovatis, racemis terminalibus ternis. *Fl. peruv.* II. *p.* 66. *t.* 218. *f.* a.

Rami teretes, saepe dichotomi; folia reflexa, supra lucida, fere pedalia. Stipulae formâ vaginae connatae. Calycis dentes 5 parvi. Cor. albae, fauce villosae, laciniae reflexae. Bacca rubra globosa. *In nemoribus Andium.* ♄.

18. *microcarpa Ruiz* et *Pav.*; foliis lanceolatis acutis, stipulis utrinque bidentatis, cymis axillaribus terminalibusque patulis. *Fl. peruv. l. c. t.* 218. *f.* b.

Rami teretes cinerei apice subcompressi; stipulae truncatae, dentibus 2 subulatis; pedunculi ramosi floribus apice sessilibus ternis; bracteae subulatae; cor. albida, extus subpubescens; bacca rubella magnitudine piperis. *In Andium nemoribus.* ♄.

19. C. *indica Poiret*; foliis ovato-oblongis acuminatis, paniculis axillaribus divaricatis, fructibus minimis obovatis. *Poiret Enc. meth. Suppl.* II. *p.* 14.

Folia tenuia glabra integerrima 3-4 poll., 1 1/2 poll. lata, nervosa, subtus pallidiora; paniculae breves subcymosae; baccae vix magnitudine pisi ovatae basi acutiusculae. *Poiret* ad *Herb. Desfont.* *In Java.* *Labillardière.* ♄.

20. C. *laurina Poiret*; foliis oblongo-lanceolatis mucronatis coriaceis, racemis axillaribus, fructibus subrotundis. *Poiret Enc. meth. Suppl.* II. *p.* 13.

Folia glabra utrinque lucida venoso-reticulata, subpetiolata, basi attenuata, apice rotundata, mucrone parvo. Racemi breves densi; cal. truncatus; corollae petala (?) lanceolata acuta; antherae oblongae vacillantes? Baccae globosae. *Poiret* ad *Herb. Desfont.* *In Sierra Leona.* ♄.

21. C. *benghalensis Heyne*; foliis ovatis acuminatis subtus ad costam pilosis, floribus axillaribus aggregatis, subsessilibus, per paria involucro tetraphyllo, aristato, calyciformi cinctis, corollis quinquefidis. *Roth nov. pl. Spec. MSS.*

Flores utrinque in folii axilla 4. s. 6., floribus VINCAE *minoris* duplo majores, per paria involucrati foliolis quatuor. Bracteae intra involucrum duae oppositae, parvae, lanceolatae. Germina per paria intra involucrum approximata, glutine obducta. *H. in Benghala.* B. *Heyne.*

Obs. COFFEA *benghalensis*, foliis ovatis acuminatis, stipulis setaceis, pedunculis unifloris axillaribus terminalibusque *Reliqu. Willd. MS.*, quam vir divus ab ill. *Roxburgh* ex India orientali habuit, quoad definitionem vix diversa videtur.

b. POTIMA: *baccâ monospermâ, semine altero abortiente.*

22. * C. *occidentalis Jacq.*; foliis oblongo-lanceolatis acuminatis, (glabris), paniculâ pauciflorâ trifidâ terminali, corollis (tetrandris) quadrifidis, baccis monospermis, ramulis tetragonis. *Willd. Spec.* I. *p.* 974. *Pers. Syn.* I. *p.* 209. *Jacq. Amer. p.* 67. *t.* 47. *pict. t.* 68. *Brown. jam. p.* 142. *t.* 6. *f.* 1. *Plum. Spec.* 17. *Ic.* 156. *f.* 2.

Differt a *paniculata* (praeter characteres datos) foliis minoribus, floribus majoribus laciniis corollae longissimis, ramificationibus paniculae pedunculisque axillaribus trifloris. *Willd.* Arbuscula erecta ramosa 6-ped. Folia lanceolato-ovata, obtuse acuminata integerrima nitida petiolata, in junioribus 4-poll. Stipulae subulatae acuminatae erectae oppositae. Racemi trichotomi, interdum paniculati, saepe etiam axillares, floribus niveis odoratissimis. *Jacq.* *In S. Domingo* et *America calidiore.* ♄.

Obs. *Gaertner fil.*, nescimus quâ auctoritate, *fruct.* III. *p.* 90. junxit sub TETRAMERIA *odoratissima t.* 196. *f.* 1. IXORAM *americanam Linn. Spec.* 3. *p.* 160. *Willd. Spec.* I. *p.* 610 et COFFEAM *occidentalem Linn. Spec.* 246. *Willd. Spec.* I. *p.* 974 sequentem ponens generis, ut ait, ab omnibus hujus ordinis stirpibus diversi characterem. Cal. superus parvus laxus obtuse quadridentatus persistens. Cor. infundibuliformis, tubo cylindrico, fauce inerassato, limbo quadripartito laciniis longis lanceolatis acuminatis patentibus. Stam. 4 filamentis brevissimis, paulo supra medium corollae tubum insertis, antheris oblongis incumbentibus rectis vix e fauce corollae prominulis. Ovar. inferum stylo simplici longitudine tubi stigmate bifido. Drupa sicca depressiuscula coronata monosperma semine subgloboso, tetrangulo menisecato. Albumen cartilagineum. Embryo lateralis. *Ex Hispaniola* ha-

buit a *Poiteau. Jussieu Annal. d. Mus.* X. *p.* 318. nil decidere audet.

23. C. *acuminata Ruiz* et *Pav.*; foliis ovalibus acuminatis ad axillas venarum villosis, stipulis caducis, racemis pauciflоris. *Fl. peruv.* II. *p.* 64. *t.* 214. *f.* b.

Folia multo magis venosa, minora quam in *occidentali*, cujus diagnosin divum *Willdenow* ab hac sumsisse suspicatur cls. *Persoon Synops.* I. *p.* 209. *n.* 18. Rami tetragoni parum compressi, acumine oblongo lineari obtuso. Stipulae breves ovatae integerrimae. Cal. dentibus parvis caducis. Bacca ovata rubella monosperma, magnitudine Cerasi. *In Peruviae nemoribus.* ♄.

24. C. *subsessilis Ruiz* et *Pav.*; foliis sessilibus oblongo-lanceolatis acuminatis basi excavatis, stipulis ovatis, racemis axillaribus. *Fl. peruv.* II. *p.* 64. *t.* 215. *f.* b. (non a) C. *macrophylla Dietr. Nachtr.* 2. B. *p.* 344.

Folia pedalia, ovata, fere sessilia, coriacea basi subconcava, venosa, reticulata, supra lucida; stipulae conniventes, acuminatae. Racemi solitarii. Pedunculi trifidi, tetragoni, articulati. Bacca magnitudine Cerasi ovata monosperma, primum rubra, dein purpurea. *In Andium nemoribus.* ♄.

c. *An hujus sectionis:*

25. C. *coriacea Humb.* et *Bonpl.*; foliis oblongo-lanceolatis coriaceis nitidis, stipulis bidentatis, paniculâ corymbosâ. *Reliqu. Willd. MS.*

Ad Orinocum. ♄. *Humb.* et *Bonpl.*

26. C. *flavicans Humb.* et *Bonpl.*; stipulis ovatis bidentatis, foliis oblongis acuminatis basi angustatis subtus flavis, corymbo terminali. *Reliqu. Willd. MS.*

In America merid. ♄. *Humb.* et *Bonpl.*

27. C. *cymosa Willd.*; foliis lato-ellipticis coriaceis basi attenuatis, cymis multifloris terminalibus. *Reliqu. Willd. MS.*

In insula Borboniae. ♄. *sine auct.*

28. C. *sylvestris Willd.*; foliis ovalibus utrinque acutis lucidis venoso-reticulatis, pedunculis unifloris axillaribus solitariis. *Reliqu. Willd. MS.*

In insula Borboniae. ♄. *sine auct.*

895. CHIOCOCCA.

1. * C. *racemosa*; foliis ovatis acuminatis, racemis subdivisis axillaribus secundis subnutantibus. *Willd. Spec.* I.

p. 975. *Linn. Suppl. p.* 145. (excl. *Sonnerat.*) *Swartz obs. p.* 76. *Jacq. Amer. p.* 68. *pict. p.* 38. *t.* 69. *Andrews's Repos, p.* 284. *Trattinn. tabul.* 631. Lonicera *Linn. Spec.* I. *ed. p.* 195. *n.* 12. *Plum. Icon. p.* 211. *t.* 217. *f.* 2. *Dill. Eltham. p.* 306. *t.* 228. *f.* 295. *Sloane Hist. p.* 97. *t.* 188. *f.* 3. β. C. scandens sarmentis tenuissimis et fere indivisis. *Brown jam p.* 174. γ. C. foliis ovalibus planis, non vel parum acuminatis, racemis axillaribus pedunculatis simpliciusculis. *Mich. Fl. bor. Amer.* I. *p.* 103. (Hujus *Poiret* non meminit.)

Arbuscula 6 ped., trunco erecto, ramis teretibus longis reclinatis. Folia integerrima nitida 2 poll. Racemi bipollicares penduli, axillares oppositi, et terminales. Flores albi inodori vel flavescentes odori. Baccae niveae sicciores parvae spongiosae, dentibus minimis virentibus. *Jacq.* In β. folia minora subconvexa, rigidiuscula, nitida, racemi breves simplices, corollae paulo majores pallidae, angulis purpurascentibus. *Swartz. l c.* Vix esse varietatem *Jacq. l. c.* In γ. folia brevius ovalia quam in antillana et vix acuminata. *α in collibus sylvestribus Carthagenae et Jamaicae; β. in Jamaica et circa Carthagenam; γ. in Florida.* ♄.

Obs. An Chiococca *alternifolia* (forsan *nocturna Jacq. Amer. p.* 68.) *Cestri* species? *Murray S. V. ed.* 15. *p.* 213?

2. C. *brachiata Ruiz* et *Pav.*; scandens, foliis ovatis deflexis, ramis brachiatis horizontalibus. *Flor. peruv.* II. *p.* 67. *t.* 219. *f.* b.

Tota glabra. Caules fusci lignosi teretes ramosissimi, ramis patentissimis junioribus tetragonis. Folia opposita acuta integerrima subcoriacea 2 poll., lucida. Stipulae breves vaginales truncatae. Racemi axillares patentes longitudine foliorum. Flores subpedicellati, pedunculis pedicellisque bracteis parvis subulatis. Cal. parvus, virescens. Cor. luteo-viridis, calyce triplo longior. Bacca subcarnosa rufescens, compressa, seminibus pallidis laevibus. *In Peruviae nemoribus.* ♄.

3. C. *barbata Forst.*; erecta, foliis ovatis, pedunculis axillaribus unifloris, corollis fauce barbatis. *Forst. Prodr.* I. *p.* 96. *Willd. Spec.* I. *p.* 976.

In Insulis Marchionis, societatis et amicorum. ♄.

4. C. *parviflora Humb.* et *Bonpl.*; foliis subrotundo-ovatis acuminatis, racemis axillaribus paniculatis, corollis calyce triplo brevioribus. *Reliqu. Willd. MS.*

In Cumana. ♄. *Humb.* et *Bonpl.*

5. C. *pubescens Humb.* et *Bonpl.*; foliis oblongis

acuminatis nitidis glabris, racemis paniculatis, pedunculis pubescentibus. *Reliqu. Willd. MS.*

In America merid. ♄. *Humb.* et *Bonpl.*

6. C. *paniculata Hoffmannsegg.*; foliis ovatis acuminatis subcordatis, paniculis axillaribus. *Reliqu. Willd. MS.*

In Brasilia. ♄. *Comes* ab *Hoffmannsegge.*

896. SERISSA.

* S. *foetida Willd. Spec.* I. *p.* 1061. S. *capensis Thunb.* II. *p.* 66. BUCHOZIA *coprosmoides L'Hérit. monogr.* DYSODA *fasciculata Lour. Fl. Cochin.* I. *p.* 181. LYCIUM *japonicum* inerme, foliis ovatis nervosis planis, floribus sessilibus. *Thunb. jap. p.* 93. *t.* 17. *Gmel. S. V. p.* 389 *n.* 1. *Curt. Mag. t.* 361. LYCIUM *foetidum*, foliis oppositis, ovato-lanceolatis, stipulis interfoliaceis setaceo-spinescentibus, floribus axillaribus sessilibus. *Linn. Suppl. p.* 150. *Gmel. S. V. p.* 389. *n.* 5. LYCIUM *indicum*, inerme, foliis ovatis utrinque acutis nervosis. *Retz obs.* II. *p.* 12. *β.* floribus plenis. LYCIUM *barbatum Thunb. Prodr.* I. *p.* 37. *Linn. Suppl. p.* 150. *Syst. Veg.* XIV. *p.* 228. (fide *Thunb. Fl. cap.*)

Folia parva ovata acuta venosa, venis simplicibus prominentibus, nec nervosa. *Willd.* Dioïca secundum *Ehrh.* Arbuscula 2 ped., ramis rectis glabris ramosis oppositis alternisve. Folia sessilia utrinque glabra. Flores parvi subsolitarii. Cal. glaber. Cor. alba, fauce pilosa. In India buxi ad instar in hortis adhibetur. *In India, Cochinchina, China, Japonia.* ♄

Obs. Thunberg in *Fl. cap.* II. *p.* 66. citat SERISSAM *foetidam Willd.* nullis exclusis synonymis, et simul suum LYCIUM *barbatum.* An ergo LYCIUM suum *barbatum* idem cum suo *japonico?* Illius sub SERISSA *capensi* sequens est descriptio: Caulis fruticosus totus glaber 2 ped. et ultra Rami alterni divaricati flexuosi rugosi cinerei ramulosi. Folia opposita petiolata ovata acuminata saepe, vel obtusiuscula, integra, supra viridia, subtus pallida, pollicaria vel ultra. Petioli unguiculares. Flores axillares. Pedunculi capillares. Stipulae vel bracteae albo-ciliatae. Baeca didyma compressa excisa bisulca bilocularis. — Sub LYCIO vero *japonico* sequens: Caulis ramosissimus vix orgyalis erectus; rami et ramuli sparsi teretes tenues filiformes cinerei glabri patuli apice cernui. Folia opposita subsessilia ovata inferne attenuata, obtusa cum acumine, nervosa, integerrima glabra patentia supra saturatius viridia, unguicularia; axillae foliorum plurimis foliolis minoribus. Flores in ramulis e fasciculo foliorum sessiles erecti solitarii vel aggregati decidui. Perianthium monophyllum persistens viride, corollâ multo brevius, glabrum 5-dentatum. Corollae tubus cylindricus superne ampliatus viridi-albus lineam longus, limbo 5-partito, laciniis ovatis obtusis patentibus albo-incarnatis tubo paulo brevioribus. Os tubi villis clausum. Filamenta

tubo infra os longitudinaliter adnata alba. Antherae oblongae subexsertae albae. Stylus capillaris albus longitudine corollae. Stigmata 2, raro 3, oblonga albida villosa. *Thunb.* Haec L. *japonici* descriptio neque cum charactere generis, neque cum SERISSA *capensi* convenit; citatur tamen ab omnibus, nec excluditur ab ipso auctore. Quid ergo statuendum?

897. CANTHIUM.

a. *Spinosa stigmate capitato:*

1. C. *chinense Pers.*; spinosum, floribus sessilibus hirsutis. *Pers. Syn.* I. *p.* 206. GARDENIA *spinosa* spinis binis oppositis suprarameis rectis patentibus, foliis obovatis, laciniis calycis foliaceis, tubo brevissimo. *Thunb. diss. de Gard. n.* 7. *t.* 2. *f.* 4. (exclus. synon.) GARDENIA *spinosa*, spinis foliis ellipticis utrinque acutis longioribus, calycinis laciniis obtusis germine corollâque hirsutis. *Willd. Spec.* I. *p.* 1229. RANDIA *spinosa Poiret Enc. meth. Suppl.* II. *p.* 829.

Caulis fruticosus ramosus; rami teretes glabri spinosi rigidi. Spinae supraaxillares saepius oppositae, rarius alternae decussatae pollicares. Folia e gemmis sub spinis plura, subsessilia, ovata, obtusa integra glabra patentia inaequalia pollicaria. Spiculae setaceae minutae. Flores axillares solitarii sessiles. Cal. campanulatus extus hirsutus, corollâ paulo brevior, 5-partitus, laciniis ovatis obtusis patentibus. Cor. infundib. alba, extus hirsuta, 5-partita, laciniis ovatis integris obtusis patentibus. Antherae 5. Stylus filiformis longitudine tubi. Stigma clavatum. *In China prope Macao et in Madras.* ♄.

2. C. *coronatum Lam.*; spinosum, foliis ovato-cuneiformibus obtusis, laciniis calycinis foliaceis, baccis coronatis. *Lam. Enc. meth.* I. *p.* 602. *Pers. Syn.* I. *p.* 200. GARDENIA *dumetorum*, spinosa, spinis foliis obovatis acutiusculis longioribus, calycinis laciniis rotundatis, germine glabro, corollâ hirsutâ. *Willd. Spec.* I. *p.* 1229. *Retz obs.* II. *p.* 14. *Ait. Kew.* I. *p.* 295 2. *ed. p.* 370. *Roxb Corom. t.* 136. C. *spinosa*; spinis binis oppositis suprarameis rectis patentibus, foliis obovatis, laciniis calycinis foliaceis, tubo brevissimo. *Linn. Suppl. p.* 164. *Plukn. Alm. p.* 240. *t.* 98. *f.* 6.

Frutex spinis horrendus, ramis rigidissimis glabris. Folia opposita parva glaberrima. Ramuli ex axillis foliorum omnium brevissimi, vix elongati, foliis confluentibus, uniflori. Spinae pollicares horizontales decussatae rectae rigidissimae glabrae. Flos solitarius fragrantissimus unumquemque ramulum terminans. Calyx campanulatus glaber 5-fidus, laciniis obovatis patulis nervosis. Cor. vix calyce major extus hirsutissima. Limbus laciniis obovatis. *Linn. l. c.* Fructus maturus, pomum parvulum

flavum, pisces stupefacit. *In India orientali, prope Madras.* ħ.

Obs. *Poiret Enc. meth. Suppl.* II. *p.* 78 monet in CANTHIO *coronato*, quod clo. *Lamarck* eadem species cum GARDENIA *spinosa Linn. Suppl.*, baccam fuisse a *Lamarck* bilocularem dictam et dispermam, in icone vero *Illustr. t.* 156 *f.* 4. pinxisse eundem baccam bilocularem polyspermam, et RANDIIS inseruisse. Jam autem *Enc. meth.* T. II. p. 819. *Poiret* CANTHIUM hocce *coronatum* esse RANDIAM *dumetorum Willd. Ait. Kew.* et *Retz* jubet, quae GARDENIA *spinosa Linn. Suppl.*, additque (omittendo *Roxburgh*) CERISCUM *malabaricum Gaertn.* I. *p.* 140. *t.* 128, cujus sane copia est *Illustr. t.* 156. *f.* 4. An ergo vel descriptio CANTHII vel icon a *Lamarck* data claudicat? An G. *spinosa Linn.* ad CANTHIUM vel ad RANDIAS? *Gaertner* l. c. dubium non solvit: habet enim promiscue GARD. *spinosam Thunb.* et *Gaertn.*

3. C. *parviflorum Lam.*; foliis ovatis petiolatis spinis vix longioribus, dentibus calycinis acutis brevissimis, baccis nudis umbilicatis. *Lam. Enc. meth.* I. *p.* 602. *Pers. Syn.* I. *p.* 200. *Roxb. Coromand.* I. *p.* 39. *t.* 51. β. Foliis majoribus et acutioribus. *Lam.* et *Pers.* ll. cc. WEBERA *tetrandra*, spinosa, foliis subrotundis, cymis paucifloris axillaribus pedunculatis, floribus tetrandris. *Willd. Spec.* I. *p.* 1224. GMELINIA *coromandelica Burm. Ind. p.* 132. (*excl. synon. Sloan.*) *Pluk. alm. p.* 234. *t.* 97. *f.* 4. Tsjerou-kara *Rheede Malab.* V. *p.* 73. *t.* 37.

In β. *Rad.* amara rubra, odore grato, α. non minus spinosum quam *coronatum*, sed rami tenuiores, spinae minus validae, sed copiosiores magisque confertae. Arbuscula ramosissima diffusa 6-7 ped.; rami glabri cortice cinereo spinis oppositis rectis subhorizontalibus longitudine internodiorum et ultra. Folia sub spinis parva opposita integerrima glabra saturate viridia, subtus pallidiora, petiolis brevibus. Flores minimi virentes (inodori) fasciculati axillares quaterni octoni brevissime pedicellati. Baccae subglobosae, (virentes, amarae) subcompressae. *Lam. l. c.* ad specimen *Sonneratianum.* *In Malabaria.* ħ.

Obs. Div. *Willdenow* ipse monuit: MONETIAM *diacantham*, spinis oppositis, foliis subtus pubescentibus *Spec.* I. *p.* 670 eandem omnino esse cum sua WEBERA *tetrantra.* Citat quidem ad MONETIAM *diacantham* TSJEROU KARA *Rheed.* V. *p.* 73. *t.* 37. (quam iterum huc ad WEBERAM *tetrandram* duxit) sed simul ad MONETIAM *diacantham* laudat AZIMAM *diacantham* foliis petiolatis ovatis pubescentibus, spinis stipularibus binis *Lam. Enc.* I. *p.* 343. et *Plukn. Alm. 7. t.* 133. *f.* 3 et addit: Haec species secundum cl. *Dryander* (*Act. Soc. Linn.* II. *p.* 221.) dubia est; quam *Lamarck* descriptionem ex icone *Plukenetii* formaverit, eam tamen conservandam esse censeo ob *Rheedii* accuratam desrciptionem et figuram. KANDEN KARA *Rheed.* V. *p.* 71. *t.* 36 est sine dubio hujus generis species vel

varietas M. *diacanthae*. „Nobis potius species videtur; est enim arbor 20 ped., spinis venenatis; vulnera inde non raro lethalia;" folia tenuia, non crassa, viridia; Flores suaveolentes; baccae demum purpureo-caeruleae, dulces, gratae. Restituant hanc speciem, qui plantam vivam viderint aut in herbario saltem siccam.

4. *C. pedunculare Cavan.*; spinosum, foliis ovatis acutis subsessilibus, pedunculis folio longioribus. *Cavan. Ic.* 6. *p.* 21. *t.* 436. *Pers. Syn.* I. *p.* 200. *Poiret Enc. meth. Suppl.* II. *p.* 79.

Arbuscula 8-10 ped., ramosissima, ramis junioribus villosis; folia subinde quaterna, subtus subvillosa et subpunctata, stipulis brevibus subulatis, spinis axillaribus oppositis foliis brevioribus. Flores solitarii axillares oppositi; pedunculi villosi, basi squamis 2; cal. parvus dentibus 5 subulatis. Cor. dilute violacea, tubo brevi fauce tomentoso, limbi laciniis lanceolatis acutissimis. Filamenta corollâ breviora inter lacinias. Stigma globosum. Bacca ovata subcompressa. *Cav.* *In insulis philippicis.* ♄.

b. Cupia: *inermia, stigmate clavato.*

5. *C. corymbosum Pers.*; inerme foliis oblongis acutis, corymbo terminali. *Pers. Syn.* I. *p.* 200. Webera *corymbosa Willd. Spec.* I. *p.* 1224. Rondeletia *asiatica Linn. Spec.* I. *p.* 244. *Fl. Zeyl. p.* 80. *Poiret Enc. meth.* VI. *p.* 256. *Cupi Rheed. Malab.* II. *p.* 37. *t.* 23.

Caules recti lignosi glabri; rami subtetragoni, striati, nodosi, foliis maxime approximatis oppositis subpetiolatis integerrimis coriaceis utrinque glabris, 4-5 poll., 2-3 latis, lucidis. Stipulae 2 breves cauli appressae, latae, ovatae, acutissimae. Corymbus foliis parum brevior, basi trifidus, pedunculis rectis apice ramosis, pedicellis glabris brevissimis unifloris, bracteis linearibus acutis subinde longissimis. Calyces breves campanulati, laciniis ovatis acutis glaberrimis. Cor. infundibuliformis, tubo elongato, limbi lobis basi villosis; antherae apice membranaceae. Stigma capitatum angulis decem. Capsulae magnitudine pisi. *Poiret* ad Spec. ad D. *Dupuis.* *In Malabaria et Zeylona.* ♄.

6. *C. cymosum Pers.*; inerme, foliis ovatis acuminatis, cymis multifloris axillaribus pedunculatis. *Pers. Syn.* I. *p.* 200. *Poiret Enc. meth. Suppl.* V. *p.* 78. Webera *cymosa Willd. Spec.* I. *p.* 1224. Rondeletia *cymosa Poiret Enc. meth.* VI. *p.* 256.

Arbor ramis teretibus pubescentibus. Folia opposita petiolata obtusa integerrima glaberrima, supera nitida rigida simpliciter venosa. Cymae convexae. Pedunculi pubescentes. Corolla duplo minor *corymbosi.* Stylus corollâ multo longior. Stigma

capitato-bilobum. Bacca magnitudine Baccae Juniperi. *In India orientali.* ♄.

Obs. „An duae hae species revera hujus generis? Nomen WEBERAE caeterum inter Muscos, a plurimis jam adoptatum, conservandum." *Pers. Syn.* I. *p.* 200.

7. C. *quadrifidum Labill.*; foliis lanceolatis, (ovatisve) bracteis calyciformibus 4-fidis. *Labill. nov. Holl.* I. *p.* 69. *t.* 94. *Poiret Enc. meth. Suppl.* II. *p.* 79.

Arbuscula spinosa 5-6 ped.; folia parva, vix petiolata, venosa, basi coalita stipulis simplicibus lanceolatis. Flores solitarii axillares; pedunculi e vagina iisdem breviore; bractea sub singulo flore formâ calycis campanulati laciniis 4 acutis, 2 longioribus. Cal. persistens laciniis 5 parvis acutis. Laciniae corollae ellipticae. Filamenta tubo inserta antheris non prominulis. Stigma laciniis 4-6 obtusis. Bacca ovata carnosa pulposa, semina fundo loculi affixa. *In Promont. van Diemen.* ♄.

8. C. *thyrsoideum*; inerme, foliis oblongo-ovatis utrinque acuminatis, thyrso terminali densissimo. WEBERA *thyrsoidea Roth nov. pl. Spec. MSS.*

In germine peractâ fructificatione transversum dissectô, seminum rudimenta plura detegere non potui, hinc ad *Weberam* retuli hanc plantam usque dum fructus perfectius innotescat. *Roth. H. in India orientali.* B. *Heyne.*

898. CEPHAËLIS.

1. C. *violacea Swartz*; capitulis globosis terminalibus, involucris pentaphyllis, foliis oblongis (nervosis) glabris. *Willd. Spec.* I. *p.* 977. *Swartz Prodr.* I. *p.* 45. *Fl. Ind. occid.* I. *p.* 439. TAPOGOMEA *violacea Aubl. Gujan.* I. *p.* 157. *t.* 60. *Poiret Enc. meth.* VII. *p.* 584.

Rami glabri teretes subflexuosi; folia opposita petiolata utrinque glabra integerrima acuminata nervoso-reticulata 3-5 poll., pollicem lata, basi attenuata, in petiolum brevem decurrentia. Stipulae vaginantes latae ovatae acuminatae ciliatae. Pedunculus longus glaber subsimplex, subteres; involucri foliola purpurascentia, ovato-rotundata concava magna, bracteis intermixtis parvis acutiusculis. Calyces minimi dentibus brevissimis; cor. parva violacea, vix tubulosa, laciniis obtusis. Antherae subsessiles. Stigma bifidum. Bacca apice glandulosa. *In Gujana et India occidentali.* ♄.

2. C. *tomentosa Vahl*; hirsuta, capitulis pedunculatis globosis axillaribus terminalibusque, involucris diphyllis ovato-cordatis acuminatis (oblongis villosis *Willd.*) *Vahl Eclog.* I. *p.* 19. *Willd. Spec.* I. *p.* 977. *Tapogomea tomentosa Aubl. Gujan.* I. *p.* 160. *t.* 60. *Poiret Enc.*

meth. VII. *p.* 585. CALLICOCCA *tomentosa Gmel. S. V. p.* 371.

Rami obscure tetragoni, inferne glabri, superne e pilis copiosis griseo-flavescentibus hirsuti, uti pedunculi et petioli. Folia petiolata, opposita spithamaea lanceolato-elliptica acuminata basi per petiolum decurrentia, nervis transversis arcuatis ut in congeneribus, utrinque pilis frequentibus flavicantibus distantibus, praesertim costâ et nervis, supra-subavenia. Petiolus unguicularis et ultra. Stipula hirsuta, tubulosa, tubo vix semiunguiculari, ad singulum latus petioli acuminibus 2 subulatis erectis unguiculáribus. Pedunculi adultiores 3-4 poll. Capitulum florum magnitudine nucis juglandis. Foliola involucri pollicem longa lataque, purpurea, hirsuta. Semen oblongum, basin versus angustatum, extus sulcatum, bipartibile. Paleae membranaceae, extus hirsutissimae, extimae ovatae. *Vahl.* *In sylvis Gujanae et insula Trinitatis.* ♄.

3. C. *punicea Vahl*; glaberrima, capitulis terminalibus erectis, involucris diphyllis. *Vahl Eclog.* I. *p.* 19. *Willd. Spec.* I. *p.* 977. TAPOGOMEA *punicea Poiret Enc. meth.* VII. *p.* 585.

Rami pallide purpurascentes teretiusculi glaberrimi. Folia opposita petiolata, lanceolato-elliptica, 3-5 poll., utrinque nitida, basi apiceque attenuata acuta integerrima, supra avenia, subtus tenuiter venosa, costae flavescentes. Petiolus unguicularis vel parum ultra, basi villis aliquot crispis demum evanescentibus. Stipulae tubulosae breves integrae. Pedunculus terminalis inter ramulos duos, quadripollicaris, strictus, ramulis lateralibus parum crassior, angulatus purpureus. Capitulum magnitudine nucis Juglandis. Involucrum cordato-ovatum magnum puniceum vix venosum. Semen ut in *tomentosa*, paleae exteriores majores oblongae. *Vahl.* *In Jamaica.* ♄.

4. C. *axillaris Swartz*; capitulis axillaribus sessilibus. *Swartz Prodr.* I. *p.* 45. *Fl. Ind. occid.* I. *p.* 441. *Willd. Spec.* I. *p.* 978. TAPOGOMEA *axillaris Poiret Enc. meth.* VII. *p.* 585.

Arbuscula ramis glabris subcylindricis; folia opposita petiolata oblonga utrinque glabra integerrima subtus pallidiora nervosa utrinque acuminata, petiolis glabris elongatis, basi stipulis oppositis ovatis membranaceis. Involucrum florum e foliolis 4-6 ovatis membranaceis, interioribus longitudine florum. Cal. brevis. Cor. parva tubulosa. *Swartz.* *In insula St. Christophori.* ♄.

5. C. *elata Swartz*; capitulis globosis terminalibus, pedunculis elongatis, involucro diphyllo, foliis glabris. *Swartz Prodr.* I. *p.* 45. *Fl. Ind. occid.* I. *p.* 437. *Willd. Spec.* I. *p.* 978. CALLICOCCA *alata Gmel. Syst. Veg.* I. *p.* 372. TAPOGOMEA *elata Poiret Enc. meth.* VII. *p.* 585.

Arbuscula 12-15 ped.; rami divisi in ramulos glabros tetragonos fragiles foliis oppositis petiolatis oblongis integerrimis utrinque glabris lucidis membranaceis subacuminatis, 6 poll. et ultra, nervis arcuatis, petiolis brevibus supra canaliculatis, stipulis glabris convexis obtusis bidentatis. Pedunculus rectus simplex 1/2 ped.; involucri foliola magna cordato-subrotunda integerrima membranacea conniventia basi concava purpurea, pluribus minoribus rigidis coloratis. Calycis dentes parvi rigidi. Corollae tubus basi subangustatus, limbi laciniis ovatis crassis, fauce villosâ. Stylus bifidus, stigma carnosum pubescens. Bacca oblonga, seminibus 2 striatis. *Swartz.* *In montibus altis Jamaicae australis.* ♄.

6. C. *glabra Willd.*; capitulis terminalibus (hirsutis) nudis, foliis oblongis (ovatis acutis) glabris, caulibus erectis, ramulis villosis. *Willd. Spec.* I. *p.* 979. CALLICOCCA *glabra Gmèl. S. V.* I. *p.* 372. TAPOGOMEA *glabra Aublet Gujan.* I. *p.* 168. *t.* 63. *Poiret Enc. meth.* VII. *p.* 586.

Radices fibrosae ramosae; caulis teres villosus lignosus 2-3 ped.; folia opposita petiolata integerrima utrinque glabra acuminata subtus pallidiora, 5 poll. et ultra, 2 1/2 poll. lata; petioli breves; stipulae vaginantes, oppositae bifidae angustae oblongae acutae. Pedunculus fere pollicaris, pilis rufescentibus. Flores squamis angustis distincti. Calycis dentes breves acuti. Cor. caerulescens, tubo elongato inflato, limbi laciniis acutis. Bacca caerulescens oblonga striata; seminibus 2 osseis. *Swartz. In Gujana.* ♄.

7. * C. *alba Willd.*; capitulis terminalibus, involucro 5-phyllo, foliis ovatis acutis petiolatis caulesque repente hirtis. *Meyer Essequebo p.* 106. C. capitulis terminalibus nudis, foliis ovatis subtus pubescentibus, caule repente glabro. *Willd. Spec.* I. *p.* 978. TOPOGOMEA *alba*, caulibus decumbentibus, foliis ovatis supra partim viridibus, partim rubescentibus, subtus cinereis. *Aubl. Gujan.* I. *p.* 164. *t.* 62. *f.* 4. *Poiret Enc. meth.* VII. *p.* 586. CALLICOCCA *alba Gmel. S. V. p.* 371.

Recte monet *Meyer* l. c. capitula nec nuda esse, nec caulem glabrum, ut *Willdenow Aubletii* diagnosin, licet plantam non vidisset, mutilans. — Rami subvillosi; folia ad nodos singulos opposita petiolata integerrima, basi virentia, apice utplurimum rufescentia, acuta, petiolo brevi supra canaliculato, stipulis 2 lanceolatis acutis oppositis. Involucri foliola quinque rufescentia ciliata, flore singulo squamâ longâ angustâ distincto. Calycis dentes 5 breves acuti. Cor. rubella, subinde alba, tubo brevi, limbi laciniis acutis. Antherae sub orificio tubi. Glandulae 2 ad apicem germinis, unde styli 2 stigmate obtuso. Bacca rubra viscosa. *Poiret.* *In sylvis magnis Gujanae.* ♃.

8. C. *purpurea Willd.*; capitulis terminalibus nudis, foliis oblongis pictis (lineâ albâ supra) subtus (rufescenti-) villosis, caule repente tomentoso. *Willd. Spec.* I. *p.* 978. TAPOGOMEA *purpurea Aubl. Guian.* I. *p.* 162. *t.* 63. *f.* 3. *Poiret Enc. meth.* VII. *p.* 586. CALLICOCCA *purpurea Gmel. S. V.* I. *p.* 371.

Rami pilis rufescentibus. Folia subpetiolata integerrima acuta ciliata, petiolo brevi curvo villoso bracteis 2 oppositis. Capitula inter folia 2 e pedunculo brevi, apice squamis 2 tomentosis, quas inter foliola 5 rufescentia; flores bracteis squamiformibus angustis distincti. Cal. brevis pubescens. Cor. purpurascens tubo brevi, limbi laciniis acutis. Ovarium glandulis duabus, unde stylus bifidus stigmatibus obtusis. Bacca purpurascens viscosa, seminibus 2 osseis. *Poiret.* *In sylvis remotis Guianae.* ♃.

9. C. *Ipecacuanha*; capitulo terminali pedunculato solitario, (involucro tetraphyllo, foliolis subcordatis), foliis oblongo-ovatis supra scabris subtus tenue pubescentibus, caule simplici (adscendente) erecto, radice repente. *Willd. Anl. z. Selbststud.* II. *Aufl. p.* 100. *Richard fil. Bulletin d. l. faculté de Med.* 1818. IV. *p.* 92. *Diction. des Scienc. medic.* T. 26. *c. icone.* CALLICOCCA *Ipecacuanha Brotero Trans. Linn. Soc.* VI. *p.* 137. *t.* 6. *Römer Archiv.* 3. *B. p.* 455. *Ipecacuanha Marg. Brasil. p.* 17. *Ipecacuanha Piso Brasil. p.* 231. Ipecacuanha fusca *Brotero* l. c. Ipecacuanha brun *Decandolle Mém. d. l. Soc. d'Emulat. 2. ed.* 1802. *p.* 238. Ipecacuanha gris *Pelletier*; Ipecacuanha annelé s. l. *annulata Richard fil. l. c. p.* 91. 92. α. radice siccatâ griseâ. β. radice siccatâ fuscâ. (In *Dict. des Sciences medicales* distinguuntur variétates tres: α. grisea vel annulata; β. griseo-rubra; γ. griseo-alba.)

Rhizoma horizontale, repens, radiculis fibrosis capillaribus tuberculatisve, tuberulis oblongis, annulatis, annulis densissime approximatis, sublignosis, irregulariter ramosis, superficie inaequalibus, tuberculatis, epidermide fuscâ, parenchymate albo in recenti planta sublignoso, medullâ lignosâ filiformi. Caudex adscendens primum subterraneus, demum erectus, pedalis, caule suffrutescente, simplici, obscure tetragono, basi stipulis e foliis deciduis, apice subpubescens. Folia in apice caulis 6-8, opposita, breviter petiolata, ovata, acuminata, integerrima, basi sensim attenuata, laterinervia, fere glabra, 2 4poll. Stipulae 2 sat magnae oppositae basi coalitae pubescentes, superne fissae, in lacinias 5-6 angustas. Flores albi parvi congesti sessiles in capitulo parvo terminali ad apicem pedunculi semipollicaris reflexi, 10-12-floro et ultra, basi involucro regulari tetraphyllo concavo pubescente, foliolis exterioribus majoribus orbiculatis acuminatis, interioribus minoribus ovatis.

Cal. obovatus inferne germini adhaerens extus pubescens, dentibus 5 brevissimis. Cor. infundibuliformibus, extus pubescens, tubo cylindrico, limbi laciniis 5vatis oblongis reflexis acutis. Stamina apici tubi inserta, erecta, limbo duplo breviora, filamentis brevissimis, antheris linearibus filamentis paulo longioribus. Germen inferum biloculare, loculis monospermis, disco epigyno crassiusculo, stylo simplici, stigmatibus 2 elongatis, divergentibus magnitudine antherarum. Nuculanium ovatum rotundatum, dentibus calycis coronatum, primum purpureum, dein atro-violaceum, nuculis 2 albidis, altero latere planis. Nuculae epispermio tenuissimo, endospermio corneo, embryone erecto. *Rich. fil.* *In Brasiliae umbrosis circa Fernambaco, Rio Janeiro.* 2.

10. C. *involucrata Willld.*; capitulis terminalibus globosis, involucro tetraphyllo inaequali, foliis oblongis acuminatis. *Willd. Spec.* I. *p.* 979. C.? *involucrata carapichea Pers. Syn.* I. *p.* 202. CARAPICHEA *gujanensis Aublet gujan.* I. *p.* 168. *t.* 64. *Lam. Encycl.* I. *p.* 621. TAPOGOMEA *carapichea Poiret Enc. meth.* VII. *p.* 587. CALLICOCCA *gujanensis Gmel. S. V.* I. *p.* 372.

Caulis adscendens, 5-7 ped., nodosus, teres. Folia bina opposita longissime lanceolata utrinque acuta integerrima glabra. Stipulae basi biglandulosae. Flores parvi albi in pedunculo primum curvato, distincti paleis. Cal. minimus. Corollae laciniae acutae. Filamenta sub iisdem. Stylus longus apice bifidus. Bacca parva sicca capsularis angulosa. *In sylvis ad ripas Gujanae.* ♄.

11. C. *crocea Meyer*; capitulis terminalibus, receptaculo nudo, involucro 8-phyllo, foliis ovalibus utrinque breve acuminatis glaberrimis. *Meyer Essequebo p.* 107.

Rami ramulique subquadranguli, glaberrimi, fusco-ferruginei. Folia opposita, breve petiolata, 3 poll., 1 1/2 poll. lata, integerrima, costato-venosa, venis arcuatis, glaberrima, laete viridia, nitida. Stipulae laterales geminatae lineares obtusiusculae, basi per paria opposita membranâ vaginante, cui petioli insident, conjunctae, glabrae. Flores sessiles in capitulum aggregati. Capitula terminalia solitaria subglobosa brevissime pedunculata. Pedunculus 3lin., pubescens. Involucrum 8-phyll.; foliola e basi ovata oblongo-linearia, obtusiuscula, 2 exteriora basi reliquis duplo latiora, ciliata, nervoso-venosa, flavescenti-viridia. Paleae nullae. Cal. campanulatus patulus, vix 5-dentatus, ciliatus, colore involucri. Cor. crocea, externe pubescens, interne villosa, tubo basi angustato, limbi laciniis oblongis obtusis. Antherae lineares, croceae. Stylus corollâ fere duplo longior, bifidus. *In nèmorosis Essequebo.* ♄.

12. C. *muscosa Swartz*; capitulis subrotundis subsessilibus terminalibus, (paleis dentatis). *Swartz Prodr.* I. *p.* 46. *Fl. Ind. occid.* I. *p.* 442. *Willd. Spec.* I. *p.* 979.

MORINDA *muscosa* *Jacq. Amer. p.* 65. *t.* 45. *pict. t.* 66. *Gmel. Syst. Veg.* I. *p.* 371. *n.* 4. TAPOGOMEA *muscosa* *Poiret Enc. meth.* VII. *p.* 587.

Arbor 15 ped., erecta; rami teretes, dichotomi, muscis algisque semper foedi. Folia subovata utrinque attenuata acuminata integerrima glabra venosa petiolata opposita 3-4 poll.; stipulae setaceae ferrugineae plures. Flores exigui, congenerum, nisi quod paleae plures latae concavae virides persistentes. Cor. alba. Semina 2, hinc convexa, illinc plana. *Jacq.* *Ad ripas flaviorum et in sylvis montium Martinicae.* ♄.

13. C. *bubalina* *Pers.*; capitulis terminalibus pedunculatis, foliis oblongis, integerrimis, glabris. LONICERA *bubalina* *Linn. Suppl. p.* 146. *Thunb. Prodr.* I. *p.* 41. *Fl. Cap.* II. *p.* 54. *Vahl Symb.* III. *p.* 37. CEPHAËLIS *bubalina* *Pers. Syn* I. *p.* 989.

Arbuscula (3 ped. et ultra). Folia opposita breve petiolata oblonga venosa (integerrima, supra glabra, subtus tenuissime villosa, erecta, pollicaria usque palmaria *Thunb.*) Pedunculus ramulum terminans solitarius multiflorus, floribus in capitulum aggregatis sessilibus. (Flores pedunculati capitati, 4 et ultra, involucrati. *Thunb.*) Capitulum cinctum involucro polyphyllo brevissimo, quadri-s. sexfloro. Cal. monophyllus hirtus 5-dentatus, dentibus subulatis recurvis. Corollae tubulosae calyce longiores, figurâ *Symphyti*, hirtae, quinquedentatae. Capsula bilocularis calyce permanente coronata. *Linn.* *In Promont. b. Spei sylvis Houtniquas trans Kramrivier et aliis.*

Obs. Jam *Willdenow* huic descriptioni subscripsit l. c.: „Non est hujus generis. An magis generi CEPHAELIS affinis?“ — Et *Persoon*, qui CEPHAELIDIBUS eandem inseruit, addit. „Ob affinitatem, quae secundum ill. *Jussieu* (*gen. pl.*) extat hanc inter et *muscosam*, forte genere a CEPHAELIDIBUS separandam, sub hoc genere militet, donec accuratius inquisita sit: saltem LONICERA non est. Descriptio etiam *Vahli* ad specimen a clo. *Lamarck* cum illo comunicatum aliam quasi plantam sistere videtur tum ait: „Rami teretes glabri superne compressi villosiusculi, sub foliis parum dilatati e casu foliorum nodosi. Folia petiolata opposita subcoriacea 3 poll. integerrima glabra, costâ tantum rare pilosa nervosa avenia; pili parvi copiosi in axillis foliorum. Capitula breve pedunculata sexflora, terminalia ramulorum, suffulta utrinque folio petiolato. Involucra polyphylla brevissima ovata acuta villosa. Calycis laciniae lineari-lanceolatae, corollâ breviores extus villosa cinerascente. Caps. bilocularis. „*Thunberg* l. c. non removit a LONICERIS, licet character generis ab illo descriptus minime LONICERAE, utpote „involucri foliola ovata acuta brevissima„ Cal. 1-phyllus, tubulosus, tubo brevior, persistens, 5-partitus, laciniis lanceolatis acutis, erectis semiunguicularibus. Cor. monopetala subinfundibuliformis tubulosa coccinea, tubo cylindrico, medio parum ventricoso, pollicari, piloso scabro, pilis minutissimis adpressis albis, limbo aequali, 5-partito, laciniis lanceolatis acutis curvato-patentibus, lineam longis. Filamenta medio tubo inserta, brevissima, subnulla; antherae 5 lineares, medio suo affixae, subsessiles, erectae, semiunguiculares. Germen in-

ferum serti (?) forme glabrum. Stylus filiformis corollâ vix longior. Stigma clavato-oblongum, simplex, obtusum. Capa. turbinata retusa pilosa biloculàris calyce coronata. Semina in singulo loculamento solitaria nigra, glabra." Haec ipse *Thunberg*.

14. C. *justiciaefolia Rudge*; ramis dependentibus nodosis, foliis ovali-lanceolatis utrinque glabris, stipulis bidentatis, pedunculis longis, calyce subintegro, stigmate bilamellari. *Rudge Plant. Gujan. Rar.* I. *p.* 28. *t.* 43.

Frutex 6-8 ped., ramis gracilibus. Folia opposita, brevissime petiolata integerrima, acuminata, tenuiter nervosa. Stipulae truncatae, utrinque dentibus duobus. Flores in capitulis terminalibus sessiles. Pedunculi pubescentes. Bracteae fulvae, late lanceolatae, rare pubescentes. Calyx fere truncatus, absque dentibus conspicuis, rare ciliatus. Corollae tubus anguste infundibuliformis, fauce pilis barbatus; limbus revolutus; laciniis acutis. *Habitat ad ripas fluviorum.*

Obs. Insertio florum in hac stirpe plane singularis est: scilicet e disco bascos bractearum inter se confluentium, sessilis, hic tantummodo nec floribus coadunatis. *Rudge.*

15. C. *dichotoma Rudge*; ramis dichotomis, stipulis bidentatis, foliis ovali-lanceolatis, pedunculis brevibus, bracteis suborbicularibus. *Rudge Plant. Gujan. Rar.* I. *p.* 29. *t.* 44.

Frutex ramosus, 6-8 ped. Folia opposita brevissime petiolata integerrima, acuminata, supra glabra, subtus laevia. Stipulae bidentatae. Flores terminales, capitati. Bracteae fulvae. Calyx obsolete quinquefidus. Fructus ut in PSYCHOTRIIS, multis sulcatus. *In Gujana.*

Species sequentes enumerantur adhuc in Reliquiis Willdenowianis MS. ulterius indagandae.

16. C. *gemmiflora Willd.*; capitulis globosis geminis axillaribus longe pedunculatis involucratis, foliis obovatis utrinque acuminatis glabris. *Reliq. Willd. MS.*

Sine patria et auctore. ♄.

17. C. *pubescens Hoffmannsegg.*; caule simplici herbaceo pubescente capitulo pedunculato terminali; involucro polyphyllo, foliis ellipticis utrinque acutis ad venas pubescentibus. *Reliqu. Willd. MS.*

In Bahia Brasiliae. 4. Com. ab *Hoffmannsegge.*

18. C. *colorata Hoffmannsegg.*; caule simplicissimo herbaceo, capitulo (brevi) pedunculato terminali, involucro tetraphyllo colorato, foliis oblongis (utrinque) acuminatis. *Reliqu. Willd. MS.*

Caulis 1 1/2 ped., teres glaber, ad genicula parum incrassatus;

stipulae utrinque setis binis; folia internodiis multoties longiora, inferiora palmaria, superiora parum breviora, subtus scabriuscula. *Willd. l. c.* *In Brasilia.* ♄. Comes ab *Hoffmannsegge.*

19. C. *microcephala Humb.* et *Bonpl.*; capitulis terminalibus sessilibus, involucris tetraphyllis, foliis ovatis nitidis, stipulis aicularibus. *Reliqu. Willd. MS.*

Ad Orinocam. 4. *Humb.* et *Bonpl.*

20. C. *bidentata Thunb.*; capitulis globosis terminalibus, involucris diphyllis bidentatis, foliis oblongis acuminatis glabris. *Reliqu. Willd. MS.*

In Sierra Leone. 4. *Thunberg.*

21. C. *salicifolia Humb.* et *Bonpl.*; ramis dichotomis, capitulis pedunculatis erectis terminalibus, involucris tetraphyllis, foliis lanceolatis glabris. *Reliqu. Willd. MS.*

Arbor. 20 ped. *Ad Cocollar.* ♄. *Humb.* et *Bonpl.*

22. C. *rubra Hoffmannsègg.*; ramis dichotomis, capitulis terminalibus breviter pedunculatis, involucris hexaphyllis inaequalibus, foliis ovatis (et ovato-lanceolatis) acuminatis. *Reliqu. Willd. MS.*

Rad. ramosa repens. Caules pedales flexuosi geniculati teretes apice ramosi; genicula tumida stipulis vaginata utrinque bidentatis. Folia opposita internodiis longiora petiolata integerrima glabra subtus pubescentia venis purpureis. Capitula parva solitaria. *Willd.* *In Brasilia.* 4. Com. ab *Hoffmannsegge.*

23. C. *Hoffmannseggiana*; caule ramoso herbaceo, ramis trichotomis dichotomisque capitulis terminalibus, involucris tetraphyllis, foliis oblongis utrinque angustatis acuminatis. C. *dichotoma Reliqu. Willd. MS.*

Affinis *rubrae*, sed caulis duplo altior, a basi dichotomo-ramosus; folia internodiis parum longiora, angustiora, magis acuminata Pedunculi e dichotomia et ex apicibus ramorum. *Willd. l. c.* Nomen mutandum erat ob antiquiorem *dichotomam Rudge.* *In Brasilia.* ♄. Com. ab *Hoffmannsegge.*

899. MORINDA.

1. * M. *umbellata*; erecta, foliis lanceolato-ovatis, pedunculis confertis. *Linn. Fl. Zeyl. p.* 81. *Willd. Spec. I. p.* 991. *Poiret Enc. meth.* IV. *p.* 315. *Lour. Fl. Cochinch.* 1. *p.* 173.

Willdenow observat, *Banoudam angustifoliam Rumph Amb.* 3. *p.* 157. *t.* 98. huc duci a Linnaeo et a Botanicis solitam, esse potius varietatem sequentis vel novam speciem. — „Arbuscula

6 circiter pedum, ramis patentibus oppositis; folia petiolata opposita integerrima utrinque acuta, scabra. Flores albi laterales capitati; corolla tubulosa. Fructus pinum refert, baccam nempe e drupis parvis nuculis carnosis flavicantem" *Poiret.* Bacca composita subrotunda parva lutescens e drupulis carnosis 1-locularibus, seminibus osseis. *Lour.* *In India in Moluccis et sylvis Cochinchinae.* ♄.

Obs. Nullam e speciebus *Morindae* a se observatis vidisse in quam caderet exacte descriptio supra data, praesertim quod pedunculos attinet confertos in umbellam, nec figuram a clo. *Lamarck* datam (*Illustr.* t. 53 f. 3) hunc sistere characterem, cum pedunculi tantum 4. In speciminibus omnibus siccis se tantum observasse pedunculum communem terminalem nunc apice nunc basi dichotomum, et credere facile, tubum corollae saepius longibrem pro pedunculo fuisse ductum, unde umbellae species: *Poiret*, qui *Rumph* 3. *t.* 98 nonnisi cum? adduxit; est vero descriptio *Rumphi* sequens: Arbor mediocris erecta, trunco gracili, ramis lentis, superne tetragonis, geniculatis, interstitiis bisulcis. Folia ut plurimum decussata, 8-9 poll., 2-3 lata, superne obscure viridia glabra. Ex alis capitula formâ strobilorum pini, magnitudine prunorum, verrucosa. In apice verrucae (germinis) singulae corolla longa angusta albicans, laciniis 5-6 (staminibus totidem) oblique reflexis. *Bracteae* albidae persistentes ad corollam singulam, quod non in reliquis!, nonnisi fructu maturo magnitudinem nucis juglandis adepto deciduae. — Etiam *Loureiro*, cujus descriptio, excepto fructu, exacte convenit cum illa *Poireti*, monet *Bancudum angustifolium* non convenire cum sua, quam Linnaeanam credit.

2. * M. *citrifolia*; pedunculis solitariis, foliis ovatis acuminatis utrinque glabris. *Roth nov. pl. Spec. MS.* M. arborea pedunculis solitariis. *Linn. Fl. Zeyl. p.* 82. *Poiret Enc. meth.* IV. *p.* 315. *Willd. Spec.* I. *p.* 992. *Lour. Flor. Cochinch.* I. *p.* 174. Bancudus latifolia *Rumph Amb.* III. (nec II.) *p.* 158. *t.* 99. *Rheede mulab.* I. *p.* 97. *t.* 52.

Arbor fere 8 ped., ramis diffusis, junioribus saepe ad nodos coarctatis. Folia magna integerrima ovato-lanceolata acuta lucida glabra opposita. Stipulae breves parvae latae amplexicaules sulcatae. Flores per ramos in pedunculis crassis brevibus, capitulo brevioribus oppositifoliis. Fructus penduli magnitudine et formâ ovi. Corollae tubus filiformis, laciniis 5-6 reflexis. Baccae tuberculatae semine osseo. *Poiret.* Cor. alba, 5-fida; stigma bifidum; bacca luteo-viridis, graveolens, edulis. *Lour.* *In India.* ♄.

Obs. Specimina sua in *Herb. Lam.* a *Sonnerat* allata differre nonnullis, foliis inprimis angustioribus, pedunculis longioribus rectis, subinde bifurcatis, vel binis ternisve. *Poiret.*

3. M. *angustifolia Roth*; pedunculis solitariis foliis elliptico-lanceolatis utrinque tomentosis. *Roth nov. pl. Spec. MS.* Bacundus angustifolia *Rumph Amb.* III. *p.* 157. *t.* 98?

Rami juniores cinereo-tomentosi. Folia opposita integerrima, basi in petiolum brevem attenuata, utrinque tomentosa. Flores atropurpurei, extus cinereo-tomentosi. *Roth.* *In India orientali prope Bedder.* b. *D. Benj. Heyne.*

4. M. *tomentosa Heyne;* pedunculis solitariis, foliis subcordato-ovatis acuminatis, supra ad venas et subtus cinereo-tomentosis. *Roth nov. pl. Spec. MS.*

Rami juniores glabri. Folia opposita integerrima subrotundo-ovata, subcordata, tamen in petiolum parvum attenuata. Pedunculi axillares in apice ramulorum. *Roth.* *In India orientali.* ♄. D. *Benj. Heyne.*

5. M. *Royoc;* procumbens. *Linn. H. Cliff. p.* 73. *Poiret Enc. meth* IV. *p.* 315. *Willd. Spec.* I. *p.* 992. *Swartz Obs. p.* 78. *Lour. Fl. Cochinch.* I. *p.* 174. *Jacq. Hort, vind. t.* 16. *Plum. Spec.* II. *t.* 26.

Caulis inferne procumbens, debilis, subsarmentosus, 10 ped., et ultra, ramis brevibus sarmentosis. Folia ovata integerrima glabra saturate viridia opposita utrinque acuta, breviter petiolata, angustiora brevioraque quam in *citrifolia.* Flores axillares versus apicem ramorum in capitulo parvo. Cor. alba, tubo gracili, fauce inflato; limbi laciniae quatuor acutae reflexae; stamina 4; stigma bifidum. Drupae biloculares monospermae *Poiret.* Baccae dispermae. *Linn.* *In America calidiore, China et Cochinchina.* ♄.

6. M. *Pada vara Juss.*; foliis oblongo-lanceolatis acuminatis, pedunculis terminalibus subquaternis. *Rheede Malab.* VII. *t.* 27.

Fide *Jussieu* et *Poiret Enc. meth. Sappl.* IV. *p.* 5 *Pada vara Rheede* hujus generis species est. — Radix ex tuberculis supra terra repens; caules 14 ped., crassitie brachii teretes nodosi; folia opposita solida densa glabra. Flores in pedunculo singulo 5-7, tetrapetali (?) extus viridi diluti intus pilis longis candidis. Stamina 4. Fructus 6-7 e flavo rubescentes. *In Malabaria circa Parve et aliis in locis.* ♄.

7. M. *axillaris Herb. Lamarck.;* arborea, floribus axillaribus sessilibus aggregatis. *Poiret Enc. meth.* IV. *p.* 315. β. foliis ovato-lanceolatis acutis.

Affinis MORINDAE (nunc CEPHAELIDI) *muscosae*, a qua inflorescentia inprimis differt. Caules in ramos teretes flexiles nudos divisi nudi nigrescentes. Folia ovata obtusiuscula integerrima subrugosa atro-viridia, subtus pallida in petiolis brevibus, basi annulo stipularum loco. Flores parvi fere subverticillati. Cor. parva tubo brevissimo. Bracteae nullae. *Poiret* ad *Herb. Lam.* *In Madagascar. Martin.* ♄.

8. M. *retusa Herb. Lamarck.;* arborea foliis retusis,

floribus sessilibus lateralibus. (?) *Poiret Enc. meth.* IV. *p.* 316.

Rami duri nodosi inaequales bifurcati; folia magis quam in reliquis conferta, vix lineis 4-5 a se invicem distantia, subdecurrentia in petiolum brevem, ovato-rotundata, obtusa, basi attenuata, margine subreflexa, atroviridia, lucida. Stipulae e squamis ovatis acutis albidis membranaceis annulatim circa caulem, unde rami lapsis foliis annulati. Flores perfecte terminales (!supra laterales!) in capitulo rotundato sessili. Cor. parva laciniis ovatis reflexis. *Poiret* ad *Herb. Lam.* *In Madagascar.* ♄. *Martin.*

900. NAUCLEA.

1. * N. *orientalis*; foliis oblongis acutis, pedunculis aequalibus, staminibus longitudine corollae. *Willd. Spec.* I. *p.* 928. N. *citrifolia Poiret Enc. meth.* IV. *p.* 435. CEPHALANTHUS fol. oppositis *Linn. Fl. Zeyl.* 53. *Sp. pl.* I. *p.* 95. *Rheede Malab.* III. *p.* 29. *t.* 33.

Capitula florum magnitudine pomi minoris flava. Stylus longitudine tubi corollae. Stigma pyramidatum. *Willd.* Arbor magna, trunco recto, ramis patentibus. Folia ovata obtusa integerrima magna glabra petiolata opposita, costis crassis parallelis. Flos terminalis solitarius, pedunculo longo e flosculis plurimis flavis in globum bipollicarem aggregatis. *Lour.* *In India orientali, in sylvis planis prope rivos Cochinchinae.* ♄.

Obs. Poiret l. c. citat *Katou-Tsiaka Rheede Malab.* III. *p.* 29. *t.* 33 ad N. suam *citrifoliam*, monens pedunculos esse solitarios nec oppositos, et per paria in extremitate ramorum, capitulumque florum esse majus pictum quam unquam vidisset; caeterum iconem quam exactissime suam sistere plantam.

2. N. *purpurea Roxb.*; foliis oblongis utrinque attenuatis (acutis glaberrimis lucidis, capitulis pedunculatis terminalibus), pedunculis incrassatis, staminibus inclusis. *Willd. Spec.* I. *p.* 928. *Roxb. plants of Corom.* I. *p.* 41. *t.* 54. N. *orientalis Poiret Enc. meth.* IV. *p.* 435. (quoad iconem *Rumph* excl. syn. reliqu.) CEPHALANTHUS *chinensis Lam.* fol. oppositis coriaceis glabris, capitulis axillaribus oppositis solitariis. *Lam. Enc. meth.* I. *p.* 678. Bancalus angustifolia *Rumph Amb.* III. *p.* 84. *t.* 55.

Simillima *orientali*, differt foliis basi magis angustatis, capitulis minoribus obscure violaceis, calycinis dentibus truncatis, stylo corollâ multo longiore, stigmate capitato. *Willd.* Tantum esse varietatem praecedentis orientalis *Lour. Fl. Cochinch. p.* 175. *In India orientali.* ♄.

Obs. Poiret Enc. meth. l. c. monet CEPHALANTHUM *chinensem Lam. Enc. meth.* I. *p.* 678. *n.* 2. vix differre, et figuram *Rumphii* quadrare satis cum specimine suo *chinensi* nisi quod flores in icone solitarii picti

in specimine suo per paria pedunculis oppositis occurrant. Differre addit *orientalem* suam (i. e. *purpuream*) a *citrifolia* (i. e. *orientali*) pedunculis longissimis, 3-4 poll., qui in *citrifolia* vix pollicares.

3. N. *parvifolia Roxb.*; foliis ovatis obtusiusculis, capitulis pedunculatis terminalibus; dentibus calycinis brevissimis, staminibus fauci tubi insertis. *Plants of Corom.* I. *p.* 40. *t.* 82. N. foliis ellipticis obtusiusculis, staminibus longitudine tubi corollae, dentibus calycinis brevissimis acutiusculis. *Willd. Spec.* I. *p.* 929. N. *parviflora Pers. Syn.* I. *p.* 202. *n.* 3.

Arbor sat magna, cortice fusco-cinereo rimoso. Rami oppositi patuli comam umbrosam efficientes. Folia decussato-opposita ovalia integra glabra, petiolis canaliculatis. Stipulae magnae oblongae glutinosae deciduae. Pedunculi terminales, solitarii terni, sub capitulis globosis florum articulati, bracteisque binis oppositis ovalibus, deciduis. Flores parvi flavescentes. Receptaculum paleis cuneatis vestitum. Calyx minutus, fere integer. Corolla infundibuliformis limbo quinquepartito. Stylus exsertus. Stigma magnum obtusum. Capsula crustâ scabrâ tecta, tandem rumpens, fovens interiorem bilocularem, bivalvem apice intusque hiantem. Semina plura minuta oblonga caudata inversa imbricata. *Hab. in montibus. Bota-Cadamie Teling.*

Obs. Willdenow, qui siccam vidit, in descriptione capitula brevissime pedunculata albida dicit, calycem brevissimum dentibus acutiusculis, stamina eminentia, stylum corollâ longiorem, stigma cylindraceo-capitatum.

4. N. *africana Willd.*; foliis oblongo-ovatis acuminatis, staminibus tubo corollae longioribus reflexis, dentibus calycinis brevissimis subrotundis. *Willd. Spec.* I. *p.* 929. UNCARIA *inermis* caule inermi exstipulato, capitulis sessilibus. *Willd.* in *Usteri delect.* II. *p.* 199. *t.* 3.

Receptaculum iterato accuratiore examine pilosum, germenque inferum esse; differre a *parvifolia*, cui simillima, foliis latioribus magis ovatis acuminatis, calyce dilatato obsolete 5-dentato, staminibus dependentibus, capitulis sessilibus, praeter characteres datos. *Willd.* l. c. *In Guinea.* ♄.

5. N. *gujanensis Poiret*; foliis ovatis acutis, caule aculeato. *Poiret Enc. meth.* VI. *p.* 436. N. *aculeata Willd. Spec.* I. *p.* 929. *Hayne term. bot. t.* 29. *f.* 5. UNCARIA *aculeata Willd.* in *Usteri delect* II. *p.* 200. UNCARIA *Schreb. n.* 311. UNCARIA *gujanensis Gmel. S. V.* I. *p.* 370. OUROUPARIA *gujanensis Aubl. Gujan.* I. *p.* 177. *t.* 68. *Lam. Illustr. t.* 153. *f.* 2.

Caulis tetragonus aculeis magnis oppositis recurvato-uncinatis compressis. Germen re verâ inferum. *Willd.* Caules 4-5 poll. in diametro, cortice cinereo, ligno durissimo, scandentes

altissimarum arborum cymas; rami tetragoni; folia tantum in ramulis, laevia, 4 poll., 2 lata, basi stipulis triangularibus oppositis. Spina in axillis foliorum recta primum, dein in ramum revoluta, basi dilatata. Flores axillares per paria, terminales terni, in capitulum coadunati in apice pedunculi simplicis rigidi tripollicaris, medio squamis 2 oppositis. Flos singulus subpedunculatus. Cor. tubulosa, extus villosa, lobis aequalibus. Stylus stigmate globoso, sulcato. Siliqua bilocularis. Flores nunc rubri, nunc virides, albi nunc, nunc flavi, nunc variegati. *In sylvis Gujanae.* ♄.

6. N. *cordifolia Roxb.*; foliis subrotundo-cordatis, capitulis pedunculatis axillaribus. *Plants of Corom.* I. *p.* 40. *t.* 53. *Willd. Spec.* I. *p.* 929.

Arbor magna, ramis horizontalibus. Folia decussato-opposita, longe petiolata, pulchre reticulato-venosa, subtus pubescentia, 4-12 poll. lata. Stipulae ut in priore. Pedunculi axillares 2-4. Capitula globosa, flavescentia. Flores *parvifoliae*. Capsula cuneata sem. 6. in utroque loculo, oblonga, non imbricata, apice furcata. *In montosis Ind. orient. Daduga. Teling.*

Obs. Willdenow folia facie et magnitudine BIGNONIAE *Catalpae* acuminata integerrima dicit; capitula parva; stamina longitudine tubi corollae, et stigma clavatum. Totum genus a CEPHALANTHO vix nisi numero diversum.

7. N. *longiflora Poiret*; foliis ovato-oblongis acutis; pedunculis axillaribus retroflexis; tubo corollae elongato, stipulis hamatis, ramis tetragonis. *Poiret Enc. meth. Suppl.* IV. *p.* 63. Funis uncatus latifolius *Rumph Amb.* V. *p.* 63. *t.* 34. *f.* 1.

Arbuscula repens, caulibus teretibus in ramos longos sulcatos divisis; folia opposita remota petiolata glabra basi rotundata rugosa nervosa 5-6 poll., 3-4 poll. lata, maculis subinde rubris inspersa; petioli brevissimi; stipulae caducae subulatae; flores odoratissimi capitati in pedunculo axillari recurvo; cor. alba; tubus oblongus; limbus divisus in lobos 5 breves patentes; stamina longitudine tubi; stylus exsertus. *Poiret. In Indiae orientalis, Amboinae, siccis aridis petrosis.* ♄.

8. N. *lanosa Poiret*; foliis lato-ovatis subtus lanuginosis, stipulis (pedunculis sterilibus?) valde retroflexis, capitulis axillaribus pedunculatis. *Poiret Enc. meth. Suppl.* IV. *p.* 64. Funis uncatus lanosus. *Rumph Amb.* V. *p.* 65. *t.* 34. *f.* 3.

Arbuscula ramis oppositis subinde quaternis patentissimis nodosis rugosis subangulatis, sulcis duobus, subinde tetragonis, subpubescentibus; folia subpetiolata, lata ovata integerrima, acutiuscula, subinde basi cordata, 7-9 poll., 4-6 lata, nervis prominulis, tomento lanuginoso ferrugineo. Pedunculi sterilea fere annulares. Flores odori in pedunculis angulosis striatis

lanuginosis. Cor. tubulosa, limbo quinquelobo, receptaculo duro plano granuloso. *In sylvis insularum Indiae orientalis.* ♄.

9. N. *Gambir Hunter;* scandens, ramis teretibus; foliis ovatis acutis glabris, stipulis duabus lateralibus caducis; pedunculis axillaribus solitariis simplicibus articulátis. *Willd. Hunter Linn. Trans.* IX. *p.* 218. *t.* 22.

Fruticosa, alte scandens, cortice aspero fusco, ramis glabris confertis ramulis oppositis patentissimis; folia opposita petiolata undulata patentissima subtus venis transverse parallelis. Stipulae ad basin ramulorum petiolorumque sessiles parabolicae patentissimae glabrae. Pedunculi teretes recti horizontales foliis multo breviores prope apicem articulati bracteolati, articulo inferiore floribus delapsis recurvati in spinam abeuntes. Bracteae 4 ovatae acutae patentes minimae caducae. Flores aggregati in globulum, numerosi, receptaculo minimo. Cal. communis nullus; proprius monophyllus oblongus, germen incrustans, persistens, ore quinquefido, laciniis lanceolatis erectis. Cor. generis. Stamina brevissima antheris oblongis. Capsula pedicellata oblonga, calyce incrustata et coronata, basi attenuata, bilocularis, bivalvis, valvulis apice adhaerentibus, latere dehiscentibus. Semina numerosa oblonga minima compressa utrinque pappo membranaceo. *Hunter.* *In India orientali.* ♄. Ex hac *Gatta Gambir.*

10. N. *acida Hunter*; scandens, ramis tetragonis glabris; stipulis 4 acutis; pedunculis axillaribus solitariis simplicibus articulatis, bracteâ recurvatâ persistente. *Hunter l. c. p.* 223.

Folia acida. *In Soongey-Clooan. Hunt. l. c.*

11. N. *sclerophylla Hunter*; scandens, ramis tetragonis pubescentibus, foliis ellipticis acumine brevi, rigidis, subtus scabris; stipulis duabus lateralibus lunatis bilobis; pedunculis axillaribus solitariis articulatis bracteatis demum recurvis persistentibus. *Hunter l. c. p.* 223.

Fruticosa; rami oppositi brachiati, sulcis 4, patentes; folia grandia decussata supra glabra, subtus pubescentia, nervoso-reticulata; petioli breves teretes pubescentes patentes; stipulae horizontales. Pedunculi compressi patentes, subrecurvi, petiolis duplo longiores, sub apice articulati bracteati, demum spinescentes. Bracteae 6 lanceolatae verticillatae ad pedunculi articulationem. Cal. communis nullus; proprius infundibuliformis superus, extus pubescens, 5-fidus, laciniis lanceolatis erectis. Cor. infundibuliformis, tubo calyce duplo longiore, superne dilatato, extus villoso, limbi laciniis ovatis obtusis. Filamenta minima in fauce tubi; antherae lunatae basi bifidae incumbentes. Germen ovatum, facile, calyce remoto, finditur in partes duas. Stigma ovatum. *Hunter.* *In cacumine collis cum praecedente. Acida.*

12. N. *tomentosa Willd.*; foliis ovato-oblongis supra lucidis, subtus sericeo-tomentosis venosis, capitulis florum paniculatis tomentosis. *Reliqu. Willd. MS.*

Deest patria et auctor.

901. DICROBOTRYUM.

D. *divaricatum Humb.* et *Bonpl. Reliqu. Willd. MS.*

In America meridionali prope Angosturam. ♄. *Humb.* et *Bonpl.*

902. HIMATANTHUS.

H. *rigida Com. ab Hoffmannsegge. Reliqu. Willd. MS.*

Arbor indigenis *Sacuba* dicta; folia elliptico-lanceolata petiolata integerrima acuminata obtusiuscula glabra. Flores spicati sessiles ante florescentiam bracteâ magnâ deciduâ involucrati. *In Para Brasiliae.* ♄. Comes ab *Hoffmannsegge.*

903. TRIOSTEUM.

1. * T. *perfoliatum*; foliis ovalibus acuminatis basi abrupte angustatis, latius angustiusve connatis, axillis uni-plurifloris, (floribus sessilibus), corollâ obscure purpureâ. T. *majus Mich. Fl. bor. Amer.* I. *p.* 107. T. *perfoliatum Willd. Spec.* I. *p.* 990. *Vahl Symb.* III. *p.* 37. *Schkuhr bot. Handb.* I. *p.* 135. *t.* 41. *Dillen Eltham. p.* 394. *t.* 293. *f.* 378.

Radices crassae carnosae; caules 1-2 ped., sublignosi, subpubescentes; folia utrinque glabra integerrima. Cal. glaber, laciniis acutis, bracteis similibus. Cor. parva basi saccata e nectario calloso foveae tubi corollae adnato. (*Roth*). Bacca ovato-subglobosa, flavicans. *In Carolina superiore, Virginia.* ♄. 4.

2. * T. *angustifolium*; caule hispido, foliis ovali-lanceolatis subconnatis, axillis unifloris, (pedunculis oppositis), corollâ luteâ. T. *Mich. l. c.* T. *angustifolium Vahl Symb.* III. *p.* 37. *Willd. Spec.* I. *p.* 991. *Plukn. Alm. p.* 287. *t.* 104. *f.* 2.

Caulos herbacei, circiter pedales, quadranguli, hirsuti. Folia integerrima acuta. *In Virginia.* 4.

3. T. *triflorum Vahl*; pedunculis oppositis trifloris, foliis petiolatis. *Vahl Symb.* III. *p.* 37. *Willd. Spec.* I. *p.* 991.

Caulis erectus 1 1/2 ped. simplex tenuissime pubescens. Folia opposita patentissima lanceolata 2-3 poll., duplo angustiora quam in *perfo-*

liato, apice attenuata integerrima, supra simpliciter venosa, glabra, subtus molliter villosa, canescentia, venis ramosis, tenella subtus tomentosa incana. Petioli pubescentes, stipulis breviores basi latis subulatis adpressis vix unguicularibus. Pedunculi axillares solitarii erecti pubescentes, apice bracteis binis subulatis, calyce parum brevioribus. Flores sessiles. Calycis laciniae subulatae semiunguiculares vel parum ultra. Fructus oblongus glaber, laciniis calycinis parum longior. *Vahl.* *In Madagascar?*

904. SYMPHORICARPOS.

1. * S. *vulgaris*; floribus axillaribus subcapitato-glomeratis. *Michaux Fl. bor. Amer.* I. *p.* 106. *Willd. Enum. H. berol.* I. *p.* 221. S. *conglomerata Pers. Syn.* I. *p.* 214. *Duhamel Arb.* II. *t.* 82. SYMPHORIA *glomerata Pursh Fl. septentr.* I. *p.* 162. LONICERA *Symphoricarpos*, pedunculis axillaribus capitatis, foliis petiolatis. *Linn. H. Cliff. p.* 58. *Willd. Spec.* I. *p.* 989. *Schmidt oester. Baumz. t.* 115. *Hort. Angl. t.* 20. *Dillen Eltham. p.* 371. *t.* 278. *f.* 360.

3-4 ped.; ramis teretibus, fuscis, glabris; folia opposita, brevi petiolata, elliptico-ovata, integerrima, obtusa, mucronulata, 1 1/4 poll., subtus glaucescentia, pubescentia. Corolla alba, vix lineam longa. (rubra et flava *Pursh.*) Bacca rubra, magnitudine seminis Cannabis. *In Carolina, Virginia.* ♄.

2. S. *racemosus Mich.*; racemo terminali, corollâ intus barbatâ. *Mich. Fl. bor. Amer.* I. *p.* 107. SYMPHORIA *racemosa Pursh septentr. Amer.* I. *p.* 162.

In montanis ad lacus Mistassins. ♄.

905. PLOCAMA.

P. *pendula Ait. Kew.* I. *p.* 292. 2. *ed.* II. *p.* 63. *Gmel. Syst. Veg.* I. *p.* 428. *Willd. Spec.* I. *p.* 1210. *Poiret Enc. meth.* V. *p.* 439. P. foliis filiformi-subulatis longissimis, floribus axillaribus solitariis subpedunculatis, caule fruticoso. *Poiret Enc. meth. Suppl.* IV. *p.* 441. PLACOMA *pendula Pers. Syn.* I. *p.* 210. *Gmel. Syst. Veg.* I. *p.* 390.

Fruticulus habitu fere GALII, caule tereti glaberrimo fusco cinereove (tenui articulato) ramis subpatentibus; folia sessilia opposita 2 poll. longa; stipulae breves concavae obtusae; flores parvi; pedunculi uniflori vix longitudine floris; corolla longitudine calycis. *Poiret.* *In Canariis.* ♄. *Masson* et *Ledru.*

906. VANGUERIA.

V. *edulis Vahl. Symb.* III. *p.* 36. *Willd. Spec.*

I. *p.* 976. V. *madagascariensis Juss. gen. p.* 206. *Gmel. Syst. Veg.* I. *p.* 364. VAVANGA *edulis Vahl Act. Soc. Hist. nat. Hafn.* 2. P. I. *p.* 208. *t.* 7.

Arbor ramis teretibus glabris. Folia petiolata opposita ovata attenuata utrinque glabra integerrima. Stipulae interpetiolares connatae acuminatae. Pedunculi axillares ter quater dichotome ramosi. Flores pedicellati. Fructus edules, amygdalini. *Vahl.* Habitu CALLICARPIS similis. *Willd.* *In China?* ♄.

907. ANISANTHUS.

A. *microphylla Humb.* et *Bonpl. Reliqu. Willd. MS.*

In America meridionali. ♄. *Humb.* et *Bonpl.*

908. NONATELIA.

1. N. *racemosa;* N. foliis ovatis acutis petiolatis, involucro calycis tetraphyllo. *Aublet. Gujan.* I. *p.* 186. *t.* 72. *Lamarck Enc. meth.* I. *p.* 342. *Pers. Syn.* I. *p.* 205. PSYCHOTRIA *racemosa*, stipulis bilobis, foliis oblongis acuminatis, racemo terminali simplici, floribus involucratis. *Willd. Spec.* I. *p.* 966. *Pers. Syn.* I. *p.* 206. *n.* 21. ORIBASIA *) *Schreb.* Anne huc P. *racemosa Rich.* foliis amplis oblongis acuminatis, racemo composito oblongo stricto. *Richard Act. H. nat. paris. p.* 107.?

Arbuscula ramosa, 2-3 ped., trunco 2 poll. in diametro, cortice laevi, viridi; rami oppositi nodosi; folia ovato-oblonga, acuminata integerrima glabra, supra atro-viridia, subtus pallidiora. Flores albi terminales racemosi; tubus apicem versus inflatus, laciniis limbi 5 acutis. *Aublet.* *In sylvis Gujanae.*

Obs. Cls. *Persoon l. c.* monet quidem, hanc esse unicam hujus generis speciem, „caeteras NONATELIAS esse alius generis.“ Attamen cum *Poiret* caeteras hasce NONATELIAS non semovisset a genere, *violacea* sit *racemosae* simillima, non ausi sumus sequi auctoritatem suam.

2. N. *violacea Aubl.;* stipulis oblongis obtusis deciduis, foliis oblongis acuminatis, floribus paniculato-corymbosis involucratis. PSYCHOTRIA *violacea Willd. Spec.* I. *p.* 966. NONATELIA *violacea*, foliis amplis ovatis acutis, calycis florum involucro tetraphyllo, fructu violaceo. *Aubl. Gujan.* I. *p.* 188. *t.* 73. *Lam. Enc. meth.* I. *p.* 343.

Affinis *racemosae*, sed major, 4-5-pedalis, 3-4 poll. in diametro.

---

*) *Gmelin* in *Syst. Veg.* I. *p.* 367 NONATELIAS omnes hasce nomine generico ORIBASIAE enumerat.

Pedunculi violacei. Cor. alba, calyce basi foliolis 4 acutis. Bacca magnitudine *Ribesii. Lam.* *In sylvis Gujanae.* ♄.

Obs. *Aublet* aliam habet P. *violaceam*, repentem, ramis radicantibus, foliis cordatis petiolatis, cymis terminalibus. *Aubl. gujan.* I. *p.* 145. *t.* 58. *Gmel Syst. Veg. p.* 864.

3. N. *officinalis Aubl.*; stipulis bidentatis, foliis lanceolato-ovatis nitidis, racemis terminalibus corymbosis, pedicellis trifloris, floribus involucratis. PSYCHOTRIA *involucrata Swartz Prodr. Fl. ind. occid.* I. *p.* 413. *Willd. Spec. I. p.* 966. NONATELIA *officinalis* foliis ovatis acutis, calycibus involucro triphyllo. *Aublet Gujan.* I. *p.* 182. *t.* 70. *f.* 1. *Lamarck Enc. meth.* 1. *p.* 342.

Caulis 2-3 ped., nodosus, ramosus, foliosus; folia opposita integerrima, subsessilia; stipulis vaginantibus brevibus quadridentatis; flores albi in paniculis brevibus pedunculatis. Cal. basi squamis 3 brevibus. *Lam.* l. c. *In Jamaica, Gujana.* ♄.

4. N. *paniculata Aubl.*; stipulis bidentatis, foliis ovatis utrinque attenuatis, paniculâ divaricatâ flexuosâ. PSYCHOTRIA *flexuosa Willd. Spec.* I. *p.* 966. *Pers. Syn.* I. *p.* 206. NONATELIA *paniculata* foliis ovatis acutis, floribus calycibus nudis. *Aubl. Gujan.* I. *p.* 184. *t.* 70. *f.* 2. *Lam. Enc. meth.* I. *p.* 342.

Differt ab *officinali*, praeter characteres datos, pedunculis nudis nec involucratis; a simili *marginata* foliorum margine nudo. *Willd.* qui non vidit.; differt ab *officinali* caulibus altioribus magis ramosis, foliis majoribus, junioribus aurantiacis, paniculis longioribus, calycibus nudis. *Lam. l. c.* *In Cajennae sterilibus.* ♄.

5. N. *lutea Aubl.*; stipulis bilobis, foliis lato-ovatis acuminatis, paniculis erectis, corollae tubo basi angustato (praelongo), limbi laciniis acutis. PSYCHOTRIA *lutea Willd. Spec.* I. *p.* 971. *Pers. Syn.* I. *p.* 208. *n.* 56. NONATELIA *lutea Aubl. Gujan.* I. *p.* 190. *t.* 74. *Lam. Enc. meth.* I. *p.* 343.

Arbuscula parva pedalis, apice ramis ramulosis nodosis. Folia opposita petiolata glabra integerrima. Flores flavi in racemis paniculatis terminalibus. Cal. nudus, tubus gracilis; limbi laciniae acutae. *Lam.* *In Gujana.* ♄.

6. N. *longiflora Aubl.*; stipulis bilobis, foliis ovato-lanceolatis (glabris) acuminatis, racemo terminali subsimplici, corollae tubo incurvo, limbi laciniis obtusiusculis. (fructu rufescente). PSYCHOTRIA *longiflora Willd. Spec.* I. *p.* 971. NONATELIA *longiflora Aublet Gujan.* I. *p.* 185. *t.* 71. *Lam. Enc. meth.* I. *p.* 343.

PSYCHOTRIAM *Pavettam Enc. meth. n.* 25. esse maxime affinem, nisi fors eandem speciem. Caules fistulosi nodosi ramosi, 2-3

ped.; Folia opposita integerrima glabra, viridi-flavicantia, stipulis ad basin amplexicaulibus. Corymbi terminales ramosi. Corollae tubulosae; fructus rufescens. *Lam.* *In Guianae sylvis.* ħ.

909. RETINIPHYLLUM.

R. *secundiflorum Humb.* et *Bonpl. plant. aequinoct.* I. *p.* 86. *t.* 25. R. foliis obovalibus emarginatis, floribus spicato-racemosis secundis. *Poiret Enc. meth. Suppl.* IV. *p.* 672.

Arbuscula 12 ped., caule recto, 4 poll. in diametro, ligno albo levissimo, cortice cinereo, ramis decussatis, materiâ resinosâ flavicante, ut folia, obductis, quae opposita, petiolata, coriacea, subtus albida, 2-3 poll.; stipulae breves, integerrimae, vaginantes. Flores carnei in racemis spicatis unilateralibus, bracteis ad basin 4-5, subulatis, coloratis, persistentibus, calyceque pilosiusculis. Calycis laciniae subulatae. Cor. pilis argenteis. Antherae versatiles, roseae. Bacca rufescens, magnitudine pisi, striis pluribus longitudinalibus. *In America meridionali.* ħ.

910. ANCYLANTHOS.

A. *rubiginosa Desfont. du Mém. Mus.* T. IV. *p.* 5. *t.* 2.

Caulis fruticosus, ramis oppositis nodosis patentibus, junioribus villosis. Folia opposita elliptica obtusa integerrima, basi in petiolum brevem attenuata, villosa, subtus reticulata. Stipulae coriaceae vaginantes bilobae, lobis acuminatis appressis. Flores aggregati axillares, pedunculis brevibus setis circumvallatis. Cor. pollicaris, setis rufescentibus, tubo intus coronâ setosâ e fasciculis 5; laciniis limbi superioribus longioribus. Fructus immaturus 5-locularis, loculis monospermis. *Desfont.* l. c. *In Angola.* ħ.

911. LICHTENSTEINIA.

L. *oleaefolia*; foliis oppositis oblongis sericeis, floribus axillaribus umbellatis. *Wendl. Coll.* I. *t.* 39.

Affinis *Lorantho*, parasitica, 1-ft ped., erecta, lignosa, ramis oppositis, brevibus, patentibus, rigidis, sericeis, cinereis. Folia brevia patentia. Flores bini, quaterni, erecti. Pedunculus brevis, ruber, sericeus. Cor. rubra, sericea, sesquipollicaris, limbi laciniis parvis angustis oblongis reflexis. Antherae prominentes. *Wendl* qui MONADELPHIAE inseruit. *Ad Magnum Orange Fluvium in Lyciis, et in Mimosis.*

912. STIGMATANTHUS.

S. *cymosus.* STIGMANTHUS *cymosus Lour. Fl. Cochinch.* p. 181.

Frutex magnus ramosus scandens acirrhus inermis. Folia lanceolata integerrima glabra opposita. Flos albus, cymis vastis, axillaribus et terminalibus. *Lour.* *In sylvis et montibus Cochinchinae.*

913. MAASA.

1. M. *Baeobotrys*; foliis ovato-dentatis. BAEOBOTRYS *nemoralis*. *Vahl Symb.* I. *p.* 19. *Forst. Prodr. n.* 97. *nov. Gen. p.* 22. *t.* 11. *Willd. Spec.* I. *p.* 992. *Enc. meth.* IV. *p.* 127.

Planta nondum satis nota. Caulis ramosus; folia alterna. Flores racemosi axillares versus apicem ramorum. *In insula Tanna.* ♄.

2. M. *lanceolata*; foliis lanceolatis serratis. *Vahl Symb.* I. *p.* 19. *t.* 6. *Forsk. descript. p.* 66. MAESA *arabica Gmel. S. V.* I. *p.* 403. BAEOBOTRYS *lanceolata. Willd. Spec.* I. *p.* 993.

Arbor mediocris. Rami glabri teretes cortice fusco. Folia 4poll. alterna lanceolato-elliptica glabra subavenia, nervis transversis, basi integerrima. Petiolus folio triplo brevior, pollicaris. Racemi supradecompositi axillares, folio breviores. Bractea minuta, lanceolata sub singulo pedunculo et pedicello. Flores albi racemosi. *Vahl.* *In montibus Yemen ad Oddein.* ♄.

3. M. *ovata Aubl. du Pet. Thouars*; foliis ovato-oblongis inaequaliter dentatis, paniculatis. BAEOBOTRIS *ovata Reliqu. Willd. MS.*

In Madagascaria. ♄. *Aubl. du Petit Thouars.*

914. BERTIERA.

1. B. *guianensis Aubl. Guian.* I. *p.* 180. *t.* 69. *Vahl Symb.* III. *p.* 35. *Willd. Spec.* I. *p.* 986.

Frutex ramis teretibus villosis incanis. Folia opposita 3-4poll., lanceolato-elliptica, attenuata, utrinque acuta, integerrima, nervoso-venosa, nervis et costis subtus villoso-incanis, breviter petiolata. Stipulae ovatae acuminatae, intrafoliaceae, in vaginam bifidam connatae, laciniis subulatis. Racemus terminalis pedunculatus, pedicellis brevibus, uti pedunculus, incanis, oppositis subtrifloris, floribus sessilibus (albis). Bracteae lineari-lanceolatae parvae ad basin pedicellorum. Cal. canescens villosus, dentibus ovatis. Cor. semiunguicularis inferne glabra, laciniis lanceolatis acuminatis patentibus, extus pilis rarioribus, intus frequentioribus. Antherae versus faucem apice mucrone. Stylus longitudine fere corollae; lamellae stigmatis acutae. *Vahl.* *In sylvis Guianae et Cajennae.* ♄.

Obs. Acumen laciniarum corollae in figura *Aubleti* desideratur, nec ra-

cemi tam ramosi ut *Aubleti* icon. Affinis videtur MACROCNEMO. *Vahl.*

2. B. *ferruginea Humb.* et *Bonpl.*; foliis oblongo-lanceolatis acuminatis, venis subtus ramulisque ferrugineis, stipulis bipartitis. *Reliqu. Willd. MS.*

In Cumana. ♄. *Humb.* et *Bonpl.*

915. POSOQUERIA.

1. P. *longiflora Aubl.*; stipulis foliisque oppositis oblongo-acuminatis, corymbis terminalibus subsexfloris, corollae nutantis tubo fortiter incurvo. *Aubl. Gujan.* I. *p.* 134. *t.* 51. *Lam. Illustr. t.* 163. *Poiret Enc. meth.* V. *p.* 576. SOLENA *longiflora Willd. Spec.* I. *p.* 961. CYRTANTHUS *Schreb. gen. n.* 302. CYRTANTHUS *longiflorus Gmel. Syst. Veg.* I. *p.* 363.

Arbuscula 5-6 ped., cortice viridi laevi, ligno albo duro; rami graciles nodosi oppositi; folia ad nodos opposita laevia integerrima, subsinuata 7 poll, 2 1/2 poll. lata; petiolus canaliculatus pollicaris basi stipulis latis rigidis. Flores pedicellati, basi bracteis squamosis. Cor. alba; tubus pedalis, basi virens, fauce pilis longis. Filamenta 4 incurva, quinto breviore recto. Bacca flava, magnitudine ovi gallinacei, calyce coronata, dulcis, esculenta, seminibus circiter 12 duris anguloso-globosis in pulpa rubra. *Ad ripas fluminum Gujanae.* ♄.

2. P. *gracilis*; stipulis anguste cuneatis; foliis ovali-lanceolatis acuminatis; corymbis terminalibus, quatuor ad quinquefloris; corollae tubo curvo, limbo irregulari SOLENA *gracilis Rudge Plant. Gujan. Rar.* I. *p.* 27. *Tab.* 41.

Frutex ramosus. Caulis teres internodiis brevibus. Rami oppositi. Stipulae acutae, deciduae. Folia opposita, integerrima, petiolata, supra glabra, coriacea, tenuiter nervosa. Antherae oblongae, incurvae, utrinque acutae, dorso hirsutae, filamentis prope basin adnexae: loculis paulo longioribus quam in *latifolia.* *Habitat in Sylvis remotis Gujanae eundo a fluvio Dorapu ad Haw.*

Obs. Contuli cum Specimine SOLENAE *longiflorae Aubletii* in Herbario Banksiano; sed differt praecipue foliorum nervis et calycis figurâ.

3. P. *latifolia*; stipulis late cuneatis: foliis oppositis, ellipticis: corymbis terminalibus densis; corollae tubo recto, limbo valde irregulari. SOLENA *latifolia Rudge Plant. Gujan.* I. *p.* 26. *Tab.* 40.

Frutex ramosus. Caulis teres, internodiis longiusculis. Rami alterni. Stipulae foliaque coriacea, supra glabra, petiolata, integerrima. Corollae tubus longissimus, angustus, versus faucem parum ampliatus; limbus laciniis subrotundis, obtusis, recurvo-horizontalibus, duabus multo largioribus. Antherae ob-

longae, incurvae, apice cuneiformes, dorso hirsutae filamentis prope basin adnexae: loculi infra apicem. Antherae desinentes. *In Gujana.*

Obs. In figura POSOQUERIAE apud *Aublet*, limbus regularis depingitur, nihilominus valde suspicor irregularem esse: in ejus specimine, nunc in Herbario Banksiano conservato, antherae certe similes sunt, itaque hanc stirpem congenerem esse judicavi. *Rudge.* — Quoad definitionem vix videtur diversa SOLENA *latifolia*; foliis ovato-oblongis petiolatis glabris nitidis margine revolutis, stipulis membranaceis ovatis acutis, floribus terminalibus corymbosis, tubo filiformi longissimo *Reliqu. Willd. MS.* quam vir divus ab excell. Comite de *Hoffmannegge* e Brasilia tulit.

916. OXYANTHUS.

O. *speciosus Dec. Ann. Mus.* IX. *p.* 218. GARDENIA *tubiflora Andr.*; foliis ellipticis undulatis, floribus ternis, corollae laciniis linearibus reflexis, tubo filiformi longissimo. *Andr. t.* 183. *Poiret Enc. meth. Suppl.* II. *p.* 707.

Odore fragrantissimo. Rami glabri teretes, foliis oppositis subpetiolatis glabris integerrimis acuminato-acutis 3-4 poll.; stipulae ovatae annulum cum basi petiolorum sistentes; flores sessiles axillares; cal. glaber, tubulosus, dentibus 5 rectis acutis; cor. alba; tubus gracilis 5-6 poll., limbi laciniis tortis, lineari-lanceolatis, pollicaribus. Antherae sessilis, ad faucem tubi. *In Sierra Leone. Smeathman.* ♄.

917. TOCOYENA.

1. T. *longiflora Aublet*; foliis lanceolato-oblongis acuminatis; floribus subsessilibus aggregatis. *Poiret Enc. meth.* VII. *p.* 692. (sub *longifolia*) *Aubl. Gujan.* I. *p.* 131. *t.* 50. *Lam. Illustr. t.* 163. *f.* 1. *Gmel. Syst. Veg.* I. *p.* 330. UCRIANA *speciosa Willd. Spec.* I. *p.* 961. *Pers. Syn.* I. *p.* 131. *t.* 50.

Caules recti glabri virentes, circiter 3 ped., sublignosi, obtuse tetragoni, ramis foliisque oppositis subpetiolatis angustis utrinque glabris integerrimis mollibus, 12-15 poll., 2-3 poll. latis, petiolo brevi, stipulis ovatis acutis, subcarnosis, subamplexicaulibus. Flores terminales subcapitati 12-15, subsessiles, approximati, bracteis distincti. Cor. tubus flavus 8-9 poll., limbo albo. Stylus longitudine tubi, stigmatis lamellis extus striis 5. Pulpa viscosa. *In sylvis Gujanae Arura.* ♄.

Obs. Richard in *Act. paris. v. h. nat. p.* 107 petit folia ovata basi subcordata, nitidissime coriacea, floribus cymosis. An eadem planta?

2. T. *latifolia Lam*; foliis lato-ovatis coriaceis, floribus racemoso-paniculatis. *Lam. Illustr. gen. t.* 163. *f.* 2. *Poiret Enc. meth.* VII. *p.* 692.

Caules glabri ramosi, foliis lucidis, utrinque glabris, basi rotundatis, obtusis, submucronatis, 6-8 poll., petiolo brevi, compresso, striato. Flores terminales in racemo parvo erecto, ramis brevibus erectis dichotomis unifloris; corollae tubus 4-5 poll. longus, laciniis profundis linearibus obtusis. *Poiret.* *In sylvis Gujanae.* ♄. *Dupuis.*

3. T. *insignis*; foliis ellipticis. Ucriana *insignis Reliqu. Willd. MS.*

In America merid. ♄. *Humb. et Bonpl.*

918. HIPPOTIS.

H. *triflora Ruiz* et *Pav.*; H. foliis ovato-oblongis acuminatis, pedunculis trifloris. *Fl. peruv.* II. *p.* 56.

Tota hirsuta. Caules recti, ramosi, 10-12 ped., lignosi cinerei pilis ad articulos purpurascentibus; folia opposita, petiolata, integerrima, 4-5 poll.; venosissima, petiolis brevibus; stipulis ovatis oppositis deciduis; pedunculi axillares, filiformes, foliis duplo breviores, bracteis parvis deciduis subulatis. Cal. rubro-purpureus; corolla carnesina, basi virescens, tubo intus flavicante; appendix rubra; baccae hispidae, rubro-purpureae. *In nemoribus Peraviae.*

919. RONDELETIA.

a. *Seminibus pluribus.*

1. * R. *americana*; foliis sessilibus, paniculâ dichotomâ. *Mill. Dict. n.* 1. *Pers. Syn.* I. *p.* 203. *Willd. Spec.* I. *p.* 930. *Poiret Enc. meth.* VI. *p.* 252. R. (*americana dichotoma*) *Plum. gen.* 15. *Icon. p.* 142. *f.* 1.

Arbusculae folia opposita lanceolata. Pedunculi communes solitarii longissimi, nudi, apice formantes corymbum dichotomum, in cujus singula dichotomia flos sessilis cum involucro diphyllo. *Linn.* Rami recti glabri 8-10 ped., numerosi cortice laevi virente. Folia basi attenuata acuta fere subintegerrima, supra lucida, subtus pallidiora. Corymbi axillares et terminales. Foliola involucri opposita ovata acuta. Cal. glaber subcampanulatus. Cor. alba, subodora, tubo calycem duplo excedente, limbi laciniis rotundatis. Caps. bilocularis. *Poiret.* *In America.* ♄.

2. R. *parviflora Poiret*; foliis oblongis, basi cuneatis, mucronatis subtus pallidioribus; floribus corymbosis numerosissimis minimis. *Poiret Enc. meth.* VI. *p.* 253.

Rami lignosi teretes articulati striati cinerascentes; folia opposita subpetiolata coriacea glaberrima, subtus cinerascentia, supra saturate viridia, venis nigricantibus reticulata, integerrima,

5-4poll., 2 poll. lata, stipulis firmis brevibus ovatis acutis. Corymbi axillares versus ramorum apicem, ramulis oppositis. Flores parvi pedicellati. Calyces pedicellique e viridi albicantes. Bracteae ad basin corymborum concavae, squamosae, extus glabrae, intus villosissimae. Capsula parva globosa bilocularis. *Poiret* ad *Herb. Jass.* *In Antillis; ins. Martinica.* ♄. *Richard.*

Obs. R. *parviflora*, foliis obovatis supra rugosis, subtus discoloribus venosis, venis petiolisque strigosis, floribus paniculatis pubescentibus *Willd. MS.* hujus videtur loci, Deest apud *Willdenow* patria et auctor.

3. R. *laevigata Towns. Ait.*; foliis petiolatis ellipticis acutis glaberrimis, paniculis trichotomis axillaribus. *Townsend Ait. H. Kew.* 2. *ed.* I. *p.* 366.

In India occidentali. Ds. *Wilh. Anderson.* ♄.

4. * R. *odorata Linn. Spec.*; foliis (breviter) petiolatis subovatis obtusis. *Linn. Spec.* 1671. *Willd. Spec.* I. *p.* 930. R. foliis subcordato-ovatis obtusiusculis scabris, petiolis brevissimis, pedunculis cymosis tripartitis terminalibus. *Swartz obs. p.* 67. *Jacq. Amer. p.* 59. t. 42. *pict. t.* 61. R. *obovata Linn. Syst. Veg.* (*omnn. edit.* errore typograph.)

Frutex inelegans, inordinatus, 6ped., ramis teretibus junioribus villosis. Folia integerrima scabriuscula. Pedunculi communes erecti terminales terni triflori, intermedio subinde trifido, proprii umbellati. Cal. saepe hexaphyllus cum corolla sexfida, tubo calyce triplo longiore, laciniis obtusis planis patentissimis, tubo triplo brevioribus. Stigmata 2 oblonga patula. Caps. bilocularis. Flores pulchri miniati violam redolentes. *Jacq.* *In America, Havanae in rapestribus maritimis.* ♄.

5. * R. *trifoliata*; foliis ternis subtus tomentosis, paniculis axillaribus. *Willd. Spec.* I. *p.* 930. *Jacq. Amer. p.* 60. *t.* 43. *pict. t.* 62. *Ehret. pict. t.* 5.

Folia lanceolata petiolata, Pedunculi folio breviores, nec ut in *Plumieriana* longiores. *Linn.* — Arbor 12 ped, erecta, ramis junioribus obtuse triangulis, hirsutis; folia lanceolata acuta integerrima facie glabra. Stipulae subrotundo-acuminatae, ternae, cum foliis alternantes. Racemi hirsuti inaequales ramosi axillares 1 1/2 poll. Flores inodori exigui rubelli sessiles et pedunculati. Cal. campanulatus parvus quinquedentatus acuminatus. Cor. hypocrateriformis, tubo longissimo, laciniis 5 oblongis obtusis planis, tubo triplo brevioribus. Stigma laciniis linearibus crassiusculis. Fructus maturus? bilocularis bivalvis, dissepimento valvulis opposito. *Jacq.* *In Americа, Jamaica ad radices montium in Ferry.* ♄.

6. R. *buxifolia Vahl*; foliis obovatis glabris, floribus tetrandris axillaribus solitariis, (limbo corollae quadrifido)

Vahl Eclog. Amer. II. *t.* 12. *Poiret Enc. meth.* VI. *p.* 253.

Rami glabri articulis bipollicaribus, inferioribus teretiusculis, supremis compresso-ancipitibus, apice dilatatis, ramulis oppositis patentibus brevibus. Folia subpetiolata opposita pollicaria utrinque glabra nervoso-subvenosa integerrima, margine parum reflexa, subtus pallidiora, basi acuta, acumine obscuro. (rotundata apice *Poiret.*) Petioli brevissimi. Pedunculi axillares solitarii oppositi, petiolo parum longiores, uniflori, rarissime in axillis ultimis triflori cum folio utrinque parvo; medio utrinque bracteâ minutâ canescente (flores subsessiles *Poiret.*) Cal. laciniis 4 obtusiusculis linearibus in fructu reflexis.) (cal. extus cinerascens, laciniis subulatis, filiformibus *Poir.*) Corollae tubus canescens filiformis vix unguicularis. Faux annulo brevi. Limbi laciniae oblongae breves obtusae. Filamenta vix ulla, antheris linearibus erectis apice parum ultra tubum. Germen oblongum. Stylus longitudine tubi. Stigma subbifidum, laciniâ alterâ parum breviore. Caps. magnitudine Piperis nigri, globosa, canescens, utrinque sulcata, bivalvis, bilocularis, disperma. *Vahl l. c.* *In Montserrat. Ryan.* ♄.

Obs. Poiret specimen a divo *Vahl* clo. de *Jussieu* datum ante oculos habuit.

b. *Seminibus subsolitariis.*

7. R. *thyrsoidea Swartz;* foliis oblongis acutis membranaceis subtus pubescentibus, thyrsis axillaribus. *Swartz Prodr.* I. *p.* 43. *Fl. Ind. occid.* I. *p.* 358. *Willd. Spec. p.* I. 931.

Arbuscula 6 ped., caule recto, laevi, cortice cinereo, ramis elongatis patentibus glabris subtetragonis; folia decussata, utrinque acuta; 3 poll., integerrima; petiolus striatus pollicaris, basi stipulis 2 rectis glabris latis ovatis acutis. Flores parvi ochroleuci oppositi, foliis breviores. Pedunculus communis glaber angulatus striatus, ramis oppositis, subinde ternis, bracteis minimis subulatis. Cal. minimus. Cor. extus sericea. Capsulae rotundae, magnitudine seminis Coriandri, bilocularis, disperma. *Swartz.* *In collibus aridissimis Jamaicae.* ♄.

8. R. *racemosa Swartz;* foliis lanceolato ovatis acuminatis utrinque glabris, stipulis ellipticis acumine brevi, racemis axillaribus trichotomis patulis. *Swartz Fl. Ind. occid.* I. *p.* 360. *Willd. Spec.* I. *p.* 931. R. foliis oblongo-lanceolatis utrinque acuminatis glabris, stipulis ellipticis acutis, paniculis corymbosis trichotomis axillaribus. *Willd. Enum. H. berol.* I. *p.* 216. PETESIA *Brown. jam. p.* 143. *t.* 2. *f.* 3.

Thyrsoideae et *laurifoliae* proxima, differt characteribus datis. Rami albidi, ramuli glabri tetragoni subcompressi, foliis oppositis petiolatis utrinque acuminatis, basi stipulis latis ellipti-

cis margine subvillosis. Petioli glabri pollicares. Racemi foliis breviores, longitudine petiolorum, bracteis sessilibus. Cal. parvus dentibus rectis. Cor. parva, alba, extus sericea, tubus brevis cylindricus non inflatus, limbi laciniae ovatae; germen glabrum; stigma crassum, integrum; caps. bivalvis, disperma? *In Jamaicae sylvestribus montium.* ħ.

9. R. *laurifolia Swàrtz*; foliis lanceoláto oblongis acutis utrinque glabris, stipulis deltoideis, racemis compositis axillaribus erectis, tubo florum brevissimo. *Swartz Fl. Ind. occid.* I. *p.* 363. *Willd. Spec.* I. *p.* 932. PETESIA *Brown jam. p.* 143. *t.* 2. *f.* 2.

Simillima R. *thyrsoideae*, sed differt foliis paulo angustioribus utrinque glabris, nec subtus pubescentibus; racemis erectis; tubo brevissimo, nec calyce quadruplo longiore; capsulâ seminibus binis maturis. *Swartz* l. c. Rami glabri teretes substriati apice subcompressi; folia opposita 3-4 poll., subtus pallidiora. Petioli glabri subteretes pollicares, stipulis acuminatis margine villosis. Racemi oppositi, saepe longitudine foliorum; flores parvi, lutei, pedunculis superioribus saepe trifloris, bracteis subulatis. Cal. pubescens, dentibus minimis acutis. Tubus brevis, fauce dilatatus, longitudine limbi, cujus laciniae oblongae reflexae extus tomentosae. Stigma bifidum. Capsula globosa magnitudine seminis Cannabis glabra, bilocularis, bivalvis, seminibus pluribus membranaceis. *Swartz.* *In fruticetis Jamaicae.* ħ.

Obs. Willdenow l. c. monet non tantum *Brownii synonymon* sub PETESIA *stipulari* olim ab illo, (ut etiam a nobis *Syst. Veget.* III. *p.* 181) allatum delendum esse sub *stipulari*, sed totam *stipularem* esse expungendam. Confer R. *tomentosam.*

10. R. *tomentosa Swartz*; foliis ovatis (utrinque) acuminatis tomentosis, pedunculis tripartitis axillaribus brevibus. *Swartz Prodr.* I. *p.* 41. *Fl. Ind. occid.* I. *p.* 365. *Willd. Spec.* I. *p.* 932.

Differt a *thyrsoidea* foliis utrinque pubescentibus, subtus tomentosis, racemis minutis, flore fructuque. *Swartz.* Arbuscula tripedalis, ramis oppositis rectis teretibus apice subvillosis, foliis oppositis integerrimis nervosis, obscure viridibus subtus albidis, petiolis brevibus pubescentibus, ut stipulae ovatae acutae. Pedicelli trifiori. Cal. minimus. Cor. parva, albida, vel e fusco flavescens, extus villosa, tubo angusto, calycem parum excedente, limbi laciniis ovatis concavis. Stylus bifidus. Capsula globosa, magnitudine seminis Coriandri, bilocularis, seminibus solitariis hemisphaericis. *Swartz.* *In Jamaicae collibus petrosis ambrosis.* ħ.

Obs. „PETESIAM *stipularem Linn.* dubius huc retuli, quae forte potius ad R. *thyrsoideam* pertinet, quod inquirant alii.“ *Swartz l. c.* „Hinc“ addit *Willdenow* „nescimus quâ auctoritate, PETESIA *stipularis* delenda.“

11. R. *umbellulata Swartz*; foliis lanceolato-ovatis acu-

tis subhirsutis, pedunculis axillaribus apice trichotomis, floribus subumbellatis. *Swartz Prodr.* I. *p.* 41. *Fl. Ind. occid.* I. *p.* 367. *Willd. Spec.* I. *p.* 932. PETESIA fruticosa, foliis subvillosis ovatis oppositis, stipulis setâ terminatis, racemis alaribus. *Brown jam. p.* 144. *n.* 3.

Dignoscitur hirsutie, floribus majoribus. Caules lignosi, circiter bipedales, ramis laevibus, compressis, junioribus apice villosis. Folia opposita acuminata integerrima, petiolis brevibus stipulisque connatis villosis acumine longo setaceo. Corymbi solitarii oppositi, foliis breviores, pedunculis compressis villosis tripartitis, umbellulis trifloris, basi bracteis 4 linearibus acutis. Calyces villosissimi, dentibus linearibus; corolla magna, extus pubescens, fusco-flavicans; tubus elongatus, fauce dilatatus; limbi laciniae convexae. Stylus bifidus. Caps. bilocularis, bivalvis, valvulis bifidis, seminibus pluribus, 2 in singulo loco maturescentibus. *Swartz.* *In Jamaicae rupibus petrosis juxta flavios.* ♄.

12. R. *incana Swartz*; foliis ovato-lanceolatis subtus incanis scabris, pedunculis axillaribus simplicibus tritloris. *Swartz Prodr.* I. *p.* 41. *Fl. Ind. occid.* I. *p.* 369. *Willd. Spec.* I. *p.* 933.

Distinctissima habitu, floribus et colore incano. Arbuscula caule recto, 2-3-ped., ramis teretibus scabris; folia opposita reticulata glabra subcoriacea supra lucida; petioli teretes, tomento albo, basi stipulis brevibus truncatis, albidis, ciliatis. Corymbi brevissimi axillares subumbellati, bracteis 2 acutis concavis tomentosis. Calycis laciniae crassae ovatae rigidae albidae sericeae, squamis 5 parvis ad basin germinis, foliolisque 2 ovatis acutis ad basin calycis. Cor. mediocris albida, tubo longitudine calycis, limbi laciniis rigidis ovatis acutis; germen oblongum villosum apice truncatum, stylo bifido, stigmatibus crassis. Caps. oblonga biloculatis apice perforata, valvulis 2 bifidis, seminibus pluribus parvis 2 maturescentibus. *Swartz.* *Rarior in Jamaicae montibus petrosis calcareis.* ♄.

13. R. *hirsuta Swartz*; foliis oblongis acutis hirsutis, pedunculis axillaribus trichotomis laxis, floribus hirsutis. *Swartz Prodr.* I. *p.* 41. *Fl. Ind. occid.* I. *p.* 371. *Willd. Spec.* I. *p.* 933.

Arbuscula 5-6 ped., ramis laxis teretibus subcompressis rudibus, junioribus pubescentibus, folia decussata medio dilatata integerrima subtus pallidiora. Petioli breves rufescentes villosi, stipulis oppositis ovato-lanceolatis latis villosis. Racemi longitudine fere foliorum, solitarii, pedunculis filiformibus villosis, basi bracteis minimis oppositis linearibus acutis, pubescentibus. Cal. villosus, laciniis lanceolatis rectis acutis. Cor. flavicans extus tomentosa, tubo longitudine calycis fauce angustato; limbi laciniae oblongae obtusae reflexae; germen hirsutum; stylus apice bifidus, stigmatibus acutis. Fructus incognitus. *Swartz.* *In fruticetis montium Jamaicae australis.* ♄.

14. R. *hirta Swartz*; foliis oblongis acuminatis hirtis rigidis subtus nervosis, pedunculis axillaribus trichotomis erectis. *Swartz Prodr.* 1. *p.* 41. *Fl. Ind. occid.* 1. *p.* 373. *Ait. Hew.* I. *p.* 227. 2. *ed.* I. *p.* 367. *Willd. Spec.* I. *p.* 933.

Arbuscula parva ramis tetragonis laevibus cinereis, junioribus pilosis; folia decussata integerrima, adultiora rugosa fere glabra, subtus pallidiora; petioli breves villosi, basi stipulis 2 latis acuminatis villosis. Corymbi parvi oppositi foliis breviores, pedunculis villosis. Calycis dentes recti lineares; corolla flava aut rubella subvillosa; tubus calyce duplo longior; limbi laciniae ovatae convexae; stigmata 2 recta conniventia; caps. bilocularis bivalvis, seminibus maturis duobus. *Swartz.* *In fruticetis montosis Jamaicae.* ♄.

Obs. Cls. *Townsend - Aiton* R. *hirtae*, quam distinguit „foliis petiolatis ovato-oblongis acutis pilosis, paniculis trichotomis axillaribus" adscripsit: „Valde affinis *odoratae*, differt vero inflorescentiâ axillari et foliis majoribus, acutioribus, supra non scabris, basi vix cordatis petiolisque longioribus. Tubus corollae huic calyce duplo tantum longior. Stylus extra faucem exsertus. Stigmata erecta conniventia. Cor. e luteo-rufescens." Species hujus sectionis, ait *Persoon Syn.* I. *p.* 204 ulterius examinandae, quarum nonnullae hujus generis haud videntur.

c. *incertae sedis.*

15. R. *Orissensis Roth*; foliis oblongo-ovatis, subacuminatis lanceolatisque, supra subpubescentibus, subtus cinereo-tomentosis, thyrso terminali, denso, floribus alternis, distinctis subpedicellatis. *Roth nov. pl. Spec. MSS.*

Pedunculus infra thyrsum semipedalis maximâ ex parte per intervalla brevia obsessus, rosulis vel racemis e bracteis elongatis, linearibus, angustis, semiuncialibus, tomentosis, dense imbricatis, flore solitario terminatis. Utrum hae rosulae huic speciei communes, vel monstrosa degeneratio sint, determinare nequeo. *H. in Orissa. B. Heyne.*

16. R. *stricta Roth*; foliis oblongo-lanceolatis, utrinque attenuatis, glabris, floribus axillaribus, sessilibus, conglomeratis. *Roth nov. pl. Spec. MSS.* Amaranthoides maderaspat. foliis angustis exadverso binis floribus ad nodos verticillatis. *Pluknet Alm. p.* 27. *Tab.* 132. *fig.* 6. bona!

H. in India orientali. B. Heyne.

17. R. *Heynei*; foliis ovato-lanceolatis, supra pubescentibus, subtus tomentosis glaucis, thyrso terminali densissimo, floribus fasciculatis subsessilibus. Rondeletia *thyrsiflora Roth nov. pl. Spec. MSS.*

Ne confundatur cum R. *thyrsoidea Swartz Fl. Ind. occid.* a. qua

distinctissima ut jam diagnosis docet. *H. in India orientali. B. Heyne.*

Obs. WILLDENOWIAM *Schreberi Gmel. S. V.* 1. *p.* 362. *Schreb. gen. p.* 122. huc ducendam esse facile credimus; sed ad quam speciem ex adductis pertineat, non aeque facile dicemus, nullo addito charactere specifico.

18. R. *disperma Jacq.*; foliis petiolatis ovalibus obtusis. *Jacq. Amer. p.* 59. *Poiret Enc. meth.* VI. *p.* 256.

Arbuscula erecta ramosa saepe 15 ped.; folia basi attenuata integerrima glabra opposita magnitudine valde varia. Racemi compositi axillares laxi trifidi, pedunculis communibus partialibus dichotomis. Flores numerosissimi, leviter odorati, sessiles atque pedunculati, e purpureo albicantes. Capsula pellicula succulenta s. bacca paulatim maturitate exsiccata, et in modum calycis polyphylli abscedens: tuncque valvulae aperiuntur. Si quis distincti generis hanc stirpem esse voluerit, facile patiar. *Jacq.* Anne CANTHIUM potius? *Carthagenae locis rupestribus et sylvaticis; omnium frequentissime in insulis Baru et Tierra Bomba.* ♄

Obs. Non invenimus hanc speciem in *Willdenow* s. *Persoon* receptam, et cum fors distincti a RONDELETIA generis descriptionem floris et fructus ex *Jacquin* l. c. hic suppeditamus. Cal. pentaphyllus germini insidens, deciduus, foliolis lanceolatis planis acutis parvis patentissimis. Cor. hypocrateriformis, tubo cylindraceo longissimo erecto, circa medium ventricoso, limbo 5-fido, laciniis obovatis obtusis planis brevibus patentissimis. Filamenta brevissima. Antherae lineares erectae in ventre tubi. Stylus filiformis, staminibus paulo longior. Stigma bifidum, laciniis linearibus obtusis. Caps. subrotunda, descripta supra bilocul. bivalv., dissepimento valvulis contrario, longitudinaliter diviso. Sem. solitaria, haemisphaerica, striata, leviter umbilicata.

920. GARDENIA.

a. *Inermes.*

1. S. *radicans Thunb.*; foliis lanceolatis (ellipticis), corollis hypocrateriformibus, obtusis, calyce angulato, (laciniis tubo corollae brevioribus) caule radicante. *Willd. Spec.* 1. *p.* 1225. *Lam. Enc. meth.* II. *p.* 607. *Thunb. japon. p.* 109. *t.* 10. *Ejusd. diss. de Garden. n.* 1. *t.* 1. *f.* 1. *Andrews's Reposit.* 491. KUTSJINAS *altera Kaempf. Amoen. fasc.* V. *p.* 808.

Caulis glaber, crassitie calami, circiter pedalis. Rami erecti flexuosi, tuberculati. Folia subsessilia glabra erecta 1-2 poll. Stipulae intrafoliaceae ovatae obtusae membranaceae. Flores terminales solitarii subsessiles. Cal. angulatus glaber, 5-6-partitus, laciniis lanceolatis, verticalibus erectis, tubo dimidio brevioribus. Cor. saepius plena, alba, coriacea, limbi laciniis oblongis obtusis planis. *Thunb.* *In Japonia.* ♄

2. * G. *florida*; foliis ellipticis, corollis hypocrateriformibus, calycis laciniis verticalibus lanceolato-subulatis. (corollae tubum subaequantibus *Lam.*) *Ait. Kew.* I. *p.* 293. *Lam. Enc. meth.* III. *p.* 607. *Willd. Spec.* I. *p.* 1225. *Linn. Spec.* I. *p.* 305. *Thunb. Diss. de Garden. n.* 2. *Lour. Fl. Cochinch.* I. *p.* 183. *Ellis Philos. Transact. Vol.* 51. *p.* 392. *t.* 23. *Ehret pict. t.* 15. JASMINUM *capense Mill. Dict. n.* 7. et *Ic. t.* 180. Cotsjopiri *Rumph Amb.* 7. *p.* 26. *t.* 14. *f.* 2. β. flore pleno.

Praestantissimus flos Adonidum, certans dum *Nandi Ervala. Linn.* Arbuscula 4-6 ped., ramis glabris subnodosis; stipulae solitariae ovato-obtusae; folia opposita, subinde terna, utrinque acuta, subsessilia, 2 poll. cum 1/2; pollicem vel paulo ultra lata. Flores solitarii terminales, albi, subflavicantes, fragrantes, 2 poll. in diametro, corollae lobis subrotundo-ovatis, subcoriaceis, 5-9, totidemque laciniis calycis. Bacca oblonga glabra angulosa 5-6 valvis, intus crocea. *In India orientali, Surate, Amboina et in Prom. b. Spei.* ♄.

Obs. Jasminum zeylanicum folio oblongo, flore albo pleno odoratissimo *Burm. zeyl.* 129. *t.* 59. *Nandi Ercala* major *Rheed. Malab.* 2. *p.* 105. *t.* 54 distinctissima est arbor a GARDENIA, potius NERII aut ECHITIS species, minime GARDENIAE synonyma, quam vivam alo staminibus pistillisque orbam, hinc de genere dubius; certe calyx distinctissimus a GARDENIA. *Linn.* — Licet JASMINUM *capense* dicatur, *Thunberg* tamen non enumerat eandem in *Fl. cap.*

3. G. *grandiflora Lour.*; arborea, foliis lanceolatis, calycis laciniis reflexo-falcatis, baccis oblongis. *Fl. Cochinch.* I. *p.* 182.

Arbor mediocris, ramis tortuosis patentibus. Folia integerrima nitida opposita petiolata. Flos albus magnus solitarius sparsus terminalis et lateralis, gratum odorem exhalans. Cal. oblongus baccatus 6-fidus. Cor. hypocrateriformis, tubo cylindrico longo, limbo 6-partito, lacinlis ovatis, subplanis. Filamenta nulla. Antherae 6 lineares, (raro 5-7) finibus laciniarum medio sui affixae, extremis liberae. Germen oblongum, stylus clavatus aequalis tubo. Stigma ovatum magnum solidum bifidum. Bacca calycina utrinque subacuta hexagona pulpâ rubrâ, seminibus plurimis orbiculatis nidulantibus, cortice tenui glabro luteo. *Lour.* *In Cochinchina ad fluvios.* ♄.

Obs. Videtur cum G. *florida* confusa, quae ad mentem *Loureiri* fruticosa, foliis ovatis acuminatis, flore multiplicato, calycis laciniis rectis, baccis ovatis. Haec fruticem tantum sistit 5-pedalem ramosissimum, foliis oppositis sparsisque parvis, petiolis brevibus, floribus semper multiplicatis, ordinibus binis ternis, laciniis singuli ordinis plerumque 6, raro 6-7-8, staminibus totidem. Bacca duplo minor quam in *grandiflora*, semper unilocularis.

4. G. *longiflora Ruiz* et *Pav.*; foliis lanceolatis; corollis longissimis, hirsutis, acutis: baccâ cylindricâ. *Fl. pe-*

ruv. II. *p.* 67. *t.* 219. *f.* a. *Poiret Enc. meth. Suppl.* II. *p.* 707.

Caules recti ramosissimi 10-12 ped.; rami longissimi patentes, juniores breves tetragoni; folia subpetiolata oblongo-lanceolata acuta 2 poll., glabra, supra nitidula, subtus hirsutula; stipulae subulatae deciduae rufescentes; flos unicus terminalis sessilis; calyx vix pollicaris villosus; cor. villosissima extus, alba, tubo filiformi longissimo, fauce villoso, limbo patentissimo, laciniis sesquipollicaribus; baccae magnae flavicantes striis 10 fuscis longitudinalibus, pulpâ dulci, eduli. *In memoribus imis calidis circa Pozuzo Andiam Peruviae.* ♄.

5. G. *macrantha*; foliis oblongis, corollis infundibuliformibus, limbo revoluto. GARDENIA *longiflora Hort. Kew. ed.* 2. I. *p.* 368. RANDIA *longiflora Salisb. paradis. p.* 93.

Nomen mutandum ob antiquiorem G. *longifloram Flor. peruv.* *In Sierra Leone. Introducta a D. Banks.* ♄.

6. * G. *Thunbergia*; foliis ellipticis, corollis hypocrateriformibus, calycibus latere rumpentibus. laciniis apice dilatatis. *Ait. Kew.* I. *p.* 294. *Willd. Spec.* I. *p.* 1226. *Linn. Suppl.* I. *p.* 162. *Thunb. Prodr.* I. *p.* 41. *Diss. de Garden. n.* 3. *Fl. Capens.* II. *p.* 74. *Bot. Mag. p.* 1004. *Thompsons bot. displ. p.* 10. GARDENIA *crassicaulis Salisb. paradis. p.* 46. GARDENIA *verticillata Lam. Enc. meth.* II. *p.* 607. THUNBERGIA *capensis Mont in Act. Holm.* 1773. *p.* 288. *t.* 11. CAQUEPIRIA *Bergkia Gmel. Syst. Veg.* I. *p.* 651. et BERGKIAS *Sonnerat it. nov. guin. p.* 48. *t.* 17. 18. (utraque fide *Willd. l. c.*)

Caulis orgyalis ramosissimus, ramis oppositis teretibus glabris crassiusculis ramulosis. Folia petiolata verticillata 3-4; inaequalia, ovata, acuminata, integerrima, basi attenuata glabra oblique striata, poris secretoriis pilosis in axillis nervorum paginae inferioris. Stipulae interfoliaceae obtusae. Flores terminales solitarii sessiles erecti longi albi suaveolentes, numero partium variantes a 5-10. Cal. infundibuliformis longus apice truncatus, infra marginem appendiculatus laciniis cucullatis, petiolo attenuato curvo. Corollae tubus cylindricus longus, limbo plano 10-partito, laciniis ovatis altero latere incumbentibus. Filamenta nulla. Antherae 9-10 latere affixae ori corollae, apice exsertae. Germen planum coronatum tuberculis nectariferis. Stylus clavatus tubo longior. Stigma oblique truncatum quinquesulcatum, sulcis reflexis emarginatis. Bacca oblonga quadrilocularis. Semina plurima lenticularia imbricata. *Linn. Suppl.* *In Promont. b. Spei prope van Stades rivier et alibi rarius; in Manilla.* ♄.

Obs. *Thunberg* in amplissima descriptione (in *Fl. Cap. l. c.* et *diss.*) caulem dicit biorgyalem; ramos alternos rudimentis foliorum annulatos, cinereos; folia utrinque acuminata concava subundulata parallele nervosa,

patentia, internodiis longiora, 2 poll. et ultra; petiolos breves subtus callosos. lineam longos; stipulas membranaceas; calycem apice oblique dehisbentem coronatum foliolis 4-6 petiolatis cucullatis, intus villosum melleque madidum, tubo corollae triplo breviorem. Cor. coriaceam tubulosam, tubum parum incurvatum, obsolete striatum, palmarem; limbum 7-9 (raro 8-10-) partitum, laciniis obtusis margine reflexis patentibus pollicaribus; os tubi villosum sulcatum; antheras 7, 8, 10, saepissime 9, sempet plures quam 5; stylum inferne glabrum, superne villosum, tubo corollae longiorem; stigma raro sulcis 4; baccam ovatam subrugosam glabram virentem, dein albidam, unilocularem, quinquevalvem polyspermam magnitudine ovi gallinacei, per annos persistentem lignosam duram nec deciduam, pulpâ vix ullâ; ingrate spirare florem Daturae. Reliqua conveniunt. — *Persoon Synops.* I. *p.* 193. *n.* 5 dubitat de genere. Alii BERGKAS *Sonnerat* propriam esse speciem, quam *verticillatam* dicunt. G. *Pandacaqui Sonnerat* l. c. t. 19., quae *Gmelinio S. V.* I. *p.* 434. G. *Pandacacki*, est TABERNAEMONTANA fide *Poiret.*

7. G. *coronaria Buchan.*; inermis, foliis obovato-ellipticis, stipulis vaginantibus, apice scariosis, laciniis calycinis apice obtusis, corollinis obtusis venosis, obliquis. *Buchanan in itin. ad avam M. Symes.*

Fructum nucem esse *Buchanan.* Maxime affinis G. *Thunbergiae*, quae vero foliis utrinque acuminatis, laciniis calycinis cucullatis, stiptulis obtusis herbaceis. *In Ava?*

8. G. *latifolia Ait.*; foliis obovato-subrotundis, corollis hypocrateriformibus laciniis calycinis subulatis obtuse carinatis. *Ait. Kew.* I. *p.* 294. *Willd. Spec.* I. *p.* 1226. *Plants of Corom.* II. *p.* 18. *t.* 134.

Arbuscula ramis suberectis, cortice laevi cinereo. Folia opposita l. ternata, subsessilia, stipulis inserta, obovata, integra, viridi nitentia subtus albida, paralelle nervosa, 6-12 poll. Stipulae annulares, intrafoliaceae. Flores 1, 2, 3, 4 in apice ramulorum, maximi, fragrantes, mane aperti, albidi, vespere demum flavicantes; pedunculi breves uniflori. Calyx irregulariter divisus. Corollae tubus longus cylindricus, fauce nudus, limbo patente, 7-11 partito laciniis oblique oblongis. Filamenta nulla. Antherae segmentis limbi numero acquales, lineares, tubo ad dimidium immersae, supra exsertae. Bacca ovi parvi magnitudine, colore cinereo et viridi lutescente, scabriuscula, unilocularis polysperma. Speciosa floribus pulcherrimis et foliis nitentibus. *Caaringua Teling.* *Habitat in petrosis nudis Circarsiens. et Carnatic.*

9. G. *clusiaefolia Jacq.*; caule erecto, foliis obovatis emarginatis, paniculâ terminali, laciniis corollae cuspidatis. *Willd. Spec.* I. *p.* 1227. *Jacq. collect. app. p.* 37. *t.* 4. *f.* 3. *Catesby Carol.* I. *t.* 59.

Arbuscula 5 ped., caulibus rectis, superne ramosis, ramis cinereis. Folia subpetiolata glabra coriacea integerrima basi attenuata

6 poll.; stipulae latae sessiles triangulares acutae; pedunculi recti terminales ramosi. Flores odoratissimi, cor. coriacea, tubo pallide viridi, longitudine laciniarum, quae lanceolatae, acutae, albidae, apice flavicantes. Antherae sessiles acuminatae. Bacca magna, ovata, seminibus planis rotundatis. *In insulis Bahamensibus.* ♄.

10. G. *parviflora Poiret;* foliis ovatis acuminatis supra lucidis, floribus minimis axillaribus racemosis. *Poiret Enc. meth. Suppl.* II. *p.* 708.

Rami glabri cinerei; folia petiolata integerrima coriacea subtus pallida, 4 poll., 2 lata. Flores CHIOCOCCAE, racemis vix pollicaribus, glaberrimis. Cor. albida. Fructus globosi, magnitudine pisi. *Poiret* ad *Herb. Desfont.* *In Indiis orientalibus.* ♄.

11. * G. *gummifera;* foliis oblongis obtusis hirtis; stipulis subulatis, laciniis calycinis ovatis brevissimis tubo recto. *Linn. Suppl.* I. *p.* 164. *Willd. Spec.* I. *p.* 1227. *Thunb. Diss. de Gard. n.* 4. *t.* 2. *f.* 3. (male G. *inermis* dicta in *Dietr. Lex.* IV. *p.* 285.)

Refert G. *floridam* magnitudine et figurâ limbi corollae. Cal. brevissimus quinquedentatus hirtus. Tubus longior quam in G. *florida*, magis filiformis, et pilis tenuioribus tectus. E rimis corticis et foliis sudat Gummi-resina simillima Gummi Elemi. *Linn. l. c.* Corollae limbus obtusus planus, 5-9-partitus. Stigma incrassatum, bipartitum. Bacca sicca, 2-4-locularis. Semina depresso-plana, imposita serie duplici. *Thunb. In Zeylona.* ♄. *Hönig.*

Obs. Cls. *Roth nov. pl. Spec. MS.* monet secundum specimen a venerab. *Heyne* acceptum G. *arborcam Roxb.* ab hac non videri diversam.

12. G. *resinifera Roth;* inermis, foliis oblongo-ovatis, acutis, scabriusculis, stipulis membranaceis, obtusis, breviter mucronatis, laciniis calycinis lineari-setaceis, longitudine germinis subtetragoni. *Roth nov. pl. Spec. MSS.*

Stipulae obtusae, cum mucrone brevi, nec ut in antecedente subulatae. Calycis laciniae lineari-setaceae, calyce ipso triplo saltem longiores, nec ut in G. *gummifera* ovatae, brevissimae, hirtae. *H. in India orientali.* B. *Heyne.*

13. * G. *Mussaenda;* foliis ovatis acutis, stipulis mucronatis, laciniis calycinis subulatis compressis, tubo (corollae longissimae) incurvato, (externe) hirto. *Linn. Suppl.* I. *p.* 163. *Willd. Spec.* I. *p.* 1227. *Thunb. Diss. de Gard. n.* 5. *Lam. Enc. meth.* II. *p.* 607. *Meyer Fl. Essequebo p.* 128. MUSSAENDA *formosa Linn. Mant. p.* 45. *Jacq. Amer. p.* 70. *t.* 48. *pict. t.* 70.

Frutex ramis teretibus hirtis. Folia opposita brevissime petiolata pollicaria glabra. Stipulae interfoliaceae solitariae basi dilatatae subulatae. Flores axillares et terminales ramulorum bre-

vissimorum solitarii sessiles. Cal. campanulatus 5-partitus hirtus, laciniis erectis, sinubus rotundatis. Cor. alba. Tubus elongatus filiformis basi sursum curvus, postea rectus. Limbus 5-partitus, tubo dimidio brevior planus, laciniis ovatis acuminatis carnosis. Filamenta nulla. Antherae 5 sessiles supra faucem oblongae erectae. Stylus filiformis. Stigma crassiusculum bipartitum, laciniis revolutis. Bacca ovalis bilocularis cortice lignoso. Semina plura ovalia depresso plana in quovis loculamento per series binas, alterum semen alteri impositum. *Linn. l. c.* Pulpa nigra lubrica acida. *Thunb.* *In sylvis Carthagenae.* ♄.

Obs. Descriptio *Jacquini* haud paucis discrepat. Frutex debilis 6 ped., ramis glabris. Folia lanceolata et obovata, levissime hirsuta, plerumque quaterna. Flos 4-6 poll., noctu suaveolens. Cal. semiquinquefidus; laciniae corollae interne candidissimae, extus semiviridis. Bacca 10-striata, intus pulpâ CASSIAE *Fistulae* acmula. Etiam cl. *Meyer* l. c. monet folia in suo specimine omnia duplo et ultra breviora esse, ovata, acuta, basi attenuata, 10-14 lin., 6-7 lin. lata. Flores minores, quam in icone *Jacquini*, 2 1/2 poll., tubo basi subincurvo, hirto; antheras superiore tantum parte exsertas; stylum glabrum, infra stigma parum incrassatum et ibi villosum superare paulum tubum; stigma bipartitum, lobis crassiusculis oblongis subacutis glabris.

14. G. *madagascariensis Lam*; foliis ovatis utrinque glabris, floribus axillaribus (subsessilibus et) sessilibus solitariis longe tubulosis externe tomentosis. *Lam. Enc. meth.* II. *p.* 608.

Affinis G. *Massaendae*, sed folia latiora et limbi laciniae angustiores, obtusae. Rami lignosi, glabri, gemmâ terminali acutâ. Folia opposita petiolata acuta coriacea, 3 poll., 1-2 poll. lata. Stipulae fere lanceolatae. Flores 3 poll., et ultra. Cal. brevis glaber; dentibus 5 obtusis; corollae laciniae limbi oblongae obtusae, parum patentes. Antherae lineares. *Lam.* *In Madagascar. Commerson.*

15. * G. *Rothmannia*; foliis oblongis, stipulis subulatis, laciniis calycinis subulatis teretibus longitudine, (corollae subcampanulatae) tubo glabro ampliato brevi. *Linn. Suppl.* I. *p.* 165. *Willd. Spec* I. *p.* 1229. *Thunb. Diss. de Gard. n.* 6. *Fl. Capens.* II. *p.* 76. *Sims's bot. Mag.* 690. ROTHMANNIA *capensis Thunb. Act. Holm.* 1776. *p.* 65. *f.* 2.

Lignum durissimum. Flores albi suaveolentes inprimis nocte. *Linn.* Caulis arboreus erectus ramosus 1 1/2 org. Rami ramulique oppositi subangulati striati scabri erecti ferruginei. Folia opposita brevissime petiolata oblonga acuta integra nervosa glabra supra lacte viridia, subtus pallidiora semperviren-tia, subtus glandulis pilosis in axillis nervorum, digitalia. Stipulae intrafoliaceae breves. Flores in ramulis terminales solitarii sessiles. Calyx cylindricus, obsolete pentagonus, erectus glaber, intus pilosus, corollâ brevior triplo, 5-partitus, laci-

niis filiformibus semiunguicularibus. Cor. extus albido-flavescens, intus triste flava maculis purpureis; limbus 5-partitus, laciniis ovatis acuminatis reflexis unguicularibus. Antherae 5, rarius 6 cum calyce corollâque sexfidis. Germen convexiusculum inaequaele angulatum glabrum. Stylus filiformis sensim incrassatus albus longitudine fere corollae. Bacca ovata carnosa, costis circiter 12 obsoletis, angulata, glabra, bivalvis, unilocularis, polysperma, pulposa magnitudine Pyri minoris, matura nigra, altero latere sicca dehiscens decidua, pulpâ fuscâ molli instar Tamarindorum. Semina lentiformia imbricata brunneâ in singula plica solitaria. *Thunb.* *In Promont. b. Spei sylva Grootvadersbosch et juxta flvium Zonder End.* ħ.

16. G. *pubescens Roth*; inermis, foliis subrotundo-ovalibus, utrinque acuminatis, integerrimis: junioribus subtus cum ramis annotinis fusco-tomentosis, corymbis axillaribus, dichotomis, divaricatis, corollâ tomentosâ. *Roth nov. pl. Spec. MSS.*

Calyx cum Germine vix pubescens. Corolla magnitudine RHAMNI *Frangula* extus fusco-tomentosa. *H. in India orientali.* B. *Heyne.*

b. *Spinosae*

17. G. *uliginosa Retz*; ramis cicatrisatis apice bispinosis, foliis oblongo-ovatis obtusis, fauce corollae villosâ. *Willd. Spec.* I. *p.* 1228. *Retz obs.* II. *p.* 14. *Plants of Corom.* II. *p.* 19. *t.* 135.

Arbuscula rigidissima, ramosa, cortice fusco ferrugineo-scabroso. Rami erecti, tetragoni, ramulis crebris brevibus teretibus, rigidis, divergentibus, decussatis. Spinae 3-4 ad apices ramulorum. Folia opposita in surculis s. fasciculata in summitate ramulorum, oblonga, glabra, lucida, 2-3 poll. Stipulae intrafoliacae. Flores 1, 2, 3 ad apices ramulorum pedunculati, magni, albi, fragrantes. Calyx tubulosus, obtuse 5-dentatus. Corollae faux villo albo clausa; limbus planus, 5-8-fidus, segmentis orbicularibus. Fructus ovatus magn. nucis moschatae. *Hab. in locis depressis, ad ripas flaviorum etc.* Floret toto anno.

18. G. *armata Swartz*; spinis ramulorum terminalibus quaternis, laciniis calycinis linearibus cuneiformibus, floribus (sessilibus) aggregatis. *Swartz obs. p.* 81. *Prodr.* I. *p.* 51. *Fl. ind. occid.* I. *p.* 524. *Willd. Spec.* I. *p.* 1229. G. *tetracantha Lam. Enc. meth.* T. II. *p.* 609. (fide *Poiret Enc. meth. Suppl.* II. *p.* 829.) MUSSAENDA *spinosa Linn. Mant. p.* 45. *Jacq. Amer. p.* 70. *t.* 49. *pict. t.* 71.

Maxime affinis GARDENIAE *uliginosae*, sed differt: foliis membra-

naceis acutis, calyce ad basin fere 5-partito, laciniis lineari-cuneiformibus, tubo corollae longo, laciniis acutis. *Swartz.* Arbuscula 10-ped., ramis teretibus, glabris, lentis. Folia subovata, utrinque attenuata, interdum rugosa, utrinque subhirsuta. Flores 1/2 poll., aut 1 1/2 poll., odore suavissimo pollentes, terminales quaterni. Cal. profunde 5-fidus, glabriusculus, laciniis figurâ et proportione variis. Cor. candida, laciniis tubo triplo duplove brevioribus. Stylus longitudine varius, stigmate nunc globoso didymo, nunc in lacinias oblongas bipartito. Bacca non striata, pulpâ ut in G. *Mussaenda.* *In Martinicae et Carthagenae sylvis.* ♄.

19. G. *micrantha Thunb.*; foliis ellipticis utrinque acutis, spinis longioribus, floribus sessilibus, corollis glabris. *Willd. Spec.* I. *p.* 1230. *Thunb. Diss. de Gard. n.* 8. *t.* 1. *f.* 2.

Clo. *Lamarck Enc. meth.* II. *p.* 609 videtur CANTHIUM *parviflorum* β. Caulis fruticosus ramosus. Rami teretes villosi parum ramulosi spinosi. Spinae suprafoliaceae oppositae acutae ereeto-patentes, semiunguiculares. Folia e gemmis infra spinas opposita petiolata ovata integra glabra nervosa patentia unguicularia. Petioli lineam longi. Flores axillares 2-3, magnitudine seminis Oryzae, ante explicationem medio angustati. Cal. truncatus, 5-dentatus, glaber, corollâ multo brevior. Cor. subcampanulata, laciniis ovatis acutis reflexis. Stylus capillaris albus longitudine corollae. Stigma globosum. *Thunb.* *In China et Zeylona.* ♄.

Obs. Cls. *Persoon* hanc speciem, cum? licet, duxit ad RANDIAM *parviflorum Lam.*

20. G. *scandens Thunb*; spinis foliis brevioribus rectis, caule scandente, foliis ovatis, pedunculis axillaribus solitariis. *Willd. Spec.* I. *p.* 1230. *Thunb. Diss. de Gard. n.* 9. *t.* 2. *f.* 5. G. *jasminoides Retz obs.* II. *p.* 14.

Clo. *Lamarck* videtur RANDIA in *Enc. meth.* II. *p.* 609. Rami teretes glabri cinerei, spinis supra foliaceis, decussatim oppositis, semiunguicularibus. Folia e gemmis infra spinas petiolata obtusiuscula glabra patentia inaequalia unguicularia, petiolis brevissimis, stipulis setaceis. Pedunculus filiformis uniflorus glaber semiunguicularis. Cal. glaber, tubo corollae quadruplo brevior, laciniis lanceolatis erectis. Cor. infundibuliformis alba glabra, tubo cylindrico recto unguiculari, limbi 5-partiti laciniis lanceolatis patentibus. Stylus longitudine tubi, stigmate clavato. *Thunb.* *In China.* ♄.

21. G. *fragrans Roxb.*; G. spinosa, spinis rectis, folio oblongo obovato brevioribus, pedunculis aggregatis axillaribus. *Relign. Willd. MS.* (*Herb. Klein.*) spinis foliis oblongis obtusis multo brevioribus, floribus confertis terminalibus axillaribusque. *Plants of Corom.* II. *p.* 19. *t.* 137.

G. spinis supraaxillaribus rectis, foliis oblongo-ovalibus glabris subaveniis, brevioribus, pedunculis axillaribus fasciculatis. *Roth nov. pl. Spec. MS.*

Frutex ramosissimus rigidus. — Spinae ramis oppositae s. infraaxillares s. stipulares, plerumque geminae, subulatae. Folia 2-3 poll., utrinque glabra. Flores in umbellulis simplicibus ad apices s. ad tubercula parva ramulorum conferti, parvi, albi, fragrantes. Calyx quinquedentatus. Corollae faux hirsuta; limbus quinquefidus, segmentis acutis. Bacca Cerasi parvi magnitudine, rubra. Semina 8-12 reniformia aurantiaca. *Incolit loca sterilia. Floret mens. pluviosis. Pedally* nomen *Teling.*

Obs. cls. *Roth* ad specimen suum, quod e collectione *Heyneana* possidet, adscripsit: pedunculi 2-3-flori; pedicelli filiformes glabri uniflori; bracteae ovato-lanceolatae. Flores magnitudine florum LIGUSTRI *vulgaris.*

22. G. *volubilis Lour.*; caule volubili, pedunculis multifloris. *Fl. Cochinch.* I. *p.* 184.

Fruticosa, caule longo. Folia lanceolata acumine longo integerrima glabra opposita, petiolis brevibus. Flos pallidus axillaris, pedunculis longis subdivisis. Cal. baccatus 5-fidus, laciniis acutis erectis. Cor. infundibuliformis, tubo medio incrassato, ibi stamina 5 sustinens; limbus patens, 5-partitus, laciniis longis repandis. Stylus supra medium vaginatus stigmate crasso verrucoso colorato, inde egrediens, in subulatum desinens. Bacca parva subrotunda, bilocularis, seminibus paucis rotundis. *Lour.* *Extra suburbia Cantonensia.* ♄.

23. G. *stipularis Willd.*; spinis setaceis, foliis ellipticis utrinque acutis brevioribus, calycinis laciniis obtusis germineque glabris. *Willd. Act. Am. nat. cur. Berol.* IV. *p.* 182.

Frutex. Spinae brevissimae; folia *spinosae*, corollae tubus vero gracilior et duplo longior; flores solitarii, sessiles, terminales. *Rottler.* — An hujus generis? *In India orientali.* ♄.

24. G. *hexandra Humb.* et *Bonpl.*; inermis; foliis obovatis subtus pubescentibus, floribus subhexandris, corollis utrinque hirsutis, tubo abbreviato. *Reliqu. Willd. MS.*

In America merid. ♄. *Humb.* et *Bonpl.*

25. G. *fagifolia Humb.* et *Bonpl.*; spinosa, spinis ramulorum quaternis terminalibus, floribus solitariis, foliis subrotundis ovatis acutangulis subtus pubescentibus rigidis plicato-venosis. *Reliqu. Willd. MS.*

In America merid. ♄. *Humb.* et *Bonpl.*

26. G. *Humboldtiana*; spinosa, spinis ramulorum quaternis, laciniis calycinis lanceolatis acuminatis, floribus soli-

tariis, foliis subrotundo-ovatis acutis subtus pubescentibus membranaceis. G. *tetracantha Reliqu. Willd. MS.*

Nomen mutandum erat, cum etiam *fagifolia* tetracantha; ut *armata*, quae jam olim etiam *tetracantha* dicta. *In America merid.* ♄ *Humb.* et *Bonpl.*

27. G. *patula Horsfield;* spinosa, spinis uncinatis petiolo brevioribus, foliis ovatis acutis corymbis axillaribus. *Reliqu. Willd. MS.*

In Java. ♄ *Horsfield.*

921. GENIPA.

1. G. *oblongifolia Ruiz* et *Pav.;* foliis oblongo-ovatis subsessilibus, racemis terminalibus. *Fl. peruv.* II. *p.* 67. *t.* 220. *f.* a. GARDENIA *oblongifolia Dietr. Gart. Lex.* IV. *p.* 287.

Arbor 20 ped., ligno roseo; rami cicatricibus annularibus e stipulis deciduis; folia 9-10 poll., undulata obtusa integerrima, subcoriacea, supra lucida, margine subrevoluta, subtus ad nervos subpubescentia. Stipulae petiolis longiores ovatae acutissimae. Cal. tubulosus, laciniis parvis obtusis; cor. flava; tubus villosus vix calyce longior; limbi laciniae oblongae patentes obtusae. Bacca mali persici magnitudine (cujus pulpâ et seminibus Indi colore nigro persistente faciem manusque imbuunt) biiocularis. *In Peravianorum Andium nemoribus imis calidis.* ♄

2. * G. *americana;* foliis oblongo-lanceolatis, pedunculis axillaribus multifloris, corollis hypocrateriformibus tubo abbreviato. GARDENIA *Genipa Swartz obs.* 84. *Willd. Spec.* I. *p.* 1228. *Poiret Enc. meth. Suppl.* II. *p.* 708. GENIPA *americana Linn. Spec.* I. *p.* 251. *Lam. Enc. meth.* II. *p.* 629. *Pers. Syn.* I. *p.* 198. *n.* 2. *Plum. Spec.* I. *p.* 20. *Ic.* 136. Janipaba *Marcgraf. bras. p.* 92. *Pis. bras. p.* 158. Junipa *Rochefort Hist.* des Antilles *p.* 52.

Arbor sat magna, trunco recto crasso, cymâ amplâ patente, cortice cinereo rugoso, ramis protensis, ramulis verticillatis. Folia integerrima subsessilia opposita apice congesta fere pedalia, 3 poll. lata glabra. Pedunculi breves; flores, primum albi, demum flavicantes, 1 1/2 poll. in diametro, fragrantes. Antherae non conniventes. Baccae albo-virentes, magnitudine Aurantii, cortice carnoso, pulpâ acidulâ eduli, succo atro-violaceo, extus pubescentes. *Lam.* *In America meridion.* ♄

3. G. *Merianae Rich.;* tota hirsuta, foliis oblongo-obovatis, floribus in summitate congestis, fructu depresso globoso. *Rich. Act. Soc. nat. paris. p.* 107. *Poiret Enc. meth. Suppl.* II. *p.* 708. DUROIA *Eriopila Linn. Suppl. p.* 30 et 209. (fide *Richard*) *Merian Surinam t.* 43.

Affinis GUETTARDAE *coccineae*; rami crassi inaequales apice villosi; folia opposita numerosa in cymis terminalibus, obtusiuscula, integerrima nervosa pubescentia, subtus reticulata, 7 fere pollicum; petioli villosi brevissimi. Flores albi sessiles similes J. *Sambac*. Cal. cylindricus, truncatus, brevissimus, corollae tubus cylindricus laciniis 6 ovatis patentibus, longitudine tubi. Antherae 6 in fauce sessiles. Stylus filiformis longitudine tubi, stigmatibus 2. Bacca globosa magnitudine pugni, umbilicata hirsuta, seminibus numerosis ovatis planis, serie duplici in pulpâ grata. *Marmolade dooses boom.* *In Cayenna.* ♄.

4. G. *edulis Richard*; glaberrima, foliis oblongis, floribus in summitate congestis plurimumque quadrifidis, fructu globoso laevi. *Richard l. c.* *Poiret Enc. meth. Suppl.* II. *p.* 708. (qui inter species dubias).

Cum priore. ♄.

5. G. *buffalina Lour.*; foliis fasciculatis ovatis glabris, floribus sparsis. *Fl. Cochinch.* I. *p.* 184.

Arbor 9-ped., ramis patentibus, aculeis longis rectis oppositis. Folia integerrima plana dura, petiolo communi brevi, proprio subnullo. Flores albi, calyce baccato 5-fido, laciniis rotundatis planis. Cor. rotata, limbo planó 5-fido Bacca subrotunda exsucca coronata, diametri pollicaris, fusco-lutea. Filamenta vix ulla. Antherae oblongae. Stigma ovatum bifidum. *Lour.* *In Cochinchina.*

Obs. An GARDENIA *spinosa Thunb. Diss. t. 2. f. 4?* Sed de calyce piloso et corolla hirsuta nil dixit *Loureiro.*

6. G. *esculenta Lour.*; foliis fasciculatis ovatis pilosis, floribus congestis. *Lour. Fl. Cochinch.* I. *p.* 185.

Arbor parva, caule rectissimo, simplicissimo 6-ped.; folia integerrima parva fasciculis oppositis. Aculei longi recti oppositi. Flos albo-viridis lateralis polynatus. (?) Cor. rotata, 5-fida, laciniis oblongis acuminatis. Cal. baccatus, acute 5-fidus. Stigma oblongum emarginatum. Bacca subrotunda, Ceraso aequalis, edulis, unilocularis. Antherae 5 lineares sessiles. *Lour.* *In Cochinchina.* ♄.

7. G. *flava Lour.*; foliis lato-lanceolatis, flore solitario terminali. *Fl. Cochinch.* I. *p.* 185.

Frutex erectus 5-pedalis ramosissimus, aculeis sparsis paucis rectis. Folia integerrima glabra opposita. Cor. lutea rotata 5-fida crassa subpilosa, staminibus 5 brevibus, stigmate subrotundo magno angulato sessili. Pericarpium? *Cantone Sinarum.* ♄.

922. STYLOCORYNA.

S *racemosa Cav.*; caule arboreo, foliis oppositis ovato-lanceolatis, floribus racemosis. *Cavan. Ic.* I. 368.

Caulis lignosus, 12 ped. et ultra, cymâ amplâ patente, cortice glabro cinereo; folia petiolata glabra integerrima acuminata, 3-4 poll.; petioli vix 1/2 poll., subconniventes; racemi axillares solitarii; rami dichotomi basi bracteis parvis oppositis. Cal. brevis, glaber. Cor. ochroleuca, tubo calyce parum longior, limbi laciniis ovatis obtusis basi pilis albis. Bacca glabra sphaerica carnosa, seminibus angulatis duris. — *In insulis Philippicis.* ♄.

923. RANDIA.

1. R. *obovata Ruiz* et *Pav.*; spinis oppositis, foliis obovatis acutis. *Fl. peruv.* II. *p.* 68. *t.* 220. *f.* b. GARDENIA *obovata Dietr. Gärtn. Lex. Suppl.* III. *p.* 442.

Arbuscula 6 ped., subramosa, ramis floriferis spinosis, reliquis inermibus, patentibus, subtetragonis; spinae axillares; folia opposita, subpetiolata, approximata, acuminata, integerrima, pubescentia, 4-5 poll.; stipulae subulatae, membranaceae, basi adhaerentes, petiolis longiores; flores sessiles solitarii axillares. Bracteae 7 sub singulo flore, acutae, membranaceae, imbricatae. Cor alba, calyce duplo longior. Bacca pubescens, flavocinerea. *In Peruviae Andium praeruptis calidis.* ♄.

2. R. *rotundifolia Ruiz* et *Pav.*; spinis ramisque subverticillatis, foliis subrotundis ovatisque rugosis. *Fl. peruv. l. c.* G. *rotundifolia Dietr. Gärtn. Lex. Suppl.* III. *p.* 442.

Arbuscula 6- ped., ramis subquaternis, spinis rigidis; folia quaterna rigida integerrima utrinque pubescentia parva, subsessilia. Stipulae ovatae, acutae, intrafoliaceae, membranaceae, fulvae. Flores sessiles solitarii in centro foliorum. Cor. alba calyce duplo longior. Bacca flavescens, unilocularis, magnitudine Avellanae, seminibus pluribus ovatis compressis pulpâ nigrâ involutis. *In Peruviae nemoribus.* ♄.

3. * R. *aculeata*; spinis ramulorum terminalibus binis, foliis ovatis subrotundis, corollis hypocrateriformibus. GARDENIA *Randia Swartz Prodr.* I. *p.* 52. *Fl. ind. occid.* I. *p.* 526. *Willd. Spec.* I. *p.* 1230. RANDIA *aculeata Linn. Spec.* I. *p.* 214. RANDIA *latifolia* foliis spathulato-ovalibus, spinis in apice foliis multo brevioribus. *Lam. Enc. meth.* III. *p.* 24. *Illustr. t.* 156. *f.* 1. *Pers. Syn.* I. *p.* 199. GARDENIA *aculeata Ait. Kew.* I. *p.* 295. *Brown jam. p.* 143. *t.* 8. *f.* 1. *Sloane jam. p.* 171. *Hist.* II. *t.* 2. *f.* 4. *Plukn. Alm. p.* 234. *t.* 97. *f.* 6. *Lamarck* citat *f.* 5. cum synonymo adducto *Brown*, et addit: Anonymos aculeata *Plum. MS.* 5. *t.* 116. *Surian Herb. n.* 727. β. *mitis*; foliis subovalibus. *Swartz Fl. ind. occid.* I. *p.* 528. RANDIA *mitis Linn. Spec.* I. *p.* 213. *Sloane jam. p.* 135. *Hist.* II. *p.* 18. *t.* 161. *f.* 1. R. *latifolia* β. bac-

cis subpedunculatis tomentosis et lutescentibus. *Lam.* l. c. et, hoc teste, praeter laudatum *Sloane*, anonymos *Plum. MS.* 5. *t.* 115. Melanacrodryon *Plukn. p.* 246. *t.* 205. *f.* 4.

Arbuscula sempervirens subspinosa 10-12 ped., crassitie subinde brachii, cortice rufescente inaequali; rami oppositi glabri, superne foliosi; minimi spinis oppositis rectis 3-4 lin., saepius ad apicem solitariis. Folia opposita, integerrima, in petiolum attenuata, utrinque laevia, lucida, spinis multo majora, 2-3-poll., 1 1/2 poll. lata. Flores sessiles in *α*, subsessiles in *β*. Baccae ovatae globosae magnitudine Cerasi, albidae vel flavicantes extus, pulpâ nigrâ, seminibus complanatis. *Lam.* Bacca immatura bilocularis, matura dissepimento adhuc tenuissimo. *Swartz.* *β*. Species videtur clo. *Persoon*, et videretur etiam clo. *Lamarck*, si fructus, qui specimini, quod ex *Herb.* de *Jussieu* coram habuit, deerat, reverâ talis, qualis exhibetur in icone *Plumieri*; caeterum *α*. nullo charactero solido distinctum. Synonyma *β*. esse dubia ex *Sloane et Ray* jam in *Syst. Veg.* monitum. *In fruticetis aridis Jamaicae, Martinicae, Vera Cruz.* ♄.

4. R. *parvifolia Lam.*; foliis obovatis fasciculatis, spinis subbrevioribus. *Lam. Enc. meth.* III. *p.* 25. *Illustr. t.* 156. *f.* 2. GARDENIA *parvifolia Dietr. Suppl. Gärtn. Lex.* III. *p.* 441. *Sloane Hist.* II. *p.* 100. *t.* 207. *f.* 1.

Aculeatâ spinosior; lignum durissimum; rami glabri, spinosi per totam ramorum longitudinem spinis oppositis rectis 5 circiter linearum, protensis demum in ramulos breves 2-3 paribus spinarum vestitos. Folia parva opposita, fasciculata, terna quaterna in ramis annosis, buxiformia, basi in petiolum attenuata, lucida, 4-6 lin. Baccae sessiles laterales globulosae, *aculeatâ* duplo minores. *In Jamaica, St. Domingo.* ♄.

5. R. *malabarica Lam.*; spinis rectis foliis brevioribus, floribus lateralibus pedunculatis umbellato-cymosis. *Lam. Enc. meth.* III. *p.* 25.

Arbuscula 12 ped., trunco gracili, albido, apice ramosissimo, ramis teretibus glabris cinerascentibus, foliosis, et per totam saepe longitudinem spinosis; folia in ramis junioribus ovata, oblongo-ovata in annosioribus, basi fere in petiolum attenuatis, integerrimis, utrinque glabris, supra lucidis et e viridi-fuscescentibus, subtus pallidioribus, 2 poll., 8-9 lin. lata. Spinae oppositae rigidae. Flores 8-12, foliis parum longiores, folio sub floribus deciduo. Pedunculi basi bracteis brevibus ovatis acutis connatis stipulaceis. Calyces glabri breves. Corollae purpureae fragrantis tubus lineâ ultra calycem prominens, limbus in stellam patens, laciniis lanceolatis, longitudine tubi. Filamenta brevissima ad faucem tubi, antheris longitudine laciniarum. Baccae globosae magnitudine pisi purpurascentes, demum nigricantes, polyspermae. *Lam.* ad specimen allatum a *Sonnerat*. *In Malabaria prope Cochin.* ♄.

6. R. *parviflora Lam.*; foliis ovatis petiolatis, spinis arcuatis brevissimis, floribus pedicellatis subfasciculatis axillaribus. *Lam. Enc. meth.* III. *p.* 25. An GARDENIA *micranthus Thunb. Diss. de Gard. p.* 17. *t.* 1. *f.* 2. quaerit *Lamarck?*

Cum fructum non vidisset, dubitat cls. auctor, anne CANTHII potius generis, licet distincta a CANTHIO *parvifloro.* A GARDENIA *micrantho* differt antheris pedicellatis spinis recurvis; flores in sua sessiles dicit, pedicellatos depingit *Thunberg*, quales in *parviflora.* Rami lignosi, teretes, villosi, foliosi, spinosi; folia opposita integerrima, glabra, petiolis $\frac{1}{4}$ lin., subvillosis; spinae axillares oppositae longitudine petiolorum. Flores magnitudine granuli oryzae, bini, terni. Cal. brevis, margine truncatus, dentibus 5 brevibus; tubus corollae ovatus, fere globosus, sub limbo angustatus, laciniis limbi ovatis acutis patentibus. Stigma clavatum. *Lam.* ad Specimen allatum a D. *Sonnerat.* *In India orientali.* ♄.

7. R. *longiflora Lam.*; foliis ovatis petiolatis, spinis arcuatis, floribus cymoso-umbellatis terminalibus. *Lam. Enc. meth.* III. *p.* 26. *Illustr. t.* 156. *f.* 3. GARDENIA *multiflora* spinis foliis brevioribus uncinatis, foliis ovatis acuminatis, floribus corymbosis terminalibus. *Willd. Spec.* I. *p.* 1231.

Flores facie similes GARDENIAE *scandenti Thunb.*, sed minime axillares. Rami lignosi teretes glabri foliosi spinosi; folia opposita ovato-lanceolata subacuta integerrima 1-2 poll. Stipulae intermediae breves mucronatae. Spinae oppositae axillares, vix petiolis longiores. Flores seni septeni, ut in *malabarica*, sed tubus corollae ad minimum pollicaris. Baccae ut in *malabarica. Lam.* ad specim. a *Sonnerat* allatum. *In India orientali, Java.* ♄.

Obs. Differre a GARDENIA *scandente* (praeter characteres datos) foliis ellipticis multo majoribus, tubo corollae duplo longiore, quo, ut et stigmate et antheris ad faucem corollae, GARDENIIS magis convenire *Persoon.*

8. R. *horrida*; ramis reclinatis, racemis trichotomis (subterminalibus). OXYCEROS *horrida Lour. Fl. Cochinch.* I. *p.* 187.

Frutex 8-ped., caule lignoso suberecto, ramis longis, ramusculis pluribus brevibus cruciatim brachiatis, aculeis magnis oppositis corniformibus acutissimis. Folia ovato-lanceolata, integerrima, glabra, opposita. Bacca nigra. *Lour.* *In sylvis Cochinchinae.* ♄.

9. R. *sinensis*; foliis lanceolatis nervosis, racemis brevibus terminalibus. OXYCEROS *sinensis Lour. Fl. Cochinch.* I. *p.* 187.

Frutex 5-ped., erectus, ramosissimus, aculeis multis brevibus acutis obliquis. Folia integerrima glabra. Flos albus. Cor.

hypocrateriformis tubo longo, limbo 5-fido plano. Filamenta 5 brevissima ad os tubi, antheris linearibus. Stigma ovatum, bifidum. Bacca calycina parva subrotunda. *Lour.* *Circa Canton Sinar.* ♄.

924. MUSSAENDA.

1. * M. *frondosa*; ramis foliisque ramorum et paniculae villosis. *Vahl Symb.* III. *p.* 37. *Willd. Spec.* I. *p.* 997. *Linn. Mant. p.* 338. ubi male M. *formosa* dicta *Burm. Zeyl. t.* 76. GARDENIA *frondosa*, inermis, foliis ovatis acuminatis, floribus paniculato-cymosis, calyce foliifero. *Lam. Enc. meth.* II. *p.* 608. Folium principissae *Rumph Amb.* IV. *p.* 111. *t.* 51. (fide *Linnaei; Vahlio* ad *glabram* spectare videtur). Belilla *Rheed. Malab.* II. *p.* 27. *t.* 18. *)

Panicula dichotoma. Bractea altera cujusvis pedicelli enata in folium album ellipticum nervosum paniculâ longius. *Linn.* Folia paniculae teneriora acuminata, nec obtusa, laciniae calycis longiores, fructus villosus, nec glaber, ut in glabra. *Vahl.* Cls. *Lamarck* folium, quod *Linnaeus* bracteam dicit, veram esse calycis productionem e pluribus a se inspectis speciminibus asserit. Arbuscula 6-9 ped., ramis, ut in *Sambuco*, medullâ farctis. Folia opposita petiolata pilis supra rarissimis, subtus magis hirsutis, 3 poll. et ultra. Stipulae subulatae. Cal. brevis, laciniis angustis, subulatis, villosis, 3-5 lin., quarum altera saepius in folium album excrescit. Cor. infundibuliformis, 1-1½ poll., tubo gracili, plerumque rubro, limbo parvo stellato 5-fido flavo, fauce villoso. Antherae lineares in parte superiore tubi. Bacca oblonga pyriformis 4-locularis polysperma. *Lam.* ad specimina *Sonneratiana*. *In India orientali.* ♄.

Obs. *Loureiro Fl. Cochin. p.* 188 monet etiam figuram et descriptionem *Burmanni* et *Rumphii* nec inter se prorsus convenire, nec cum sua cochinchinensi, quae inodora, et in qua bracteae non pedunculis sed fructui inhaerent. Describit *frondosam* suam fruticem magnum scandentem acirrhum lignosum, ramis multis longis sparsis; folia ovato-lanceolata integerrima rugosa pilosa subsessilia opposita; florem aureum cymis magnis patentibus terminalibus, bracteis magnis ovatis nervosis

*) Figura *Rheed t.* 18. affinis videtur τῷ BALIGARAB s. BALIFARAB vel BUYONG *Camelli* nisi fors eadem planta, distincta calycis foliolo demum elongato quinquenervi. *Rumph* hanc *Rheedi* figuram ducit ad *Herb. Amb.* IV. *p.* 111. *t.* 51. et *Burmann l. c.* utramque ad MUSSAENDAM. *Lamarck* synonymias hasce ad GARDENIAM vocat. *Adanson Rheedi*, *Rumphii* et *Burmanni* plantas distinctas esse species jubet, et *Aubert* de *Petit-Thouars* apud *Poiret Enc. meth. Suppl.* I. *p.* 608. bene habet sane dicens, rem non patere nisi inspectis auctorum herbariis.

albissimis petiolatis, singularum baccarum lateri insidentibus; cal. tubulosum, 5-partitum, laciniis subulatis pilosis erectis; Cor. infundibuliformem tubo longo limbo brevi, laciniis 5 acutis caudatis; filamenta brevia in medio tubi, antheris filiformibus erectis; stylum corollae aequalem; stigmata 2 lanceolata erecta; baccam ovato-oblongam biloculärem, seminibus multis subrotundis. — MUSSAENDA *frondosa Mich.* in *Journ. d'hist. nat. p.* 410 alia species videtur.

2. M. *glabra Vahl;* ramis foliisque ramorum et paniculae glaberrimis. *Vahl Symb.* III. *p.* 38. *Willd. Spec.* I. *p.* 998.

A *frondosa* omnino mihi videtur diversa foliis utrinque glabris, nec, ut in illa, subtus incanis, bracteis et laciniis calycinis minoribus, magnitudine et consistentiâ et colore folii paniculae, floribus aurantiis. Fólia paniculae triplo majora et firmiora quam in *frondosa*, obtusa, subtus in sicco flavescentia, basi parum per petiolum decurrentia. *Rumphii folium principissae* huc pertinere videtur. *Vahl l. c.* qui sequentibus describit: Rami teretes purpurascentes albido-punctati. Folia petiolata opposita 3 poll., attenuata ovata integerrima utrinque, nisi subtus in costa, glabra, oblique nervosa. Stipulae obliteratae. Panicula terminalis. Pedunculi partiales ter quaterve dichotomi oppositi, flos pedicellatus in singula dichotomia. Bracteae sub ramificationibus trifidae, ut in *frondosa*, deciduae, at quintuplo minores, laciniis lanceolatis glabris. Bracteae subpedicellis ultimis lanceolatae integerrimae, superne interdum denticulo, vix villosae; pedicelli angulati longitudine germinis. Calycis laciniae lanceolatae, pilis minutis. Corollae tubus pollicaris, medio crassior, laciniae limbi lanceolatae, in sicco supra fulvae. Fructus glaber, obovatus, umbilicatus, obscure lin. 5. *Vahl.* *In India orientali.* ♄.

3. M. *pubescens Towns. Ait.*; ramis foliisque pubescentibus, tubo corollae multoties longiore laciniis calycinis. *Hort. Kew.* 2. ed. I. *p.* 373.

Calyce brevissimo differt a *frondosa*, cui calycis foliola linearia, tubo corollae parum breviora. *Towns. Ait.* *In China.* ♄. *Will. Herr.*

4. M. *Sumatrensis Roth*; foliis caulinis ellipticis, subtus cum petiolis et ramis tomentosis, corymbi folio subrotundo, pubescente, venoso-reticulato. *Roth nov. pl. Spec. MSS.*

A MUSS. *frondosa Linn.* satis superque recedit: foliis caulinis subtus tomentosis; florali subrotundo, obtusissimo, nec acuminato, acuto, elliptico. *H. in India orientali.* B. *Heyne.*

5. M. *speciosa Poiret;* foliis lato-ovatis, ad nervos villosulis; floribus paniculatis, folio calycis colorato, caule fruticoso. *Poiret Enc. meth. Suppl.* IV. *p.* 37. MACROCNEMUM *speciosum*, bracteis calycinis ovato-subrotundis coloratis. *Jacq. Hort. Schönbr.* I. *p.* 19. *t.* 43.

Arbuscula 5 circiter ped., ramis patentibus; folia opposita petiolata, utrinque acuta, 4-6 poll., 2-3 lata, integerrima, venosa, subtus parum rugosa, ad nervos subvillosa, subciliata. Stipulae oppositae lanceolatae acuminatae; panicula ampla terminalis fastigiata subvillosa; bracteae subulatae; cal. villosus; dente altero elongato in foliolum sat magnum, ovato-rotundatum, pollicare et ultra, roseum. Cor. pollicaris et ultra, extus subvillosa, carnea; limbi laciniae ovatae obtusae; germen turbinatum; stylus longitudine corollae; stigma bifidum. *In America, circa Caracas.* ♄. *Jacq.*

6. M. *candidissima*; corymbis terminalibus trichotomis brevibus paucifloris, bracteis coloratis subrotundis, foliis ovatis. — MACROCNEMUM *candidissimum Vahl Symb.* II. *p.* 38. *t.* 30. *Willd. Spec.* I. *p.* 934. M. *candida Poiret. Enc. meth.* IV. *p.* 395.

Arbor ramis teretibus glabris oppositis, superne articulatis, compressis, sub foliis dilatatis. Folia petiolata, 2 poll. et ultra, opposita, acuminata, obtusa, venosa, integerrima, supra glabra subtus pallidiora, venis villosa. Pedunculi ex apice ramorum terni, ancipites, superne dilatati, bis-trifidi. Foliola duo parva sub prima divisione pedunculorum. Pedunculi partiales structurâ pedunculi communis. Pedicelli triflori, flores laterales subpedicellati, intermedius sessilis. Folium petiolatum, obovatum vel subrotundum, pollicare, membranaceum, venoso-reticulatum, candidissimum, e margine calycum lateralium corymbi, duo in singulo. Capsula oblonga subcompressa bisulcata, singulâ valvulâ elevatâ. Semina ut in *coccineo. Vahl. In vicinia St. Marthae.* ♄. *Von Rohr.*

7. M. *coccinea Poiret*; paniculâ terminali elongatâ, bracteis coloratis ellipticis longissimis, foliis lanceolato-ellipticis. MACROCNEMUM *coccineum Vahl Symb.* II. *p.* 38. *t.* 29. *Willd. Spec.* I. *p.* 934. *Poiret Enc. meth.* IV. *p.* 395.

Arbor ramis pilosis; folia petiolata, pedalia, palmam lata, basi angustata, membranacea, integerrima, supra glabra, subtus costâ pilosa. Racemus terminalis pedalis pedunculatus e corymbis parvis oppositis pedunculatis; pedunculus partialis hirsutus trifidus, pedicelli laterales 5-flori, intermedius trifidus. Bractea ad basin pedunculorum partialium ovata acuminata concava ciliata, pedicellorum lanceolata hirta. Cal. 5-fidus laciniis rotundatis. Foliolum petiolatum, 1 1/2 poll., ellipticum, purpureum, venoso-reticulatum, obtusum, utrinque acutum, glabrum in singulo corymbo e margine calycis lateralis corymbi ut in MUSSAENDA *corymbosa.* Cor. laciniis lanceolatis obtusis glabris. Tubus calyce duplo longior. Stigmata 2 reflexa. Semina membranacea, subulata. *Vahl.* *In Caribaeis, in insula Trinitatis.* ♄. *Von Rohr.* An generis MUSSAENDAE? jam *Vahl* olim.

Obs. Poiret Enc. meth. IV. *p.* 394 MUSSAENDIS *calyce appendicu-*

lato inseruit etiam MANETTIAM *lanceolatam Vahl* (S. V. ed. nostr. III. 204); MUSSAENDIS vero *calyce non appendiculato* junxit sequentes ab omnibus posthabitas, licet nunc una alterave occurrat in *Reliqu. Willd.* — In *Enc. meth. Suppl.* IV. *p.* 37. idem cls. auctor monet, plures a se, cum primum (ergo in *Enc. meth.* IV. *p.* 392) tractasset genus MUSSAENDAE, plures huic fuisse generi insertas species ad GARDENIAM removendas; sed non addidit qualis. Maneant ergo interea hinc, donec *Herbarium Lamarck* liquidiora edocuerit.

8. M. *arcuata Lam. MS.*; foliis ovato-oblongis, acuminatis, ramulis arcuatis, corollarum limbo externe glabro. *Poiret Enc. meth.* IV. *p.* 392. LANDIA *Commers. Herb.*

Rami extremi floriferi in arcum recurvi, ut pedunculi. Folia opposita, acumine elongato, glabra, utrinque viridia, subtus pallidiora, nervosa, nervis arcuatis, simplicibus, 3 poll., 1 1/2 poll. lata. Petioli 5-6 lin. Stipulae ad basin caducae, nervis ciliatis. Flores cymosi terminales, pedicellis brevissimis. Pedunculi communes arcuati ramosi, oppositi, basi bracteis parvis acutis. Calycis laciniae 5 filiformes, subsetaceae, altera apice subdilatata. Cor. flava, extus ad basin sulcis 5 villosis, supra glabra, limbo intus villoso. Bacca ovata, laevis, magnitudine olivae. *In île de France.* ♄. *Martin.*

Obs. In *Reliqu. Willd.* occurrit M. *arcuata*, foliis glabris, pedunculis bifloris ex *Insula Borboniae* in *Herb. Juss.* An eadem?

9. M. *Landia Poiret*; foliis ovatis (saepe) acuminatis, corollae limbo externe hirsuto. *Lam. Illustr. gen. t.* 157. *f.* 2. in *Poiret Enc meth.* IV. *p.* 392. (In *Enc. meth. Suppl.* IV. *p.* 137. dicitur M. *latifolia*).

Folia opposita integerrima, subinde rotunda et fere obtusa, glabra, lucida utrinque, ciliata, etiam in petiolis et nervis, 8 poll., 4 lata. Petioli teretes, villosi, 1 1/2 poll., basi stipulis squamosis, oppositis, concavis, acutis, apice fissis, pilis rigidis albis. Flores terminales cymosi, bracteis linearibus acutis. Calycis dentes 5 acuti tubusque limbusque villosi. Pedunculi subangulosi, pedicellis 3-4, 3-4 floris. Cor. 1 1/2 poll., segmentis 5 latis, acutis, patentibus. Filamenta tubo affixa, brevissima. Pistillum longitudine fere corollae, villosissimum, crassum, carnosum, stigmate carnoso subbifido purpurascente. Bacca fere sicca, ovato-oblonga, acutiuscula. *In Ile de France. Commerson.* ♄.

Obs. *In Herb. Lamarck* plantae descriptae adjacent flores villosissimi, speciei descriptae satis similes, sed paulo majores, schedulâ additâ monente folia arboris, de qua lecti, esse etiam villosa. An varietas vel species distincta?

10. M. *lanceolata Poiret*; foliis lanceolato-cuneiformibus; floribus oppositis racemosis. *Poiret Enc. meth.* IV. *p.* 393.

Arbor ramis rectis oppositis patentibus, cortice nigricante vel

cinereo, cicatrisato-annulato; folia basi attenuata, apice rotundata vel elongata, apiculata, integerrima, utrinque glabra, subtus subrufescentia, 3 poll., pollicem lata; petioli compressi, glabri, pollicis circiter. Flores terminales numerosi in pedunculis crassis carnosis oppositis, flore impari; pedunculi laterales brevissimi. Cal. campanulatus, subtruncatus, dentibus 5 parvis. Cor. parva, glabra, laciniis 5 lanceolatis acutis. Fructus? *Poiret.* *In île de France.*

Obs. M. *lanceolata*, fol. ellipticis acuminatis in petiolum attenuatis glabris, floribus paniculatis, *Reliqu. Willd. MS.* sine patria et auctore hujus esse loci videtur.

11. M. *citrifolia Lam.*; foliis verticillato-ternis, ovatis subsessilibus, laciniis calycis longis, persistentibus. *Lam. MS.* apud *Poiret Enc. meth.* IV. *p.* 393.

Facies RAUWOLFIAE; rami simplices glabri teretes, apicem versus fere tetragoni, cortice albido-cinereo, punctis parvis numerosis glandulosis demum aterrimis. Folia basi fere cuneiformia, rotundata, apiculata firma coriacea glabra rugosa, supra lucida, subtus subtomentosa et viridi-flavicantia. Stipulae breves acutae basi dilatatae cauli arcte appressae persistentes, durae. Flores numerosissimi, terminales, cymosi, pedunculis compressis angulosis divisis in pedicellos subumbellatos. Bracteae parvae angustae lanceolatae. Calycis foliola angusta linearia obtusa persistentia. Cor. parva, glabra uti calyx, flava. Capsula sicca. *In Madagascar, ubi Charro audit.* ♄. *Martin.*

12. M. *longifolia Lam.*; foliis verticillatis ternis confertis lanceolatis oblongis, capsulis costato-striatis, coronatis. *Lam. MS.* apud *Poiret Enc. meth.* IV. *p.* 393

Affinis *citrifoliae*, sed folia angustiora, duplo triplove longiora, non lucida, sed utrinque sub lente tomentosa, supra viridia, subtus subcandicantia, sessilia aut vix petiolata, basi cuneiformiter attenuata, apice rotundata, apiculata. Cortex griseus, lignum sub libro rubrum. Stipulae squamae basi dilatatae acutae fugaces. Flores terminales in cyma densa. Pedunculi oppositi angulati subtrigoni, ultimi compressi. Calyx filamentis 5 longis setaceis. Caps. pyriformis glabra membranacea costis 6-8 longitudinalibus. *Poiret.* *In Madagascar*, ubi TAMBA-RACHA. ♄. *Martin.*

13. M. *glomerulata Lam.*; foliis ovatis acutis, floribus terminalibus glomeratis. *Poiret Enc. meth.* IV. *p.* 393.

Specimina imperfecta hujus esse videntur generis. Habitus TACHIAE *guianensis Aublet* s. MYRMECIAE *Tachiae* S. V. ed. nostr. III. *p.* 165. Rami juniores teretes substriati subvillosi; folia opposita petiolata, ultra 10 poll., 3 poll. lata, basi subattenuata, apice dilatata rotundata, apiculo obtuso, subtus glabra, pallidiora, nervosa. Petioli tomento atrofusco brevissimo ut folia supra. Pedunculi simplices breves, tecti, uti calyces, pilis numerosis

albis sericeis subargenteis. Cal. campanulatus, ore dentibus 5-6 acutis setaceis longiusculis. Cor- tubulosa, albida, extus subvillosa; tubus vix calyce longior. Stam. 5-6. *Poiret.* *In Guiana.* ♄. *Richard.*

14. M. *tetracantha Cav.*; caule arborescente, ramis oppositis horizontalibus, foliis lanceolatis teneris tomentosis. *Cavan. Icon. rar.* V. *p.* 20. *t.* 435. *Poiret Enc. meth. Suppl.*. IV. *p.* 37.

Randiis fors inserenda. Caules 10-ped., ramosissimi, ramis cortice albo, juniores superne spinis 4. Folia opposita acutissima utrinque, acuminata, 2-3 poll., 1 1/2 poll. lata, juniora tomentosa, distantia, integerrima; petioli semipollicares; flores sessiles ad apicem ramorum, plerumque quatuor, basi squamis imbricatis concavis caducis; cal. tubulosus semipollicaris, latere fissus, dentibus 5 subulatis; cor. laete flava, tubo villoso, 2 poll. et ultra, limbo patente, laciniis ovatis truncatis apice acutis; antherae subsessiles; bacca biloculáris magnitudine ovi columbini. *Cavan.* *In America circa Acapulco.* ♄.

15. M. *chinensis Lour.*; foliis fasciculatis, floribus solitariis. *Lour. Fl. Cochinch.* I. *p.* 189.

Arbuscula ramis diffusis inermibus. Folia lanceolata integerrima glabra congesta. Flos terminalis. Cal. baccatus, 5-partitus, laciniis lanceolatis. Cor. infundibuliformis, 5-fida. Bacca pallida, 4-locularis, polysperma, seminibus multis subreniformibus osseis. *In subarbiis Cantoniensibus.* ♄.

16. M.? *tetrandra*; foliis oppositis laevibus glabris acutis, floribus tetrandris, corymbis tripartitis. Macrocnemum *tetrandrum Cavanill. Annal.* des scienc.

17. M. *discolor Aub. d. Pet. Thouars.*; hirsuta, foliis scabris supra strigosis subtus piloso-canescentibus; floribus corymbosis pubescentibus. *Reliqu. Willd. MS.*

Habitat? ♄. *Aubert du Petit-Thouars.*

18. M. *echitioides Willd.*; foliis oblongis acutis glabris, floribus corymbosis, caule volubili. *Reliqu. Willd. MS.*

Habitat? ♄. *Sine auctore.*

925. LONICERA.

a. *Baccis distinctis:*

1. * L. *nigra*; foliis ellipticis integerrimis. *Willd. Spec.* I. *p.* 985. *Guimpel t.* 8. *Hall. Helv. n.* 676. *Jacq. Austr. t.* 314. *Reit. u. Abel. t.* 4. *Schmidt Oestr. Baumz. t.* 110. Caprif. *roseum Lam. Fl. franç.* III. *p.* 368.

Folia juniora hirsuta, subplicata, unde quasi serrata. Stipulae ovato-lanceolatae. Bracteae squamis 2 aridis et foliosis 3 transversis laxis. Cal. laxiusculus. Cor. purpurascens. *Haller* apud *Linn.* 3-4 ped., ramis griseo-fuscis; folia breviter petiolata, fere disticha, margine rubella, undulata; bracteae sub germine 3, exteriores 2 lanceolatae, interior quadrifida; calycis margo purpurascens; corollae intus sordidae albae, extus purpurascentes, pubescentes, labio superiore quadridentato. Stigma viride, magnum. Baccae nigrae. *In sylvis subalpinis Europae mediae.* ♄.

2. L. *flexuosa Thunb.*; floribus subsessilibus, foliis ovatis integris glabris, caule flexuoso. *Thunb. Act. Soc. Linn. Lond.* II. *p.* 330. *Willd. Spec.* I. *p.* 989. L. *nigra Thunb. jap. p.* 89.

Rami divaricati flexuoso-erecti teretes villosi. Folia petiolata margine reflexo-nervosa (venosa? *Willd.*), nervis parum villosis, pollicaria, superioribus minoribus. Flores axillares pedunculis vix lineam longis. Baccae ovatae acuminatae nigrae. *Thunb. l. c.* *In Japonia.* ♄.

3. * L. *quadrifolia*; foliis verticillatis quaternis ovato-lanceolatis glabris. *Willd. Spec.* I. *p.* 986.

Folia petiolata obtusiuscula integerrima. Flores axillares in ramorum apice. Pedunculi geminati foliorum longitudine biflori. Germina distincta bracteis binis parvis linearibus suffulta. Corolla facie L. *xylostei* tubo angustiore. A congeneribus satis distincta longitudine pedunculorum, foliisque quaternis angustioribus. *Willd.* *Habitat?* ♄.

4. * L. *tatarica*; foliis cordatis, obtusis. *Linn. Spec.* I. *p.* 247. *Willd. Spec.* I. *p.* 986. *Gmel. Sib.* III. *p.* 134. *n.* 7. *Pall. ross.* I. *p.* 55. *t.* 36. *Jacq. Coll.* I. *p.* 34. *Ic. rar. t.* 37. *Schmidt östr. Baumz. Arb. t.* 111. *Edwards's bot. Reg. t.* 31. XYLOST. *cordatum Mönch.* XYLOST. *tataricum Dum. Cours.* *Amm. ruth. p.* 184. *n.* 262. β. foliis minoribus, floribus albis. L. *pyrenaica Willd. Baumz. p.* 181. γ. floribus saturate rubris. L. *sibirica Hortul.*

Fol. glabra, brevius petiolata. Involucrum lanceolatum, involucella obovata. Cor. pallide incarnata, labio superiore tripartito, laciniâ mediâ bifidâ, inferiore simplici. *Linn. Spec. pl. p.* 248. Flores albi *Syst. Veg.* 180. Frutex dumosus subor-gyalis, stolonifer, a basi ramosissimus; rami undequaque in orbem densati, glabri: ramuli novelli decussato-foliosi; floriferi. Folia decidua, breviter petiolata, oblongo-cordata vel ovata acumine brevi, obtuso, glabra, nervosa; juniora saepe ciliata. Pedunculi in foliis supernis axillares, solitarii. Involucrum bifolium, foliolis linearibus uno versu cum floribus suis divaricatis; bracteae geminae ovatae oppositae involucrum decussantes, germen singulum includentes. Germen sessile,

nitidum, coronatum calyce minimo 5-dentato. Flores 2 eidem pedicello insidentes, et in omni pari sibi mutuo a dorso obversati. Corolla semuncialis, incarnato-albicans, surrecta; tubus basi extrorsum gibbus, limbus longior, bilabiatus, laciniae oblongae, obtusae, summae 2 erectiores a latere interiore imbricato-conniventes, laterales divaricatae, ima remotior. Filamenta inclusa, tubi adnata et intra eum villosa. Antherae viridi-lutescentes, erectae, 4-5 sulcae. Stylus filiformis, curvatus, villosus, stamina vix aequans. Stigma viride, pileiforme, sublobato-indentum, supra corrugato-convexum. Bacca subrotunda, subdepressa, rubra, nitida. Semina pauca, compressa, flavescentia. *In Tartaria.* ♄. *Edwards.*

Obs. Confer sequentem α. *ciliatam.*

5. L. *ciliata*; foliis ovatis subcordatisque margine ciliatis, junioribus subtus villosis, corollis conspicue calcaratis, tubo superne ventricoso, laciniis brevibus acutis, stylo exserto. XYLOSTEUM *ciliatum Pursh Fl. Am. Sept.* I. *p.* 161. XYLOSTEUM *tartaricum*, foliis subcordato-ovatis glabris ciliatis, baccis distinctis. *Mich. Fl. bor. Amer.* I. *p.* 106.? β. *album:* baccis albis.

Corollae albae, rubro vel luteo tinctae. L. *tatarica* ab hoc specifice differt; diagnosis ejus haec est: baccis distinctis, foliis ovatis acutis utrinque glabris, corollis basi vix gibbosis, tubo brevi, laciniis oblongis obtusis, stylo incluso. — *In rupestribus montium solo pingui, a Canada ad Virginiam.* β. *On the Rocky-mountain. M. Lewis.*

6. L. *villosa*; ramis villosis, foliis oblongo-ovalibus obtusis, utrinque subtomentoso-villosissimis, pedunculis brevibus, baccis caeruleis. XYLOSTEUM *villosum Mich. bor. Amer.* I. *p.* 106.

In praeruptis saxosis scandens per tractus montium a Sinu Hudsonis ad Canadam. ♄.

Obs. Pursh nunquam vidit *Fl. Amer sept.* I. *p.* 161.

7. * L. *Xylosteum*; pedunculis bifloris flore longioribus, foliis integerrimis ovato-ellipticis pubescentibus. *Marsch. a Bieberst. Fl. taur. cauc.* I. *p.* 158. *Willd. Spec.* I. *p.* 986. *Smith Fl. brit. p.* 261. *Engl. Bot. t.* 916. *Hall. Helv. n.* 677. *Sibth. Fl. Graec. t.* 223. *Fl. dan. t.* 808. *Duhamel t.* 54. *Abel u. Reit. t.* 46. *Schmidt östr. Baumz. t.* 113. *Guimpel t.* 9. β. CAERIF. *dumetorum Lam. Fl. fr.* III. *p.* 367. XYLOSTEON *dumetorum Mönch.* III. *p.* 367. L. *Xylosteum (dumetorum) Pers. Syn.* I. *p.* 213. α. baccis albis vel flavicantibus. β. baccis nigris.

4-10 ped., ramis griseis verrucosis; bracteae lineares, patentes; corollae sordide albae, staminibus stylisque villosae labio

superiore 3-4-dentato. *Ad sepes margines sylvarum totius Europae et Caucasi.* ♄.

Obs. LONICERA *Xylosteum Lour. Fl. Cochinch.* I. p. 186.; receptâ licet definitione Linnaei, longe alia planta videtur. Est enim, ut *Loureiro* l. c. ait: frutex inermis *scandens*; acirrhus; ramis multis; folia ovata integerrima pubescentia parva opposita. Flos albus axillaris pedunculis bifloris. Cor. tubo longissimo, limbo oblongo, bipartito, laciniâ alterâ leviter quadrifidâ, alterâ integerrimâ tenuiore. Bacca distinctae subrotundae rubrae. *Lour. Willdenow* in editione sua *Loureiri* pro genuino recepit *Xylosteo*!

8. L. *iberica Marsch. a Bieb.*; pedunculis bifloris flore brevioribus, baccis didymis, foliis cordatis subrotundis tomentosis. *Fl. taur. cauc.* I. *p.* 158.

Frutex staturâ *Xylostei*; folia obtusa, similia MESPILO *Cotoneastro*; pedunculi brevissimi; bracteae oblongae ciliatae. Cor. lurida, formâ *alpigenae*, maxime ringens, labio superiore recto, dilatato, obiter quadrilobo, inferiore angusto reflexo. Germen tomentosum. Baccae globosae ad medium usque connatae sanguineae. *M. a B. l. c. In saxosis circa Tiflis.* ♄.

9. * L. *pyrenaica*; pedunculis bifloris, foliis obovato-lanceolatis glabris, subtus glaucis. *Willd. Enum. H. Berol. Suppl. p.* 11. *Spec.* I. *p.* 987. (excl. descript.) CAPRIF. *pyrenaicum Lam. Fl. franç.* III. *p.* 366. *Duhamel Arb.* II. *t.* 110. *nov. edit.* I. *t.* 15. *Magn. Hort. t.* 209.

Differt a *Xylosteo* corollis regularibus, ramis divaricatis, foliis glabris. *Linn.* In hortis plerisque Germaniae sub hoc nomine varietas L. *tataricae* venit nec minimam affinitatem habens cum L. *pyrenaica* vera: Frutex 5 ped. ramis cinereis substriatis. Folia acuta integerrima subtus glauca. Cor. alba, duplo et ultra illâ L. *Xylostei* major, infundibuliformis, limbo 5-fido plano, laciniis aequalibus ovatis obtusis. *Willd. l. c. In Pyrenaeis et Sibiria.* ♄.

10. L. *canescens Schousb.*; caule volubili, foliis cordato-ovatis petiolatis. *Schousboe Marocc.* I. *p.* 88. *Pers. Syn.* I. *p.* 213. *n.* 7. L. *biflora Desfont. Atlant.* I. *p.* 184. *t.* 52 *Poiret Encyclopéd. meth.* II. *p.* 228.

Affinis L. *orientali Lam.*; caules glabri teretes scandentes, ramis junioribus pubescentibus; folia circiter pollicaria, obtusa; pedunculi axillares solitarii filiformes, petiolis longiores, bifori, bracteâ lineari ad basin utrinque. Cor. irregularis tubulosa. *In sepibus ad Mogadore et in monte Trara.* ♄.

11. L. *gibbosa Humb.* et *Bonpl.*; pedunculis bifloris, corollis basi gibbosis, foliis ovatis acutis subtus pubescentibus. *Reliqu. Willd. MS.*

Rami teretes, ramuli pubescentes. Folia pollicaria breviter petiolata, supra glabra, ciliata, subtus venosa pallida. Pedunculi

capillares solitarii axillares longitudine folji. Flores bracteis binis minutis subulati pollicares, tubo altero latere baseos ampliato inde gibboso. *Reliqu. Willd. MS.* *In Mexico.* ♄. *Humb* et *Bonpl.*

12. L. *hispida Pall.*; pedunculis bifloris, bracteis longitudine baccae ovato-ellipticis, foliis ovatis ciliatis, ramis hispidis. *Reliqu. Willd. MS.*

Rami oppositi dichotomi pilis rigidis e tuberculis minutis, sparsis; folia fere 2 1/2 poll., pollicem lata, petiolata, utrinque glabra; gemmae acutae petioli longitudine in axillis. *Willd. l. c.* *In montibus altaicis.* ♄. *Pallas.*

b. *Baccis coadunatis:*

13. * L. *orientalis Lam.*; foliis petiolatis ovato-acutis, subtus pubescentibus. *Lam. Encycl.* I. *p.* 724. *Willd. Spec.* I. *p.* 989. L. pedunculis bifloris flore brevioribus, foliis ovatis acutis glabriusculis. *M. a Bieberst. Fl. taur. cauc.* I. *p.* 158. L. *caucasica Pall. ross.* I. *p.* 57. Chamaecerasus orientalis lauri folio. *Tournef. Cor. Inst. p.* 42.

Folia rigidula, venosa, integerrima acuminata, 2-3 poll., majora quam in *caerulea*; petioli pedunculique breves. Baccae nigrae. *Lam.* *In Asia minori, Iberiae sylvis.* ♄.

14. * L. *alpigena*; baccis didymis, foliis ovali-lanceolatis. *Willd. Spec.* I. *p.* 987. *Hall. Helv. n.* 675. *Jacq. Austr. t.* 274. *Reit.* u. *Abel. t.* 5. *Schmidt östr. Baumz. t.* 112. *Guimpel t.* 10. CAPRIFOLIUM *alpinum Lam. Fl. fr.* III. *p.* 367. ISICA *alpigena Mönch.*

Folia glabra. Corollae non calcaratae, luteae, inaequales. Calycis laciniae 2 superiores vix distinctae. Bacca tota disperma. *Linn.* 3-4 ped., folia subtus margineque pubescentia acuminata; pedunculi solitarii bracteis 2-4 oppositis subulatis; corolla viridi-flavescens purpurâ picta, basi gibbosa; labium superius tridentatum, inferius reflexum; baccae rubrae punctis 2 atris, dispermae. *In subalpinis alpinis Europae mediae et australis.* ♄.

Obs. Male divus *Willdenow* corrigit immortalem *Linnaeum* addens: „Corolla est rubra.“ Semina in quolibet loculo duo, adeoque in universo fructu 4; ex his autem nonnisi 3 aut 2 saltem maturescunt. *Gaertn. de Fruct.* I. p. 136.

15. L. *microphylla Willd.*; pedunculis bifloris, foliis ellipticis utrinque acutis subtus glaucis. *Reliqu. Willd. MS.* et hoc teste, LONICERA *alpigena Sievers.*

Rami ramulosi, epidermide in fila secedente obducti; folia

opposita e gemmis squamosis, petiolo semipollicari, integerrima, basi attenuata, utrinque tenuiter villosa, tomentosa, subtus venosa; pedunculi solitarii axillares foliis parum longiores. Cal. persistens, laciniis lineari-lanceolatis acutis baccis brevioribus. *Willd.* l. c. *In Sibiria orientali.* ♄. *Pallas.*

16. L. *sibirica de Vest;* pedunculis bifloris basi attenuatis folio vix dimidio brevioribus, bracteis linearibus deciduis elongatis, foliis subtus pubescentibus ovato-oblongis, ramulorum inferioribus cordatis. *De Vest in litt.*

Asservari in *Herb. Pallasiano Johannei* nomine L. *nigrae*, a qua diversissima; simillimam primo intuitu *alpigenae*, cujus fors varietas. Ramuli unici floriferi folia superiora exacte *alpigenae*, inferiora basi manifeste cordata, lateribus minus convexa, apice rotundata cum acumine brevi. Pedunculus pone germen non attenuatus, ut in *alpigena*, sed incrassatus. *De Vest. Habitat? — at videtur in Sibiria.* ♄.

17. * L. *caerulea;* baccis globosis, stylis indivisis. *Willd. Spec.* I. *p.* 988. *Hall. Helv. n.* 674. *Pall. ross.* I. *p.* 58. *t.* 37. *Jacq. Austr. t.* 17. * *Schmidt östr. Baumz. t.* 114. *Guimpel t.* 11. Caprif. *caeruleum Lam. Fl. fr.* III. *p.* 366. Isica *caerulea Mönch meth.*

Cortex flavissimus. Semina saepe 10. Flores flavi. *Linn.* 3-4 ped.; gemmae ramaceae oppositae subspinescentes; folia oblonga, nervosa, 1 1/2 poll.; calyx geminus obsoletus 4-dentatus, bracteis 2 setaceis. Corollae ochroleucae gibberulis ad basin 2. Stigma globosum. Baccae atro-caeruleae, ellipticae, punctis fuscescentibus, saepe decaspermae. An genus proprium? *In subalpinis Austriae, Helvetiae, Sibiriae.* ♄.

Obs. D. *Zeyher* in *Schwetzingen* hujus habet varietatem *canadensem.*

Obs. Lamarck Enc. meth. describit sub L. *caerulea β.* foliis ovato-subcordatis (subciliatis) petiolis dilatatis plerumque connato-perfoliatis, varietatem quam X. *canadense Duham. Arb.* II. *p.* 373. credit.

18. * L.? *corymbosa;* corymbis terminalibus, foliis ovatis acutis. *Linn. Spec.* I. *p.* 249. *Willd. Spec.* I. *p.* 990. *Feuill. peruv.* I. *p.* 760. *t.* 45.

Frutex 12 ped., ramosus. Petioli 1 1/2 lin. Folia opposita, pollicem lata, pulcre virentia. Cor. sanguinea, et, uti calyx, 4-fida, ad medium. *Stam.* 4. Stylus flavus. Fructus formâ et colore Olivae, carne dulcescente. *Feuill.* — Nobis vix ac ne vix hujus generis videtur. *Molina Saggio* 2 ed. *p.* 281 ad Tetrandriam hanc plantam spectare atque adeo genus novum constituere, *Ilia* a nomine vernaculo a se dictum, cujus character essentialis. Cal. superus 4-fidus; cor. tubulosa 4-partita; drupa 1-locularis, 1-sperma. Post Scolosanthum Loranthus *tetrandras Fl. peruv. cum? huc ducitur.* *In Chili prope Concepcion Ytiu audit.* ♄.

19. L. *canadensis Mühlenb.*; floribus geminatis coadunatis, foliis cordatis ciliatis. *Reliqu. Willd. MS.*

In Canada. ♄. *Mühlenb.*

926. CAPRIFOLIUM.

a. *Corollis ringentibus. Caprifolia.*

1. * C. *italicum*; floribus verticillatis terminalibus, foliis deciduis, summis connato-perfoliatis. *Ait. H. Kew.* I. *p.* 230. *Willd. Spec.* I. *p.* 982. *Smith brit.* I. *p.* 260. CAPRIF. *hortense Lam. Fl. fr.* C. *rotundifolium Mönch meth. p.* 501. *a. alba. Engl. Bot. t.* 799. *Jacq. Austr. t.* 357. *Schmidt östr. Baumz. t.* 105. L. *caprifol. β. praecox Decand. Fl. fr. p.* 270. *Duham. Arb. t.* 48. *β.* rubra L. *caprifolium italicum Schmidt l. c. t.* 106.

Scandens, 20 ped. et ultra, ramis teretiusculis glabris suboppositis. Folia fere omnia connata integerrima glabra. Flores plerumque seni, fragrantes patentes, flavescentes, basi rubicundi; baccae rubrae coronatae calyce fere integerrimo. *Ad sepes Europae australis, ad Terek usque.* ♄.

2. C. *dipïcum;* verticillis subcapitatis bracteolatis, foliis deciduis subtus glaucis, summis connato-perfoliatis, corollis basi gibbis. LONICERA *dioïca Ait. Kew.* I. *p.* 230. *Willd. Spec.* I. *p.* 983. L. *media Murray Comment. Gotting.* 1776. *p.* 28. *t.* 3. *Schmidt östr. Baumz. t.* 109. L. *parviflora* spicae verticillis capitatis subsessilibus, corollis breviusculis basi gibbis, filamentis barbatis, foliis deciduis subtus glaucis, omnibus connatis, bracteâ perfoliatâ floribus multo ampliore. *Lam. Enc. meth.* I. *p.* 728. *Pers. Syn.* I. *p.* 213. L. *glauca Burgsd. Anleit. n.* 305. C. *bracteosam Mich. Fl. bor. Amer.* I. *p.* 105. C. *parviflorum Pursh Fl. Amer. Sept.* I. *p.* 161. C. *glaucum Mönch.*

10 ped. et ultra, scandens, sed et per se erectum, ramis teretiusculis. Folia elliptico — lanceolata, 3 poll., 1 1/2 poll. lata, apice rotundata, basi subcordata, sessilia, glabra. Verticilli plerumque duo; corollae multo quam in *italico* breviores, semipollicares, tubo basi gibbo didymo, flavescentes, *Pers.*, rubrae *Willd.*, violaceo-purpurei nunc, nunc flavescentes, capitulo nunc unico, nunc terno *Mich.* Filamenta barbata. Baccae rubrae. *In montibus novae Angliae ad Carolinam usque.* ♄.

Obs. An huc: L *glauca Meerb.*; floribus verticillatis, foliis perfoliatis, omnibus glaucis *Ic. piet. t.* 12., vel *italici* varietas? Varietatem purpuream *Mich.* se nunquam vidisse *Pursh l. c.* LONICERA *media Murr. l. c.* et *Syst. Veg.* ed. *Murr.* n. 6. secundum *Dryander*

Linn. Trans. II. *p.* 223. et *H. Kew.* non est diversa a L. *dioica Ait.* et *Syst. Veg.* ed. *Murr. Pers.* n. 2.

3. C. *balearicum*; foliis oblongis glabris, superioribus connatis, floralibus dilatatis, floribus irregularibus capitatis. LONICERA *balearica Dum. Cours. Bot. Cult.* ed. 2. IV. p. 338. *Decand. Fl. fr. Suppl. p.* 499. L. foliis oblongo-lanceolatis basi subcordatis, subtus glaucis, superioribus connatis, floribus 4-6 capitatis. *Poiret Suppl.* V. *p.* 613. *La Peyrouse Abr. de Pyren. Suppl. p.* 37.

Sempervirens. Affine *Caprifolio* et *implexo*. Cortex violaceus pruinâ glaucâ. Folia glabra truncata aut subemarginata, firma, atroviridia. Flores 4-6 magni ochroleuci, 15-18 lin. *Circa Prades, Pyren. oriental.* Ds. *Xatard.*

Obs. Anne huc: L. *sicula* foliis lanceolatis oppositis subpetiolatis glabris integerrimis, capitulis terminalibus. *Hort. siculus* apud *Vitmann Suppl. Summ. Pl. I.* p. 272. NERIUM *foetidum Cupani Pamph.?* quae in Sicilia.

4. C. *implexum*; floribus capitatis terminalibus, foliis deciduis omnibus distinctis. LONICERA *implexa Willd. wild. Baumz. p.* 220. *Ait on Kew.* I. *p.* 231., cui vero, et in 2. *edit.* I. *p.* 378: floribus verticillatis, bracteis laevibus, foliis perennantibus glabris oblongis, superioribus connato-perfoliatis, summis dilatatis. *Sims* in *Curtis bot. Mag. t.* 640.

Folia minora quam in *Caprifolio*, ramis implexis; verticilli floribus rarioribus, tubus corollae angustior, laciniis limbi brevioribus, subtus rubro-flavis, superne albidis, demum flavis, *Sims.* Cur cls. *Willdenow* in *wild. Baumz.* definitionem adeo immutasset, ut aliam longe plantam describere videatur, non videmus. Ait de sua frigoris esse impatientem, et *Periclymeno* humiliorem; ramos teretes glabros pruinosos; folia poll. 1/2 et ultra, brevissime petiolata, utrinque acuta, glabra, subtus pulverulento — glaucescentia. *In Minorca.* ♄.

5. C. *etruscum*; capitulis terminalibus, plerumque ternis, foliis deciduis (ovato-subrotundis, subtus) pubescentibus oppositis, summis connato-perfoliatis glabris, inferioribus petiolis tantum connatis (staminibus subaequalibus *de Vest.*) LONICERA *etrusca Savi Fl. pisan.* I. *p.* 236. *Santi Viaggi al Montam. p.* 113. *t.* 1. *Tenore Fl. neapol. p.* 82. L. floribus verticillatis terminalibus sessilibus, verticillis contiguis, in capitulum congestis, foliis ovato subrotundis etc. *Longch. Journ. bot.* II. *p.* 266. *Poiret Enc. meth. Suppl.* II. *p.* 227. et V. *p.* 612. *Decand. Fl. fr. Suppl. p.* 500. et hoc teste: LONICERA *Periclymenum Gouan Hort. p.* 101. Periclym. german. non

perfoliatum. *Magn. bot. p.* 200. *Caprif.* italic. perfoliat. praecox. *Tournef. Cor. Inst. p.* 608.

Caulis rectus satis firmus, ramis parum implexis; folia in petiolum attenuata, superiora minora, magis acuta. Capitulum intermedium pedunculatum 6-10-, laterale utrinque 3-5-florum; flores odori, extus purpurascentes, intus albida, demum flavicantia. *Circa Gennam, in Hetruria, Valisia, Carniolia* etiam, monente *de Vest.* ♄.

6. C. *gratum Pursh*; floribus verticillatis terminalibus, foliis perennantibus obovatis subtus glaucis, summis connato-subperfoliatis. *Pursh Fl. Amer. Sept.* I. *p.* 161. LONICERA *grata Ait. Kew.* I. *p.* 231. *Willd. Spec.* I. *p.* 984. *Hort. Angl. p.* 15. *n.* 10. *t.* 8. L. *virginiana Marschal* 136.? PERICLIMENUW *americanum Mill. Dict. n.* 7.

Scandens, ramis rubro-fuscis teretibus glabris; folia plerumque terna, brevissime petiolata, 1 1/4 poll., mucrone brevissimo, coriacea, subtus glauca, reticulata, glabra, (subperennantia apud nos) verticilli 2. Corolla plusquam 1 1/2 poll.; lab. superius trifidum, laciniis rotundatis, (extus rubro-corallinum, intus flavum.) Stam. corollâ breviora. *In America boreali a Noveboraco ad Carolinam in hamidis umbrosis ad rupes.* ♄.

7. C. *Fraseri Pursh*; spicae verticillis capitatis corollis subringentibus, laciniis oblongis obtusis, foliis ovatis subtus glaucis cartilagineo-marginatis, summis connato-perfoliatis. *Pursh. Fl. Am. Sept.* I. *p.* 160. LONICERA *flava Bot. Mag. t.* 1318.

Flores splendide lutei. *In Paris montibus Carolinae meridionalis. Fraser. In Catskill montibus, New-York.* ♄.

Obs. Affinis *dioico* s. *parviflora*; sed flores majores, non gibbosi basi; filamenta nuda. Stamina subinde quatuor et stylus subinde deficiens. Odor fragrans.

8. C. *Periclymenum*; floribus capitatis terminalibus, foliis deciduis, omnibus, distinctis. LONICERA *Periclymenum Ait. Kew.* I. *p.* 231. *Willd. Spec.* I. *p.* 984. *Smith Fl. brit.* I. *p.* 260. *Engl. Bot. t.* 800. *Curt. lond. Fasc.* I. *t.* 15. *Hall. Helv. n.* 673. *Fl. dan. t.* 908. *Reit. u Abel. t.* 71. *Schmidt östr. Baumz. t.* 107. *Plenck t.* 134. *Guimpel t.* 7. *Svensk Bot. t.* 140. PERICLYMENUM *vulgare Mill Dict. n.* 6. LONICERA *germanica Dietr. Weim. Fl. p.* 94. CAPRIF. *sylvaticum Lam. Fl. franç.* III. *p.* 365. CAPRIF. *distinctum Mönch meth. p.* 501. β. *serotinum. Ait. Kew.* 2. *ed.* I. *p.* 378. *Schmidt östr. Baumz. t.* 108. PERICLYMENUM *germanicum Mill. Dict. n.* 4. *t.* 79. γ. *belgicum. Ait. Kew. l. c. Hort. Angl. p.* 15. *n.* 5. *t.* 6. δ. *quercifolium Ait. Kew. l. c. Meer. pin.* 92. Ca-

prifolium non perfoliatum, foliis sinuosis. *Tournef. Cor. Inst.* *Duham. Arb. p.* 6. L. *Periclymenum* β. *Smith l. c.* ε. foliis albo vel flavo variegatis.

Scandens, 8-10 ped., ramis oppositis; folia inferiora petiolata, oblongo-lanceolata, obtusa, 2 poll., poll. lata, in ♂ glabra, in reliquis saepe pubescentia. Cal. 5-dentatus. Corollae subpilosae, ochroleucae rubro variegatae, vel rubrae, labio superiore quadridentato, vespere suaveolentes. Baccae rubrae coronatae calyce 5-dentato. *In Europa media.* ♄.

Obs. Utrum L. *Periclymenum Lour.*, receptâ licet diagnosi Linnaeana, eadem species, videant Autoptae. Folia dicit ovata, subacuta, cordata aliqua, inferius pubescentia, opposita, nec perfoliata. Flos albo-luteus, subterminalis, capitulis inaequalibus imbricatis. Cor. bilabiata, tubo tenui. Bacca bilocularis polysperma. *In Sina.* ♄.

9. C. *japonicum*; floribus binis terminalibus sessilibus, foliis omnibus distinctis, caule volubili. LONICERA *japonica* *Thunb. jap. p.* 89. *Willd. Spec.* I. *p.* 985. *Andrews's Repos. p.* 583. Nin-too. *Kaempf Amoen. V. p.* 785.

Caulis teres parum ramosus hirsutus. Rami florentes valde hirsuti. Folia omnia petiolata opposita ovata acutiuscula integerrima villosa, subtus pallida, 1 pollicaria superioribus minoribus. Flores in apicibus ramorum terminales. Cor. tubulosa irregularis villosa rubra pollicaris. *Thunb. l. c.* *In Japonia.* ♄.

b. *Corollis subaequalibus.* *Periclymena.*

10. C. *sempervirens Mich.*; spicis subnudis terminalibus, foliis oblongis, summis connato-perfoliatis, corollae tubo superne ventricoso. LONICERA *sempervirens Ait. Kew.* I. *p.* 230. *Willd. Spec.* I. *p.* 983. L. *sempervirens* (*coccinea*) *Pers. Syn.* I. *p.* 213. *Mich. Fl. bor. Amer.* I. *p.* 105. PERICLYM. *sempervirens Mill. Dict. n.* 1. α. *major*, foliis subrotundis. *Ait. Kew. 2 ed.* I. *p.* 177. *Schmidt oestr. Baumz. t.* 104. *Bot. Mag. t.* 781. β *minor*, foliis oblongis. *Ait. l. c.* L. *connata*: foliis ovatis lanceolatis subtus glaucis *Meerb. Ic. pict. t.* 11.?

Praecedentibus humilius; rami teretes, fusci. Folia petiolata, mucrone brevi, basi attenuata, 2 poll., poll. lata, crassiuscula, supra saturate viridia, nitentia, subtus glauca. Verticilli plerumque tres; corollae 1 1/2 poll., corallinae, intus flavae. Stamina corollâ breviora. Baccae rubrae. — Apud nos folia deciduunt. *In sylvis Virginiae* α, β *in Carolinae; a noveboraco ad Carolinam.* ♄.

Obs. Plures hujus existere varietates, quarum altera caule fere erecto *Pursh Fl. Amer. Sept.* I. *p.* 160.

11. C. *ciliosum Pursh*; spicae verticillis approximato-

capitatis subsessilibus, corollis subaequalibus, tubo hirsuto medio ventricoso, foliis subamplexicaulibus sessilibus petiolatisque ovatis subtus glaucis, margine conspicue ciliatis, summis connato-perfoliatis. *Pursh Fl. Am. Sept.* I. *p.* 160. L. *ciliata Dietr. Lexik. Suppl.* IV. *p.* 463.

Flores saturate lutei. *Ad ripas flum. Kooskoosky.* ♄.

927. SABICEA.

1. *S. cinerea Aubl.*; foliis oblongis acutis tomentosis subtus incanis, floribus subsessilibus. SCHWENKFELDIA *cinerea Swartz Prodr.* I.*p.* 46. *Fl. Ind. occid.* I. *p.* 452. *Willd. Spec.* I. *p.* 982. SABICEA *cinerea*, caule volubili, foliis ovatis acutis subtus albidis, tubo floris praelongo. *Aubl. Gujan.* I. *p.* 192. *t.* 75. *Poiret Enc. meth.* VI. *p.* 556. *Swartz Prodr.* I. *p.* 46.

Arbuscula scandens, caulibus pluribus longis teretibus pulvere albido cinereo; ramis diffusis. Folia opposita, supra viridia, integerrima, nervo prominulo, 4 poll., 1 1/2 lata. Petioli breves, stipulis 2 brevibus ovatis acutis. Flores axillares 4-6, subpedunculati, basi bracteis 2 brevibus oblongis angustis albidis. Cal. globulosus, laciniis angustis. Corollae tubus gracilis praelongus, extus villosus, filamentis brevissimis, antheris longis. Bacca rubra. *Aubl.* *In sepibus Cajennae, Gujanae.* ♄.

2. S. *aspera Aubl.*; foliis ellipticis acuminatis asperis, subtus incanis, floribus (sub-) sessilibus. SCHWENKFELDIA *aspera Willd. Spec.* I. *p.* 982. SABICEA *aspera* caule volubili, foliis ovatis acutis asperis subtus villosis. *Aubl. Gujan.* I. *p.* 197. *t.* 76. *Poiret Enc. meth. Suppl.* V. *p.* 358. *Lam. Illustr. t.* 165.

Rad. repens; caules plures lignosi sarmentosi, ramis elongatis scandentibus villosis. Folia opposita subpetiolata viridia, supra punctata aspera subtus villosa basi in petiolum attenuata, 4 poll. 1 1/2 lata, nervis rufescentibus, stipulis 2 parvis linearibus acutis. Flores axillares, 5-7; pedunculi brevissimi, basi bracteis brevibus stipulaceis. Cal. villosus, laciniis angustis, macula rubra inter singulas. Cor. alba villosa, tubo gracili, pilis albis ad faucem, limbi laciniis 4-5, staminibus stigmatibusque totidem. Bacca rubra, 3-5-locularis, seminibus minimis. *Aubl.* *In Gujana ad ripas fluvii Sinemari.* ♄.

3. S. *hirta Swartz Prodr.*; foliis ovato-lanceolatis acuminatis, floribus pedunculatis. SCHWENKFELDIA *hirta Swartz Flor. ind. occid.* I. *p.* 450. *Willd. Spec.* I. *p.* 982. SABICEA *hirta Swartz Prodr.* I. *p.* 46.

Arbuscula scandens, caulibus striatis, villosis; folia opposita, villosa, superiora petiolis brevibus teretibus, basi stipulis magnis latis membranaceis ovato-cordatis pallide albidis. Pedunculi

petiolis breviores, umbellâ parvâ triflorâ, involucro monophyllo, laciniis 4 ovatis patentibus hispidis. Calycis laciniae 4 lanceolatae longae rectae striatae villosae persistentes. Corollae tubus calyce duplo longior, fauce villosus, limbo plano, laciniis 5. Filamenta longitudine tubi et antherarum. *Swartz.* *In Jamaica.* ♄.

4. S. *umbellata Ruiz* et *Pav.*; foliis ovatis acutis, pedunculis axillaribus umbellatis. SCHWENKFELDIA *umbellata Fl. peruv.* II. *p.* 55. *t.* 200. *f.* a.

Suffruticosa volubilis, caule tereti sublignoso glabro ramoso, ramis junioribus subhispidis; folia opposita petiolata patentia integerrima 5-6 poll., petiolis pollicaribus; stipulae oppositae ovatae sat magnae persistentes; pedunculi petiolis parum longiores, pedicelli trifidi; foliola bina involucri ovato-lanceolata persistentia; bractea sub pedicello singulo linearis subulata caduca; cor. alba. Bacca albicans; semina flava minima. *Fl. peruv.* *In nemoribus Andium.* ♄.

5. S. *diversifolia Aubl. du Petit-Thouars;* folio altero minimo, floribus axillaribus conglomeratis. *Pers. Syn.* I. *p.* 203.

Folium majus late ovatum obtusum, minus primo obtutu bracteiforme, ita ut folia videantur alterna. *In insula Mauritii.* ♄. *Aubl. d. Pet. Thouars.*

6. S. *villosa;* caule volubili, foliisque ellipticis longe acuminatis villosis, floribus verticillatis sessilibus axillaribus, tubo calycis longitudine. SCHWENKFELDIA *villosa Reliqu. Willd. MS.*

In America. ♄. *Humb.* et *Bonpl.*

928. PATIMA.

P. *gujanensis Aublet Gujan.* I. *p.* 197. *t.* 77. *Juss. Gen. p.* 207. *Poiret Enc. meth.* V. *p.* 70.

Caules plures teretes cavi virides teneri 3 circiter pedum. Folia decussata, ovalia, mollia, laevia, pedalia, 4 poll. lata, integerrima. Petiolus 2 circiter pollicum. Stipulae interfoliaceae oppositae latae carnosae acutae persistentes. Pedunculi axillares uniflori. Bacca viridis calyce coronata membranaceo. *In paludosis ad radices montium Krik Galibeorum a Sinemari dividentium.* 4.

929. DUHAMELIA.

1. D. *patens Pers.*; racemis terminalibus coloratis, foliis ternis villoso-pubescentibus. HAMELIA *patens Swartz Obs. p.* 77. *Linn. Spec.* I. *p.* 246. D. ramis sulcatis, foliis ternis quaternis oblongo-lanceolatis pubescentibus,

floribus cymosis secundis. *Ruiz* et *Pav. Fl. peruv.* II. *p.* 68. *t.* 221. *f.* a. *Jacq. Amer. p.* 72. *t.* 50. *pict. t.* 72. *L'Hérit. Sert. Angl. p.* 4. *Smith exot. Bot. t.* 24. HAMELIA *coccinea Swartz Prodr.* I. *p.* 46. *Plum. Icon. t.* 218. *f.* 2. β? HAMELIA *erecta*, racemis erectis. *Jacq. Amer.* 71. *t.* 50. *pict. t.* 72. HAMELIA *patens* α. *erecta Lam. Enc. meth.* III. *p.* 68.

In β. Frutex 5-ped., erectus ramosus, caulibus inferne teretibus, superne obtuse triangularibus villosis. Folia ovata acuminata 3-4 poll., petiolis, costis, venis rubentibus. Racemi rubri terminales quaterni erecti secundi, tres exteriores trifidi, racemulis ultimis 3-4 floris, pedunculis propriis unifloris. Flores subcoccinei. Baccae nigrae succo atropurpureo. — α. similis, sed racemi patentes exteriores bifidi, singuli sexfidi. Cal. coccineus, corolla miniata. *Jacq. In sepibus montosis Hispaniolae et in Andium Peruviae nemoribus et in versaris Pozuzo.* β. *in sylvis Carthaginensibus. Mango insula;* α. *in Domingo. Jacq.* ♄.

2. D. *sphaerocarpa Ruiz* et *Pav.*; ramis teretibus, foliis ternis oblongis utrinque hirsutis, floribus subcorymbosis. *Fl. peruv.* l. c. *t.* 221. *f. b.*

Arbuscula 10-ped., ramis ternis rufescentibus, junioribus villosis. Folia undulata integerrima 3 circiter poll., nervis rufescentibus; petioli breves coccinei; stipulae ovato-lanceolatae, deciduae acuminatae; pedunculi terminales dilute rubri, floribus pedicellatis in spica unilaterali. Cal. tubulosus. Cor. croceo-punicea, tubo pentagono, limbi laciniis rotundatis; antherae oblongae lineares basi bifidae; bacca globosa magnitudine pisi hispida atropurpurea. *In Peruviae nemoribus.* ♄.

3. D. *Chrysantha Pers.*; racemis terminalibus, foliis oblongis cuneatis acuminatis glaberrimis, floribus pedicellatis. HAMELIA *chrysantha Swartz Prodr.* I. *p.* 46. *Fl. ind. occid.* I. *p.* 444. *Willd. Spec.* I. *p.* 981. *Jacq. Collect.* III. *p.* 204. *ic. rar.* II. *t.* 335. *Poiret Enc. meth. Suppl.* III. *p.* 4. HAMELIA *patens West St. Croix p.* 200. *Brown jam. p.* 166. *t.* 14. *f.* 1. *Plum. Amer. p.* 212. *t.* 218. *f.* 1.

Rami glabri terctes saepe reflexi, foliis subpetiolatis ovatis 2 poll. et ultra, basi in petiolum attenuatis; racemi paniculati axillares patentes aut terminantes ramos parvos oppositos vix foliis longiores. Cal. glaber, dentibus ovatis obtusiusculis. Cor. flava pollicaris et ultra, tubo tereti, medio inflato, limbi laciniis ovatis obtusis. Filamenta brevia, antherae longissimae; stigma clavatum. *Poiret. In fruticetis montosis Jamaicae occidentalis et ad Caracas.* ♄.

4. D. *ventricosa Pers.*; racemis terminalibus axillaribusque, corollis campanulatis ventricosis, foliis ternis. HA-

MELIA *ventricosa Swartz Prodr.* I. *p.* 46. *Fl. ind. occid.* I. *p.* 446. *Willd. Spec.* I. *p.* 981. *Ait. Hew.* 2. *ed.* I. *p.* 374. HAMELIA *grandiflora L'Hérit. Sert. Angl.* IV. *t.* 7. *Salisb. parad. p.* 55. *Ait. Hew.* I. *p.* 229. *Sloane Hist.* II. *n.* 63. *t.* 183. *f.* 2.

Rami glabri teretes; folia ovata acuminata integerrima glabra venosa, margine subinde rubra; stipulae subulatae, spinae adinstar recurvae; racemi ramis trichotomis; flores subsessiles inclinati subunilaterales; unico solitario axillari; cal. dentibus ovatis acutis; cor. subcampanulata pollicaris, flava; tubo basi ventricoso, limbi laciniis 3 rectis, duabus superioribus vix longioribus; bacca oblonga subdecagona, coccinea. *In Jamaicae collibus et fruticetis aridis.* ♄.

5. D. *axillaris Pers.*; subherbacea, racemis axillaribus, floribus subsecundis sessilibus foliis ovato-lanceolatis. HAMELIA *axillaris Swartz Prodr.* I. *p.* 46. *Fl. ind. occid.* I. *p.* 443. *Willd. Spec.* I. *p.* 986.

Caules 1-3 ped., basi lignosi; rami glabri herbacei; folia opposita petiolata glabra acuminata integerrima atroviridia petiolis rufescentibus; stipulae acuminatae; racemi nunquam terminales, patentes, ramulis trifidis; flores parvi sessiles pallide flavi unilaterales, cal. minimus 5-dentatus, cor. limbus lobis rectis aequalibus; stigma lineare compressum acutiusculum; bacca oblonga parva. *In Jamaicae, Hispaniolae fruticetis saxosis juxta rivos.* ♄.

6. D. *odorata Humb.* et *Bonpl.*; racemis terminalibus corymbosis, foliis oblongis utrinque acuminatis glabris, stipulis pinnatifidis. HAMELIA *odorata Reliqu. Willd. MS.*

Frutex orgyalis, foliis verticillatis 3-4.; stipulae 2 pinnatae (supra pinnatifidae dictae) lanceolato-lineares ad basin folii singuli. Flores 1/2 poll., sessiles, lanceolati. Bacca calyce persistente. Variat rarius corollâ 6-dentatâ et staminibus 6. Anthera squamâ epronata, vel in ligulam membranaceam producta interne sagittata. *In America meridionali.* ♄. *Humb.* et *Bonpl.*

7. D. *pauciflora Humb.* et *Bonpl.*; racemis subcorymbosis terminalibus paucifloris, foliis oblongis basi attenuatis apice brevissime obtuse acuminatis glabris. *Reliqu. Willd. MS.*

In America merid. ♄. *Humb.* et *Bonpl.*

930. AMAJOUA.

A. *gujanensis Aubl. gujanens.* 2. *Suppl. p.* 13. *t.* 375. HAMELIA *sessiflora* floribus terminalibus sessilibus, foliis ternis glabris (utrinque) acuminatis. *Willd. Spec.* I. *p.* 981. HAMELIA *glabra* foliis utrinque glabris, fructibus congestis sessi-

libus. *Lam. Enc. meth.* III. *p.* 65. DUHAMELIA *glabra Pers. Syn.* I. *p.* 203.

Arbuscula 4 ped. et ultra, trunco 5-6 poll. in diametro, cortice rufescente, ligno albido, ramis apice pluribus rectis triangularibus nodosis 6-7 ped. foliosis, ramis axillaribus. Baccae ovatae carnosae flavae seminibus rotundis compressis, altero supra alterum, serie ut plurimum septuplici. Habitus HAMELIAE. Flos adhuc ignotus, *In sylvis Gujanae.* ♄.

931. ERITHALIS.

1. E. *odorifera Jacq.*; arborea erecta. *Jacq. Amer. p.* 72. *t.* 173. *f.* 23. *pict. t.* 260. *f.* 20. (quoad florem et fructum). E. *fruticosa*, foliis obovatis, cymis compositis pedunculatis terminalibus. *Willd. Spec.* I. *p.* 996. *Linn. Spec.* I. *p.* 251. *Swartz Obs. p.* 80. *Plum. Icon. t.* 249. *f.* 2. *Brown jam. p.* 165. *t.* 17. *f.* 3.

Arbor foliis oppositis, corymbis compositis. *Linn.* Arbor erecta, 15 ped.; folia subovata obtusa cum exiguo acumine, nitida, integerrima, saturate virentia, petiolata, opposita 3 poll. Racemi compositi, corymbosi, axillares, oppositi. Flores numerosi, caduci, albi, magnam partem hexandri calyce corollâque sexfidis, odore SYRINGAE *vulgaris.* Baccae parvae, purpureae. Semina numero inconstanti circiter 9. Forte ERITHALIS utraque *Brownei* mearum dumtaxat constituit varietatem. *Jacq. In sylvis Martinicae.* ♄.

2. E. *inodora*; fruticosa, procumbens. E. *fruticosa β.* inodora. *Jacq. Amer. p.* 73.

Licet divus *Jacquin* dicat: „frutex hic bipedalis ramis procumbentibus diffusisque adeo similis *odoriferae*, ut pro specie distincta offerre non sustinuerim: allatum fortasse discrimen induxit soli ingens differentia, anfractus rupestres maritimos terrâ fere omni destitutos inhabitans“ tamen et hoc ipsum, quod haec amet loca ista, illa vero sylvas, patria diversa, et quod addidisset vir divus: „folia etiam habet crassiora et numerosa, baccas floresque minores, hos inodoros, illas albidas rarissimeque purpureas“ utramque distinctam esse speciem nobis saltem videtur indigitare praeter characteres datos. *In Curaçao.* ♄.

3. E. *cymosa Forst.*; foliis obovatis, floribus axillaribus, masculis cymosis, hermaphroditis solitariis. *Forst. Prodr.* I. *n.* 101. *Spreng. Pug.* I. *p.* 17. E. *polygama Willd. Spec.* I. *p.* 997. (excluso *β.*)

Arbor ramis teretibus, cortice cinereo glabro. Folia oblonga, obtusissima, basi nonnihil attenuata, petiolata, coriacea, supra nitida, utrinque nuda subtus pallidiora opaca, nervosa, venosa. Flores masculi pedunculis ramosis petiolos multo excedentibus, ramis divaricatis subternis, bracteis subciliatis exi-

guis ad quamvis divisionem, pedicellis pubescentibus superne incrassatis. Cal. campanulatus. Cor. infundibuliformis tubo extus pubescente. Hermaphroditorum rami nonnihil teneriores, folia minora, minus nitida. Pedunculi solitarii uniflori nudi angulati, longitudine fere foliorum, bracteis binis subulatis sub calyce. Cal. urceolatus. Cor. masculorum, sed parum amplior. Bacca subrotunda. Habitus Hermaphroditorum exacte LONICERAM refert. *Spreng. l. c.* *In insulis Societatis.* ħ.

4. E. *Timon Spreng.*; foliis lanceolatis, pedunculis terminalibus subunifloris. *Spreng. Pug.* I. *p.* 18. *Timonius Rumph Amb.* III. *p.* 216. *t.* 140. E. *polygama* β *Willd. Spec.* I. *p.* 997.

Truncus cortice fungoso, crasso, sicco, crassitie cruris, parum ramosus, parce foliosus; folia subdecussata, ad apicem ramorum conferta, 4-5 poll., 1 1/2 poll. lata, utrinque acuta, laurinis angustiora. Flosculi oblongi sordide albicantes, terni, medius pedicello brevissimo. Baccae paulo minores *Oxyacanthae*, ex flavo-nigricantes, seminibus oblongis sordide flavicantibus. *In Amboina campestribus caricetis.* ħ.

932. GRUMILEA.

G. *nigra Gärtn. de Fruct.* I. *p.* 138.

In Zeylona, ubi *Kogdala* audit. Praeter *semen* nil nobis circa hanc plantam innotuit.

933. STIPULARIA.

S. *africana Pal. d. Beauv.*; stipulis latissimis, foliis lanceolatis subsessilibus, integris (integerrimis) basi attenuatis, subtus flavidiusculis. *Fl. d'Oware* et *de Benin* 2. *p.* 26. *t.* 75. *Poiret Enc. meth. Suppl.* V. *p.* 254

Caules fortes tetragoni; folia opposita pedalia, 4poll. lata, acuta; stipulae ovatae acutae; flores numerosi axillares in involucro limbo plicato angulato angulis acutis subdentatis; receptaculo villoso, calycis laciniis 5? villosis; cor. ochroleuca. *Pal. d. B.* *In desertis Oware ad ripas aquarum.*

934. ATHECIA.

A. *glabra Gärtn. de Fruct.* I. *p.* 141. *t.* 28. *f.* 6. sub FORSTERA *glabra* depicta.

Praeter semen divo *Gärtner* a *Forster* datum nil nobis circa eandem innotuit.

935. TRIPHASIA.

T. *Aurantiola Lour. Fl. Cochinch.* I. *p.* 189. An LIMONIA *trifoliata Linn.*?

Arbuscula 5-pedalis, ramis plurimis patentibus tortuosis subdivisis. Folia terminata foliolis ovatis emarginatis glabris planis parvis odoriferis fusco-viridibus. Aculei axillares recti acutissimi foliolis breviores. Flos albus axillaris solitarius, petalis crassiusculis. Bacca rubra ovata Coffeae similis duplo minor, pelliculâ corticali tenui, pulpâ viscosâ dulci eduli inodorâ, semine unico ovato. *In Cochinchina, China.*

936. CADABA. *)

1. C. *farinosa Forsk*; foliis oblongis farinosis, floribus petaloideis pentandris. STRÖMIA *farinosa Vahl Symb.* I. *p.* 20. *Willd. Spec.* I. *p.* 993. CADABA *farinosa Forsk. descr.* I. *p.* 68. *Lam. Enc. meth.* I. *p.* 544. *Gmel. Syst. Veg.* I. *p.* 405.

Frutex ramis teretibus, junioribus pulvere glauco adspersis. Folia alterna brevissime petiolata oblonga integerrima obtusissima avenia, pulvere glauco farinoso, praesertim subtus. Stipulae nullae. Racemi terminales 6-8-flori. Pedunculi ante florescentiam cernui. *Vahl.* Folia 1/2 poll. Nectarium album parvum linguâ tubo angustiore revolutâ. Stamina inserta pedicello germinis infra medium. *Forsk.* *In Arabia felici, et Abyssinia.* ♄.

2. C. *indica Lam.*; foliis ovato-oblongis mucronatis nudis, floribus petaloideis tetrandris, gynandris, siliquâ cylindraceâ pulposa. *Lam. Enc. meth.* I. *p.* 544. STRÖMIA *tetrandra Vahl Symb.* I. *p.* 20. *Willd. Spec.* I. *p.* 993. *Wendland bot. Beobacht.* CLEOME *fruticosa* floribus gynandris tetrandris etc. *Linn. Spec.* I. *p.* 937. *Burm. ind.* I. *p.* 140. *t.* 46. *f.* 3.

Caulis frutescens teres ramosus. Folia integerrima glabra petiolata alterna. Racemi terminales simplices. Calyces tetraphylli patentes ovato-lanceolati. Petala (albida) 4 unguibus oblongis, subrotunda, adscendentia. Germen pedicello longissimo, in cujus medio stamina 4, saepe duo inferiora basi coalita. Antherae ovales. Siliqua oblonga. *Linn.* — — Folia (pollicaria, 4-5 lin. lata, petiolo 2 lin.) mucrone terminata. Bractea filiformis sub singulo flore, pedicello brevior. Flores 10-12 in racemo singulo. Habitus a CLEOME alienus. Fructus et nectarium ut in CADABA *Forsk.*, ideoque hujus generis *Vahl.* Filamenta saepe 2 inferiora basi coalita. *In India.* ♄.

3. *C. glandulosa Forsk.*; piloso-viscosa, foliis subrotundis, floribus apetalis. STRÖMIA *glandulosa Vahl Symb.* I. *p.* 20. *Willd. Spec.* I. *p.* 994. CADABA *glandu-*

*) STRÖMIAM *longifoliam* et *rotundifoliam* (quarum intermedia *farinosa*) adducit *Salt it. Abyss. ed. germ. p.* 476. Sine definitione.

losa ramis, foliis, calyce pistilloque glandulosis villosis. *Forsk. descr.* I. *p.* 68.

Caulis fruticosus. Rami teretes, ut tota planta, pilis apice glandulosis. Folia petiolata alterna integerrima mucronata (1/2 poll.) scabra avenia fragilia semipollicaria. Racemus terminalis 4-6-florus. Flores nutantes. Caps. oblonga unilocularis hirsutissima. *Vahl.* Folia ovali-acuta. Caps. pedicellata semipollicaris hispida. *Forsk.* *In Arabia felici.*

4. C. *rotundifolia Forsk.*; foliis orbiculatis glabris, floribus apetalis. STRÖMIA *rotundifolia Vahl Symb.* I. *p.* 20. *Willd. Spec.* I. *p.* 994. CADABA *rotundifolia Forsk. descr.* I. *p.* 68.

Caulis fruticosus. Rami teretes glabri. Folia petiolata alterna integerrima, interdum emarginata coriacea avenia pollicaria. Petiolus folio duplo brevior. Racemus terminalis 8-10-florus, floribus erectis. Caps. pendula glabra pollicaris. *Vahl.* Arbor grandis. Petiolus 1/2 poll., basi et apice crassus. Nectarium curvum, linguâ supra fulvâ, subtus flavâ. Pedicellus pollicaris, fructus bipollicaris, cylindricus, viridis, valvulis intus rubris. *Forsk.* *In Arabia felici.* ♄.

937. RICHERIA.

R. *grandis Vahl Eclog. Americ.* I. *p.* 30. *Willd. Spec.* IV. *p.* 1122.

Rami teretes rigidi apice angulati cicatricati glabri. Folia superne in ramis alterna 6-7 poll., elliptica vel obovata basi attenuata acuta, apice plerumque obtusa, integerrima, subcoriacea, utrinque glabra, subtus venosa pallidiora. Petiolus unguicularis, supra canaliculatus. Spicae axillares solitariae folio triplo breviores rigidae plerumque simplices, rarius ad basin ramo patente, tenellae, imbricatae. Flores frequentes sparsi sessiles. Bractea concava longitudine fere calycis ovata ad basin singuli flosculi. Pedunculus angulatus. *Flor. masc.* Cal. persistens; laciniis ovatis acutis subtomentosis. Petala subrotunda longitudine calycis. Filamenta inter glandulas nectarii erecta calyce longiora. Antherae oblongae erectae. *Flor. fem.* Similes maris, praeter stamina. Stigmata supra canaliculata. Caps. (s. bacca corticata) magnitudine nucis Coryli laevis glabra apice mucronibus 3 brevibus e rudimentis stigmatum, futuris 6 longitudinalibus obscuris; valvulae exteriores suberosae, interiores subcartilagineae, flexiles. Columella lignosa trigona. Semen obovatum convexum, integumento quadruplici. Radicula supera. Cotyledones cordato-subrotundae. *Vahl.* Arbor ingens, habitu MAMMEAE *americanae*, rara; 15-20 hujus speciei arbores vallem exiguam replent. *In Montserrat in Monte sulfuris. Ryan.* ♄.

938. HIRTELLA.

1. H. *americana Aubl.*; racemis simplicibus axillari-

bus solitariis, pedunculo communi villoso, floribus (sub) pentandris, foliis oblongis acuminatis. *Willd. Spec.* I. *p.* 1151. *Aubl. Gujan.* I. *p.* 347. *t.* 98. (excl. synon. *Jacq.*) *Swartz Obs. p.* 94. H. *racemosa Lam. Enc. meth. T.* III. *p.* 133. *n.* 1. Frutex innominatus *Marcgr. bras. p.* 78. *f.* 2. mala. *β.* foliis minoribus, basi acutioribus.

Arbor 25 ped. et ultra, trunco 5-6 poll. in diametro, cortice rufescente, ligno fragili, albido. Rami longi graciles sparsi teretes apice parum hirsuti. Folia integerrima utrinque glabra, petiolis brevissimis, 5 poll., 1 ½ poll. lata. Petioli basi stipulis 2 parvis. Pedunculi simplicissimi longitudine foliorum vel parum ultra. Flores purpurei aut violacei, pedicellis bracteâ unâ alterâve hispidâ. *Aubl.* *In Brasilia, Gujana, Cajenna; β. in Peruvia. Jos. de Jussieu.* ♄.

Obs. In *Syst. Veg.* editt. *Murray* a clo. *Murray* additur *americanae* synonymon *Jacq. Amer. p.* 3. *t.* 8. *pict. t.* 11. quae, omnibus nunc studentibus, ad sequentem; additur tamen: „in herbario *Pisonis* stamina 5, in *Cliffortii* 3. etiam *Jacquini.*"

2. * H. *paniculata Lam.*; racemis compositis laxis terminalibus solitariis, pedunculo communi pubescente, floribus triandris, foliis oblongis acuminatis. H. *triandra Swartz Prodr.* I. *p.* 57. *Fl. ind. occid.* I. *p.* 508. *Willd. Spec.* I. *p.* 1151. HIRTELLA *americana Jacq. Amer. p.* 8. *t.* 8. *pict. t.* 11. H. *paniculata Lam. Enc. meth. T.* III. *p.* 133. *n.* 2.

Arbor 15-20 ped., ramis patentibus, ramulis teretibus verrucosis. Folia petiolata alterna ovato lanceolata integerrima deflexa acuta, 3-5 poll., nervosa glabra nitida, petiolis brevissimis. Racemi semipedales, floribus pedicellatis alternis approximatis, pedicellis unifloris (inferioribus 2-3 floris) bracteis minutis. Calycis laciniae ovatae concavae reflexae, parum minores petalis albis ovatis obtusis. Filamenta longissima basi connexa, rudimentis 2-5 aliorum, longitudine styli; stigma obtusum. Bacca sicca, magna, griseo-rufa. *Swartz.* *In sylvis Jamaicae, Hispaniolae, ad latera torrentum.* ♄.

Obs. Flores minores quam in *americana*, et pentandros, germen stylumque basi hispidum vidit *Lamarck* in specimine a *Dupuis* communicato.

3. H. *hirsuta Lam.*; racemis compositis (axillaribus et) terminalibus aggregatis, pedunculo communi hirto, floribus pentandris hexandrisve, foliis ovalibus acutis (hirsutis nitidis subcoriaceis.) H. *paniculata Willd. Spec.* I. *p.* 1151. *Swartz Prodr.* I. *p.* 51. *Fl. ind. occid.* I. *p.* 510. *Vahl Symb.* II. *p.* 43. *t.* 31.? *Meyer Fl. Essequeb. p.* 122.? H. *aggregata Poiret Enc. meth. Suppl.* III. *p.* 53. *n.* 5. H. *hirsuta Lam. Illustr. n.* 2754. (quoad synon. *Vahl.*)

Arbuscula ramulis teretibus strictis hirsutis. Folia petiolata alterna cum acumine brevissimo integerrima patenti reflexa. Racemi simplices erecti subpaniculati patentes multiflori hirsuti 3-4 poll.; pedicelli subconferti longiores hirsuti ut cal. parvus intus albido-tomentosus. Petala decidua. Filamenta longissima purpurea, inferne valde hirsuta, 5, omnia fertilia, longitudine styli basi hirti. Antherae ovatae. Stigma capillare. Bacca sicca hirta *Swartz* ad *Herb. Banks.* *In Cajenna.* ħ.

Obs. Licet cl. *Mayer l. c.* Synonyma *Willd.* et *Poiret* supra allata sine omni dubio ducat ad suam „*paniculatam* racemis compositis „terminalibus axillaribusque approximatis hirtis, floribus hexandris, foliis „ovalibus," tamen dubitamus utrum reverâ hujus loci, si, ut illi videtur, planta *Swartzii* fors alius speciei. Folia petit approximata, 2 1/2 poll., 12-14 lin., utrinque nitidissima, ad venas inprimis subtus pilis rigidiusculis; Cor. albam; filamenta 5-6, minime inferne hirsuta, sed glaberrima; antheras subrotundas; stigma simplex; drupam (nec baccam) rubram glabram, nec hirtam. In speciminibus suis semper 6, in *Vahll* exactissime cum suis convenientibus 5 tantum stamina. — Nomen *aggregatae* retinendum erat, cum sit *paniculata* antiquior *Lam.*, neque hac *aggregata* paniculam exhibeat. — *Vahl*, qui clm. *Swartz* citat ut *Swartz Vahlium*, ramos cortice purpurascente describit; folia 1 1/2 poll., hirsuta subtus discoloria; petiolos brevissimos; stipulas subulatas valde hirtas; racemos folio longiores, pedicellis unguicularibus alterais solitariis rarius geminis; bracteas saepe duas ovatas lanceolatasve ad basin pedicelli; calycem extus coloratum.

4. H. *Cosmibuena Lam.*; foliis oblongis, acuminatis; racemis compositis pubescentibus; floribus triandris; (petalis emarginatis.) HIRTELLA *racemosa Ruiz* et *Pav. Fl. peruv.* III. *p.* 5. *t.* 227. *f.* 6. HIRTELLA *Cosmibuena Lam. Illustr.* II. *p.* 114. HIRTELLA *peruviana Pers. Syn.* I. *p.* 250. *Poiret Enc. meth. Suppl.* III. *p.* 53. COSMIBUENA *Ruiz* et *Pav. Prodr. Fl. peruv. p.* 10. *t.* 2.

Arbuscula 6-8 ped., caulibus rectis fuscis glabris, ramis patentibus, junioribus angulosis pubescentibus; folia subpetiolata, acumine obliquo, subtus pubescentia, 3 circiter poll.; stipulae subulatae pubescentes; racemi axillares et terminales; pedunculi angulosi pedicellis 2-3 floris, bracteis parvis solitariis. Cal. pubescens. Petala lilacina. Stylus ad basin germinis. Drupa cuneiformis, subplicata, subrecurva, hirsuta, monosperma. *In sylvis Peruviae Chinchao.*

5. H. *olivaeformis Poiret*; foliis coriaceis (cordato-), ovato-oblongis glabris; racemo terminali composito; capsulis ovatis pubescentibus. *Enc. meth. Suppl.* III. *p.* 53.

Rami glaberrimi teretes striati; folia subpetiolata subtus nervosa integerrima obtusiuscula, 3-4 poll. et ultra, 2 1/2 poll. lata; racemi breves pubescentes ut calyces. Cor? Stamina? Capsula formâ Olivae parvae, tomento crasso, fulvo-fusco. *Poiret. Ad Senegal.* ħ. *Dupuis.*

6. H. *pendula Soland.*; racemis terminalibus composi-

tis, floribus subtriandris, foliis basi cordato - emarginatis. *Lam. Enc. meth.* III. *p.* 134.

Rami lignosi teretes lanuginosi; folia alterna acuta integerrima supra glabra, subtus subpubescentia costâ hirsuta, 5 poll. longa, 1 1/2 poll. lata. Petioli brevissimi. Racemi longiusculi, pedunculis lateralibus divisis plurifloris. Calyces extus lanati. Petala glabra calyce parum majora. Stam. 3. *Lam.* *In America.* ♄. *Specimen a div. Aiton clo. Thouin missum.*

7. H. *rugosa Pers.*; foliis ovato acuminatis subbullato-rugosis, pedunculis villosissimis, floribus fasciculatis. *Pers. Syn.* I. *p.* 250. *Poiret Enc. meth. Suppl.* III. *p.* 53.

Folia superne nitida, inferne sparsim et ad nervos pilosa. Stam. 3. *Pers. l. c.* ad specimen a D. *Thnilliet* communicatum. — *In Porto-Ricco.* Confer cum *pendula*, addit *Poiret l. c.*

Obs. Fors haec H. *paniculata*, quae *triandra Swartz.* — Affinis videtur sequenti etiam *portoricensi.*

8. H. *portoricensis Humb.* et *Bonpl.*; racemis simplicibus axillaribus, ramis hirtis, foliis ovatis acuminatis lucidis integerrimis, costâ mediâ subtus margineque pilosis. *Reliqu. Willd. MS.*

Ad Porto-Ricco ♄. *Humb.* et *Bonpl.*

9. H. *nitida Humb.* et *Bonpl.*; racemis terminalibus, foliis oblongis acuminatis nitidis basi angustatis, pedunculis pubescentibus. *Reliqu. Willd. MS.*

In Cuba. ♄. *Humb.* et *Bonpl.*

10. H. *nemorosa Hoffmannsegg.*; foliis distichis oblongis basi rotundatis apice acuminatis nitidis glabris, racemis terminalibus, stipulis filiformious, floribus heptandris, caule erecto. *Reliqu. Willd. MS.*

Petala lutea. Stamina violacea. *In Brasilia.* ♄. *Com. de Hoffmannsegge.*

11. H *scandens Hoffmannsegg.*; foliis distichis oblongis basi rotundatis apice acuminatis nitidis glabris, racemis axillaribus terminalibusque, stipulis filiformibus, floribus subheptandris, caule scandente. *Reliqu. Willd. MS.*

Ad aquas Brasiliae. ♄. *Com. de Hoffmannsegge.*

12. H. *octandra Hoffmannsegg*; foliis dblongis coriaceis, paniculâ terminali, floribus octandris. *Reliqu. Willd. MS.*

In Brasilia. ♄. *Com. de Hoffmannsegge.*

13. H. *hexandra Willd.*; foliis oblongis, floribus racemosis hexandris, petiolis pedunculisque pubescentibus. *Reliqu. Willd.*

Habitat — ? —

939. OPILIA.

O. *amentacea Roxb. Plants of Corom.* II. *p.* 31. *t.* 158.
OPELIA *Pers. Syn.* I. *p.* 241.

Arbuscula. Folia alterna, disticha; oblonga, integerrima, glabra, nitida, raro subserrata, tripoll. Stipulae nullae. Racemi axillares parvi erecti, bracteis parvis reniformibus acutis ciliatis trifloris, post florescentiam deciduis, imbricati. Flores parvi virescentes. Calyx minutus. Petala oblonga patentia. Nectaria: corpuscula 5, clavata, carnosa. Bacca magnitudine Cerasi minoris, globosa, succulenta. *In regione montosa Circarfiens. Ballycoma Teling.*

940. BOTRYA.

B. *africana Lour.*; foliis lobatis, racemis lateralibus. *Lour. Fl. Cochinch.* I. *p.* 191.

Frutex mediocris multiplex ramosus scandens; radice tereti longâ rugosâ lutescente. Folia cordata 3-6-loba obtusa venosa crenata tomentosa sparsa, petiolis longis. Flos rubescens parvus subclausus racemis subdivisis brevibus; pedunculo communi longo, cirrhis bipartitis. Bâcca nigra aquosa edulis dulcis uvae similis. *Lour.* *Agrestis ad orae Zanguebariae littora.*

Obs. Non esse CISSAMPELON *Pareirae*, licet, ut haec, à Lusitanis *Pareira brava* dicta, flore à se attente examinato affirmat *Loureiro.*

941. CURINILA.

C. *Rheedi.* Curinil v. Curiginil. *Rheed. Mal.* VII. *p.* 47. *t.* 25. *Lam. Enc. meth.* II. *p.* 228. Baccifera indica, foliis ex adverso binis, ad solanum accedens, fructu monopyreno, floribus pentapetalis in communi pedunculo pluribus. *Raj. Hist.* III. *p.* 357.

Surculi rotundi geniculati, geniculis nonnihil protuberantibus, intus lignosi, cortículo viridi. Folia geminata, decussata, pedunculis longis flaccidis, oblonga, cuspidata, mollia, flaccida, plana, glabra, subtus pallidiora. Costa media e viridi albens. Flores ex albo flavescentes, interius uncinulo candido lanugino so. Fructus oblongi, cortice viridi, carne albicante, subamari. *Rheed.* *In Insula Baypim.*

942. TRALLIANA.

T. *scandens Lour.*; foliis cordatis crenatis, racemis dichotomis. *Fl. Cochinch.* I. *p.* 195.

Caulis fruticosus multiplex longus scandens inermis, ramis multis geniculatis. Folia subrotunda acuminata glabra alterna. Flos albo-viridis, racemis lateralibus, pedunculo communi longo. *Scandit arbores in Cochinchina.*

943. RHAMNUS.

a. *Spinosae :*

1. * R. *cathartica* *); spinis terminalibus, floribus (sub) quadrifidis (polygamo-) dioicis, foliis ovatis, caule erecto, baccâ tetraspermâ. *Smith Fl. brit. p.* 261. *Engl. Bot. t.* 1629. *Poiret Enc. meth* IV. *p.* 461. *Willd. Spec.* I. *p.* 1093. *Du Roi harbk.* II. *p.* 282. *Hall. Helv. n.* 824. *Fl. Dan. t.* 850. *Schmidt östr. Baumz. t.* 158. *Duhamel ed.* 2. *vol.* III. *t.* 10. *Abel* et *Reit. t.* 39. *Plenck. off. t.* 140.

Arbor 20 ped., vel frutex; folia fasciculata, nervosa, obsolete crenulata; flores ex eadem cum foliis gemma, pedunculati, virentes, subinde 5-fidi; in 4-fidis stamina tantum 4. Stigma 4-fidum. Baccae nigrae 4-spermae, succo in immaturis luteo, tinctorio. *In Europae totius sepibus, humidis.* ♄.

2. * R. *tinctoria Waldst. Kit.*; spinis terminalibus, floribus quadrifidis, dioïcis, caulibus erectis (foliis ovatis crenato-serratis, petiolis villosis, baccis plerumque obcordatis). *Waldst. Kit. pl. rar. Pannon. t.* 255. *p.* 283. R. *cardiocarpus Reliqu. Willd. MS.* et *de Vest in litt.*

Frutex 4-5 ped., erectus, caudice subinde pollicis diameto, cortice obscure cinereo, in junioribus tinctu flavicante, ligno duro rufescente, ramis plerisque oppositis patulis. Folia pleraque opposita, alia subalterna, obtusiuscula et obtusissima, pollicaria circiter, utrinque pubescentia, subtus nervoso-venosa, nervis versus apicem convergentibus. Petioli breves. Stipulae 2 petiolis longiores erectae lineares pubescentes. Flores plures ramuli basin circumdantes, pedunculis calyci brevioribus aequalibusve, nudis, ut calyx flavescenti-viridis tubulosus, laciniis tubulum aequantibus lanceolatis apice incurvis. Petala 4 plus quam duplo breviora, pallide ochroleuca, linearia, inter calycis lacinias stamini opposita, erecta. Stamina calycis tubo inserta, laciniis duplo breviora. Germen in feminis nunc subdidymum, aut e tuberculis 3-4 coalitum, et stylus, pro numero tuberculorum, ultra medium bi-tri-quadrifidus, stigmatibus acutis. Baccae nigrae nitidae polymorphae, ut plurimum obcordatae aut tuberculis 3-4, quibus totidem semina correspondent. Baccae immaturae siccatae a tinctoribus magis expetitae quam R. *catharticae*. Maxime affinis *saxatili*: differt tamen characteribus datis et statura majore, cortice magis cinereo, foliis latioribus et florescentia paulo maturiore. *Waldst. Kit.* Culta glabrescit. *In sepibus vinearum Syrmii et Banatus.* ♄.

---

*) „Inter genera raborum *rhamnos* appellatur a Graecis.“ *Plin.* 24. 14. *Rhamnos* ergo nomen graecum, et apud Graecos est generis feminini. Haec dicta sint ne, more Jesuitarum, masculino pro feminino abuti videamur.

Obs. Videtur etiam in Italia spontanea: nomine R. *infectoriae* inscripta occurrit in speciminibus a clo. *Balbis* cum *Römer* communicatis.

3. * R. *saxatilis*; spinis terminalibus, floribus quadrifidis hermaphroditis. *Linn. Spec. p.* 1671. *Smith, Prodr. Fl. graec.* I. *p.* 158. R. catharticus minor folio longiori. *Tournef. Cor. Inst. p.* 593. *Jacq. Austr. t.* 53.

Haec auctoritate cli. *Smith. Jacquin* R. *saxatilem* suam describit sequentibus: Radix inter saxa, ut evelli nequeat. Truncus illico in ramos divisus teretes, diffusos, erectos vel horizontaliter protensos, etiam procumbentes. Cortex cinereus aut fuscescens, ramis senioribus spinâ subulatâ rigidâ, novellis subpubescentibus. Folia e gemmis cum floribus plura, in ramis junioribus inordinate sparsa, lanceolata vel ovata, basi attenuata, breviter petiolata, serrulata, obtusa vel acutiuscula, glabra, ad summum uncialia. Stipula utrinque ad petiolum fusca, caduca, setacea. Pedunculi tenues uniflori foliis breviores. Flores in aliis individuis multo numerosiores et omnes steriles, in aliis pauciores, sed omnes fertiles: utrique apetali et cum virore flaventes, structurâ diversi. Sterilium calyx paulo longior ex tubo campanulato, limbo quadrifido patente plano, tubo ferme duplo breviore et subacuto. Stamina 4 erecta supremo tubo adnata, singula squamâ accumbente oblongâ et breviore. Germen subrotundum parvum, stylis geminis brevibus et veluti truncatis. Praetervisis subsequis hos fertiles antea credideram, unde pronuntiaveram (*Enum. vind. p.* 212) hermaphroditos. In floribus fertilibus tubus calycis brevior limbo magis erecto. Staminum et squamularum vestigium nullum. Germen tubum calycinum aequans, stylis geminis subulatis superne reflexis longitudine calycis. Baccae subrotundae molles nitidissimae piselli magnitudine, pelliculâ atrâ, pulpâ glutinosâ, saporis cum aliquâ dulcedine ingrati nec amari, virente, exsiccatâ et corrugatâ chartam tingente ex caeruleo-purpurascentem. Semina 2-3, ovata nitida subfuscescentia singula arillo proprio. *Jacq.* qui *in collibas saxosis apricis Austriae. In Austriae et Pannoniae saxosis asperis et circa Athenas.* ♄.

Obs. E descriptione hacce *Jacquini* patet, definitionem, etiam a clo. a *Smith* sancitam, minime esse naturae contentaneam, cum flores non sint hermaphroditi. Rectius, quo tutius distinguatur ab *infetcoria*, dices: R. spinis annotinis terminalibus, floribus dioicis quadrifidis, foliis lanceolatis ovatisve basi attenuatis serrulatis, ramis erectis procumbentibusve, floribus fertilibus squamis nullis. Sine dubio hujus loci *Schmidt Oestr. Baumz. t.* 159. R. *Lycium* floribus hermaphroditis et masculis in diversis plantis, hermaphroditi calyce edentato, stylo indiviso et truncato *Scop. carn. ed. 2. I. p.* 163 hujus videtur loci, licet a *Wulfen* ad *infectoriam* ducatur, cum manifesto calycem in hermaphrodito (i. e. fructifera femina) edentatum, i. e. squamis destitutum petat *Scopoli.*, *Scopoli*, qui etiam *Arduin Memor. I. p.* 78. *t.* 14. adducit, monet R. Lycium suam ab immortali *Linnaeo* factam fuisse varietatem R. *catharticae*, quod sane mirum, cum *Clusii spinae infectoriae pumi-*

la secunda ab illo huc ducatur, quae *pumilâ primâ*, ad *infectoriam saxatili* minorem laudatâ, duplo minor. R. *saxatilis Willd. Spec.* I. *p.* 1094., quoad synonymon *Jacquini* sine dubio hujus loci. Utrum vero *Hall. Helv. n.* 822., dubium merito videtur clo. *Poiret Enc. meth.* IV. *p.* 463. *n.* 3., cum *Haller* addidisset, „fructus hujus fruticis sunt *graines d'Avignon*" quae *infectorio* tribui solent. *Murray* in *Syst. Veg.* R. *saxatili* addidit! „in eadem planta et flores fertiles et steriles vidit *Jacquin*" (quod in *Flora* tamen *austriaca* emendavit); in ( ) vero in edit. XV. adjicitur: „secundum accuratas *Wulfeni* (potius *Jacquini* ipsius)" observationes quoque dioicus, et flores feminei corollis s. squamulis destituti. Stam. 4. *Medicus.* RHAMNUS *longifolia Mill.* certe est hujus loci. *Persoon* in *Synops.* I. *p.* 238. huc quoque ducit FRANGULAM *saxatilem Cramer Enum. pl. Marb.* 1803. *p.* 41.

4. R. *infectoria*; spinis terminalibus, floribus quadrifidis dioïcis, caulibus procumbentibus. *Linn. Mant. p.* 49. *Smith Prodr. Fl. graec.* I. *p.* 157. R. catharticus minor. *Tournef. Cor. Inst. p.* 593. Spina infectoria pumila I. *Clus. Hist.* I *p.* 111.

Baccae immaturae tinctoriae corium turcicum colore flavo inficiunt. In Angliam copiose deportantur. Dr. *Hawkins* apud *Smith l. c.* *In Europae meridionalis (Graeciae) asperis et petrosis.* ħ.

Obs. Haec auctoritate *Smithii*. *Wulfen* R. *infectoriam* spinis annotinis terminalibus, floribus dioicis quadrifidis, foliis ovato-lanceolatis repando-serrulatis, caulibus procumbentibus, (floribus fertilibus sterilibusque squamis quatuor), *Jacq. Collect.* III. *p.* 17. sequentibus describit optime: „Frutex 2-3 spithamarum, radice lignosâ lentâ brachiatâ aegre e rupibus evellendâ; rami illico supra terram ramulosissimi, divaricati, quaquaversum procumbentes, unde frutetum humile densissimum BRUNI *sylvestris* facie spinis ligneis undique horridum terminalibus lateralibusque. Cortex atro-rubens laevis, demum fuscus, cicatrisatus. Folia floresque ex eadem gemma plures; folia ex ovata basi lanceolata, breviter petiolata, glaberrima, saturatius supra, subtus aquosius tincta, stipulis lineari-subulatis angustissimis caducis. Flores semper diclini, nec hermaphroditi aut polygami, singuli e pedunculo gracili longiusculo nudo nutante. Calyx mari tantisper amplior, luteolus, tubuloso-semiquadrifidus, tubulo ovato-campanulato, fauce hiante tetragonâ, laciniis limbi tubo aequalibus, plano trigonis, patentissimis, demum reflexis. Cor. utrique sexui eadem, 4 squamulae calyce duplo breviores lineares angustissimae inciso-bifidae, luteolae inter lacinulas calycis. Stamina, maris laciniis calycis nonnihil altiora, antheris albido-luteolis, situ cum squamulis aequali, pistillo spurio altitudine tubuli, stigmate bifido trifidove reflexo absque germine. In femina germen subglobosum, stylo brevi crasso, stigmatibus 2-3 reflexis. Bacca nigra obovata 2-3-locularis, bi-trisperma, (inter Kirschentheür et Ferlach, in Prewald et Nanas.) Haec R. *infectoriam Wulf.* eandem esse cum R. *saxatili* affirmat *Host Synops. p.* 119. et *de Vest in litt.* qui notavit: „flores esse polygamos et dioïcos promiscue ramosque rectos et distortos." Sed neque in ramis nec in sexu florum differentia posita, sed in foliorum figurâ corollisque femineis squamis munitis. *Wulfen* spinam infectoriam

pumilam I. *Clusii* cum *Smith* et *Linnaeo* huc ducit, et synonymon hocce illi „*rei caput est*" *Host l. c.* circa hocce *Clusii synonymon* monet: „esse RHAMNUM *catharticam* fruticis modo crescentem, praeditum caule brevi erecto, ramis vel adscendentibus vel erectis, foliis angustioribus, floribus minoribus," in quo eô saltem rectus videtur, quod *Clusii* synonymon hujus loci esse nequeat, cum *Clusius* ipse *spinam suam infectoriam pumilam primam majorem secundâ*, quae ab omnibus ad *saxatilem* vocatur: illam nempe bicubitalem, hanc cubitalem dicit. Nobis *Clusii* spina prima fors ad *tinctoriam Waldst. Kit.* spectare videtur. *Wulfen* porro R. *Lycium Scop.* ad *infectorium* suam aeque male ducit, ut sub *saxatili* monstravimus. Solum synonymon *Gerardi prov. p.* 462. huc spectare videtur, ex quo additur in *Willd. Spec.* I. *p.* 1093, „differt a R. *cathartico* corollae laciniis longitudine tubi, nec longioribus." Quod vero ibidem legitur: „frutex procumbens, styli stigmata reflexa, folia subtus villosa, calyx cyathiformis edentulus" vix hujus esse loci videtur. Expungenda ergo in *Willd. l. c.*, ut et in *Poiret Enc. meth.* IV. *p.* 462 synonyma quaedam. R. *infectoriam* et *saxatilem* distinctas esse species non tandum nunc *Smithi* et *Hort. Kew.* auctoritate, sed etiam illâ *Desfont. Arb.* et *Arbriss.* II. *p.* 367. edocemur, qui huc ducit *Duhamel ed. nov. t.* 3. *t.* 11. et *Decand. Fl. fr.* IV. *p.* 623. *n.* 4073., cujus auctoritate *graines d'Avignon* ex hac arbuscula. RHAMNUS *minor Mill.* hujus videtur loci.

5. * R. *oleoides*; spinis terminalibus, foliis oblongis integerrimis. *Linn. Spec.* I. *p.* 279. *Willd. Spec.* I. *p.* 1094. *Desfont. Fl. Atlant.* I. *p.* 197. *Decand. Fl. franç.* IV. *p.* 623. *n* 4075. R. hispanicus, oleae folio. *Tournefort J. H. p.* 539. *Clus. Hist.* I. *p.* 110. *f.* 1. cum? fide *Smith* in *Sibth. Prodr. Fl. graec.* I. *p.* 157. *β.* R. *lycioides Brot. Fl. lusit. p.* 300. (Lycium hispanicum, folio oblongo. *Lob. icon.* II. *p.* 129.?) *γ.* R. *cuneifolia*; foliis ovatis basi cuneatis, ramis brevibus inordinatis. *Poiret Enc. meth. Suppl.* IV. *p.* 89.

Similis *catharticae*, sed minor; folia ad gemmas 2-3, Oleae similia et minora, laevia, consistentia, integerrima, quasi venis marginata, brevius petiolata, obtusiuscula, reticulato-venosa. Fructus solitarii, similes R. *catharticae*. *Linn.* Cal. profunde 4-fidus, stylus bifidus. — *β. Brotero oleoidem Linn. lycioidis* suae varietatem credit. Folia describit lineari-lanceolata glabra in sua polygama dioica, masculis et hermaphroditis tetrantheris; stigmata 2-3. — *γ.* fors species distincta videtur clo. *Poiret*, fruticulus nanus, ramis brevibus, crassis, durissimis, spinosissimis, cortice laevi cinereo. Folia parva, coriacea, ovata, basi cuneata, similia buxi, sed duplo minora, utrinque cinerea, vix nervosa; baccae minores. *In Hispania Alströmer; β. in Lusitania, et Barbaria; γ. in Syria, ubi Labillard* ♄. v. s.

Obs. Poiret monet se nondum vidisse *oleoidem*, cum *pubescentem* suam, (quam nequidem ut varietatem distinguit *Decand. l. c.* ab *oleoide*) af-

finem huc retulisset cum?; cl. *Desfontaines* sibi videri *buxifolium* suam, ex synonymiâ ab illo allata, habere pro *oleoidis* varietate.

6. R. *pubescens Poiret;* foliis ovatis integerrimis pubescentibus. *Enc. meth.* IV. *p.* 464. (excl. synonym.) *Desfont. arb.* et *arbr.* II. *p.* 368.

Arbuscula parum alta, ramis diffusis, congestis, cortice nigro, apice pubescentibus. Folia subtus dense hirsuta et albida, supra ad nervos pilis sat longis appressis, magnitudine et formâ OLEAE *europeae*. Petioli breves, tomentosi. Flores, fructus? *Poiret. In Gallia meridionali inter Caune et Carcassone.* ♄. *Fourmault.*

Obs. Decandolle hanc nequidem ut varietatem distinguit ab *oleoide*; *Desfontaines* culturâ persistentem tanquam speciem propriam adduxit.

7. R. *buxifolia Poiret;* foliis ovatis integerrimis mucronatis. *Poiret Voy. en Barbar.* II. *p.* 127. *Id. Enc. meth.* IV. *p.* 463. *n.* 4. *Duham. ed.* II. *pl.* 12. et teste *Poiret.* Lycium italicum *Plukn. almag. t.* 96. *f.* 6. Lycium buxi folio *Bauh. pin. p.* 478. R. hispan. buxifolio minor et amplior. *Tournef. Cor. Inst. p.* 593. Lycium quorumdam *Clus. Hist. p.* 111. Lycium buxi foliis rotundioribus syriacum vel persicum *Breyn Prodr. p.* 2. Osrun persarum *Ad. Vorst. Hort. Lugd.* β. ramis rigidioribus magis tortuosis, foliis plerisque subcordatis. γ. foliis minoribus, subsessilibus, margine revolutis, nervis subtus prominulis reticulatis. R. *buxifolius*, ramis annosis spinosis, foliis brevissime petiolatis ovalibus integerrimis venosis. *Brotero Fl. lusit. p.* 301.?

Rami diffusi divaricati flexiles teretes fere glabri cortice subrufescente, annosi, spinâ terminati. Folia alterna, seu potius sparsa coriacea utrinque viridia glabra fere lucida, subinde fere rotundata apice subemarginata, mucrone exiguo. Petioli brevissimi glabri teretes, in costam mediam solito magis prominulam abeuntes, basi pilis duobus stipularum loco. Flores? fructus. In γ. cortex cinereus; folia 4-na-5-na subfasciculata in ramis junioribus, ovata, crassa, subsessilia, raro emarginata. α. *in Namidia antiqua*, β. *in horto divi Lemonnier*; γ. *in Horto Trianon*; et, si *Brotero* hujus loci, *etiam in Lusitania, fors etiam in Europa maxime meridionali.* ♄.

Obs. Desfontaines Arb. et *Arbr.* II. *p.* 368. varietatem dicit esse OLEOIDIS.

8. * R. *lycioides;* spinis terminalibus, foliis linearibus integerrimis obtusis. *Willd. Spec.* I. *p.* 1093. *Linn. Spec.* I. *p.* 279. *Poiret Enc. meth.* IV. *p.* 454. *Cavan. Ic.* II. *p.* 56. *t.* 182. R. certius forte niger Theophrasti *Clus. Hist. p.* 110. β. Foliis latioribus subovatis.

Habitus *Lycii* et *Hippophaës.* Arbuscula trunco valido, ramis du-

ris rigidis, cortice cinereo vel nigrescente. Folia fasciculata in ramis parvis brevibus carnosa, sessilia, basi attenuata. Flores solitarii per ramos, in pedunculis unifloris folio brevioribus, virentes, hermaphroditi. Bacca nigra rotundata biloba acerbissima. β. culta in hortis. *Poiret.* *In Hispania et Gallia meridionali.* ♄.

9. R. *prunifolia Smith*; spinis terminalibus, floribus quadrifidis planiusculis dioicis, foliis obovatis obtusis crenatis nudis. *Smith Prodr. Fl. Graec.* I. *p.* 157. *n.* 549. R. creticus, amygdali folio minori. *Tournef. Coroll. Inst. p.* 41.

Habitus R. *oleoidis*, sed folia crenata vel subserrata, nec integerrima. Caulis depressus, rigidus, ramosissimus, implexus. Flores dioici, staminibus in foemineo obsoletis vel omnino nullis. Stylus semibifidus. *In montibus Cretae elatioribus.* ♄.

Obs. Synonymon *Tourneforti* a *Smithio* huc ductum, qui fors plantam *Tourneforti* non viderat, a *Desfontaines*, qui eandem vidit, ducitur ad *amygdalinam* sequentem, cujus tamen non convenit descriptio et diagnosis cum *prunifolia*.

10. R. *amygdalina Desfont.*; spinescens; foliis rigidis, perennantibus lanceolatis obtusis integerrimis utrinque laevibus. *Desfont. Fl. Atl.* I. *p.* 198. *Poiret Enc. meth. Suppl.* IV. *p.* 88. R. *creticus Amygdali folio minori Tournef.* Cor. *Inst. p.* 4.

Affinis R. *oleoidi Linn.*, sed differt foliis (8-10 lin., 2-4 lat.) subtus non reticulatis. Fructum non vidit. An varietas? *In fissuris rupium montis Atlas.* ♄. *Desfont.*

11. * R. *theezans*; spinis terminalibus; foliis ovatis serrulatis, ramis divaricatis. *Linn. Mant. p.* 207. *Willd. Spec.* I. *p.* 1094. R. *Thea Osbeck it. p.* 232. 161.

Arbuscula sarmentosa. Rami teretes striati alterni remoti, ad angulum acutum divaricati, apice spinosi. Folia alterna petiolata obtusiuscula, tenuissime acuteque serrata laevia, alterne venosa, saepe ad basin ramuli opposita. Spicae terminales simplices s. alternae in panicula nuda. Flores interrupto-glomerati, sessiles, ad puncta conferti, minuti. Cor. 5-fida. Stam. intra squamam petaloideam 5. Stylus brevis. Stigma triplex. *Linn.* *In China, pauperibus Theae succedaneum.* ♄.

12. R. *crenulata Ait.*; ramulis spinescentibus, floribus quadrifidis trifidisve dioicis, foliis oblongis obtusis (obsolete crenato-) serratis sempervirentibus. *Ait. Kew.* I. *p.* 263. *Willd. Spec.* I. *d.* 1094.

Arbuscula vel arbor? rami in nostra patentissimi, cortice fusco cinereo, glabro, alterni. Folia in ramulis fasciculata, in apice ramorum sparsa, ut plurimum pollicaria, basi attenuata in petiolum tenuem 1-3 lin., subtus pulcre reticulata. Flores fasciculati ad ramulos, fere ut in *cathartica*, pedunculis filiformi-

bus longitudine petiolorum, simplicibus bifidisve. Calycis laciniae ovato-lanceolatae acuminatae, subinde mucronato-aristatae. Specimina nostra omnia mascula. *In Teneriffa.* ♄. *Specimina plurima spontanea a clo. Broussonnet lecta in Teneriffa altit.* 1200 *orgyar.*

13. R. *Erythroxylon Pall.*; spinis terminalibus, foliis lineari-lanceolatis, serratis, acutiusculis. *Willd. Spec.* I. *p.* 1093. *Poiret Enc. meth.* IV. *p.* 466. *n.* 11. (inter inermes! ut *Gmelin Syst. Veg.* I. *p.* 400.) *Pall. ross.* II. *p* 26. *t.* 62. *iter app. n.* 78. *t.* 1. *f.* 1. β. foliis angustioribus tenuissime serrulatis. *Willd. l. c.* R. *lycioides Pall. ross. t.* 63.

Arbuscula 5-6 ped., tortuosa, ramis patentibus, ligno durissimo rubro, cortice rufescente, ramis scabris. Folia 2-3 poll., 4-5 lata, petiolis brevibus glabra, fasciculata, angustiora in individuis masculis et minora, subserrata. Flores sparsi in utroque sexu, calycis laciniis parvis acutis flavicantibus. Styli tres corollâ longiores, filiformes, stigmatibus subcapitatis. Bacca magnitudine pisi rotundato-triangularis, pulpâ fusco flavicante. β. humilior, magis ramosa, ramis longioribus; folia in petiolum attenuata. Stigma bifidum, raro trifidum. Flores hermaphroditi, odore PRUNI *Padi.* Bacca oblonga parva nigra. *Pallas. In Sibiriae rupibus ad fl. Selengam; β. in elatioribus campis flavii Terek.*

Obs. β. distincta fore species, ulterius indaganda. *M. a Bieberstein* distinguit hosce β, retento interea nomine *Erythroxyli;* spinis terminalibus, floribus quadrifidis dioïcis, foliis fasciculatis linearibus obtusiusculis serratis. *Fl. caucas. p.* 168, monetque corollam minimam esse, stylos 2-3 distinctos.

Species hujus sectionis dubia.

14. R. *arragonensis Asso;* floribus quadrifidis hermaphroditis, foliis fasciculatis linearibus superne latescentibus. *Asso Syn. Stirp. Arragon.* *Vitmann Suppl. p.* 294.

Frutex 2-ped. cortice glabro; rami spinis terminalibus; folia glabra; Flores congesti pedunculati herbacei. — An *lycioides? In montibus Caesaraugastae.* ♄.

b. *Inermes:*

15. * R. *sarcomphalos;* foliis ovalibus coriaceis integerrimis emarginatis. *Linn. Amoen. acad.* V. *p.* 395. *Willd. Spec.* I. *p.* 1095. *Poiret Enc. meth.* IV. *p.* 467. *n.* 13. *Brown jam. p.* 179.

Arbor satis magna, trunco 2 1/2 ped. in diametro, ramis numerosis, cortice griseo rugoso subglanduloso. Folia alterna, laevia, nitentia, petiolis brevibus. Flores axillares in corymbis parvis brevibus, pedunculo communi satis longo. Cal. monophyllus, ad medium usque in lacinias 5 patentes lanceolatas fissus. Stamina iisdem breviora, opposita. Receptaculum car-

nosum cingens germen. Stylus bifidus, stigmatibus simplicibus Bacca rotundata, bilocularis, seminibus 2 solitariis hemisphaericis. *Poiret.* *In America.* ♄.

16. R. *ferrea Vahl*; floribus hermaphroditis umbellatis axillaribus, foliis oblongo-ovatis emarginatis integerrimis glabris membranaceis. *Vahl Symb.* III. *p.* 41. *t.* 58. *Willd. Spec.* I. *p.* 1095.

Rami teretes sparsi cortice cinereo glabri. Folia petiolata alterna pollicaria et ultra. Umbellae brevissime pedunculatae. Pedicelli glabri, pedunculo parum longiores. *Vahl.* *In Insula St. Crucis.* ♄. *Rohr* et *West.*

17. R. *laevigata Vahl*; floribus hermaphroditis axillaribus subgeminis, foliis oblongis integerrimis coriaceis glabris. *Vahl Symb.* III. *p.* 41. *Willd. Spec.* I. *p.* 1095.

Rami sparsi, *ferreae.* Folia 1 1/2 poll., glaberrima, margine pallidiore flavescenti, obtusa avenia. Pedunculi axillares subinde terni, vix semiunguiculares, uniflori. Flores glabri, ut germen. Stigma bifidum. *Vahl.* *In Insula St. Crucis.* ♄. *West.*

18. * R. *tetragona*; foliis ovatis integris glabris sessilibus, ramis tetragonis. *Linn. Suppl.* I. *p.* 153. *Willd. Spec.* I. *p.* 1095. *Poiret Enc. meth.* IV. *p.* 468. *n.* 17. *Thunb. Prodr.* I. *p.* 44. *Act. Gorenck.* 1812. *c. fig. Fl. Capens.* II. *p.* 71.

Frutex erectus glaber 6 ped. et ultra; rami oppositi elongati divaricato-patuli; folia opposita subdecussata acuta nervosa patentia pollicaria. Flores in ramulis terminales subpaniculati. Stylus unicus stigmatibus 3. Bacca ovata glabra calyce coronata infera unilocularis monosperma. Differt a CELASTRO *tetragono* valde simili: floribus terminalibus incompletis, foliis integerrimis. *In sylvis variis Prom. b. Spei.* ♄.

Obs. Folia coriacea glauca subsessilia subdentata, racemos axillares oppositos vidit *Poiret* in ramo a *Thunberg*, qui a divo *Vahl* tenuit, communicato. Sic et exactissime specimina nostra in *Herb. Röm.* ex habent.

19. R. *polifolia Vahl*: floribus hermaphroditis axillaribus subsessilibus, foliis lanceolatis integerrimis subtus tomentoso-niveis. *Vahl Symb.* III. *p.* 41. *Willd. Spec.* I. *p.* 1095.

Rami tenues superne tomentosi incani. Folia alterna vix pollicaria, supra glabra, subrugosa, mucronata. Petioli brevissimi tomentosi. Flores subsolitarii cinerei subtrigyni. *Vahl.* *In nova Zeelandia.?* ♄. *Dedit divo Vahl* Prof. *Fabricius* Kilonens.

20. R. *valentina Willd.*; floribus hermaphroditis qua-

drifidis trigynis, capsulis trilocularibus, foliis subrotundo-ovatis subcrenatis. *Willd. Spec.* I. *p.* 1096. *Poiret Enc. meth.* IV. *p.* 91. R. *pumilus Cav. Ic.* II. *p.* 65. *t.* 181.

A *pumila* distinctissima foliis subcrenatis brevissime petiolatis minoribus, flore et fructu. *Cav. Poiret*, qui vidit siccam, decidere non audet. Folia subtus albicantia. Caules repentes, ramis tortuosis, cortice fisso rubro-fusco. Flores axillares, pedunculis simplicibus capillaribus. Cal. et coroll. flavo-virens. Stam. 4. Antherae ovatae. Stylus trifidus. Capsula triangularis. *In Valentiae montibus Meca et Palomera*, ♄.

21. * R. *cubensis*; floribus hermaphroditis, capsulis trilocularibus, foliis rugosis integerrimis (utrinque) tomentosis. *Linn. Syst. Veg. p.* 195. *Willd. Spec.* I. *p.* 1096. *Pers. Syn.* I. *p.* 239. *n.* 15. *Poiret Enc. meth.* IV. *p.* 467. *Jacq. Amer. p.* 75. *n.* 3. *pict. p.* 40. *t.* 75. *Hort. vind. p.* 3. *t.* 49. CEANOTHUS *cubensis Lamarck Illustr. n.* 2685.

Habitus VIBURNI *Lantanae*; fructus R. *micranthae Linn.* (i. e. CELTIS *micranthae*). Arbuscula 7 ped., ramosa, trunco 2 poll. in diametro. Rami juniores tomento ferrugineo. Folia ovata alterna obtusa, in culta etiam acuta, breviter petiolata, 3-5 poll., utrinque seniceo-mollissima, juniora ferruginoso-argentea. Pedunculi petiolis paulo longiores tomentosi, bifido ramosi, pedicellis subumbellatis. Cal. extus lanuginosus patentissimus, ferrugineo-cinereus, laciniis 5 acutis. Petala glabra ochroleuca patentissima. Callus nectareus flavus. Stigma trifidum. Caps. trisulca, seminibus tribus atris, valvulis elastice debiscentibus. *Jacq.* l. c. *In fruticetis maritimis Cubae.* ♄.

22. * R. *colubrina*; floribus monogynis hermaphroditis erectis, capsulis tricoccis, petiolis ferrugineo-tomentosis. *Linn. Syst. Veg. p.* 195. *Willd. Spec.* I. *p.* 1096. *Poiret Enc. meth.* IV. *p.* 468. *Jacq. Amer. p.* 74. *n.* 2. *pict. t.* 75. *Hort. vind. p.* 3. *t.* 50. CEANOTHUS *colubrinus Lam. Illustr. n.* 2684. *Pers. Syn.* I. *p.* 244. *n.* 8. C. *arborescens Mill. Dict. ed.* 8. *Commel. Hort.* I. *p.* 175. *t.* 90.

Ramuli pedunculi petioli et in juventute foliorum nervi subtus ferrugineo-subtomentosi. Petala lanceolata e sinubus calycis. Stamina intra petala. Callus nectariferus tranversus inter basin staminum. Stylus triqueter. *Linn.* Truncus erectus, brachium crassus, ramis foliisque horizontalibus. Folia oblongo-ovata acuta integra superne laete viridia glabra 2-6 poll. Pedunculi circiter 7-flori, floribus sursum versis axillares, umbellati, structurâ *cubensis*, sed paulo majores, squamis virentibus. Fructus et semina ut in illo, mixta non discernenda. *Jacq. In Americae Insulis, St. Martin, Jamaica, Domingo, Cuba.* ♄.

Obs. Cultae arbori folia longiora, angustiora, acutiora, minus tomentosa. *Poiret.*

23. R. *caroliniana Mich.*; foliis ovali-oblongis integriusculis glabris, umbellulis pedunculatis, floribus hermaphroditis tetrandris monogynis, stigmate bilobo, fructibus globosis. *Mich. Fl. bor. Amer.* I. *p.* 153. *Walt. Fl. Carol. p.* 101. *Gmel. Syst. Veg. p.* 399. *Poiret Enc. meth. Suppl.* IV. *p.* 90.

Arbuscula erecta ramis patentibus glabris cortice fusco; petioli teretes; folia sat magna, pulcre viridia, venosa; pedunculi 4-5 flori axillares; cal. subglobosus, laciniis 4 rectis acutis; petala bifida squamiformia; stamina longitudine corollae; germen glabrum; stylus brevis; bacca 3-4-sperma. *In Carolina.* ♄.

24. R. *minutiflora Mich.*; foliis suboppositis ovalibus serrulatis, floribus minutissimis dioicis spicatis in rhachi alterne sessilibus, pentandris, stylo trifido, baccâ trifidâ. *Mich. Fl. bor. Amer.* I. *p.* 154. *Poiret Enc. meth. Suppl.* IV. *p.* 88.

3-4 ped., ramis numerosis, cortice cinereo. Folia subpetiolata utrinque glabra. Bracteae minimae. Cal. brevis, ad medium usque fissus laciniis 5. Petala 5 calyce breviora. Antherae subcordatae. Stylus crassus stigmatibus 3 obtusis. Bacca minima globosa seminibus subcompressis. *In Carolinae septentrionalis et Floridae littoribus.* ♄.

25. R. *davurica Pall.*; floribus quadrifidis dioicis, foliis oblongo-ovatis serratis venosis. *Pall. ross.* II. *p.* 24. *t.* 6 r. *iter.* 8. *p.* 265. *n.* 294. *Poiret Enc. meth.* IV. *p.* 467. *n.* 12. *Willd. Spec.* I. *p.* 1097. *Amman. rath. p.* 200. *t.* 33.

Simillima *catharticae*, sed pluribus notis, praecipue defectu spinarum, distinctissima. *Willd. l. c.* qui non vidit. Altitudine fere R. *catharticae*, ramis rectis; lignum pallide rubrum; rami parvi oppositi apice foliosi. Folia R. *catharticâ* multo longiora, majora glabra acuta petiolis longissimis. Flores tantum femineos vidit *Pallas*, in quibus laciniae calycis acutae deciduae parvae virides. Stigma bilobum. Bacca magnitudine pisi, rufescens, biloculatis, disperma. *Pall. Ad Argunam Davuriae fluvium.* ♄.

26. * R. *alpina*; floribus dioïcis, foliis ovali-lanceolatis glanduloso-crenulatis. *Wulfen* in *Jacq. Collect.* III. *p.* 15. *Poiret Enc. meth.* IV. *p.* 468. *n.* 18. *Willd. Spec.* I. *p.* 1097. *Arboret. p.* 283. *Gmel. Syst. Veg. p.* 399. *n.* 16. *Schmidt östr. Baumz. t.* 157. *Duhamel ed.* 2. *v.* III. *t.* 13. *Hall. act. gotting.* II. *t.* 16. *Helv. n.* 823. *t.* 40. FRANGULA *latifolia Mill. Dict. n.* 2. β. R. *hydriensis* foliis ovalibus subdentatis glabris

subtus albidis. *Hacq. pl. alp. t. 2. f. 2. Gmel. Syst. Veg. p.* 399. *n.* 45.

9-ioped.; cortice atro-rubro rubro punctato; folia rugosa, laete viridia, lucida, subinde cordata. Flores solitarii; cal. 4-fidus, et stigma 4-fidum; raro trifidum; petala bifida, primum flava, dein atropurpurea. *In alpibus helveticis, carniolicis, in monte Meissner Hassiae?*

Obs. Folia non duplicato-crenata; in junioribus a venis prominentibus margo plicatus faciem duplicatarum crenarum habet. *Willd. Spec.* l. c. *Poiret l. c. n.* 19. *β* R. *hybridensem* ad *pumilam* ducit; sane ob iconem et descriptionem imperfectam locus certus assignari nequit.

27. R. *alnifolia L'Hérit.*; floribus hermaphroditis, foliis ovalibus acuminatis serratis subtus reticulatis. *L'Hérit. Sert. Angl. p.* 5. *Willd. Spec.* I. *p.* 1100. *wild. Baumz. p.* 354. R. foliis ovalibus brevi-acuminatis basi sinu parvo cordatis subtus ad nervos pubescentibus, pedunculis bis bifidis, baccis depressis globosis. *Pursh Fl. bor. Amer.* I. *p.* 166. (?)

R. *alpinae* facie sat proximus, sed folia laxius nervosa, magis reticulata, tantummodo glabra, nec lucida, ut in R. *alpina*. *L'Hérit l. c.* A. *pumila* differt foliis magis plicatis fortius reticulatis, caule non repente. 5 ped. Rami griseo-fusci, teretes, glabri, laeves. Folia alterna, 1 1/2-2 poll., obtuse serrata, dentibus apice glandulosis, basi integerrima, utrinque glabra, subtus nitentia. Flores albo-virentes axillares in pedunculis simplicibus. *Willd.* — Baccae purpureae, incolis gratissimae. *Pursh. In America boreali. Ad ripas Hoeskoosy. Lewis.* ♄.

28. R. *franguloides*; inermis, foliis ovatis acuminatis leviter denticulatis, floribus dioïcis subfasciculatis; calycibus acutis; fructibus turbinatis. *Mich. Fl. bor. Amer.* I. *p.* 153. *Poiret Enc. meth. Suppl.* IV. *p.* 91.

Affinis R. *alpinae*; an *alnifolia L'Hérit.*? Rami numerosi cortice cinereo; folia subpetiolata alterna nervis prominulis. Fasciculi 3-4-flori pedunculis brevissimis, longitudine petiolorum. Bacca atra loculis 3 monospermis. *Poiret. Ad lacum Champlain.* ♄.

Obs. An huc FRANGULA *americana* foliis oblongo-ovatis nervosis glabris. *Mill. Dict. n.* 4., quam simillimam dicit RHAMNO *Frangulae*, nisi quod folia longiora et latiora?

29. R. *Sibthorpiana*; inermis, floribus dioïcis semidigynis, foliis subintegerrimis villosis lineatis obovato-rhombeis. R. *pubescens Sibth. Fl. Graec. t.* 239. *Smith Prodr. Fl. Gr.* I. *p.* 158. *n.* 552.

In monte Parnasso. ♄.

Obs. Nomen mutandum, cum sit antiquior *pubescens Lam.*

30. * R. *pumila*; repens, floribus hermaphroditis, foliis petiolatis ovatis crenatis. *Wulf.* in *Jacq. Collect.* II. *p.* 141. *t.* 11. *Willd. Spec.* I. *p.* 1097. *Linn. Mant. p.* 49. *Vill. Delph.* II. *p.* 538. *Decand. Fl. fr.* IV. *p.* 625. *n.* 4079. *Schmidt östr. Baumz. t.* 157. *Römer Fl. europ.* X. FRANGULA *rotundifolia Mill. Dict.* R. *rupestris Scop. carn. p.* 262. *t.* 5. β. R *rupestris*, floribus dioicis, caule humillimo, foliis subrotundo-acutis integerrimis. *Vill. Delph.* II. *p.* 531. *Lois. Fl. gall.* I. *p.* 138.

Differt a *Frangula* caulibus saxis adhaerentibus, foliis serratis; a R. *alpina* floribus hermaphroditis. Truncus ramosissimus decumbens, ligno durissimo, cortice rubro fusco, halitu incano, ramis novellis villosis. Folia sparsa, breviter petiolata, primum rotunda, dein ovata, plana, supra glabra, nitentia, venis una cum petiolo rufis villosis. Flores in racemulis axillaribus folio brevioribus erectis, tum nutantibus, 3-6, bracteolâ pedicelli cujusque lineari-subulatâ, saturatè et obscurè rubrâ, deciduâ. Cal. semiquinquefidus erecto-patens coriaceus nudus, extus obscure ruber, laciniis ovato-acutis subtus marginatis, supra albidis, medio canaliculatis. Petala 5 alternantia duplo breviora obcordata alba basi unguiculatâ rubra. Stylus staminibus altior, stigmate obtuso. Bacca obscure rubra, trisperma. *Wulf. In Carniolia, monte Baldo, Ungaria, Bohemia.* ♄

31. R. *pusilla Tenore*; inermis, repens, floribus dioicis, foliis obovato-cuneatis ultra medium crenulatis apice mucronatis. *Fl. Nap. Prodr. p.* XVI. *Synops. p.* 38.

Habitat in rupibus calcareis montis Magellae. Frutex.

32. * R. *Frangula*; floribus monogynis hermaphroditis; foliis integerrimis glabris baccâ (sub) dispermâ. *Smith Fl. brit.* I. *p.* 262. *Engl. Bot. t.* 250. *Willd. Spec.* I. *p.* 1098. R. fl. mon. herm., foliis ellipticis utrinque acutis integerrimis. *Willd. Enum. H. berol.* I. *p.* 250. *Hall. Helv. n.* 821. *Fl. Dan. t.* 278. *Duhamel* 2 *ed.* III. *t.* 15. *Schmidt östr. Baumz. t.* 154. *Svensk bot. t.* 109. *Reit.* u. *Abel. t.* 55. *Plenck t.* 141. FRANGULA *Alnus Mill. Dict. n.* 1.

Frutex 4-6 aut arbor 20ped.; folia opposita, petiolata, obovata; pedunculi axillares 2-3; petala bifida, albo-virentia; cal. 4-5-fidus; antherae atropurpureae; stigma bifidum; baccae atroviolaceae, di-tri-subinde et tetraspermae. *In sepibus, ad flavios.* ♄

33. R. *latifolia L'Hérit.*; floribus monogynis hermaphroditis, calycibus villosis, foliis ellipticis integerrimis acuminatis basi rotundatis. *Willd. Enum. H. Berol.* I. *p.* 250. *Spec.* I. *p.* 1098. *Poiret Enc. meth.* IV. *p.* 475. *n.* 28. *L'Hérit. Sert. Angl. p.* 5. *t.* 8.

Frangulae simillima, sed major. Squamulae petaloideae sessiles, in *Frangula* subangulatae. Stipulae ad basin foliorum lanceolatae acutae. Flores axillares 3-4ni; pedunculi petiolis breviores. Calyces campanulati, dentibus 5 acutis. Stigma carnosum, trilobum. Bacca ovata, magnitudine pisi, nigra. *In Azoribus, montibus St. Miguel.* ♄.

34. R. *elliptica Ait.*; floribus hermaphroditis subtrigynis axillaribus subumbellatis, foliis ellipticis acutis (?) integerrimis subtus villosiusculis. *Ait. Kew.* I. *p.* 265. *Gmel. Syst. Veg. p.* 399. *n.* 13. *Willd. Spec.* I. *p.* 1098. *Swartz Prodr.* I. *p.* 50. *Fl. Ind. occid.* I. *p.* 497. R. *venosus Poiret Enc. meth.* IV. *p.* 25. *Brown jam. p.* 172. *t.* 29. *f.* 2. CEANOTHUS *reclinatus L'Hérit. Sert. Angl. p.* 6. *Lam. Illustr. n.* 2683. *Gmel. S. V. p.* 402. *n.* 2. *Pers. Syn.* I. *p.* 244. *n.* 9. PALIURUS *inermis Hort. paris.*

Fructus maturus epidermide exutâ supra medietatem transverse scissus tricapsularis sexvalvis videtur. Maxime affinis *colubrino*, differt vero: ramulis, petiolis, pedunculisque ferrugineo-tomentosis, stylo triquetro apice tantum trifido. Habitus omnino RHAMNI et fructus plurium ejus specierum simillimus, ut hac ratione ad CEANOTHOS minime ableganda species. Folia obtusa, petiolis glabris; pedunculi petiolis breviores multiflori, floribus umbellatis viridi-albidis. Cal. basi circumscissus, laciniis ovatis patentibus, deciduis. Squamulae nectariferae 5 inter lacinias calycis. Stylus ad basin tripartitus. *Swartz.* Arbuscula 4-5 ped., ramis longis, flexilibus, pendulis. Folia nervis flavicantibus. Calyces villosissimi. Petala calyce breviora linearia. Bacca sicca globosa trilocularis. *Poiret.* *In fruticetis montosis Jamaicae et Ins. St. Bartholomaei.* ♄.

35. R. *prinoides L'Hérit.*; floribus polygamis, stylo subtriplici, foliis ovatis serratis. *L'Hérit. Sert. Angl. p.* 6. *t.* 9. *Willd. Spec.* I. *p.* 1099. (excl. syn. *Thunb.*) *Burm. afr. p.* 242. *t.* 88.

Arbor mediocris, ramis scabris, cortice nigrescente, ligno albo. Folia alterna, glabra, petiolis brevibus. Flores laterales subsolitarii in pedunculis brevibus filiformibus. Calycis dentes 5 acuti. Petala 5. Antherae rubrae. Stigmata 3 subreflexa. Bacca globosa, 1-3 locularis. *Burmann.* *In promont b. Spei.* ♄.

36. R. *celtifolia Thunb.*; inermis foliis ovatis serratis glabris, floribus solitariis axillaribus. *Thunb. Prodr.* I. *p.* 44. *Fl. Capens.* II. *p.* 72. et, hoc teste, *Burm. afric. p.* 242. *t.* 88. *ejusd. Prodr. afric. p.* 27.

Willdenow hanc tanquam synonymon ducit ad R. *prinoidem L'Hérit.* in *Spec.* I. *p.* 1099.; sed *Thunberg* nec laudat synonymon hocce, nec convenit ejus sequens descriptio. Caulis arboreus erectus ramosissimus 6 ped.; rami ramulique alterni,

foliis deciduis tuberculati, glabri, erecti. Folia alterna petiolata acuta supra saturate viridia impresso-venosa, subtus pallidiora venis elevatis, erecta, pollicaria, „(et ultra, longiora perfecte lanceolata)“ suprema minora. Petioli subtrigoni glabri semiunguiculares. Flores pedunculati erecti, pedunculi filiformes, subpubescentes, semiunguiculares. Cal. monophyllus, subcampanulatus, viridis, dentibus 5 acutis. Cor. et squamae calycis nullae. Filamenta basi calycis inserta, eodem breviora. Germen superum ovatum. Stylus simplex erectus staminibus brevior, Stigmata 3 patula. *Thunb. Prope rivulam Valsrivier et alibi.* ♄. *Specimen ill. Thunberg in Herb. Römer.*

37. R. *mystacina Ait.*; floribus hermaphroditis, stigmate triplici, foliis cordatis, ramis cirrhiferis. *Ait. Hew.* I. *p.* 266. *Willd. Spec.* I. *p.* 1099.

Caulis fruticosus, 13ped., debilis, cirrhis scandens. Folia alterna, brevissime petiolata, obtusa cum acumine, minuta, integerrima, supra glabra, subtus pilosiuscula, uncialia. Cirrhi ex axillis superioribus solitarii simplices. Stipulae ad basin ramulorum subulatae caducae trilineares. Flores umbellati axillares. Cal. monophyllus ex albo virens, extus leviter pubescens. Tubus turbinatus, diametro bilineari. Limbus 5-partitus, laciniae e lata basi ovatae acutae patentissimae lineam longae. Petala 5 margini receptaculi inter lacinias calycis inserta albida cymbiformia, lateribus convoluta, stamina includentia, divergentia, calyce breviora. Filamenta 5 intra basin petalorum inserta filiformia. Antherae subrotundae parvae. Germen immersum in receptaculo niveo tubum calycis replente. Stylus triqueter viridis brevis. Stigma trifidum. *Ait. l. c. In Abyssinia.* ♄.

38. R. *sphaerosperma Swartz*; floribus hermaphroditis racemulosis, baccis subrotundis trilocularibus pellucidis, foliis oblongis serratis (utrinque) glabris. *Swartz Prodr.* I. *p.* 50. *Fl. ind. occid.* I. *p.* 499. *Willd. Spec.* I. *p.* 1100.

10-15ped., ramis laevibus patentibus. Folia alterna petiolata acuminata nervosa; racemi breves axillares erecti longitudine petiolorum, floribus parvis pedicellatis, flavo-virentibusve; bracteae parvae acuminatae; cal. ovatus, basi circumscissus persistens, caducus laciniis acutis; petala minima concava; filamenta calyce breviora, antheris trigonis; stylus trifidus staminibus brevior; bacca magnitudine grani piperis, pellucida, apice trisulca, pallide virens, 1-3-sperma. *Poiret. In fruticetis montosis Jamaicae temperatioris.* ♄.

39. R. *hybrida L'Hérit.*; floribus androgynis, foliis oblongis acuminatis vix perennantibus. *L'Hérit. Sert. Angl. t.* 5. *Willd. Spec.* I. *p.* 1001. *wild. Baumz. p.* 354. *Pers. Syn.* I. *p.* 239. *n.* 30. R. *burgundicus H. Paris.*

„Hanc plantam ultra decennium obtinui e seminibus R. *alpinae*; matrem absolute feminam separatemque a maribus quotannis observavi. R. *Alaternus* certe pater fuit. Semina in nonnullis Galliae provinciis copiose sata plantam hybridam, nec ludentem, constanter reddidere. A parente utroque tenet. Herba matris; folia inter *alpinam* et *Alaternum* media, substantia *Alaterni* proxime et fere perennantia. Flores patris nec matris.“ *L'Hérit.* 3-ped., (12-15 et ultra!) rami fusci, teretes, glabri, juniores tenuissime pubescentes; folia alterna; pollicem parum excedentia elliptica, breviter acuminata, duriuscula, annua, margine obtuse serrata, dentibus glandulosis, basi remotius denticulata, utrinque glabra, nec nitentia. *Willd. wild. Baumz. l. c.* *Horti Galliae.* ♄.

40. R. *glandulosa Ait.*; floribus hermaphroditis racemosis, foliis ovatis obtuse serratis glabris basi (costâque mediâ) glandulosis. *Ait. Kew.* I. *p.* 265. 2. *ed.* II. *p.* 16. *Willd. Spec.* I. *p.* 1098. *Poiret Enc. meth, Suppl.* IV. *p.* 91. *Venten. H. malm. t.* 34.

Olim sub ALATERNO. Rami articulati patentes fusco-cinerei. Folia acuta lucida 2-3poll., glandulis ad axillas nervorum; petioli breves vix pilosi; stipulae lanceolatae obscure fuscae; flores viridi flavescentes racemis (paniculatis) axillaribus brevibus; pedunculus pubescens, pedicelli glabri, bracteolis ovatis acutis. Cal. glaber, laciniis lanceolatis acutis reflexis; petala brevissima, caduca, concava, linearia, acuta. Stam. 5. Styli 3, stigmatibus obtusis. *Poiret.* Bacae magnitudine PRUNI *spinosae.* *In Madera et insulis Canariensibus.* ♄. *Specimina a Broussonet lecta in Herb. Röm.*

41. * R. *alaternus;* floribus dioïcis, stigmate triplici, foliis sempervirentibus ellipticis serratis acutis basi (saepe) obtusis. *Willd. Enum. H. Berol.* I. *p.* 250. *Spec.* I. *p.* 1101. (excl. β.) *Poiret Enc. meth.* IV. *p.* 471. *n.* 22. (excl. ε.)

β. foliis rotundis spinoso-dentatis ramis subspinosis. RHAMNUS *balearicus Hort. Paris.* *Duham. ed. nov. p* 42.

γ. foliis latioribus serratis. Alaternus hispanica latifolia *Tournef. Cor. Inst.* I. *p.* 596. *Poiret Enc. meth. l. c.* (excl. Mill. n. 4.) R. *Alaternus.*

α. *latifolius Willd. Spec.* I. *p.* 1001. *Ait. Kew.* I. *p.* 267. ALATERNUS *Phylica* foliis ovatis marginibus crenatis glabris. *Mill. Dict. n.* 1. *Duham. Arb.* 2. *ed. n.* 14. R. *hispanicus Hortul.*

δ. foliis ellipticis obscure serratis. Alaternus minore folio. *Tournef. Cor. Inst.* I. *p.* 595. ALATERNUS *glabra*, foliis subcordatis serratis glabris. *Mill. Dict. n.* 2.

ε. ALATERNUS *latifolia*, foliis ovato-lanceolatis integerrimis glabris. *Mill. Dict. n.* 4. ♃. Varietates β-ε foliis luteo albove marginatis.

Alia individua mares, alia hermaphrodita feminea. Stigmata 3.

Folia subtus et margine lucida. *Linn.* S. V. p. 195. Sempervirens 8-10ped, foliis coriaceis duris. Flores fasciculati, axillares. Petala minima. Stigma trifidum. Bacca nigra. In γ. folia glaucescentia. In δ. folia saepe apice spinâ terminata. *In Europa australi.* β *in Ins. Mahon.* ♄.

Obs. Confer *Rozier Cours d'Agriculture* art. *Alaterne.*

42. R. *Clusii Willd.*; floribus dioicis, stigmate triplici, foliis sempervirentibus lanceolatis utrinque acutis mucronato-dentatis. *Willd. Enum. H. Berol.* I. *p.* 250. *Poiret Enc. meth. Suppl.* IV. *p.* 90. R. *Alaternus* β. *angustifolius Spec.* I. *p.* 1101. γ. *Pers. Syn.* I. *p.* 239. *n.* 31. ε. *Poiret Enc. meth.* IV. *p.* 471. *n.* 22. ALATERNUS *angustifolia* foliis lanceolatis profunde serratis glabris. *Mill. Dict. n.* 3. ALATERNUS I. *Clusii Hist.* I. *p.* 50.

Rami graciles attenuati flexiles albo-virentes. Fasciculi axillares parvi, pallide virentes, minimi. Clo. *Poiret* vix species distincta videtur; sed certe est, et culturâ perstat. Folia pollicem et ultra longa, vix 4-5 lin. lata. *In Lusitania et Gallia meridionali circa Monspelium fide speciminis a clo. Broussonet in Herb. Römer.* ♄.

43. R. *coriacea Brouss.*; inermis, foliis oblongis integerrimis coriaceis, floribus racemosis. *Reliqu. Willd. MS.*

In Teneriffa. ♄. *Broussonet.*

Obs. In *Herb. Römeriano* specimen prostat a divo *Broussonet* in Teneriffa lectum (sub altitud. 1200 org.) et inscriptum R. *Teidis*, in quod exactissime cadit diagnosis a *Willdenow* data. Rami cortice griseo rugoso, e foliis deciduis tuberculati. Folia in apice ramulorum subopposita et alterna cum petiolo 3-4 lin. longo 1 1/2-2 poll., 8-10 lin. lata, obtusa acutaque, raro acuminata, mucrone minimo, glaberrima, nitentia, juniora lucida. Dioica videtur. In specimine masculo racemi simplices et paniculati longitudine fere foliorum, pedunculis glabris, pedicellis longitudine calycis 4-fidi, laciniis acutis. In femina racemi simplices, petiolis parum longiores. Cal. fructu maturo subinteger, crenulis tantum 4. Fructus globosus magnitudine pisi sulco profundo longitudinali didymus. — Affinis *integrifolia Decand.* et R. *Alaternus* ε *latifolia.*

44. R. *integrifolia Decand.*; foliis integerrimis coriaceis ellipticis aut oblongis, junioribus planis, adultis cymbaeformibus, floribus apetalis, pedunculis 7-8-floris. *Decand. Hort. monsp. ined. t.* 16. *Catal. H. monsp. p.* 136.

Frutex humilis erectus; folia sempervirentia, flores parvi, fructus ovatus pisi magnitudine. Semina ex *H. matritensi. Decand. In nova Hispania.* ♄.

45. R. *umbellata Cav.*; caule inermi, foliis oppositis ovatis acutis lineatis, floribus umbellatis. *Cav. Icon pl. rar* VI. *p.* 2. *t.* 504. *Poiret Enc. meth. Suppl.* IV. *p.* 91. ZIZYPHUS *umbellata Poiret Enc. meth. Suppl.* III. *p.* 193.

5-6 ped., ramis elatis, cortice rufescente. Folia subsessilia obsolete cordata glabra 3 fere poll., duriuscula, integerrima, nervis parallelis; stipulae minimae coriaceae truncatae; pedunculi axillares oppositi 3-4 lin.; pedicelli, ut plurimum 5, breves, apice incrassati, bracteolis 2 parvis ad basin umbellae; cal. turbinatus, laciniis 5, interne scrobiculis 2; petala rubra concava minima, stamina tegentia; stylus apice bifidus; stigmata globulosa; bacca sphaerica magnitudine piperis glabra bilocularis. *Cav.* *In nova Hispania.* ♄.

Obs. Poiret hanc et sequentem *trinervem* bis, sub RHAMNO et sub ZIZYPHO adducit; nobis RHAMNUS videtur.

46. R. *trinervis Cav.*; foliis alternis ovatis serrulatis trinerviis subtus (ferrugineo-) tomentosis; floribus hermaphroditis axillaribus. *Cav. Ic. pl. rar.* VI. *p.* 3. t 505. *f.* 1. *Poiret Enc. meth. Suppl.* IV. *p.* 91. ZIZYPHUS *trinervia Poiret Enc. meth. Suppl.* III. *p.* 192.

Arbuscula 7-8 ped., ramis alternis flexuosis teretibus tomento rufescente tenuissimo; folia subpetiolata supra lucida subtus tomento brevi acuta, 1 1/2 poll. Flores subfasciculati 4-7, pedunculis capillaribus. Calycis laciniae lanceolatae 5, extus tomentosae, intus rufescentes. Cor. brevis, rubella. Germen scrobiculis 10. Stylus brevis apice bifidus, stigmatibus crassis; bacca ovata carnosa. *In Luçon circa Manillam.* ♄.

47. R. *lanceolata Pursh.*; inermis, arborescens, foliis lanceolatis serrulatis utrinque acutis subtus pubescentibus. *Pursh Fl. Am. Sept.* I. *p.* 166.

Baccae nigrae. *Ad latera colliam Tennassee.* ♄. *M. Lyon.*

48. R. *zizyphoïdes Spreng.*; inermis, floribus hermaphroditis, capsulis baccatis tricoccis, foliis ovato-lanceolatis subtus incano-tomentosis. *Spreng. Mantiss.* I. *p.* 37.

Ramus exstat fructifer spithamaeus, petiolis subtomentosis. Folia basi rotundata, supra glabra, norvoso-venosa, acuta integerrima. Panicula terminalis laxa, pauciflora. Baccae atrae glabrae corticatae. *Spreng.* *In societatis insulis.*

49. R. *filiformis Roth*; inermis, floribus hermaphroditis, spicis filiformibus, subpaniculatis; foliis ovato-lanceolatis, serratis, nitidis, subtus ad costas cum petiolis pubescentibus. *Roth nov. pl. Spec. MSS.*

Spicae in axillis foliorum rameorum solitariae, simplices vel, ut plerumque, ramosae, terminales, paniculatae, omnes filiformes, laxae, nudae; *H. in India orientali* B. *Heyne.*

50. R. *cassinoides Lam.*; foliis ovatis coriaceis glaucis obsolete dentatis, ramulis angulatis, floribus axillaribus subsessilibus. *Lam. MS.* in *Poiret Enc. meth.* IV. *p.* 474. *n.* 27.

Habitus CASSINES, cujus forte species. Arbuscula glabra ramis

teretibus, membranis angulosis decurrentibus. Folia caerulescenti albida, margine subrevoluta, in petiolis vix linearibus. Flores in fasciculis 3-4-floris. Calycis laciniae 5 ovato-rotundatae, petala 5 squamiformia, calyce multo brevioria, similia *Zizyphis*. Fructus? An generis? Ipsi clo. *Pairet* dubium. *In St. Domingo.* ♄. *Martin.*

51. R. *surinamensis Scop.*; foliis perennantibus ellipticis argute dentatis nitidis glabris. *Scop. delic. insubr.* III. *p.* 10. *t.* 5. *Gmel. Syst. Veg. p.* 400.

Fruticulus cultus pedalis rigidus, caule erecto, ramis patentiusculis sparsis. Folia fere Buxi persistentia crassiuscula laevia alterna brevipetiolata, plus minus obtusa, superne obscurius, subtus flavescenti-viridia, margine cartilagineo, dentibus raxioribus acutis rubellis, densa, patula, non raro deflexa. Flores ex supremis foliorum alis 3-5 parvi, luteo-virides. Cal. 5-dentatus. Squamulae petaliformes nullae. Antherae insidentes corpori luteo-viridi, biloculares erectae polline ferrugineo. Stylus lucidus, e medio trifidus. Stigmata pallidiora lucida glabra subrotunda. Fructus? — *Misit Scopolio Royen sub nomine* RHAMNI *ex Surinamo.*

Quid? R. *myrtina Burm.*; foliis ovato-oblongis integerrimis subtus lucidis. *Burm. ind. p.* 60. *Gmel. Syst. Veg. p.* 399. *n.* 46. *Habitat Coromandeli?*

c. *Aculeatae.*

52. R. *capensis*; aculeis solitariis recurvis, foliis cordatis excisis glabris, umbellis axillaribus. *Thunb. Fl. Capens.* II. *p.* 73. *Prodr.* I. *p.* 44. *Willd. Spec.* I. 2. *p.* 1101.

Arbuscula erecta glabra ramosissima; rami et ramuli decussati, divaricato-erecti, obsolete angulati, cinerei, aculeati; folia opposita, ovata „(ut in *Prodr.* supra cordata!)“ obtusissima, integra, subtus pallidiora, inaequalia, erecto-patentia, unguicularia usque pollicaria. Petioli lineam longi. Flores subumbellato-aggregati, pedunculati. Cal. monophyllus, tubulosus, tubo ovato brevi viridi glabro subangulato, limbo 5-partito laciniis ovatis acutis rufescentibus erectis. Cor. nulla, nisi calycis limbus secedens et decidens exactâ floresoentiâ. Filamenta nulla sed squamae 5, divisuris limbi calycis insertae, brevissimae, bifidae. Antherae ovatae, squamis intrusae. Germen superum convexiusculum glabrum. Stylus simplex brevissimus Stigmata plerumque 2, raro 3 obtusa. Bacca subglobosa glabra calyce cincta bilocularis. *Thunb.* *In Grootvadersbosch sylvisque aliis.* ♄.

Obs. Specimen in *Herb. Römer* ab ill. *Thunberg* communicatum exactissime cum descriptione quadrat, si demis folia cordata; sunt vero quam plurima apice excisa indeque obcordata. Nostra omnia, fusca licet, elegantissime nitent, et coriacea sunt.

53. * R. *circumscissa*; foliis oppositis bifariis obcord-[illegible],

aculeis oppositifoliis, *Linn. Suppl.* I. *p.* 152. *Willd. Spec.* I. *p.* 1001. *Poiret Enc. meth.* IV. *p.* 466. CEANOTHUS *circumscissa Pers. Syn.* I. *p.* 244. *n.* 5. *Gärtn. de Fruct.* II. *p.* 111. *t.* 106.

Rami simplices oppositi patentissimi angulati laeves. Aculei solitarii oppositi fixi horizontales recurvati solidi. Folia lateralia aculeorum petiolata laevia obsolete denticulata. Petioli longitudine aculeorum. Stipulae duae minutissimae ad folia. Fructificationes laterales absque aculeis umbellatae, petiolis paullo longiores simplices. Cal. campanulatus circumscissus, limbo erecto 5-partito, dentibus acutis deciduis. Petala 5 calyci inserta obcordata ciliata nivea antheras involventia. Filamenta 5 alterna calyce paulo breviora. Antherae erectae oblongae. Germen superum. Stylus brevis persistens. Stigma emarginatum. Pericarpium globosum basi vestitum calycis circumscissi basi. Semina 3 obcordata compressa. *Linn.* *In Indiae orientalis dumetis.* ♄.

Obs. Pericarpium exsuccum triloculare trigonum CEANOTHI genus intrare jubet. *Gärtn.*

d. *Species minus cognitae:*

54. R.? *ramiflora Rich.*; glaberrima: foliis lanceolato-oblongis nitidis: floribus minutis, per ramos glomeratim sparsis. *Rich. Act. Soc. H. n. paris. p.* 107.

In Cayenna. Le Blond.

55. R. *sanguinea Orteg.*; foliis ovatis oblongisque lineatis integerrimis, caule erecto, floribus axillaribus fasciculatis, hermaphroditis. *Orteg. Decad. p.* 87. *Poiret Enc meth. Suppl.* IV. *p.* 92. *Pers. Syn.* I. *p.* 239. *n.* 34. (qui post *trinervem.*)

Caules et rami colore sanguineo. *In Galicia prope urbem St. Jago ad ripas* ♄. *Sanguino incolis, quibus in scabiosissima Galicia cortex remedium contra hanc morbum.*

56. R. *lineatifolia Orteg.*; foliis ovatis dentatis lineatis, racemis axillaribus bacris striatis. *Orteg. Decad. p.* 89. *Poiret l. c.*, ubi sphalmate *linearifolius.* R. *cubensis Pers. Syn.* I. *p.* 240. *n.* 35. (male; cum jam sit antiquissima *cubensis*).

Frutex 2 *ped. In Ins. Cuba.* ♄.

57. R. *racemosa Duh.*; inermis, foliis ovato-rotundis laevibus subtus tomentosis ciliaribus, petiolis foliisque ferrugineis. *Duhamel ed. nov. p.* 48. *Poiret l. c.*

Herb. Juss. ♄. *Persoon Syn.* I. *p.* 239. *n.* 24. posuit post *glandulosam.*

58. R. *corymbosa Vahl*; floribus pedunculatis corym-

bosis, foliis coriaceis ellipticis subserratis. *Reliqu. Willd. MS.*

In India occidentali. ♄. *Vahl.*

59. R. *microphylla Humb.* et *Bonpl.*; spinosus, floribus hermaphroditis monogynis, foliis lineari-lanceolatis obtusis repandis, pedunculis solitariis axillaribus ramulisque pubescentibus. *Reliqu. Willd. MS.*

Cal. coloratus 5-dentatus; petala calyci inserta; antherae infra petala sessilia. Stylus unicus stigmate incrassato. *Reliqu. Willd. MS.* *In Mexico.* ♄. *Humb.* et *Bonpl.*

60. R. *serrata Humb.* et *Bonpl.*; inermis, foliis oblongis argute mucronato-serratis glabris, floribus hermaphroditis monogynis, pedunculis axillaribus solitariis. *Reliqu. Willd. MS.*

In Mexico. ♄. *Humb.* et *Bonpl.*

61. R. *parviflora Klein*; inermis, foliis subcoriaceis nitidis serratis ovato-acuminatis, floribus laxe spicatis, spicis paniculatis. *Reliqu. Willd. MS.*

Rami horizontaliter divaricati angulati, folia nervosa utrinque nitida, subtus discoloria, argute serrata. Spicae filiformes paniculatae. Flores remoti sessiles minuti. *In India orientali.* ♄. *Klein.*

62. R. *Humboldtiana*; inermis, floribus monogynis hermaphroditis umbellatis axillaribus, foliis ovato-ellipticis integerrimis, petiolis umbellas axillares subaequantibus. R. *franguloides Reliqu. Willd. MS.*

Nomen mutandum ob antiquiorem *franguloidem Mich.* *In Mexico.* ♄. *Humb.* et *Bonpl.*

63. R. *quitensis Humb.* et *Bonpl.*; inermis, floribus monogynis hermaphroditis, foliis obovato-oblongis obtusis mucronatis serratis basi integerrimis coriaceis, pedunculis solitariis axillaribus ramulis angulatis. *Reliqu. Willd. MS.*

In Quito. ♄. *Humb.* et *Bonpl.*

64. R. *Willdenowiana*; inermis, foliis lanceolatis utrinque acutis serratis, floribus axillaribus aggregatis. RHAMN. *longifolius Reliqu. Willd. MS.*

Habitat? Nomen mutandum, cum sit antiquissima *longifolia Mill.*

65. RHAMNUS *inebrians Salt it. abyssin. ed. germen.* I. *p.* 476. sine definitione.

944. CEANOTHUS.

1. * C. *americana*; foliis ovato-oblongis acutis subcor-

datis serratis triplinerviis, subtus hirtis mollibus, paniculis coarctatis axillaribus (ob ramulos aphyllos) longe pedunculatis. *Willd. Enum. Hort. Berol.* I. *p.* 254. *Spec.* I. *p.* 1114. *Mich. Fl. bor. Amer.* I. *p.* 154. *Mill. Ic. p.* 57. *Sims bot. Mag. p.* 1479. *Duhamel Arb.* I. *p.* 138. *t.* 51. *Wangenh. Amer. p.* 112. *t.* 31. *f.* 70. *Trew Ehret t.* 94. *Commelyn Hort.* I. *p.* 167. *t.* 86. β. foliis basi attenuatis ovatis, glabris, (caulibus decumbentibus. C. *decumbens Hortul.* C. *macrocarpa Hortul.*)

Frutex apud nos 4-5 ped.; folia alterna, inaequaliter serrata. Pedunculi et corollae parvae albae. *In Virginia Carolina, Florida.* ♄. β. fors species distincta.

2. C. *tardiflora Hornem.*; foliis cordato-ovatis trinerviis subtus tomentosis. *Hornem. H. reg. Havn. p.* 230.

Differt ab *americana*, cui similis, praeter characteres datos, caule ramisque rufescentibus, non atropurpureis; foliis majoribus, colore laetiori nervisque eminentioribus. Tardius floret. Semina apud nos non maturescunt. *In America boreali.* ♄.

3. C. *ovata Desfont.*; foliis ovatis dentato-crenatis glabris, fructu hexagono. *Desfont. Arb. et Arbriss.* II. *p.* 381.

Folia in petiolum parum attenuata. *Desfont.* l. c. *In America septentr.* ♄.

4. C. *microphylla Mich.*; subdecumbens glabriusculus, foliis perpusillis passim fasciculatis, obovalibus oblongisve integriusculis; corymbulis ramulorum terminalibus. *Mich. Fl. bor. Amer.* I. *p.* 154. *Poiret Enc. meth. Suppl.* II. *p.* 142.

Radices crassae tuberosae rufescentes ut in *americana*; caules lignosi; rami ramulis brevibus subfiliformibus albidis. Folia vix petiolata numerosa pallide viridia. *Poiret.* *In Georgia et Florida.*

5. C. *macrocarpa Cav.*; foliis cordato-subrotundis (denticulatis) obtusis triplinerviis, corymbis axillaribus. *Willd. Spec.* I. *p.* 1114. *Cav. Icon.* III. *p.* 38. *t.* 276.

Fructus nutantes magni. Satis distincta ab *americana* inflorescentiâ et foliis. *Willd.* Caules lignosi 4-ped., ramis patentibus subtomentosis; folia alterna, obtusa; petioli breves; stipulae subulatae caducae; flores parvi in corymbis parvis conglomeratis; pedunculi brevissimi fructu maturescente elongati; calycis laciniae villosae deciduae; corolla viridi flavescens, calyce brevior, petalis ovatis concavis alternis filamenta abscondentibus. Styli tres breves. Capsula pendula hemisphaerica trigona loculis monospermis. Semina ovata. *Cavan.* *In nova Hispania.* ♄.

6. C. *sanguinea Pursh;* foliis obovatis serratis subtus pubescentibus, paniculis axillaribus thyrsoideis brevissime pedunculatis, pedicellis aggregatis. *Pursh Fl. Am. Sept.* I. *p.* 167.

Rami sanguinei vel purpurei, paniculae foliis haud longiores. *Ad Rocky-mountains, prope ripas Missouri.* ħ.

7. C. *intermedia Pursh;* foliis oblongo-ovalibus acutis mucronato-serrulatis triplinervibus subtus pubescentibus, paniculis axillaribus longissime pedunculatis, pedicellis corymbosis laxis. *Pursh Fl. Am. Sept.* I. *p.* 167. *Plukn. Alm. t.* 20. *f.* 6.

Folia illis *americanae* tribus quadrantibus minora. *In Tennasee sylvis. Lyon.*

8. C. *perennis Pursh;* foliis ovalibus subserrulatis, glabris; paniculis thyrsoideis terminalibus axillaribusque. *Pursh Fl. Am. Sept.* I. *p.* 167.

Folia magnitudine fere *americanae*, sed glabra. Caules hyeme vix persistunt, sed ad radicem usque emoriuntur. *In rupibus ad rivos in Virginia et Carolina.* ♃.

Obs. C. *herbacea* foliis ovalibus subserratis laevibus glabris, flor. thyrs. axillaribus *Rafinesque-Schmaltz Journ. bot.* I. *p.* 227. e *Pensylvania*, saltem quoad diagnosin, vix differre videtur.

9. * C. *asiatica;* foliis ovatis acuminatis venosis, cymis axillaribus. *Willd. Spec.* I. *p.* 1114. *Linn. Spec.* I. *p.* 284. C. foliis ovatis acuminatis basi trinervibus, floribus axillaribus numerosis. *Cavan. Ic.* V. *p.* 24. *t.* 440. *f.* 1. *Lam. Illustr. t.* 189. (excl. synon. CARPODETI *Forsteri*, monente *Ventenat.*) RHAMNUS *asiaticus* foliis ovatis venosis glabris obsolete dentatis, fructibus exsuccis triloculatibus. *Lam. MS.* apud *Poiret Enc. meth.* IV. *p.* 474. *Burm. Zeylon.* III. *t.* 48. *Plukn. Almag. p.* 350. *t.* 63. *f.* 2. (sine dubio *H. Kew.* ed. 2.)

Arbuscula mediocris, ramis rigidis, teretibus, glabris. Folia alterna, apice obtusa dentata, petiolis brevibus. Racemi parvi foliis breviores. Petala cucullata lutescentia. Baccae ovatae trispermae. *Lam. In Zeylona, et prope Guinapatam in ins. Luçon; in ins. Franciae.* ħ.

10. C. *granulosa Ruiz* et *Pav.;* foliis ovato-oblongis acuminatis glabris nitidis medio subserratis; pedunculis brevibus dichotomis multifloris. *Fl. peruv.* III. *p.* 5. *t.* 228. *f.* a.

Caules ramosissimi fortiter granulosi. Folia coriacea, 4-6 poll. et ultra, basi ad nervos pubescentia ut petioli breves; stipulae subulatae caducae; pedunculi laterales axillares, pedicellis umbellatis bracteâ parvâ ovatâ caducâ. Cal. viridi-flavens turbinatus, petalis minimis. Bacca subrotundo-turbinata costis 3

parum prominulis, loculis monospermis. *In sylvis magnis Peruviae.* ♄.

11. C. *pubescens Ruiz* et *Pav.*; foliis ovatis acuminatis pubescentibus acute serratis; pedunculis brevibus dichotomis multifloris. *Flor. peruv.* III. *p.* 6, *t.* 28. *f.* b.

Caules recti, 15-18ped., laeves, ramosissimi, ramis angulosis, junioribus pubescentibus. Folia sparsa. Pedunculi axillares, pedicelli brevissimi, subumbellati; baccae nigrae rotundatae. *In Andibus Peruviae.* ♄.

12. C. *caerulea Lagasca*; foliis oblongis subcordatis serratis, subtus tomentosis, racemis compositis pedunculatis. *Lagasca Gen. et Spec. nov. diagn. p.* 11. *n.* 148.

Habit. in N. Hispania. — Semina misit D. *Sessé.*

Obs. Anne huc C. *azurea Desfont. Tableau d'Ecole* 3. *ed.* 1815. *p.* 232. Huc nobis videtur spectare: C. foliis ellipticis serratis obtusis subtus albo-tomentosis basi tripli-nervibus, nervis ferrugineis, corymbis axillaribus terminalibusque, pedunculis capillaribus elongatis. *Schultes Briefe über Frankreich.* II. *Th. p.* 86., quam sine nomine vidi Lugduni Allobrogum in *Hort. bot.* anno 1811.

13. * C. *africana Mill.*; foliis lanceolatis obtusis reticulato-venosis, paniculâ terminali. *Willd. Spec.* I. *p.* 1015. C. foliis lanceolatis serratis utrinque glabris nitidis, racemo foliis breviore. *Hornem. H. reg. Havn. p.* 230. C. foliis lanceolatis enerviis, stipulis subrotundis. *Thunb. Prodr.* I. *p.* 42. *Fl. Cap.* II. *p.* 71. *Plukn. phyt. p.* 126. *f.* 1. *Commel. prael.* 61. *t.* 11. *Seb. thes.* I. *p.* 35, *t.* 22. *f.* 6. *β. Lichtenst. Spicileg. Fl. Capens. MS.* „Stylus e 3 coadunatus.“ *Linn.* Cal. semiquinquefidus. Petala calyci inserta. Stam. 5. Stylus ex 3 coadunatus. Stigmata 3. Flos ALATERNI *Mygind.* Caulis fruticosus erectus, totus glaber, (sempervirens) orgyalis. Folia alterna petiolata retusa serrata glabra, subtus pallidiora, venosa, pollicaria. *Thunb.* Fructus parvi, magnitudine et formâ pisi. *Vulgaris in sylvis trans Goudsrivier, Stoningklipp, juxta Kap.* ♄. Spec. cl. *Thunb.*

Obs. *β.* a forma fera CEANOTHI, cui petala cucullata cava, nimis recedit CELASTRO similior. Frutex 10 ped. *Ad rivulos Agter-Boggeveld, et in Hortulo Gubernatoris Lichtenst.*

14. C. *capsularis Forst.*; foliis ovato-cordatis acuminatis serratis, capsulis trivalvibus dehiscentibus. *Forst. Prodr.* I. *n.* 112. *Willd. Spec.* I. *p.* 1015.

In Insula Taheiti. ♄.

15. C. *globulosa Labill.*; foliis obovatis subtus tomentosis, capitellis florum paniculatis. *Labill. nov. Holl.* I. *p.* 61, *t.* 85.

Arbuscula 5-6 ped., foliis petiolatis alternis, stipulis lanceolatis scariosis vix pilosis. Squamae 6-8 ovatae imbricatae bracteiformes sub capitellis; laciniae calycis persistentes; stylus longitudine fere germinis; capsula turbinata, 2-3cocca; semina alba basi nigricantia. *In terra van Leuwin.* ♄.

16. C. *spathulata Labill.*; foliis spathulatis subtus tomentosis, dimidio brevioribus, racemis axillaribus aut terminalibus. *Labill. nov. Holl. t.* 84.

Stamina, ut in *globulosa*, petalis opposita. Arbuscula 6 ped.; folia alterna vix petiolata, supra glabra, fuscescentia; stipulae lanceolatae caducae pubescentes. Racemi simplices aut compositi. Cal. pilosus laciniis acutis; petala concava vix unguiculata; antherae globulosae biloculares; stylus trifidus; stigmata capitata; capsula ovata, disco tomentoso inserta, 3-4-cocca; semina subcompressa rufescentia basi nigricantia. *Labillard. In terra van Leuwin.* ♄.

17. C. *discolor Vent.*; foliis lanceolatis acutis integerrimis superne glabris subtus (cinereo-) tomentosis (paniculâ terminali). *Vent. Malmaison t.* 58. *Poiret Enc. meth.* VIII. *p* 591. POMADERRIS *discolor Desfont. Arb.* et *Arbr.* II. *p.* 383. *Poiret Enc. meth.* VIII. *p.* 591.

Sempervirens, caule recto tereti ramosissimo 3-4 ped., fusco cinereo, superne pulverulento, ramis articulatis subvillosis, ramulis axillaribus rectiusculis. Folia alterna petiolata reflexa margine subrevoluta, superne atro-viridia, subtus albido-cinerea. Petioli rufescentes pubescentes (articulati *Poiret.*) Stipulae concavae lanceolatae acutae caducae ferrugineae. Flores parvi in panicula subpatente terminali ramis rectis teretibus pubescentibus iterato dichotomis, bracteis concavis acutis caducis. Calycis tubulosi pubescentis laciniae lanceolatae, acutae, reflexae. Cor. lactea, Fheam spirans, calyce brevior, petalis spathulatis apice denticulatis. Stamina calyce longiora. Antherae quadrisulcae vacillantes, rotundatae. Germen in disco crasso calyci adhaerente. Stylus trifidus, stigmatibus simplicibus incrassatis obtusis flavicantibus. Caps. globosa magnitudine pisi pubescens cinerea basi tricocca valvulis 2 elastice dehiscentibus, semine lucido, fusco altero latere convexo. *Vent. In insulis maris antarctici.* ♄. In *Herb. Römer* specimen a clo. *Wendland* datum nomine C. *africani* cum?

18. C.? *Wendlandiana*: foliis oblongo-lanceolatis acutis integerrimis supra glabris, subtus ferrugineo tomentosis, paniculis terminalibus axillaribusque. C. *microphylla Wendland* in *Herb. Römer.*

Minime C. *myrophylla Mich.*, et intermedia quasi *discolorem* inter et *Pomatiderrim lanigeram*, cujus generi, habitu saltem, affinior. Specimen nostrum ramulum sistit lignosum, cortice cinereo fusco glabro, apice pubescente, crassitie fili emporetici. Folia cum petiolo alia 1 1/2 poll., alia vix 3-4 lin., longiora 4-5 lin. lata, utrinque attenuata, apice fasciculo pilorum mucronata, margine

parum revoluta, supra opaca et, ut videtur atro-viridia, subtus tomento sericeo splendente. Petioli 3-4 lin. glabri, teretes. Pedunculus paniculae communis 7-9 lin., hirsutus, ut rami, pedicellique ultimi versus apicem incrassati, longitudine fere calycis, lineam vix attingentes. Stipula lanceolato-acuminata, mucronàta sub divisione ramorum. Calycis foliola ovato lanceolata, acuta, hirsutissima pilis flavicantibus. Flores minus bene conservati, quam ut possint describi: hinc fides generis penes auctorem. *Habitat?*

19. C. *buxifolia Humb.* et *Bonpl.*; spinosus, foliis ellipticis utrinque glabris trinerviis serratis, floribus paniculatis. *Reliqu. Willd. MS.*

In America merid. ad *Rio del Monte.* ♄. *Humb.* et *Bonpl.*

20. C. *bicolor Humb.* et *Bonpl.*; foliis ovali-lanceolatis serratis trinerviis subtus canescenti-tomentosis, paniculis terminalibus. *Reliqu. Willd. MS.*

In America merid. ♄. *Humb.* et *Bonpl.*

Quid C. *macraphylla Desfont. tabl. de l'école.* 2. *ed.* 1815 *p.* 232?

945. VITIS.

1. * V. *vinifera*; foliis sinuatis nudis. *Duham. Arb. fruct.* II. *t.* 1-6. *Blackw. t.* 154. *Du Roi harbk.* II. *p.* 488. V. foliis palmato-angulatis. *Hort. Cliff. p.* 74. *Upsal. p.* 50. *Mat. med. p.* 70. *Gron. virg. p.* 144. *Roy lugdb. p.* 222. V. vinifera *Bauh. pin.* 299. β. V. *apyrena.* V. corinthiaca s. apyrnea. *Bauh. Hist.* II. *p.* 72. *Houtt. Linn. Pfl. Syst.* III. *p.* 310.

Habitat in orbis quatuor partibus temperatis. ♄. Cirrhus oppositifolius racemifero floriferus.

Obs. I. Haec, nec plura, leguntur in *Willd. Spec.* I. *p.* 1180. In *Enum. H. Berol.* I. *p.* 267. addidit aliud β: *V. viniferq sylvestris*, fructibus minoribus, foliis subtus pubescentibus. — In *Syst. Veg. edit. Murr. Pers. p.* 155. V. *viniferae*, foliis lobatis sinuatis nudis additur in ( ): „*Schmidel Annal. t.* 7. Fol., praesertim juniora, subtus et ad nervos pubescentia." Huic addenda *Jacq. Ic. pl. rar. t.* 50. Liceat hic fruticis, cujus fructus tantum, ut cum sapientissimo loquamur, „*laetificat cor hominis*" varietates, et quidem omnium exquisitissimas primo loco hispanicas enumerare ad mentem cli *Simonis de Roxas Clemente y Rubio*, cujus classicum et omni numero absolutam opus*) utinam omnium tereretur manibus vinearorum.

---

*) Ensayo sobre las variedades de la vid comun, que vegetan en Andalucía, con un Indice etimólogico y tres listas de plantas en que se caracterizan varias especies nuevas, por *Don Sim. de Roxas Clemente y Rubio*, Bibliotecario del real Jardin botanico de Madrid etc. De Orden superior. 8. Madrid 1807 en la imprenta de Villalpando. 3 u. 4 pags.

Varietates VITIS *viniferae hispanicae.*

Sectio I.

FOLIA TOMENTOSA.

Tribus. I.

Forenses. (*Listanes.*)

Rami prostrati longi teneri; folia palmata, sinubus cordatis aut subcordatis: Acini rotundi duri dulces praecoces.

1. *Uberrima;* ramis glabris, foliorum sinubus cordatis, racemis plurimis, acinis subconfertis albis, cute tenui. (*Listan comun.*) *p.* 131. *f.* 5.

2. *Hyacinthina;* acinis hyacinthino-rubris. (*Listan morado.*) *p.* 136.

3. *Antiliana;* ramis inferne tomentosis, racemis paucissimis, acinis confertis magnis subaureis. (*Listan Ladrenado.*) *p.* 136.

4. *Ligeri;* foliorum sinubus subcordatis, pedunculis teneris, acinis confertissimis mediocribus albis. (*Colgadera.*) *p.* 137.

5. *Fuenteduennae;* foliorum sinubus subcordatis, pedunculis duris, acinis confertissimis mediocribus albis, cute crassiusculâ. (*De Fuenteduenna.*) *p.* 138.

6. *Cupani;* acinis nigerrimis. (*Tempranillo*) *p.* 138.

Tribus II.

Fissiles. (*Palominos.*)

Rami prostrati longi teneri; folia palmata, sinubus cordatis; acini nigri molliusculi subdulces.

7. *Fissilis;* acinis subpellucidis. (*Pallomino comun.*) *p.* 140.

8. *Venatorum;* acinis valde pellucidis. (*Palomino bravio*). *p.* 140.

Tribus III.

Pensiles. (*Mantios.*)

Rami duri, internodiis longis; folia lobata aut palmata; acini duri sapidi.

9. *Fallax;* ramis durissimis; foliis viridi-luteis in ex-

plicatione rufescentibus diu persistentibus; acinis raris subrotundis intense viridibus serotinis saepe abortivis. (*Mantúo Castellano.*) *p.* 141.

10. *Sylvatica*; ramis gracilibus albicantibus durisculis, internodiis longissimis; foliis intense viridibus, inferioribus maximis; acinis viridibus serotinis saepe abortivis. (*Mantúo bravío.*) *p.* 143.

11. *Rubella*; acinis rubellis. (*Mantúo morado.*) *p.* 143.

12. *Pensilis*; ramis albicantibus durissimis; foliis viridi-luteis diu persistentibus; acinis maximis rotundissimis flavicantibus valde serotinis. (*Mantúo de Pilas.*) *p.* 144.

13. *Confertissima*; ramis albicantibus durissimis, foliis viridi-luteis valde tomentosis diu persistentibus, acinis confertissimis magnis subaureis serotinis, venis conspicuis. (*Mantúo Luereu.*) *p.* 145.

14. *Pellucida*; ramis albicantibus durissimis; foliis viridi-luteis diu persistentibus; acinis magnis aureis pellucidis, venis valde conspicuis. (*Cordovi.*) *p.* 145.

15. *Merletii*; ramis albicantibus durissimis; foliis viridi-luteis diu persistentibus; acinis rotundis viridibus serotinis, nullo abortivo. (*Fray Gusano de Murgflores.*) *p.* 146.

16. *Issophylla*; ramis albicantibus durissimis; foliis subaequalibus intensissime viridibus, sinubus profundissimis cordatis, racemis ovato cylindricis, acinis confertissimis rotundis subaureis. (*Torronès.*) *p.* 146.

Tribus. IV.

Duracinae. (*Jaenes.*)

Rami erectiusculi fragiles; pedunculi lignosi; acini conferti duri, cute crassissimâ.

17. *Stephani*; acinis nigricantibus. (*Jaen negro de Sevilla.*) *p.* 147.

18. *Crescencii*; acinis nigerrimis. (*Jaen negro de Grenadá.*) *p.* 148.

19. *Varronis*; acinis albis. (*Jaen blanco.*) *p.* 149.

Tribus. V.

Heluolae. (MOLLARES.)

Rami teneri; folia magna suborbicularia subintegra, breviter dentata mollia; acini magni rotundi mollissimi sapidi.

20. *Mollis*; foliis brevissime dentatis, acinis nigris. (*Mollar negro.*) *p.* 151.

21. *Versicolor*; acinis versicoloribus. (*Mollar cano.*) *p.* 153.

22. *Duhamelí*; foliis breviter dentatis; acinis nigris subacidis. *Mollar negro bravío. p.* 153.

Tribus VI.

Dapsiles. (*Albillos.*)

Rami multi prostrati longi graciles teneri; folia parva intense viridia; racemi subcylindrici; acini conferti molles.

23. *Racemosissima*; pedunculo lignoso; acinis confertissimis obovatis viridibus succosissimis. (*Albillo castellano.*) *p.* 154.

24. *Succosa*; acinis nigris. (*Albillo negro.*) *p.* 155.

25. *Lalennae*; pedunculo tenero; acinis subconfertis viridibus. (*De Lalenta.*) *p.* 156.

26. *Beguilleti*; racemis parvis, acinis confertissimis obovatis viridibus succosis. (*De Beguillet.*) *p.* 156.

27. *Heppe*; foliis valde tomentosis, racemis mediocribus ovato-cylindricis, acinis confertissimis subrotundis dilute viridi-luteis, venis conspicuis. (*Albillo pardo.*) *p.* 157.

28. *Herreraе*; racemis magnis ovato-cylindricis, acinis confertissimis subrotundis dilute viridi-luteis. (*Albillo de Huelba.*) *p.* 157.

Varietates singulares. (*Variedades aisladas.*)

29. *Valida*; ramis prostratis longis duris; foliis magnis tomentosis, tomento arcte adhaerenti, racemis ovato-cylindricis, acinis confertissimis rotundis viridibus mollibus. (*Albillo loco.*) *p.* 158.

30. *Leinweberi*; ramis fragilibus, foliis mediocribus viridibus tomentosis, acinis confertissimis mediocribus oblongiusculis albis mollibus. (*Albillo de Granada.*) *p.* 159.

31. *Acerba*; ramis duris, foliis magnis tomentosis, tomento vix adhaerente, racemis ovato-cylindricis, acinis confertissimis subrotundis viridibus acidis. (*Verdagüilla.*) *p.* 160.

32. *Milleri*; ramis duris, foliis intense viridibus, acinis raris oblongis viridibus, mollibus austeris (*Verdal.*) *p.* 161.

33. *Impatiens*; ramis suberectis teneris, nepotibus multis; foliis magnis viridibus; acinis confertissimis obovatis

viridibus valde succosis, venis conspicuis. (*Abejera.*) *p.* 162.

34. *Lacrymosa*; ramis prostratis brevibus gracilibus teneris; foliis palmatis viridi-luteis; racemis parvis cylindrico-subglobosis, acinis confertissimis oblongiusculis viridibus succosissimis. (*L. Lorona.*) *p.* 163.

35. *Anomala*; cirrhis oppositis sparsisque. (*Gallega.*) *p.* 163.

36. *Mollissima*; ramis prostratis longissimis inferne nigrescenti-maculatis teneris; foliis subintegris maturo fructu rubentibus; racemis magnis cylindrico subconicis, acinis confertissimis mediocribus nigris succosissimis (*Mollor de Cadiz.*) *p.* 164.

37. *Dulcissima*; ramis erectis, foliis viridi-luteis, acinis mediocribus rotundissimis albis succosissimis dulcissimis. (*Malvasia.*) *p.* 165.

38. *Ximenezioides*; ramis fragilibus, foliis palmatis viridi luteis, acinis raris mediocribus oblongiusculis albis mollibus dulcissimis. (*Ximenez Zumbon.*) *p.* 166.

39. *Liebaulti*; ramis erectis rubro-fuscis fragilibus, acinis parvis rotundis nigris. (*Tintilla.*) *p.* 167.

40. *Maculata*; ramis valde fragilibus, foliis palmatis, acinis mediocribus rotundis nigris mollissimis. (*Tinto.*) *p.* 169.

41. *Bretonneria*; ramis prostratis fragilibus, foliis mediocribus palmatis, acinis mediocribus rotundis nigris molliusculis dulci-austeris, cute crassiusculâ. (*Romé.*) *p.* 170.

42. *Diversifolia*; ramis teneris; foliis palmatis subintegrisve, racemis minimis, acinis confertissimis minimis rotundis nigris. (*Garabatona*) *p.* 171.

43. *Valcarcelia*; ramis brevibus tenerrimis, foliis mediocribus palmatis, acinis raris parvis rotundissimis nigris mollibus dulcissimis serotinis. (*Morrastell.*) *p.* 172.

44. *Virgiliana*; foliis viridi-luteis, racemis parvis, acinis obovatis nigris mollissimis. (*Virgiliana*) *p.* 173.

45. *Bullata*; ramis teneris, foliis magnis, inferioribus maximis bullatis, acinis subconfertis maximis subrotundis albis. (*Beva.*) *p.* 174.

46. *Galana*; foliis magnis, inferioribus maximis: acinis subconfertis mediocribus rotundiusculis albis duris. (*Galana.*) *p.* 175.

47. *Dussieux*; ramis tenerrimis, acinis mediocribus oblongis albis duris sapidissimis, cute tenui. (*Mantuo castellano.*) *p.* 175.

48. *Picta*; ramis teneris, foliis magnis, acinis confertis mediocribus obovatis spurio-auratis duris carnosissimis. (*Pecho de Perdiz.*) *p.* 176.

49. *Bipartita*; ramis tenerrimis, foliis mediocribus viridi-luteis, acinis rariusculis mediocribus oblongiusculis albis subduris sapidissimis serotinis, cute tenui. (*Zurumi.*) *p.* 177.

50. *Columellae*; ramis prostratis longis gracilibus teneris, foliis obscure viridibus, racemis magnis, acinis subconfertis magnis subrotundis albis duris. (*De Columela.*) *p.* 178.

51. *Prolifera*; ramis prostratis crassiusculis, foliis acute sinuatis breviter dentatis, racemis parvis cylindrico-subglobosis, acinis confertis rotundis albis mollibus. (*Cepa Catnasta.*) *p.* 179.

52. *Colonia*; acinis raris magnis rotundiusculis albis mollibus subacidis praecocibus. (*Calona.*) *p.* 179.

53. *Rotundifolia*; foliis suborbicularibus subintegris brevissime dentatis mollibus viridi-luteis, racemis parvis, acinis obovatis mollissimis. (*Fray Gusano de Mayna.*) *p.* 180.

54. *Subcompressa*; ramis prostratis longissimis basi subcompressis teneris, foliis magnis cordato-sinuatis viridi-luteis, racemis parvis, acinis rotundissimis albis mollibus dulcibus. (*Cienfuentes.*) *p.* 181.

55. *Aurantia*; ramis prostratis valde fragilibus, acinis confertissimis mediocribus subobovatis auratissimis duris austeris. (*Doradillo.*) *p.* 181.

56. *Canina*; ramis prostratis valde fragilibus, foliis mediocribus viridi-luteis, acinis confertissimis mediocribus rotundis auratissimis duris austeris. (*Montuo perruno.*) *p.* 183.

57. *Pauperrima*; ramis gracilibus inferne maculatis valde fragilibus, internodiis brevibus, foliis parvis acuminato-dentatis lutescentibus, acinis raris mediocribus rotundissimis albis duris carnosis dulcibus. (*Listan de Paxarete.*) *p.* 184.

58. *Fragilis*; ramis erectis nitidis duris, foliis subacute sinuatis breviter dentatis viridi-luteis; racemis longis, pedunculo valde fragili, acinis rarissimis inaequalibus rotundis aureis carnosis austeris serotinis. (*Heben.*) *p.* 184.

59. *Macrophylla*; ramis subprostratis longis subfragilibus, foliis maximis tomento deciduo, acinis raris aureis carnosis austeris. (*Rabo de Baca*). *p.* 185.

60. *Ignobilis*; ramis teneris, foliis magnis tomentosis

subpilosisve, acinis rotundis spurio-auratis duris austeris (*Rebazo*). *p.* 186.

Sectio II.

FOLIA PILOSA aut SUBNUDA.

Tribus VII.

Ximeneciae. (*Ximenecias.*)

Rami erecti aut horizontales; folia acute sinuata viridi-lutea subpilosa; acini suboonferti mediocres albi.

61. *Forsythia*; ramis horizontalibus. (*Ximenez loco.*) *p.* 188.

62. *Ximenecia*; ramis erectis. (*Ximenez*). *p.* 188.

Tribus VIII.

Flavèntes (*Perrunos.*)

Rami duri aut fragiles; folia flavicantia; acini conferti mediocres subrotundi.

63. *Flava*; ramis valde fragilibus, pedunculo fragili, acinis flavis duris. (*Perruno comun.*) *p.* 192.

64. *Rozieri*; ramis valde fragilibus, pedunculo fragili, acinis nigris duris. (*Perruno negro.*) *p.* 193.

65. *Quintinea*; ramis valde fragilibus, pedunculo duro, acinis nigris durinsculis. (*Quintinea.*) *p.* 194.

66. *Bernala*; ramis valde fragilibus, acinis nigris mollibus. (*Bernala.*) *p.* 194.

67. *Firmissima*; ramis duriusculis, foliis hirsutissimis, acinis albis duris. (*Perruno duro.*) *f.* 3. *p.* 195.

Tribus IX.

Prostratae. (*Vigiriegos.*)

Rami prostrati tenerrimi, folia lutescentia, acini magni molles.

68. *Prostrata*; acinis subrotundis albo-viridibus. (*Vigiriega comun.*) *p.* 196.

69. *Catonis*; acinis nigris. (*Vigiriega negra.*) *p.* 197.

70. *Bideti*; acinis oblongis albo-viridibus. (*De Bidet.*) *p.* 197.

Tribus X.

Oxicarpae. (*Agraceras.*)

Folia intense viridia; acini mediocres rotundi, aut maximi oblongiusculi, subacidi.

71. *Albicans*; ramis albicantibus duris, racemis mediocribus, acinis mediocribus nigris serotinis. (*Blanquecina.*) p. 198.

72. *Soti*; ramis albicantibus duris, racemis oblongiusculis magnis; acinis mediocribus nigris serotinis. (*De Soto.*) p. 198.

73. *Vittata*; acinis nigris nigro-griseo-fasciatis. (*Melonera.*) p. 199.

74. *Florentissima*; pedunculo tenerrimo, acinis maximis nigris. (*Agracera.*) p. 200.

75. *Langleya*; pedunculo nigro valde flexili, acinis maximis nigris. (*Langleya.*) p. 201.

Tribus XI.

Pergulanae. (*Ferrares.*)

Rami prostrati; folia viridi-lutea; acini subconferti rotundi duri sapidi.

76. *Autumnalis*; ramis teneris, acinis maximis subnigris. (*Ferrar comun.*) p. 202.

77. *Speciosa*; ramis teneris, acinis maximis albis. (*Ferrar blanco.*) p. 202.

78. *Jonesia*; ramis duris, acinis maximis nigricantibus. (*Jetubi loco.*) p. 203.

79. *Exquisita*; acinis mediocribus obtusis nigris. (*Calona negra.*) p. 204.

80. *Saccharata*; acinis mediocribus umbilicatis nigris. (*Zucari.*) p. 204.

81. *Mellita*; acinis magnis aureis. (*Melcocha.*) p. 206.

Tribus XII.

Bumasti. (*Tetas de Vaca.*)

Acini maximi ovato-subconici.

82. *Sulcata*; acinis umbilicatis subsulcatis rubris. (*Leonada.*) f. 10. 11. 22. p. 207.

83. *Exsucca*; foliis subpilosis, acinis nigris. (*Corazon de Cabrito.*) *p.* 209.

84. *Martinecii*; acinis ovato-subconicis subaureis. (*Martinecia.*) *p.* 210.

85. *Longissima*; acinis utrinque attenuatis albis. (*Santa Paula de Granada.*) *p.* 211. *Cornichon blanc Duhamel.*

86. *Macrobotrys*; foliis pilosis subtomentosisque; acinis nigris. (*Casco de Tinaja.*) *p.* 213.

Tribus XIII.

Oleagineae. (*Cabrieles.*)

Folia intente viridia; acini mediocres aut magni oblongi duri austeri, seu maximi sapidi.

87. *Rubra*; ramis albicantibus longitudinaliter rubrofasciatis teneris, foliorum dentibus brevibus, acinis mediocribus magnisque nigris. (*Cabriel.*) *p.* 214.

88. *Pliniana*; ramis albicantibus duriusculis, foliorum dentibus brevibus, acinis mediocribus nigris. (*Jetubi bueno.*) *p.* 216.

89. *Praedura*; acinis maximis viridibus. (*Ataubi.*) *p.* 216.

90. *Praegrandis*; pedunculo rubro, acinis maximis rubris. (*Santa Paula de Xerez.*) *p.* 218.

91. *Garideli*; pedunculo viridi, acinis maximis nigris. (*Moravita.*) *p.* 218.

92. *Ovata*; acinis mediocribus rubris. (*Arrobal.*) *p.* 219.

Tribus XIV.

Dactylides. (*Datileras.*)

Rami prostrati; acini graciles oblongi duriusculi dulces.

93. *Dactylus*; acinis rubris. (*De Ragol.*) *p.* 220.

94. *Tenera*; foliis obscure viridibus; acinis mediocribus nigris. (*Teta de vaca negra.*) *p.* 220.

95. *Teretiuscula*; acinis magnis nigris. (*Teta de negra.*) *p.* 221.

96. *Gracilis*; ramis brevissimis, racemis brevibus, acinis raris albis. (*Teta de vaca blanca.*) *p.* 221.

97. *Eximia*; ramis longis, racemis magnis, acinis confertis albis. (*De Loxa.*) *f.* 2. *p.* 222.

98. *Longa*; racemis gracilibus, acinis rarissimis oblongis gracillimis albis. (*Almunecar.*) *p.* 223.

99. *Orchidea*; ramis longis, racemis parvis, acinis confertis aureis dulcissimis. (*Boton de Gallo.*) *p.* 225.

100. *Jucunda*; foliis luteo-viridibus; acinis nigris dulcissimis. (*Boton de Gallo negro.*) *p.* 225.

Tribus XV.

Apiana. (*Moscatelles.*)

Acinis moschatis.

101. *Generosa*; acinis rotundis aureis. (*Moscatel melnudo blanco.*) *p.* 226.

102. *Moschata*; acinis rotundis rubris. *Moscatel menudo morado.*) *p.* 227.

103. *Obovata*; acinis obovatis violaceis. (*Moscate gordo morado.*) *f.* 1. *p.* 228. *muscat violet Duhamel.*

104. *Isidori*; acinis obovatis subaureis. (*Moscatelon.*) *p.* 229.

Varietates singulares. (*Variedades aisladas.*)

105. *Boutelouii*; acinis magnis subobovatis subaureis duris subdulcibus. (*De Boutelou.*) *p.* 230.

106. *Sachsi*; ramis prostratis fragilibus, foliis viridi-luteis, acinis mediocribus subrotundis albo-viridibus dulcibus. (*Vigiriega de Motril.*) *p.* 231.

107. *Vivax*; ramis erectis, foliis viridi-luteis, acinis mediocribus rotundissimis violaceo-nigris sapidis. (*Jami.*) *p.* 231.

108. *Terana*; ramis subduris, foliis parvis viridi-subluteis, acinis confertissimis mediocribus rotundissimis aureis duris. (*Terana.*) *p.* 233.

109. *Sphaerocarpa*; ramis subduris, foliis viridibus vix pilosis, acinis magnis rotundissimis albis sapidis. (*Alban Real.*) *p.* 234.

110. *Pseudoapiana*; foliis viridi-luteis vix pilosis,

acinis magnis rotundissimis viridibus. (*Moscatel de Flandes.*) *p.* 235.

111. *Elisabeth*; ramis duris, foliis subpilosis, acinis maximis rotundis albis mollibus insipidis. (*Santa Isabel.*) *p.* 236.

112. *Vaoa*; acinis rarissimis minutis oblongo-ovatis nigrescentibus duriusculis acidis. (*Vaoa.*) *p.* 236.

113. *Ruizia*; foliis palmatis, acinis raris mediocribus subrotundis nigris carnosis. (*Ruizia.*) *p.* 237.

114. *Zeae*; ramis valde fragilibus, foliis viridi-luteis, acinis mediocribus versicoloribus mollibus sapidis. (*Mollar de Granada.*) *p.* 237.

115. *Hirsuta*; ramis suberectis fragilibus, foliis hirsutissimis lutescentibus, acinis rotundissimis aureis mollibus. (*Cannocazo.*) *p.* 238.

116. *Regalis*; foliis viridi-luteis, acinis raris maximis cylindrico-subobovatis albis duriusculis. (*Uva de Rey.*) *p.* 239.

117. *Palladii*; ramis prostratis, foliis lutescentibus, acinis confertissimis mediocribus oblongiusculis subaureis durissimis subacidis. (*Ciuti.*) *p.* 240.

118. *Bacci*; foliis lutescentibus, acinis confertissimis mediocribus subcylindricis subaureis duris subacidis. (*Casta de Ohunez.*) *p.* 242.

119. NIEVASEA; acinis raris magnis oblongis rubellis duris subacidis sapidis. (*Nievasea.*) *p.* 243.

Obs. II. Liceat ex *Simonis de Roxas Clemente y Rubio* laudato opere eximio excerpere historiam varietatum vitis *cap.* IV. *p.* 72 — 91. elegantissime conscriptam. *M. P. Cato*, omnium vetustissimus de vineis auctor, varietates enumeravit 8; M. T. *Varro* 10.; *Virgilius Maro* 15; *Columella* 58; *Plinius* 83; *Isidorus de Sevilla* 13; *Petrus de Crescentiis* 40; *Alonsus de Herrera* 15; *Cupanius* 48; *Liger* 63; *Garidel* 46; *Fuenteduenna* 10; *Langley* 13; *Miller* 33: *Bidet* 18; *Duhamel* 14; M. L. B. A. (traité des jardins ou le nouveau de la Quintinye) 11; *Antil* 31; *La Bretonnerie* 31; *Valcarcel* 117; *C. Garcia de la Lena* 34; *Hozier* 47; *Forsyth* 53; *Boutelou* 15.

VARIETATES GALLICAE CULTAE IN HORTIS, ad mentem *Duhamel de Monceau tr. d. arb. fruit.* II.

1. *Morillon hâtif* s. *raisin de la Madeleine*; acino parvo subrotundo nigricante praecoci. *p.* 264.

2. *Chasselas doré* s. *Bar sur Aube blanc*; acino medio rotundo ex albido flavescente. *t.* 1. *p.* 265.

3. *Chasselas rouge:* acino medio rotundo rubello. *p.* 265.

4. *Chasselas musqué*; acino medio rotundo albido moschato. *p.* 266.

5. *Cioutat, Ciotat, raisin d'Autriche*, folio laciniato, acino medio, rotundo, albido. *p.* 266. *t.* 2.

6. *Muscat blanc*; apiana, acino medio subrotundo albido moschato. *p.* 267. *t.* 3.

7. *Muscat rouge*; apiana, acino medio rotundo rubro moschato. *p.* 268. *t.* 4.

8. *Muscat violet*; apiana, acino magno oblongo violaceo moschato. *p.* 269.

9. *Muscat noir*; apiana, acino medio subrotundo nigricante moschato. *p.* 269.

10. *Muscat d'Alexandrie* s. *Passe-longue musquée*; apiana, acino maximo, ovato e viridi flavescente, moschato, alexandrina. *p.* 270. *t.* 5.

11. *Raisin de Maroc*; acino maximo, ovato, saturate violaceo. *p.* 270.

12. *Cornichon blanc*; acino longissimo, cucumeriformi albido. *p.* 271. *t.* 6.

13. *Bourdelas* s. *Bourdelais* s. *Verjus*; acino majore ovato e viridi flavescente, Burdigalensis dicta. *p.* 272.

14. *Corinthe blanc*; acino minimo rotundo albido sine nucleis; Corinthia. *p.* 273. *t.* 7.

Obs. III. Species in Galliae vineis cultas enumerare hic non licet; nec enim venerabilis *Garidel*, nec, principiis licet primis descriptionis varietatum vitis ritc positis, enarratio earumdem in *Rozier Dict. d'Agriculture T.* X. *p.* 162. (edit paris. 1805) satisfacit Aesco celtibero *Roxas Clemente* exclamanti: *compilacion informe, eterno modelo de compilaciones indigestas.* Recepit tamen illam *Enc. meth.* VIII. *p.* 601.; neglexit *Decandolle Fl. fr.* IV. *p.* 857. cui VITIS *vinifera* VITIS *sativa* audit, et qui nonnisi α. VIT. *sylvestrem Labruscam* C. *Bauh. Thoro Chlor. Land. p.* 81. et *Poiret Voy. en Barb.* II. *p.* 127. et β. *sativam Duham.* et *Rozier* adducit. Minus fore siniestrum judicium tulisset magnus hic in haereses oeconomico-botanicas inquisitor noster hispanus de populari infelicis *Huss* Doctore *Helbling*, qui in immortalis *de Born* (viri qui saeculum suum pluribus praeiverat saeculis) *Abhandlungen einer Privatgesellschaft in Böhmen* III. B. *p.* 350. vites in agro vindobonensi cultas (ut nobis saltem videbatur, cum olim nondum Vindobonae „tondenti barba cana cadebat") egregie descripsit: sed latuerunt nostrum damnata a sacrosancta Hermandad volumina haereticis illius *de Born*.

Varietates VITIS *viniferae* IN AUSTRIA cultae enarratae a D. Seb. *Helbling.*

I. *Uvae rubrae:*

A. *Acini rotundi:*

a. *Rubentes:*

1. *Rothe Zierfahnler;* foliis quinque angulatis subtus tomentosis; acinis carneis succulentis. *p.* 354. (*Vites rhaeticae* s. *Vallelinae* delatae ex Stuttgardia. *Joh. Bauh. Hist.* T. II. p. 74.)

2. *Rothe Muskatteller;* foliis triangularibus subtus lanatis; acinis oblongis, durìusculis, carnosis, in rubrum vergentibus *p.* 356. (*Traminer Joh. Bauh.* l. c.)

b. *saturate rubri:*

3. *Grosschwarze;* foliis quinquefidis, lobis inaequalibus, subtus scabris; acinis magnis aquosis. *p.* 358.

4. *Abendroth;* foliis quinquefidis, lobis aequalibus, subtus glabris, acinis duris succulentis dulcibus. *p.* 358.

c. *atro-rubri.*

5. *Schwarze Muscatteller;* foliis tricuspidatis glabris; acinis nigris dulcibus aromaticis. *p.* 359. (*Muscat noir Duham.* Black Frontiniac *Mill.*)

6. *Schwarze Raifler;* foliis trifidis rotundis subtus lanuginosis; acinis nigris, adstringentibus (parvis). *p.* 360.

7. *Fränkische;* foliis trifidis rotundis glaberrimis, acinis nigris saccharatis praecocibus. *p.* 360. (*Black Morillon Mill.*)

8. *Schlehenschwarze;* foliis quinquepartitis subtus scabris; acinis nigris acidulis adstringentibus. *p.* 362.

B. *Acini oblongi.*

9. *Burgunder;* foliis quinquepartitis glabris; acinis oblongis nigris praecocibus. *p.* 363. (*Morillon hâtif Duhamel.*)

10. *Schwarze Geisstuten;* foliis quinquepartitis subtus lanuginosis; acinis ovatis magnis saturate rubris, cuticulâ crassâ, carne durìusculâ. *p.* 364.

II. UVAE VIRENTES:

A. *Acini oblongi.*

11. *Weisse Geifstuten*; foliis quinquepartitis subtus scabris; acinis ovatis, magnis cuticulâ crassâ, carne duriusculâ. *p.* 365. (*Bourdelas Duham.*)

12. *Weisse Laegler*; foliis quinquepartitis, dentibus longis, subtus tomentosis; acinis oblongis magnis dulcibus. *p.* 368. (*Dactyli Plin.*)

13. *Weisse Augster*; foliis tripartitis acuminatis subtus tomentosis; acinis oblongis magnis sapidis. *p.* 368. (Augusto mense maturae; ungaris *Goher Szöllö.*)

14. *Weisse Zapfner*; foliis tripartitis lobis inaequalibus latere fissis subtus tomentosis; acinis oblongis magnis succulentis. *p.* 370. (*Forment. Ung.*)

15. *Mehlweisse*; foliis tripartitis, lobis aequalibus latere fissis subtus lanuginosis, acinis oblongis aquosis pruinâ densâ albâ. *p.* 371.

16. *Grüne Muscateller*; foliis tricuspidatis subtus lanuginosis, acinis oblongis viridi-flavicantibus sapidis. *p.* 372.

17. *Weisse Muscateller*; foliis quinquecuspidatis subtus lanuginosis, acinis oblongo-globosis viridibus sapidis. *p.* 373.

18. *Silberweisse*; foliis quinquecuspidatis tenuibus subtus dense lanuginosis; acinis globosis viridibus succulentis. *p.* 373.

B. *Acini globosi.*

19. *Grüne Zierfahnler*; foliis tripartitis rotundis lacte viridibus glabris, acinis viridibus sapidis. *p.* 374. (*Cyribotron.* Silvaner *Wirtenberg.* *White Morillon Mill.*)

20. *Krämmler*; foliis tripartitis glabris, acinis magnis serotinis cuticulâ durâ. *p.* 375.

21. *Grosse Muscateller* (*schmeckende*); foliis tripartitis rotundis glabris dentibus longis; acinis albido-flavicantibus magnis aromaticis dulcibus. *p.* 376. (*White Frontiniac Mill. Muscat blanc Duham.*)

22. *Grobe*; foliis quinquecuspidatis crassis subtus lanuginosis; acinis magnis albis cuticulâ crassâ. *p.* 381.

23. *Braune*; foliis quinquecuspidatis glabris, acinis

magnis albo-flavicantibus maculis fuscis. *p.* 382. (*Rheinelbe Joh. Bauh. p.* 73.)

24. *Wälsche*; foliis ad costas usque quinquepartitis lobis lobulisque laciniatis, acinis albo-flavicantibus supra depressis. *p.* 383. (Cioutat *Duham.* — Pearsly-leaved *Mill.*) *)

Obs. IV. Schemata alio, a FORMA ACINORUM desumpto, disposuit divus *Helbling* varietates supra enumeratas in I. *acinis oblongis.* *a. Burgunder. b. Schwarze Geifstuten. c. Weifse Geifstuten. d. Zapfner, Augster, Lägler. e. Mehlweifse. f. Grüne und weifse Muscateller.* II. *acinis globosis: g. Silberweifse. h. Krämler. i. Grüne Zierfahnler. k. Grosse Muscateller. l. Grobe. m. Braune. n. Wälsche. o. Rothe Zierfahnler. p. Rothe Muscateller. q. Grofsschwarze. r. Abendroth. s. Schwarze Raifler. t. Schlehenschwarze. u. Schwarze Muscateller. x. fränkische.* Alio A FORMA FOLIORUM. 1. *foliis profunde laciniatis: a. Wälsche.* 2. *lobis acutis: b. Mehlweifse. c. Lägler, Augster, Zapfner. d. Weifse u. schwarze Geifstuten. e. Schlehenschwarze. f. Grofsschwarze. g. Abendroth.* 3. *Lobis rotundatis:* A. *subtus scabris: h. rothe Muscateller. i. schwarze Raifler.* B. *glabris. k. fränkische. l. Krämmler. m. grüne Zierfahnler. n. Grosse Muscateller.* 4. *foliis angulatis vix divisis.* A. *scabris. o. Rothe Zierfahnler. p. Silberweifse, grüne und weifse Muscateller. q. Grobe.* B. *glabris. r. Braune. s. Schwarze Muscateller. t. Burgunder.*

Obs. V. Utinam etiam vites, post hispanicas deliciosissimae, italicae, et generosissimae hungaricae, a divo Caes. Aug. *Probo* Pannoniae illatae, suo demum gauderent *Clemente de Roxas y Rubio*, Hungaris spes quaedam affulget e conaminibus perspicacissimi Dni Consiliarii *de Görög*, cui genius patriae suae nil nisi vitam et bonam valetudinem debet ad perficiendum opus tanto viro, regno tanto tantoque vino dignum. Rhenanas vites pro acetariis Liber Pater Teutonibus videtur tribuisse.

Obs. VI. *Gmelin* in *Fl. bad.* I. *p.* 543. VITEM *sylvestrem*, fol. cordatis subtrilobis dentatis subtus hirsutis concoloribus, floribus subdioicis, quae *β viniferae Willd. Enum.* I. *p.* 267., peculiarem esse speciem dicit, licet in *obs.* 2. recte monuisset eandem sine dubio esse matrem *viniferae*. Minime ergo species distincta. VITIS *vinifera*, ut ASPARAGI et FRAGARIAE cultae saepissime dioicae! Longe e vineis abjiciendi mares!

2. V. *palmata Vahl;* foliis palmatis glabris, laciniis incisis, umbellis racemosis. *Vahl Symb.* III. *p.* 42. *Willd. Spec.* I. *p.* 1180. *Pursh Fl. Sept. Amer.* I. *p.* 169.

Rami purpurascentes glabri. Folia latitudine et longitudine aequalia, basi cordata, laciniis lanceolatis attenuatis, lateralibus extus dentibus lanceolatis, intermediâ utrinque profunde serratâ. Stipulae lanceolatae. Racemi pollicares umbellulis approximatis. *Vahl. Pursh* non vidit. *In Virginia.* ♄. *Ex Hort. paris.*

---

*) Mirum vitem in Gallia *austriacam* dictam dici *italicam* in Austria, *hispanicam* in Styria.

Obs. Poiret Enc. meth. VIII. *p.* 608. hanc pro β habet *vulpinae*; fors etiam esse *virginianam*. Nulla enim nunc in *Hort. parisino* culta species (et ad cultam *H. parisin.* descripsit suam *palmatam Vahl*) prostat huic similis nisi *vulpina virginianave*.

3. V. *virginiana Hort. Paris.*; foliis ovato-cordatis glabris, profunde quinquelobatis, lobis inaequaliter lateque crenatis, racemis subsimplicibus. *Poiret Enc. meth.* VIII. *p.* 608.

Rami longi sarmentosi glabri subrubentes, foliis alternis, longe petiolatis amplissimis firmis coriaceis latis sublucidis, subinde ad nervos subtus villosis lobis subrotundatis, posterioribus brevioribus, crenis latis brevibus obtusis inaequalibus, subinde acutis. Racemi oppositifolii ramis brevissimis, pedicellis sat longis, bracteis ad basin minimis. Cor. viridi-flavescens. Baccae mediocres ovato-rotundatae. *Poiret.* *In Virginia.* ♄.

4. * V. *indica*; foliis cordatis dentatis subtus villosis, cirrhis racemiferis. *Linn. Fl. Zeyl. p.* 99. *Mill. Dict. n.* 4. *Swartz obs, p.* 95. *Willd. Spec.* I. *p.* 1180. (qui *Sloane Hist.* II. *p.* 104. *t.* 110. *f.* 4. (?) *Plukn. phyt. p.* 249. *f.* 1., huc duxit cum *Brown Jam. p.* 178, quem *Linnaeus* ad *Labruscam.*) *Schembra Valli Rheed. Malab. p.* 7. *t.* 6.

Sempervirens. Rad. nodosa, propagines 4-5 crassas molles aquosas, extus nigricantes, intus albescentes, dein rubentes diffundens. Caules tenues lignosi, nodosi, lanuginosi. Folia in nodulis longiusculis rubentibus, petiolis crassiusculis, anterius cuspidata, anteriori parte viridi-fusca nitentia lanugine candida, exteriore viridia splendida. Flores racemosi in pedunculis crassis rigidis rubris lanuginosis claviculos emittentibus. Gemmae primo virides. Flos 5-partitus, cuspidatus; rubeus, gemma media subrubra ut staminula. Fructus rotundi, virides primum, demum nigri, acidi, granis 4 amaris. *Rheed.* „Caules aquâ purissimâ et frigidâ repleti, quâ incolae saepe sitim extinguunt.“ *Swartz.* *In India utraque. In orientali circa Oedeampere, Candanata.* ♄.

Obs. Utrum, adductâ licet diagnosi Linnaeanâ et *Rheede Mal.* 7. *t.* 6. (addito *Burm. Ind. p.* 62), V. *indica Lour. Fl. Cochinch.* I. *p.* 192. huius loci? „Caulis fruticosus mediocris ramosus scandens cirrhis racemiferis. Folia cordata ovata acuta dentata subtus pubescentia alterna petiolis rubescentibus. Flos albus, similis *viniferae*, aequalisque, racemis parvis lateralibus. Bacca rotunda, fusco-viridis, parva, aquosa, acida, edulis.“ Inculta scandens per sepes Cochinchinae. Argutissimus *Sim. de Roxas Clemente y Rubio* (*Ensayo sobre las varied. d. l. vid*) bene monet *p.* 95. nec diagnosin Linnaeanam V. *viniferae* valere ad distinguendam speciem, nec (p. 96) diagnosin *indicae* esse felicio-rem, quippe quae varietatibus TRIBUS V. suae V. *viniferae* exactissime respondeat. *Linnaeus* in *Fl. Zeyl. l. c.* cirrhos axillares simplices dicit, quales neque *Rheedii* figura, nec specimina a *Née* allata exhibent; nec, quales *Linnaeus* petit, racemi simplices e medio cirrho-

rum in figura a *Rheede* datâ. Pilos griseos a *Linnaeo* adductos candidos describit *Rheede*, et folia subtus tomento ferrugineo vestita vidit *Roxae Clemente* in speciminibus a *Nde* allatis. Confer. V. *Labruscam*. Descriptio a *Poiret Enc. meth.* VIII. *p.* 607 data ad specimen in *Herb. Desfont.* allatum e Domingo a D. *Poiteau* vix *Linnaei indicam* refert. Rami longissimi flexiles, juniores pube cinereâ. Folia alterna petiolata lata subovata. Cordata, vix basi emarginata, acuminata, integra, dentibus minimis, glabra, subtus cinerea, pubescentia, adultiora fere glabra, petiolis longis tomentosis. Racemi oppositifolii longissimi, pedunculis tomentosis, floribus aggregato-fasciculatis, vix pedicellatis, viridi flavicantibus. Baccae globosae magnitudine VITIS *viniferae*, numerosae. Americana ab indica fors diversa species.

5. V. *flexuosa Thunb*; foliis dentatis cordatis, subtus villosis, caule flexuoso, paniculis elongatis. *Thunb. Act. Soc. Linn. Lond.* II. *p.* 332. *Willd. Spec.* I. *p.* 1181. V. *indica Thunb. jap. p.* 103.

Caulis teres cinereus glaber. Folia petiolata acuta serrata subtus, inprimis nervis, villosa. Petioli filiformes unguiculares. Paniculae absque cirrhis, flosculis glomeratis. *In Japonia.* ♄.

6. V. *capensis Thunb.*; foliis (sub) quinquangularibus dentatis, subtus ferrugineo-tomentosis, floribus subcapitatis. *Thunb. Prodr.* I. *p.* 44. *Fl. Capens. p.* 105. CISSUS *capensis Willd. Spec.* I. *p.* 655. An CISSUS *tomentosa Lam. Illustr. n.* 1613. quaerit *Poiret Enc. meth.* VIII. *p.* 612.

Caulis teres, costis obsoletis geniculatis flexuosus, scandens, cinereus, punctatus glaber indeterminatus; rami similes alterni divaricati, apice tomentosi. Folia alterna petiolata, subcordata, 5-7-angulata, palmam fere magna, adultiora saepe omnino glabra, dentibus rotundatis, rugoso-venosis, juniora et superiora imprimis subtus ferrugineo-tomentosa, dentibus acutis; petioli semiteretes, inferiores glabri, supremi tomentosi, patentissimi, longitudine foliorum. Flores axillares. Capitula pedunculis tomentosis unguicularibus. Pedicelli flosculorum brevissimi, tomentosi. Bacca globosa, piso major. Differt a simili CISSO *vitiginea* characteribus datis et fructu globoso. *Thunb.* *In sylvis Prom. Spei passim.* ♄.

Obs. Divus *Römer* in ed. nostra S. V. T. III. p. 311 sub CISSO habet n. 18. Non extabat tunc *Flora capensis*.

7. * V. *Labrusca*; foliis cordatis angulato-subtrilobis dentatis, subtus tomentosis gilvo-albis. *Willd. Enum. p.* 267. V. foliis cordatis subtrilobis subtus tomentosis. *Linn. Spec.* I. *p.* 293. *Mill. Dict. n.* 2. *Willd. Spec.* I. *p.* 1181. V. foliis amplissimis lato-cordatis sublobato-angulatis, subtus incano tomentosis, racemis fertilibus parvulis, baccis majoribus. *Mich. Fl. bor. Amer.* II. *p.* 230. *Pursh Fl. Sept. Amer.* I. *p.* 169. V. *taurina Walt. Fl. Carol. p.* 242. *Poiret Enc. meth.* VIII. *p.* 606. (excl. *Sloane*

et *Plukn.*) *Plum. Ic. p.* 258. *t.* 259. *f.* 1. *Jacq. Schönbr. t.* 426.

10 ped., ramis fusco striatis, pilis raris; fol. alterna 4 poll., 5 lata, lobis breviter acuminatis, basi profunde arcuato-excisis, acute aequaliter dentatis, pilis appressis, subtus albida tomento dilute fuscescente. Petiolus 3 poll., versus folium pilis albis. Cirrhus oppositifolius 6 poll., dichotomus. Flores virentes in panicula 2 poll. Baccae 1/2 poll., atro-rubrae, acidae, acerbae. *Willd.* *In America boreali a Canada ad Floridam.* ħ. Confer V. *aestivalem.* Baccas vulpis odorem spargere, unde *Fox-grape.* Varietatem existere baccis albis, *Bland's-grape* dictam. *Pursh* l. c.

Obs. V. *Labrusca Lour. Fl. Cochinch.* I. *p.* 193., adductâ licet diagnosi *Linnaeana*, vix hujus loci. Adducit, tanquam synonyma, *Plukn. Phyt. t.* 249 *f.* 1. (a Linnaeo et *Burmano Plum. Fasc.* X. *t.* 259. *f.* 1. ad *Indicam* vocatam) et *Rumph Amb.* l. 9. *c.* 67. *t.* 167. Descriptio imperfecta: „caulis fruticosus longissimus tenuis ramosus cirrhis scandens. Folia subtriloba integraque serrato-dentata tomentosa aspera alterna, petiolis longis. Flos minusculus pallidus, racemis brevibus lateralibus. Bacca rotunda, nigra, acida, edulis.“ In sylvis provinciarum australium Cochinchinae prope Cambodiam Clo. *Roxas Clemente Ensayo d. l. varied. dela vid. p.* 7. V. *indica* et *Labrusca* eadem videtur, cum neque dioïca *Labrusca* semper, nec foliis semper subtus ferrugineis. Huic simillimam esse VITEM *viniferam*, 20. *mollem* et 21. *versicolorem*, at *indica virgilianae* et *Duhameli*. *Michaux* americanam *Labruscam* spontaneam dioïcam dicit, floribus minimis virentibus, racemis cirrhisque oppositifoliis, pedunculis villosis, pedicellis glabris ad minimum longitudine floris, germinibus ovatis glabris stylo brevi stigmate capitato. *Pursh Jacq. t.* 426, *Willd. t.* 425 cum? adducit.

8. * V. *vulpina;* foliis cordatis subtrilobis, grosse dentato-serratis, glabris; serraturis inaequalibus cum lobis longe acuminatis, paniculis oppositifoliis. *Roth nov. pl. Spec. MSS.* V. *vulpina* foliis cordatis dentato-serratis utrinque nudis. *Linn. Spec.* I. *p.* 293. *Willd. Spec.* I. *p.* 1181. *Enum H. Berol. p.* 267.

20 ped. et ultra; rami glabri, nodosi, rubro-fusci; folia alterna, petiolata, 3 1/2 poll. longa et lata, lobis 5 brevibus, basi profunde arcuato-excisis, serraturis magnis, distantibus, supra glabris, laete viridibus, subtus albido-virentibus, venis pilis albidis. Petiolus glaber, 1 1/2 poll. Cirrhus oppositifolius 6 poll., glaber; dichotomus. Flores virides parvi in panicula densa 2 poll. Bacca pollicaris, atro-caerulea, ingrata. In America boreali. — Confer sequentem *aestivalem.*

Obs. Plurimis varietatibus *Sectionis* II. suae convenire, et vix sistere speciem propriam *Roxas Clemente Ensayo l. c. p.* 99.

9. V. *aestivalis Mich.;* foliis lato-cordatis tri-quinquelobis, (junioribus *Pursh*) subtus rariuscule tomentosis pube

rufâ, sinubus rotundato-obtusis racemis fertilibus oblongis, baccis parvulis. *Mich. Fl. bor. Amer.* II. *p.* 230. *Poiret Enc. meth.* VIII. *p.* 608. *Pursh Fl. Amer. Sept.* I. *p.* 169. β. *sinuata*; foliis sinuato-palmatis grosse dentatis, sinubus rhomboideis. An species distincta?

Rami sarmentosi, graciles, flexiles, glabri, subflexuosi; folia ampliata, basi fortiter emarginata, glabra; lobi parum profundi, angulati, acuti; dentes inaequales, submucronati; flores dioici, virentes; racemi oppositifolii; baccae globulosae, satis parvae. *Poiret.* Baccae saturate caeruleae, e quibus vinum domesticum sat bonum paratur. *Pursh.* *In campis et sylvis a Virginia ad Carolinam.* ♄. Incolis vulgo *Summer-grape.*

Obs. Cls. *Pursh* huc ducit, ut synonyma, V. *vulpinam Willd. Spec.* I. *p.* 1181. et V. *Labruscam Walt. Fl. carol. p.* 242. *Jacq. Hort. Schönbr. t.* 425. V. *vulpina Willd.* vix hujus esse loci videtur, et de *Jacquini* quoque planta dubitandum.

10. V. *glabrata Roth*; foliis cordatis subtrilobis, serratis, glabris, serraturis aequalibus cum lobis obtusis, cirrhis paniculiferis. *Roth nov. pl. Spec. MSS.*

Differt a consimili V. *vulpina*, praeter characteres datos, serraturis brevibus. *In India orientali.* B. *Heyne.*

11. V. *Heyneana*; foliis cordatis acuminatis, integris, dentatis supra glabris subtus ferrugineo-tomentosis, paniculâ elongatâ, oppositifolia. V. *cordifolia Roth. nov. pl. Spec. MSS.*

H. in India orientali. B. *Heyne.*

Obs. Nomen mutandum erat ob antiquiorem *cordifoliam Michaux.*

12. V. *trifida Roth*; foliis cordato-subrotundis, apice trifidis supra griseo-subtus ferrugineo-tomentosis, repando-serrato-dentatis, cirrhis floriferis, corymbis bifidis, glomeratis. *Roth nov. pl. Spec. MSS.*

H. in India orientali. B. *Heyne.*

13. V. *triloba Roth*; foliis cordato-trilobis supra pubescentibus, subtus ferrugineo-tomentosis, inciso-serrato-dentatis, acuminatis, lobis subaequalibus, racemis ovatis, tomentosis, oppositifoliis. *Roth nov. pl. Spec. MSS.*

Foliorum lobi acuminati, laterales extrorsum parum tantum latiores. *In India orientali.* B. *Heyne.*

14. V. *tomentosa Roth*; foliis cordato-trilobis, tomentosis, serratis; lobo intermedio ovato; lateralibus semilunaribus, racemo ovato, denso, tomentoso oppositifolio. *Roth nov. pl. Spec. MSS.*

Praecedenti *trilobae* similis, at folia tantum simpliciter serrata.

Petioli duplo vel triplo longiores. *In India orientali.* B. *Heyne.*

15. V. *ternata Roth;* foliis ternatis, subtus cinereo-tomentosis, foliolis oblongo-ovalibus mucronatis, duplicato-serratis, lateralibus obliquis, caule cum cirrhis tomentoso. *Roth nov. pl. Spec. MSS.*

In India orientali. B. *Heyne.*

16. * V. *laciniosa;* foliis quinatis, foliolis multifidis. *Willd. Spec.* I. *p.* 1181. *Poiret Enc. meth.* VIII. *p.* 608. *Schmidel Ic. p.* 34. *t.* 8. *Corn. Canad. p.* 182. *t.* 183.

15-20 ped.; rami teretes, glabri, fusci. Foliola petiolata 2 poll., arcuatim excisa, dentibus solitariis, subtus pilis brevibus raris. Petiolus universalis 2 1/2 poll.; partialis 1/2 poll. Cirrhus 1/2 ped. Panicula longa, ramosa, e floribus virentibus, suaveolentibus. Baccae virentes, sapidae, magnitudine *viniferae.* *Habitat?* — ♄.

17. V. *rotundifolia Mich.;* foliis utrinque lucidis reniformi-cordatis subaequaliter dentatis; racemorum floribus pluries capitulatis, baccis magnis. *Mich. Fl. bor. Amer.* II. *p.* 231. *Pursh Flor. Sept. Amer.* I. *p.* 169.

Rami sarmentosi. Baccae obscure caeruleae, vulgo *Bull* vel *Bullet-grapes. Pursh. A Virginia usque ad Floridam ad flaminum ripas et in insulis.* ♄.

18. V. *riparia Mich.;* foliis inaequaliter inciso-dentatis, breviuscule trifidis; petiolo, nervis, margineque pubescentibus. *Mich. Flor. bor. Amer.* II. *p.* 231. *Poiret Enc. meth.* VIII. *p.* 609. *Pursh Fl. Sept Amer.* I. *p.* 169. et hoc teste: V. *odoratissima Donn. Catal. p.* 66.

Rami graciles glaberrimi striati. Folia ampla petiolata, ovato-cordata, basi vix emarginata, subinde integra. Lobi laterales brevissimi, angulosi, acuminati. *Poiret* qui v. v. Vercellis. Flores fragrantissimi, RESEDAE *odoratae. Pursh. Ad ripas fluviorum Ohio et Missisipi; vigne des battures dicta Gallo-Americanis, Mich.; a Pensylvania ad Carolinam Pursh,* qui feminas esse raras ultra *Potowmac* fluv. boream versus, licet mares ibi occurrant adhuc. ♄.

19. V. *cordifolia Mich.;* foliis cordatis acuminatis subaequaliter dentatis utrinque glabris; racemis laxe multifloris polycarpiis; baccis parvulis serotinis. *Mich. Fl. bor. Amer.* II. *p.* 231. *Poiret Enc. meth.* VIII. *p.* 609. *Pursh Fl. Amer. Sept.* I. *p.* 169. V. *vulpina Walt. Fl. Carol. p.* 243. V. *incisa Jacq. Schönbr. p.* 427. (uterque fide *Pursh.*)

Rami flexiles sarmentosi glabri teretes; folia subinde sublobata

angulatave; petioli glabri, tenues, longitudine foliorum. *Poiret* qui *s. v.* Baccae virides aut succineae, parvae, tardissime maturescentes, saporis acidissimi: *Winter-grape* vel *Chicken-grape* incolis. *Pursh.* *A Canada ad Floridam in sylvis et ad ripas flaviorum.* ♄.

20. V. *cirrhosa Thunb.*; foliis ternatis villosis, foliolis ovatis serratis. *Thunb. Prodr.* I. *p.* 46. *Fl. Cap. p.* 105. Cissus *cirrhosa Thunb. Prodr.* I. *p.* 657.

Caulis carnosus compressiusculus cinereus flexuoso-scandens villosus. Rami similes alterni divaricati. Folia alterna, inferiora majora, foliola obovata acuta, serraturis acutis, subtus pallidiora, pollicaria. Petioli compressi pubescentes, foliis paulo breviores. Stipulae in geniculis sub foliis binae oppositae, sessiles s. amplexicaules, subrotundae integrae. Cirrhi geniculorum simplices. Paniculae e geniculis laterales patentissimae. *Thunb.* *Prope sylvas juxta van Stades* et *Soendag's Rivier.* ♃.

Obs. CISSUS et VITIS numero staminum seminumque variantes genus idem constituere debent nec merentur separari. *Thunb.* Div. *Römer* habuit cum *Willd. Spec.* I. *p.* 657. sub CISSO in *Syst. Veg. ed. nostr.* III. *p.* 312. *n.* 21. non extante tunc *Flora capensi.*

21. * V. *heterophylla Thunb.*; foliis simplicibus inciso-trilobis quinquelobisque serratis nudis. *Thunb. jap. p.* 103. *Willd. Spec.* I. *p.* 1181.

Caulis scandens subangulatus laevis glaber articulatus nodosus, ramis similibus alternis patentibus. Folia alterna petiolata, inferiora 5-superiora 3-loba, suprema indivisa, saturate viridia, subtus pallidiora venis scabris. Petioli teretes supra sulco brunneo tomentoso, longitudine folii, pollicares digitalesve. Cirrhi pedunculis oppositi, bifidi, glabri. Flores axillares in panicula subdichotomâ glabrâ. Cal. monophyllus glaber; corollâ triplo brevior, dentibus obtusis, persistens. Cor. petalis albis ovatis acutis concavis, intus sub apice dente incurvo deciduis, 1/3 lin. longis. Filamenta nectarii sulco inserta, eodem paullo longiora, antheris flavis. Nectar sertiforme, truncatum, 5-sulcatum, albo-virescens, calyce paulo longius. Germen superum nectario coronatum ovatum glabrum. Stylus filiformis corollâ brevior persistens, stigmate simplici. Bacca globosa, calyce coronata (?) viridis diperma (?) magnitudine pisi. Sem. 2-4 subcordata. *Thunb.* *In Japonia.* ♄.

Obs. Calyx descriptus vetat esse generis hanc speciem. *Thunberg* VITEM a CISSO non distinguit.

22. V. *tiliaefolia Humb.* et *Bonpl.*; foliis cordatis serratis subtus incanis. *Reliqu. Willd. MS.*

In America merid. ♄. *Humb.* et *Bonpl.*

946. AMPELOPSIS.

1. A. *cordata Mich.*; ramis glabris, foliis sinu lato et parum profundo cordatis, interdum superne subtrilobo-angulatis, dentatis, nervis subtus puberulis, racemis duplicato-bifidis. *Mich. Amer. bor.* I. *p.* 159. Cissus *Ampelopsis Pers. Syn.* I. *p.* 142. *Pursh Flor. sept. Amer.* I. *p.* 170. Vitis *indivisa* foliis cordatis indivisis dentatis acuminatis, venis subtus hirtis, corymbis dichotomis. *Willd. wild. Baumz. p.* 538.

10 ped., ramis obsolete angulatis subsulcatis; folia 3 poll., 2 1/2 poll. lata, basi obtuse angulato-cordata, dentibus inaequalibus, grossis, uno alterove dente subinde acuminato, unde folia quasi triloba, subtus pallida. Petiolus 2 poll., pilis raris. Cirrhus oppositifolius, bifidus, 3 1/2 poll.; baccae pallide rubrae. *Ad ripas Sqvannae et in dametosis illinoënsibus; a Pensylvania ad Carolinam, et in Montibus Alleganis.*

2. A. *quinquefolia Mich.*; radicans, scandens, foliis (ternato- et) quinato-digitatis utrinque glabris, foliolis petiolatis oblongis acuminatis mucronato-dentatis, pedunculis dichotomis, racemis corymbosis. *Pursh Fl. Am. Sept.* I. *p.* 170. sub Cisso *hederacea*, ut *Pers Syn* I. *p.* 143. *Mich. Fl. bor. Amer.* I. *p.* 160. Vitis *hederacea*; foliis quinatis ovatis acuminatis dentatis. *Willd. Spec.* I. *p.* 1182. *Ehrh. Beytr.* VI. *p.* 85. *Poiret Enc. meth.* VIII. *p.* 610. Vitis *quinquefolia Lam. Illustr. n.* 2815. Hedera *quinquefolia. Linn. Hort. cliff. p.* 74. *Corn. canad. t.* 100.

30-40 ped., ramis atrofuscis, teretibus glabris. Foliola 2 poll., 1 1/2 poll. lata, coriacea, subtus pallida, petiolis propriis 1/2 poll. Cirrhi oppositifolii 4-5 poll., ramosi, apicibus dilatatis. Corymbi oppositifolii, ut plurimum septemflori. Calycis laciniis 4-5 obtusis, apice purpurascentibus. Petala 4-5 virentia. Baccae atro-caeruleae, acerbae 4-5-spermae. *A Canada ad Virginiam.* ♄.

3. A. *hirsuta*; foliis utrinque pubescentibus, foliolis ovatis acuminatis grosse dentatis *Pursh Fl. Am. sept.* I. *p.* 170. sub Cisso *hederacea* β. *Donn. catal. p.* 166.

„Var. β. (A. *quinquefoliae*) species propria esse videtur; at decidere non audemus, quum eam florentem nunquam invenissemus.“ *Pursh. In montibus Allegany a Pensylvania ad Virginiam.* ♄.

4. * A. *heptaphylla*; foliis septenatis ovatis integerrimis. Vitis *heptaphylla Linn. Mant. p.* 212. *Willd. Spec.* I. *p.* 1182.

Similis V. *hederaceae.* Caulis scandens; folia digitata alterna longius petiolata, foliola 7, seu 5-8, petiolulata, elliptica, glabra, consistentia, mucronata, petiolulis duplo longiora. Racemus terminalis maximus e spicis alternis. Spicae simplices subto-

mentosae, floribus sessilibus, verticillis remotis, minutis. Floris calyx 5-dentatus. Petala apice cohaerentia, basi decidua. Stam. 5. Pistillum obtusum. Ergo nec HEDERA nec CISSUS! *Linn.* (praeter quem nemo eandem vidisse videtur.) *In India orientali.* ♄.

5. *A. pinnata;* foliis pinnatis dentato-serratis glabris. VITIS *pinnata Vahl Symb.* III. *p.* 43. *Willd. Spec.* I. *p.* 1182.

Rami purpurascentes glabri teretes. Folia quina, intermedia subsessilia, reliqua petiolata, infima saepe lobo extrorsum aucto (sic *Vahl;* acuto *Willd*), ovata, acuminata, utrinque serraturis tribus quatuorve magnis, subtus pallide viridia, 2 poll. Pedunculi oppositifolii bis bifidi. Pedicelli umbellati. Flores parvi. *Vahl l. c.* *Habitat? Dedit D. Schuhmacher!*

6. * A. *bipinnata Mich;* foliis duplicato-pinnatis, pinnulis inciso-lobatis, racemis pedunculatis, subduplicato-bifidis. *Mich. Fl. bor. Amer.* I. *p.* 160. VITIS *arborea* foliis supradecompositis, foliolis lateralibus pinnatis. *Willd. Spec.* I. *p.* 1185. *Poiret Enc. meth.* VIII. *p.* 609. *Wendland bot. Beobacht.* V. caroliniana, foliis apii, uvâ corymbosâ purpurascente. *Act. bonon.* III. 2. *p.* 365. *t.* 24. Cissus *stans;* foliis bipinnatis, foliolis inciso-serratis, caule arborescente. *Pers. Syn.* I. *p.* 143. *Pursh Flor. sept. Amer.* I. *p.* 170.

15 ped., ramis teretibus glabris, rubrofuseis, nitentibus, filiformibus. Folia alterna e paribus duobus oppositis cum impari foliolorum bipinnatorum, quae iterum e foliolis 3-5-7-pollicaribus, 3/4 poll. latis, ovato-rhomboideis, longe acuminatis, a medio ad apicem dentibus magnis distantibus, subtus albido-virentibus. Cirrhi 3-4 poll., dichotomi. Flores parvi albo-virentes in panicula oppositifolia, 1 1/2 poll. Baccae globosae magnitudine pisi ochroleucae. *In Carolina, Virginia.* ♄.

947. PENTALOBA.

P. *sessilis Lour.;* foliis lanceolatis, floribus congestis, sessilibus. *Lour. Fl. Cochinch.* I. *p.* 192.

Arbor mediocris ramis adscendentibus. Folia leviter serrata, glabra, alterna. Flos pallidus. *Lour.* *In montibus Cochinchinae.*

948. TODDALIA.

1. T. *asiatica Lam.;* caule, ramis foliisque aculeatis, foliolis ovato-lanceolatis subserratis. *Lam. Illustr. n.* 2757. *Poiret Enc. meth.* VII. *p.* 695. TODD. *aculeata Pers. Syn.* I. *p.* 249. SCOPOLIA *aculeata Smith ic. ined.* I. *p.* 34. S. caule aculeato, foliis ovatis acuminatis. *Willd.*

Spec. I. *p.* 1015. PAULLINIA *asiatica* fol. ternatis, cirrhis nullis. *Linn. Spec.* I. *p.* 524. *Jacq. obs.* 3. *p.* 11. *t.* 62. *f.* 1. CRANZIA *Schreb. gen. n.* 362. *Plukn. Alm.* 202. *t.* 95. *f.* 5. Reka-Toddali *Rheed. Malab.* V. *p.* 81. *t.* 41. *β.* T. *nitida*, subaculeata; foliolis ovatis; venosis nitidis substriatis inermibus. *Lam. Illustr. n.* 2758. *t.* 139. *f.* 1. *Burm. Zeyl. p.* 58. *t.* 24. (suadente *Poiret l. c.*)

Panicalae racemosae axillares. *Willd.* — Arbuscula ramis gracilibus, aculeis brevibus numerosis latis apice nigris hamatis. Folia alterna ternata; foliola glabra utrinque, subtus pallidiora; subinde integerrima. Racemi axillares, foliis saepius breviores, ramis gracilibus nudis, pedicellis brevibus axillaribus. Cal. glaber; petala ovata obtusa. Bacca magnitudine pisi, flavicans, punctis nigris. Semina ovata laevia, cinerea. *Poiret.* In *β.* racemi foliis longiores. — Stam. saepe octo. *In India orientali. β. in Zeylona.*

Obs. In *Reliqu. Willd.* ab illustr. *de Schlechtendal* communicatis invenimus *β* tanquam speciem peculiarem propositam sequente diagnosi: SCOPOLIA *nitida*: subinermis, ramis pubescentibus, foliolis obovatis acuminatis nitidis subtus lineato-costatis punctatis integerrimis margine revolutis, et additur: „insula Mauritii. *Lamarck.*“

2. T. *rubicaulis*; caule dense aculeato, petiolis foliisque inermibus, foliolis obovatis acuminatis nitidis. SCOPOLIA *rubicaulis Reliqu. Willd.*

In insula Mauritii. Lamarck. Hujus *Poiret* nullam fecit mentionem.

3. T. *paniculata Lam.*; inermis foliolis ovatis glaberrimis, paniculâ terminali, floribus quadrifidis. *Lam. Illustr. t.* 139. *f.* 2. *Poiret Enc. meth.* VII. *p.* 694. TODD. *inermis Pers. Syn.* I. *p.* 249. *n.* 2. SCOPOLIA *inermis* caule inermi, foliolis obovatis obtusis. *Willd. Spec.* I. *p.* 1116.

Habitus *aculeatae*; folia itidem ternata, sed flores corymbosi terminales praeter characteres datos. *Willd.* — Habitus ferè RHOIS *coriariae*; rami alterni ut folia petiolata ternata, foliolis sessilibus integerrimis, obtusis, punctis pellucidis, basi attenuatis. Petioli marginati. Paniculae rectae mediocres foliis longiores; ramificationibus glabris brevibus inaequalibus. Baccae parvae costis 4 rotundatis, 4-loculares, 4-valves, 4-spermae. *Poiret* ad *Herb. Lam. In Ile de France.* b. Jos. *Martin.*

4. T. *angustifolia Lam.*; inermis, foliolis anguste lanceolatis, venosis, superne nitidis, ramulis pubescentibus. *Lam. Illustr. n.* 2759. *Poiret Enc. meth.* VII. *p.* 695.

Caules recti teretes ramis alternis tenuioribus, junioribus pubescentibus. Folia integerrima acutiuscula. Flores axillares. Racemi breves, foliis breviores, pedicellis brevibus inaequali-

bus. Flos parvus. Petala ovata, obtusa. Bacca minima, 4-5-locularis. *Poiret.* / *In India orient.* ♄. *Sonnerat Herb. Lam.*

5. T. *lanceolata Lam.*; inermis, foliolis lanceolatis acuminatis nitidulis, racemulis subterminalibus, floribus quadrifidis. *Lam. Illustr. n.* 2760. *Poiret Enc. meth.* VII. *p.* 694.

Affinis *paniculatae*; panicula brevis. Baccae siccae parvae globosae glabrae quadrilobae, loculis seminibusque totidem. *Poir. In île de France.* ♄. *Commerson. Herb. de Juss.*

949. LEUCOSIA.

L. *Thouarsiana.*

Fruticulus debilis; folia alterna, paucinervia, scabra, subtus tomentoso-candicantia, unde nomen. *Aub. du Petit Thouars nov. gen. madagasc. n.* 79. (sine nomine specifico.) *Roemer Collect. p.* 213. *In Madagascar.* ♄.

950. DICHAPETALUM.

D. *Thouarsianum.*

Fruticulus. Rami aphylli fere, scandentes; folia alterna, integra; flores parvi, axillares, fasciculati. *Aub du Pet. Thouars nov. gen. Madagasc. n.* 78. sine nomine specifico. *Roemer Collectan. p.* 213. *In Madagascar.* ♄.

951. EUPAREA.

E. *amoena Gaertn. de Fruct. et Sem.* I. *p.* 230. *t.* 50. *f.* 5. *Willd. Spec.* I. *p.* 1183.

Procumbens, facie *Nummulariae*, sed quadruplo minor. Flores corollae ANAGALLIDIS *phoeniceae*, sed polypetali. Capsula quocunque modo pressa regulariter dehiscere recusavit; ergo TRIENTALI proxima. *Gaertn. l. c.* *In nova Hollandia.*

952. CALISPERMUM.

C. *scandens Lour. Fl. Cochinch.* I. *p.* 194.

Frutex lignosus scandens longus ramosus inermis. Folia ovato-lanceolata crenata glabra alterna. Spicae (in diagnosi!) racemi (in descriptione) multi oblongi simplices subterminales. Flores albi. *Lour.* *In sylvis Cochinchinae.* ♄.

953. CONOHORIA.

C. *flavescens Aublet Gujan. p.* 239. *t.* 95. *Lam. Enc. meth.* II. *p.* 96. *Illustr. t.* 135. *f.* 2. sub RIANA. *Gmel. Syst. Veg. p.* 396. PASSURA *Aublet Gujan t.* 380. (fide

Richard in *Lam. Illustr. n.* 2735. *Poiret Enc. meth.* V. *p.* 49.

Arbuscula 3-4 ped., ramis numerosis sparsis nodosis. Folia opposita subpetiolata ovata acuta integerrima laevia subtus rufescentia, 6 poll. longà, 3 lata. Flores flavescentes in spicis terminalibus, basi pedunculisque squamis oppositis. Calycis laciniae lanceolatae acutae; petala apice acuta, patentia vel reflexa. *Aublet*, tum CONOHORIAM suam descripsisset, fructum non vidit, quem vero sub PASSURIA descripsit. *In Gujanae sylvis.* ♄.

954. RINOREA.

R. *guianensis Aubl.*; fol. alternis ovato-lanceolatis serratis, floribus racemosis. *Poiret Enc. meth.* VI. *p.* 212. *Gmel. Syst. Veg.* I. *p.* 396.

Arbor mediocris trunco 6-7 ped., 8 poll. in diametro. Cortex laevis cinereus; rami recti, ramulis alternis gracilibus fragilibus. Folia laevia, acumine longo, petiolo brevi, stipulis 2 deciduis. Racemi longi axillares et terminales, ramis distantibus alternis subdivisis, divisionibus singulis bracteis 2 parvis ovatis. Calyx, laciniis brevibus basi dilatatis. Cor. alba. *Aubl.* *In Gujana.* ♄.

955. HYDNOCARPUS.

H. *inebrians*, *Vahl Symb.* III. *p.* 100. *Willd. Spec.* IV. *p.* 1105. *Pers. Syn.* II. *p.* 616. *Poiret Enc. meth. Suppl.* III. *p.* 71. H. *venenata Gaertn. Sem.* I. *p.* 288. *t.* 60. *f.* 3. Makulu *Fl. Zeyl. n.* 637.

Arbor ramis teretibus flexuosis glabris, cortice cinereo. Folia petiolata alterna patentia palmaria vel subspithamaea, pollices 2 vel ultra lata, lanceolata vel lanceolato-elliptica acuminata, remote et leviter serrata, acumine integerrimo, utrinque glabra, supra nitida, subtus pallidiora. Petioli unguiculares. Pedunculi petiolo parum breviores solitarii multiflori, masculi subumbellati parvi, pedicellis brevibus e villis densis griseo-flavescentibus. *In Zeylona.* ♄.

956. ESCALLONIA.

1. * E. *myrtilloides*; foliis serrulatis mucronulatis subtus venosis. *Smith icon. ined. Fasc.* 2. *t.* 30. *Linn. Suppl. p.* 156. *Willd. Spec.* I. *p.* 1149. STEREOXYLON *patens*; foliis obovatis venosis denticulato-glandulosis, pedunculis unifloris, petalis spathulatis. *Ruiz* et *Pav. Fl. peruv.* III. *p.* 13. *t.* 234. *f.* b. *Poiret Enc. meth.* VII. *p.* 435. *n.* 1.

Arbuscula 20-24 ped., ramosissima, trunco recto. Rami paten-

tissimi subangulosi alterni, erecti, resinosi, apice foliis sparsis congestis; folia obtusa mucrone minimo, utrinque glabra, supra lucida, basi attenuata et reflexa; petioli canaliculati glandulosi utrinque denticulati. Pedunculi solitarii, medio foliolis 2 glandulosis. Cal. campanulatus, patens, laciniis argute denticulatis. Cor. alba, petalis recurvis, apice virescentibus. Filamenta arcuata, antheris inclinatis. Germen 10-sulcatum. Stigma peltatum, demum bilobum. Capsula (?) compressa. — Lignum durissimum, utilissimum, purpurascens. *Fl. peruv.* *In nova Granada, et Americae meridionalis collibus frigidis montosis.* ħ.

2. E. *serrata Smith*; foliis serratis subretusis subtus aveniis. *Smith icon. l. c. t.* 31. *Willd. Spec.* I. *p.* 1149. STEREOXYLON *serratum Poiret Enc. meth.* VII. *p.* 435.

Arbuscula humilis ramosissima glabra facie VACCINII *Myrtilli*, ramis alternis angulatis subflexuosis, cortice pallido glabro, ramulis viridibus erectis. Folia alterna petiolata obovata subinde retusa mucrone minimo, utrinque laevia. Petiolus brevis exstipulatus. Flores terminales solitarii lactei. Pedunculi breves teretes glabri lactei subincurvi apice incrassati. Calycis laciniae 5 deltoideae glabrae subcarnosae carinatae, subtus pallidae. Petala patentia calyce triplo longiora obtusa. Filamenta adscendentia, petalis duplo breviora, basi dilatata. Antherae rotundatae emarginatae. Germen violaceum. Stigma capitatum compressum. Bacca rotundata calyce tecta, operculata, stylo persistente munita, pulpâ biloculari, seminibus minimis. *Poiret.* *In America meridionali ad fretum magellanicum.* ħ. *Commerson.*

3. E. *corymbosa Pers.*; foliis oblongis serrulatis, pedunculis unifloris, calycibus denticulatis, petalis oblongis. STEREOXYLON *corymbosum Ruiz* et *Pav. Fl. peruv.* III. *p.* 14. *t.* 234. *f.* a. *Pers Syn.* I. *p.* 234. *n.* 3.

Arbor tristis, facie *Myrti*, trunco recto, ramosissimo, 20 ped. et ultra, ligno albido, ramis copiosis horizontalibus, ramulis adscendentibus rubro-fuscis, glandulis parvis resinosis. Folia subopposita petiolata numerosa approximata, utrinque glabra, supra lucida, enervia. Petioli canaliculati, margine glanduloso-denticulati. Flores solitarii terminales; pedunculi breves recti, superne sub calyce foliolo unico. Cal. campanulatus laciniis rectis denticulatis. Cor. alba, petalis patentibus reflexis. Filamenta recta. Stigma peltatum, medio perforatum. Caps. compressa. *In collibus altis frigidis humidis Peruviae: Siuba incolis.* ħ.

4. E. *virgata Pers.*; foliis obovato-spathulatis serrulatis, pedunculis unifloris, calycibus dentatis, petalis obovatis STEREOXYLON *corymbosum Ruiz* et *Pav. Fl. peruv. t.* 235. *f.* b. *Pers. Syn.* I. *p.* 234. *n.* 4.

Arbuscula 8-10 ped., caulibus a basi ramosissimis rectis teretibus; rami ramosissimi, approximati, breves, cinerei, seniores

post defoliationem spinas aemulantur. Folia numerosa approximata subsessilia sparsa acuminata enervia, glabra utrinque, parva. Flores solitarii axillares et terminales; pedunculi brevissimi recti, apice sub calyce foliolo. Cal. campanulatus patens. Cor. alba patens, petalis venosis. Filamenta recta. Stigma peltatum bilobum. Caps. ovata truncata basi bifida. *In montibus et sylvis humidis.* ♄.

5. E. *resinosa Pers.*; foliis oblongo-ovatis serrulatis, pedunculis racemosis, petalis obovato-oblongis. STEREOXYLON *resinosum Ruiz* et *Pav. Flor. peruv. t.* 235. *f.* a. *Pers. Syn.* I. *p.* 235. *n.* 5.

Arbuscula trunco recto 15-18 ped., cortice cinereo; rami teretes, horizontales, penduli; ramuli purpurascentes resinâ illiti, angulosi. Folia sessilia sparsa utrinque glabra venosa, subtus glauca, mucrone parvo. Flores odori in racemis terminalibus foliosis, glandulis subulatis, pedicellis brevissimis, foliolis 2 subulatis oppositis, tertio sub calyce. Cal. campanulatus, dentibus integerrimis. Cor. alba, petalis venosis apice recurvis. Stamina recta. Stigma peltatum, perforatum, bilobum. Lignum durissimum; *chachas* s. *chachacoma* incolarum. *In Peruviae collibus frigidis.* ♄.

6. E. *rubra*; foliis ovato-oblongis acuminatis serratis, pedunculis 2-7-floris, petalis spathulatis. STEREOXYLON *rubrum Ruiz* et *Pav. Flor. peruv. p.* 15. *t.* 236. *f.* b. *Pers. Syn.* I. *p.* 235. *n.* 6.

Arbuscula 10-12 ped., caulibus rectis teretibus ramosissimis, cortice dehiscente; rami juniores viscosi glandulis subulatis. Folia subpetiolata alterna, dentibus obtusis duplicatis triplicatisque, basi margine revolutis, supra punctis viscoso-resinosis lucidis, nervis pubescentibus. Racemi terminales et axillares, pedunculis rufescentibus hirsutis glandulosis, foliolis lanceolatis, denticulatisque. Cal. campanulatus glandulosus, laciniis patentibus denticulatis. Cor. rubra. Petala obovato-spathulata; nectarium prominens conicum, 10-angulare, 10-denticulatum, germen coronans, basique stylum vaginans. Filamenta recta. Caps. ovata suburceolata basi in duas partes dehiscens. *In montibus chilensibus inter fissuras saxorum. Nipa incolis.* ♄.

7. E. *revoluta Pers.*; foliis obovatis denticulatis revolutis, racemis thyrsoideis, petalis lineari-spathulatis. STEREOXYLON *revolutum Ruiz* et *Pav. t.* 236. *f.* a. *Pers. Syn.* I. *p.* 235. *n.* 7.

Truncus rectus, 15-18 ped.; rami recti angulosi fragiles hirsutissimi, demum nudi. Folia subpetiolata apice acuminata, utrinque pubescentia, subtus venosa, et, ut in congeneribus, amara. Racemi terminales ramosi recti, pedunculis foliolo lineari, duobus aliis sub calyce. Cal. campanulatus, laciniis rectis subulatis. Cor. alba, petala recta, superne patentia. Stamina recta. Germen appendiculo glanduloso, 5-dentato,

stylum basi vaginante. Stigma peltatum bilobum, centro pertusum. Caps ovata, bilocularis, basi bifida. *Cum rubra in umbrosis ad scaturigines et littora prope Concepcion. Lun, Liun* incolis. ♄.

8. E. *pulverulenta Pers.*; foliis oblongo-ellipticis serrulatis, pedunculis racemoso-spicatis, petalis obovatis. STERROXYLON *pulverulentum Kuiz* et *Pav. Flor. peruv.* III. *p.* 15. *t.* 237. *f. a.* *Pers. Syn.* I. *p.* 235.

Caulis lignosus 10-12 ped., teres, rectus; rami juniores pulverulenti rubescentes angulosi; folia sparsa subpetiolata utrinque obtusissima, submucronata, venosa, margine revolutu, utrinque pubescenti-pulverulenta, juniora resinosa. Racemi recti longi resinosi; pedicelli foliolo subulato. Petala subinde fere linearia brevia venosa viridiave. Filamenta recta. Germen disco vix denticulato coronatum. Stigma bilobum. Fructus *revolutae.* Pulvis oculis infestus. *In sylvis Chilensibus; mardogno incolis.* ♄.

9. E. *pendula Pers.*; foliis lanceolatis acutissimis integris (integerrimis) obsoleteque serrulatis, racemis pendulis longissimis, petalis linearibus. STERROXYLON *pendulum Ruiz* et *Pav. Fl. peruv. t.* 237. *f.* b. *Pers. Syn* I. *p.* 235. *n.* 9.

Arbor 40-50 ped., ramis teretibus rectis patentibus, apice angulosis, viscosis, foliosis. Folia sparsa petiolata pendula venosissima utrinque viscosa, supra lucida, nervo canaliculato. Racemi simplices solitarii terminales laxi resinoso-viscosi pedales, pedicellis brevibus unifloris subrecurvis, foliolo subulato minimo, duobusque aliis alternis. Cal. campanulatus dentibus brevibus, intus annulo brevi. Petala recta, basi in urceolum coalita, apice recurva, calyce quadruplo longiora, rubra, margine lineâ flavâ. Filamenta recta; germen subrotundum; stigma peltatum; capsula rotundata subcompressa, bilocularis. Lignum durum, *magna Pamachilea incol.* *In nemoribus Peruviae.* ♄.

10. E. *paniculata*; foliis lanceolato-oblongis obsolete serrulatis, pedunculis racemoso-paniculatis, petalis obovatis STERROXYLON *paniculatum Ruiz* et *Pav. Fl. peruv.* III. *p.* 16. *n.* 9. *t.* 38. *f. b.* *Poiret Enc. meth.* VII. *p.* 438. *n.* 10.

Arbuscula 15 circiter pedum; rami plures recti angulosi apice foliosi, juniores viscoso-resinosi, foliis sparsis petiolatis viscosis utrinque glabris. Racemi laterales axillares terminalesque in paniculam patentem coaliti. Pedicelli foliolis 2 subulatis, duobusque aliis minoribus alternis in medio Cal. campanulatus dentibus brevissimis. Petala venosa, patenti-reflexa. Stam. recta. Stigma peltatum patenti-bilobum. Caps. subrotunda, truncata, bilocularis. Lignum praedurum. *In sylvis Peruviae.* ♄.

11. E. *cuneifolia*; foliis cuneiformibus serrulatis, floribus corymbosis, petalis obovatis, obsolete crenulatis. STE-

Roxylon *cuneifolium Ruiz* et *Pav. Fl. peruv.* III. *p.* 16. *n.* 10. *t.* 238. *f.* a.

Arbuscula 8 circiter ped., caulibus rectis teretibus atrofuscis. Rami patentes rudes. Folia approximata sessilia venosissima subrugosa coriacea obtusa subtus albida. Corymbi terminales villosi, pedicellis brevibus sparsis, bracteis parvis ovatis acutis. Cal. urceolatus, dentibus 5 minimis. Cor. alba, petalis a basi ad medium usque rectis, dein reflexis. Antherae flavae. Stigma capitatum truncatum umbilicatum subemarginatum. Capsula turbinata truncata. *In sylvis elatioribus Andium Peruviae.* ♄.

Obs. Mirum hanc et praecedentem *paniculatam* desiderari in *Sinopsi* cli. *Persoon.*

12. E. *discolor Vent.*; foliis cuneiformi-lanceolatis integerrimis subtus discoloribus; floribus paniculatis, petalis obovatis. *Vent. Choix. t.* 54. Stereoxylon *discolor Poiret Enc. meth.* V. *p.* 246.

Arbuscula caule recto tereti ramosissimo, cortice cinereo, ramis tuberculosis, ramulis articulatis, saturate fuscis, angulosis, apice pubescentibus; folia alterna petiolata, 2 poll., poll. lata, obtusa, glandulis resinosis obsoletis, subtus petiolisque glaucopubescentibus. Panicula e racemis basi foliolo munitis, bracteis florum albis. Cal. pubescens campanulatus, superne liber. Petala obovata. Antherae sulcis 4. Germen biloculare polyspermum stigmate orbiculato subbiloculari. *Vent. In Nova Granada.* ♄.

13. E. *hirta Humb.* et *Bonpl.*; foliis obovato-oblongis subintegerrimis glabris, paniculâ terminali, pedunculis hirtis. *Relig. Willd. MS.*

In America meridionali. ♄. *Humb.* et *Bonpl.*

Imbricariae:

14. E. *crenulata*; foliis obovato-cuneiformibus sursum crenulatis, calycibus denticulatis. Imbricaria *crenulata Smith Linn. Transact.* 3. *p.* 259. *Pers. Syn.* I. *p.* 234. Stereoxylon *crenulatum Poir. Enc. Suppl.* V. *p.* 246. Jungia *imbricata Gaertn. de Fruct.* et *Sem.* I. *p.* 175. *t.* 35. *f.* 5. *Lam. Illustr. t.* 143. Philadelphus *imbricatus Soland.* Mollia *imbricata Gmel. S. V. p.* 420.

Calycis dentes rotundati. *Habitat? ut videtur in nova Hollandia.*

15. E. *ciliata*; foliis triquetro-linearibus, calycibus ciliatis, germine pentagono. Imbricaria *ciliata Smith. Trans. Linn. Soc.* 3. *p.* 176. *Pers. Syn.* I. *p.* 234. Jungia *tenella Gaertn. l. c. p.* 176. Philadelphus *tenellus Soland. MS.* Stereoxylon *ciliatum Poiret Enc. meth Suppl.* V. *p.* 247.

Similis *crenulatae*, sed multo minor, et calycis dentes non rotundati, sed triangulares. *Gaertn.* *In nova Hollandia.*

957. LABILLARDIERA.

1. L. *scandens*; pedunculis solitariis unifloris, foliis subhirsutis. *Smith New. Holl. Bot. p.* I. *t.* 1. sub BILLARDIERA (ut omnes reliqui.) *Willd. Spec.* I. *p.* 1150. *Poiret Enc. meth. Suppl.* I. *p.* 637. *Sims's bot. Mag. t.* 801. BILLARDIERA *canariensis Wendl. Herenh.* 3. *t.* 15.

Arbuscula parva, debilis, prostrata, scandens, ramis hirsutis. Folia alterna ovata pollicaria. Flores terminales penduli. Calycis laciniae subulatae; petala linearia alba cum staminibus alternantia. Bacca olivaeformis obtusissima utrinque fere truncata, pulpâ crassâ, seriebus seminum 4. *Poiret.* *In nova Hollandia.* ♄. Arbuscula unica hucusque cognita novae Hollandiae, cujus fructus edulis sit!

2. L. *mutabilis Salisb.*; foliis lanceolato-linearibus, pedunculis solitariis unifloris glabris, fructu laevi, (petalis demum purpureis rubrisque.) *Sims's bot. Mag. t.* 1313. *Salisb. paradis. lond.* 48.

Folia angustiora, minus quam in *scandenti* (quâ magis volubilis) pubescens; corolla primum virens. Rami juniores pubescentes. *In nova Hollandia?* ♄. *Loddiges* et fil.

3. L. *fusiformis Labill.*; paniculis paucifloris; foliis subhirsutis; antheris conniventibus. *Labillard. nov. Holl.* I. *p.* 65. *t.* 90. *Poiret Enc. meth. Suppl.* I. *p.* 638.

Plerumque scandens; folia oblonga lanceolata; flores penduli terminales 2-6; bracteae ad pedicellos minimae; foliola calycis subciliata; corolla caerulea patens, petalis ovatis acuminatis; filamenta brevissima; germen fusiforme striatum sericeum biloculare; stylus brevis stigmate capitato; semina biseriata. *Poiret.* *In Promont. van Diemen.* ♄.

4. L. *longiflora Labill.*; foliis laevibus, corollis cylindricis, pedunculis solitariis unifloris, petalis longissimis margine introflexis, (baccis subglobosis torulosis glabris.) — *Labill. nov. Holl.* I. *p.* 64. *t.* 89. *Poiret Enc. meth. Suppl.* I. *p.* 638. *Sims Bot. Mag. t.* 1507.

Omnium maxime scandens, caule tereti, foliis alternis lanceolatis suboppositisque. Flores penduli pedunculo parum longiores. Laciniae calycis ovatae acutae, subciliatae, intus pilosae; petala oblonga acuminata; filamenta longitudine petalorum; antherae basi emarginatae. Bacca ovata pulposa biloculari sulcata atroviolacea. *Poiret.* *In ins. van Diemen*, (*Prom. v. Diemen*).

958. RUYSCHIA.

1. R. *clusiaefolia*; foliis obovatis integris aveniis, floribus bracteâ solitariâ, (clavatâ, indivisâ.) *Swartz Prodr.* 50. *Fl. ind. occid.* I. *p.* 502. *t.* 11. *Jacq. Amer.* 75. *t.* 51. *f.* 2. *Willd. Spec.* I. *p.* 1116.

Suffrutex parasiticus, ramis teretibus glabris. Folia petiolata alterna obtusa crassa nitentia glaberrima pallide virentia, 3-4 poll., petiolis brevibus. Racemi terminales simplices pedales erectiusculi, pedunculo tereti crasso glabro, pedicellis 3 lin. Calycis foliola ovata. Foliola 2 opposita sub calyce, quae inter bractea crassa deflexa, rubro punctata. Petala crassiuscula purpurea decidua. Filamenta 5-7 longitudine petalorum purpurea. Germen ovato-subrotundum tetragonum. Bacca bilocularis polysperma videtur. *Swartz.* *In Martinicae sylvis interioribus, in arborum truncis.* ♄.

2. R. *Surubea Swartz;* foliis obovatis emarginatis apice (mucronato-) denticulatis venosis, floribus bracteis tripartitis. *Swartz Prodr.* 50. *Fl. ind. occid.* I. *p.* 505. *Willd. Spec.* I. *p.* 1116. Souroucea *guianensis Aubl. guj.* I. *p.* 244. *t.* 97. *Gmel. S. V. p.* 407. Surubea. *Aubletii Meyer Fl. essequeb. p.* 120. Logania *pentacrina Scop. introd. gen.* 1076. *Gmel. Syst. Veg. p.* 422.

Arbuscula 10-12 ped. *Aubl.* Caulis sarmentosus teres, ramis longis divaricatis declinatis fragilibus. Folia alterna, utrinque glabra, carnosa, petiolis brevibus. Racemi terminales simplices longi. Flores pedicellati alterni remotiusculi majores, pedicellis pollicaribus. Calycis foliola subrotunda; foliola 2 lateralia ad basin calycis, eodem longiora, lanceolata, obtusa, rubra, tertium cylindrico-clavatum coccineum. Petala oblonga reflexa lutea, ut filamenta. Stigma planum 5-radiatum. *Swartz ad Spec. Aublet. in Herb. Banks.* *In sylvis Gujanae ad ripas rivuli Gallion. In arena insulae Wacanama Meyer.* ♄.

959. ERIMATALIA.

E. *Rheedi. Erima-Tali Rheed.* VII. *p.* 73. *t.* 39. *Lam. Enc. meth.* II. *p.* 385.

Rad. longe lateque repens. Caules teretes cinerei succosi spadicei. Folia petiolis brevibus intus striatis e viridi flavescentibus oblongo-rotunda crassa spissa solida, costâ mediâ prominente. Flores in racemis praelongis duplices, interiores primo candidi et nitentes, dein cum nitore flavescentes, exteriores e rufo rubescentes, incisi; in orificio apices candidi lati foliosi. *Rheed. l. c.* *In Cranganoor. Mangatti.*

960. VILLAREZIA.

V. *mucronata Ruiz* et *Pav. Flor. peruv.* III. *p.* 9. *t.* 231. *f.* b.

Arbor similis *Citro*, trunco recto crasso tereti, ramis glabris, junioribus subangulatis. Folia sparsa numerosa subpetiolata coriacea ovata oblongaque mucronata, lucida, juniora subdenticulato-spinosa, adulta integerrima. Racemi terminales solitarii subpaniculati subpubescentes, duorum fere pollicum. Pedunculi breves, floribus 2 4 sessilibus, bracteis ovatis concavis minimis. Flores Syringae odorem spirantes. Cal. flavescens, pubescens. Cor. ochroleuca, calyce quadruplo major. Drupa magnitudine fere Lauri. *In sylvis chilensibus.* ♄.

961. HUERTEA.

H. *glandulosa Ruiz* et *Pav. Fl. peruv.* III. *p.* 5. *t.* 227. *f.* a.

Arbor 30 ulnar., trunco crasso, fusco, comâ frondosâ. Rami teretes striati. Folia impari pinnata, pedalia, glandulis ad basin folii singuli et foliolorum singuli paris. Foliola opposita, ovato-oblonga lanceolatave acuta, 4 poll., subinde basi inaequalia, serrata, dentibus crassis, glandulosis, lucida, ad basin venarum punctis villosis. Racemi axillares, terminalesque magni ramosi pubescentes. Pedicelli bracteolis stipati. Cal. pubescens. Cor. parva, flavicans. Antherae ovato-cordatae. *In nemoribus elatioribus Peruviae.* ♄.

962. OENOPLIA.

1. * O. *volubilis*; dioïca, inermis, caule volubili, foliis ovatis mucronatis repando-subcrenatis striatis. *Mich. Fl. bor. amer.* I. *p.* 153. (sub RHAMNO.) *Pers. Syn.* I. *p.* 240. *n.* 38. sub RHAMNO, sectione OENOPLIAE. ZIZYPHUS *volubilis*; inermis, foliis ovatis costato-venosis integerrimis subundulatis, umbellis pedunculatis axillaribus, caule volubili. *Willd. arb.* 415. *Spec.* I. *p.* 1103. RHAMNUS *volubilis*, caule volubili, fol. integerrimis ovatis striatis. *Linn. Suppl.* p. 152. *Poiret Enc. meth.* IV. *p.* 468. *Jacq. Coll.* II. *p.* 336. *Icon. rar. t.* 336. *Schmidt oestr. Baumz. t.* 153. RH. inermis, floribus monogynis hermaphroditis, foliis oblongo-ovatis nervosis subundulatis. *Ait. Hew.* I. *p.* 264. RH. inermis monogynus, dioïcus, foliis subovatis undulato-serratis, venosis, drupâ ovali, nuce bilocular. *Walt. carol. p.* 101., quem *Poiret* cum?, sine dubio vero adducit RH. *scandentem Hill. Kew p.* 453. *t.* 20. *L'Hérit. angl.* 154., qui etiam in *Gmel. S. V. p.* 399. *n.* 39.

Dolendum sane, nec divum *Willdenow* in *wild. Baumzucht p.* 547, ubi synonymiam hancce adeo discrepantem iterum adducit, nec *Pursh sept Amer.* I. *p.* 188 dubia, quibus species haecce premitur, et de quibus jam conquestus *Persoon Syn.*

ops. I. *p.* 240. solvisse. *) ZIZYPHUM hancce *Jacquin* l. c. sequentibus describit: „Caulis calamum vel digitum minimum crassus, petiolorum basibus obtuse spinescentibus, ramosissimus. Folia integerrima vel subrepanda, acutiuscula. Pedunculi terminales subracemosi breves. Flores parvi. Cor. viridescens 5-partita patens, laciniis ovatis acutis. Squamae oblongae albidae longitudine fere petali. Stylus unicus stigmate simplici obtuso. Bacca oblonga obtusa nigra unilocularis. Semen unicum." Bacca violacea *Pursh.* *Willdenow* vero *in wild.* *Baumz.* l. c. ait: Caulis 15 ped. teres fuscus nitidus apice volubilis; folia alterna petiolata elliptica, basi rotundata, apice rotundato-acuminata, 1 3/4 poll. longa, pollicem lata, firma, utrinque glabra, supra nitida; petioli glabri, 1/4 poll.; cal. viridis; petala alba, stylo brevi simplici obtuso. Fructus ellipticus, niger. „Drupa succosa; nux saepe saepius altero loculo abortiente monospermo." *Linnaeus* tantum haec adjecit suae: „Caulis fruticosus volubilis rufescens laevis. Folia alterna petiolata ovata oblongiuscula integerrima repanda laevia. Petioli teretiusculi rufi inarticulati. „Calycis dentes acuti. Stigma bifidum." *Poiret.* *In Carolina et Virginia.* ♄.

2. O. *lineata*; foliis ovatis costato-venosis repandis, pedunculis unifloris axillaribus caule recto. ZIZYPHUS *lineatus* *Willd. Spec.* I. *p.* 1102. RHAMNUS *lineatus* fol. ovatis lineatis repandis subtus reticulatis. *Linn. Amoen acad.* IV. *p.* 308. *Encycl. meth.* IV. *p.* 473. *Pers. Syn.* I. *p.* 240. *n.* 36. *Osb. it.* 219. *t.* 7. *Burm. Zeylan.* *p.* 198. *t.* 88. *Plukn. phyt.* 122. *f.* 4. (cum? *Persoon* et *Poiret*, qui praefert *Amalth. p.* 408. *f.* 3.)

Rami recti pubescentes patentes, cortice laevi griseo. Folia copiosa alterna, 3-4 lin., mucrone spinescente, supra laete viridia nervis nigris, subtus inter nervos nigro-velutina. Spinae brevissimae ad basin petiolorum stipularum loco. Subinde racemus parvus terminalis. Cal. albidus laciniis 5 lanceolatis; petala 5 lanceolata, stamina includentia. Stigma simplex. Bacca parva globosa. Figura *Burmanni* bona, sed folia nimis magna, rete et spinulae desunt; in *Plukn.* f. 4. folia nimis ovata minisque acuta. *Poiret.* *In Chinae Zeylonae elevatis.* ♄.

Obs. „RH. *volubilis* et *lineatus* sibi affines etiam drupâ dispermâ, (!) nucleis bilocularibus conveniunt. *L'Herit. Sert. p.* 5."

Obs. 2. RH. *lineatus Lour. Fl. Coch.* I. *p.* 197., adductâ licet diagnosi

*) Frutex flore *Rhamni*, fructu *Zizyphi*. — Umbellae axillares. *Willd.* Racemi axillares corymbosi. *Poiret.* Racemi subterminales *Mich.* Flores hermaphroditi *Ait.*, dioici *Mich.* Fol. integerrima *Linn.* *Willd.* *Poiret*; repando-subcrenata *Mich.*; undulato-serrata *Walt.* *Persoon Syn.* I. *p.* 240. *n.* 38. *obs.* Specimen nostrum cum Michaux quadrat.

Linnaei et synonymiâ *Burm.* et *Plukn.*, vix hujus loci, ut liquet ex descriptione: „caulis fruticosus multiplex teres aequalissimus glaber nitidus ramosus 8-ped. procumbens, aculeis multis sparsis solitariis rectis brevibus; folia ovata subcrenata plana parva glabra alterna striata lineis multis obliquis parallelis. Flos albus minusculus, pedunculis multiflоris subterminalibus. Cal. monophyllus 5-dentatus minimus. Cor. tafera, petala 10, lanceolata, aequalia, erecta, interiora 5 amplectentia stamina. Filamenta 5 subulata, longitudine corollae, antheris nutantibus. Germen ovatum scabrum. Stylus filiformis aequalis staminibus, stigmate crassiusculo concavo. Drupa parva oblongo ovata scabra rubra; nucula oblonga, bisulca, bilocularis." *Lour.* qui proposuit diagnosin sequentem: „aculeis solitariis rectis, foliis ovatis, oblique lineatis, pedunculis multiflоris."

963. ZIZYPHUS.

1. * Z. *Lotus Lam.*; aculeis geminis, altero recurvo, foliis ovato-oblongis obsolete crenatis; (fructu rotundato.) *Willd. Spec.* I. *p.* 1103. *Lam. Encycl.* III. *p.* 316. *Desfont. Act. Acad.* 1788. *t.* 21. *Atlant.* I. *p.* 200. *Poiret Enc. meth. Suppl.* III. *p.* 190. RHAMNUS *Lotus Linn. Spec. p.* 281. *Shaw afr. p.* 631. *c. f.* β. RH. *Lotus Fl. lusit. p.* 302.

Frutex (4-5 ped.) ramis teretibus, (recurvis, flexuosis). Aculei 2 ad exortum foliorum, altero horizontali. Folia omnia ZIZYPHI *vulgaris*, figurâ, nervis, glabritie, magnitudine, et margo obsolete et rarius crenatus. *Linn.* β. „Similis culturâ factus *vulgari*; sed folia non similiter serrata; drupa minor et constanter rotunda. Est ergo varietas RH. *Loti* veri." *Brotero.* Folia in Loto 6-7 lin., 4 lin. lata. Flores ochroleuci axillares solitarii et quaterni; drupa matura rufa, magnitudine Pruni dictae *Pranellae*, sapida, nucleo subgloboso. *Lam.* *In regno Tanetano et in Lusitania.* ♄.

Obs. RHAMNUS *Lotus* in interiore Africa circa Marianam crescens, (Nigris *tomberouge* dicta) quoad figuram a *Mungo Park* in itinere suo (*travels* p. 99., licet pro synonymo adducta sit *H. Kew.* 2. *ed.* II. *p.* 18) datam differt foliis majoribus integerrimis magis rotundatis, et Rhamnus a *Thevenot voy. du Levant.* III. *p.* 81 a descripta, circa Dgjaroun et Bender Abassi *Konar* dicta, trunco vix brachiis duorum hominum ambiendo, aut varietates ZIZYPHI *Loti* insignes aut distinctae species videntur. *Poiret l. c.* Confer quoque *Desfontaines recherches sur un arbrisseau intitulé des Anciens Lotus de Lybie. Journ. de Phys. t.* 33. ZIZYPHUS *sylvestris Mill.* hujus videtur loci. In hortis et herbariis plerisque occurrit passim nomine RH. *Spinae Christi.*

2. *Z. bubalina*; aculeis geminis, altero recurvo, foliis cordatis ovatis obtusis mucronatis leviter crenatis glabris. *Lichtenstein Spicileg. Fl. Cap. MSS.* ZIZYPHUS *mucronatus* etc. foliis ovatis acuminatis mucronatis undulato-serratis. *Willdenow Enumerat. plant hort. Berol. p.* 251.

Z. *mucronata* planta junior in horto berol. e seminibus nata; Z. *bubalina* e foliis arboris adultae in herbario meo determinata. Rami glabri, cortice cinerascente, flexuosi, geniculis aculeatis. Folia solitaria petiolata (petiolo fusco supra falcato) pollicaria, utrinque viridia, glabra, cordata seu ovato-acuminata, acumine obtuse mucronato, margine inaequaliter serrata, undulata tri-quinquenervia venosa. Drupa magnitudine pisi majoris, rubra. Arbor procera, una cum Salicis, Mimosae, Rhoïs etc. speciebus nonnullis *ripas't Kai Garieb flavii coronans; in Prom. b. Spei.*

3. *Z. sinensis Lam;* ramulis annotinis aculeatis pubescentibus, vetustioribus inermibus, foliis ovato-oblongis acute serratis. *Lam. Enc. meth.* III. *p.* 318. *Pers. Syn.* I. *p.* 240. *n.* 43.

Arbuscula 3-4 ped., ramis annosioribus erectis rigidis griseofuscis inermibus, junioribus fasciculatis pubescentibus, apice aculeis geminis setaceis rectis inaequalibus stipularibus; foliis pallide viridibus, canescentibus, alternis acutiusculis trinervibus, petiolis brevibus pubescentibus approximatis, parum minoribus quam in *vulgari*. Flores parvi pallidi albidive axillares solitarii aut gemini. Petala sub calyce reflexa, quod singulare. *Lam.* *In China? Culta in H. reg. parisino.* ♄.

4. *Z. iguanea Lam.;* aculeis subgeminatis, foliis ovatis acuminatis serratis nudis, racemulis axillaribus. *Lam. Enc. meth.* III. *p.* 318. *Pers. Syn.* I. *p.* 240. *n.* 44. RHAMNUS *iguaneus*, acul. gemin., altero patente, racemis axillaribus monoicis, foliis nudis. *Linn. Spec.* I. *p.* 282. *Jacq. Amer. p.* 74. *ed. pict. p.* 40. *Cav. ic.* III. *p.* 48. *t.* 294. *Commel. Hort.* I. *p.* 141. *t.* 73. CELTIS *aculeata Willd. Spec.* IV. *p.* 998. (quo ad synonym. *Linn. excl. Swartz.*) CELTIS *rhamnoides, Willd. Spec.* IV. *p.* 998. *n.* 14.

Arbuscula inelegans ramis lentis longissimis vix divisis reclinatis, ramulis per totam saepe longitudinem alternis distichis. Spinae axillares subulatae acutissimae fortes breves recurvae solitariae geminaeve. Folia lanceolata acuminata, leviter hinc illinc dentato-serrata glabra petiolata alterna disticha, ut plurimum 3-4, rarius 8 poll. Racemi axillares solitarii bini terni ve parvi. Flores monoici exigui flavi. Calycis laciniae 5 ovatae concavae patentes, tubo vix ullo. Squamulae nullae. Styli in feminis 2 patuli, stigmatibus bifidis: in maribus pistilli loco corpus oblongum truncatum, calyce duplo brevius. Drupa subrotunda vel ovata, stylo emarcido, flava, pisello duplo major, pulpâ dulci, pueris barbarisque expetitâ. Nux rugosa crassa ossea alba unilocularis. *Jacq.* Descriptio a clo. *Lamarck* l. c. data exacte cum illa *Jacquini* convenit; folia lanceolato-ovata ovatave, non vero cordata, petit. *In Antillis et Caraçao Jacq. et Lam.* ♄.

Obs. Ad CELTES quoque retulit cls. *Swartz* RHAMN. *iguaneam Linn.*

sub nomine C. *aculeatae* cui affinis videtur CELTIS *integrifolia Lam.* quae foliis integerrimis et stylis bifidis distinguitur, sed vix hujus generis est. *Persoon Syn.* I. *p.* 292. in *Obs.*

5. Z. *commutata*; foliis cordato-ovatis, apice obtusis subintegris glaberrimis, ramis aculeatis. CELTIS *aculeata Swartz Prodr. p.* 53. (exil synonym. RH. *iguaneae.*) C. *aculeata Willd. Spec.* IV. *p.* 998. *n.* 13. (excl. omn. synon. praeter *Swartz.*)

Rami longi teretes reclinati, ramulis alternis subdistichis, leviter flexuosis glabris aculeatis, aculeis rarius geminis axillaribus brevibus recurvis acutissimis. Folia cordato-ovata, rarius angustiora, vix acuminata, apice plerumque obtuso, levissime dentato, serrata, 2-3 poll., fere disticha, nervis 3 evidentioribus, utrinque glabra. Petioli teretes 1/2 poll., longitudine racemorum solitariorum binorum ternorumque multiflororum. Flores parvi, brevissime petiolati polygami, masculi inferiores in racemo plures, harmaphrodito solitorio teminati majore. Masculi calycis foliola ovata concava patentia pallide viridia, petalis et nect. nullis. Rudimentum styli subulati. Hermaphroditi flos ut in mare, praeter stylos 2 divaricatos, stigmatibus bifidis patulis acutis. Drupa ovata, stylo coronata, magnitudine pisi glabra, matura flavescens succosa 1-sperma, nuce rugosâ durâ uniloculari. *In fruticetis montosis Jamaicae, Hispaniolae.* ♄.

Obs. Collatis descriptionibus hisce liquet divum *Willdenow* in sua C. *aculeata* foliis ovato-oblongis acuminatis basi aequalibus cordatis integerrimis apice obsolete serratis glabris, ramis aculeatis, *Spec.* IV. *p.* 998. *n.* 13. (ad quam C. *aculeatam Swartz* cum RH. *iguanea Linn.* et *Jacq.* ducit) et in sua C. *rhamnoide* foliis ovatis obtusiusculis serratis, basi aequalibus subcordatis integerrimis utrinque glabris, ramis aculeatis *Spec.* IV. *p.* 998. *n.* 14 (ad quam ducit RH. *iguaneam Cav. t.* 194 et *Commel. Hort. t.* 73) duas commutasse species. Suam tantum *aculeatam* vidit, quae, ad descriptionem suam eidem subscriptam „(rami teretes glabri albo punctati; aculei solitarii rarius gemini recti vel parum incurvati petiolo breviores; folia 3-4 poll. ovato-oblonga, acumine obtuso, basi aequalia cordata, utrinque glaberrima, margine integerrima, in acumine quandoque obsolete serrata)" eadem cum planta *Swartzii*, nostra *commutata*, videtur.

6. * Z. *Oenoplia Mill.*; aculeis (sub) solitariis recurvis, foliis dimidiato cordatis (integerrimis) acuminatis subtus tomentosis (pubescentibus), aggregatis. *Willd. Spec.* I. *p.* 1105. *Lam. Enc. meth.* III. *p.* 318. *Mill. Dict. n.* 3. RHAMNUS *Oenoplia Linn. Fl. Zeyl.* 88. *Burm. Zeyl.* 131. *t.* 61.

A congeneribus distinctissima foliis valde obliquis fere semicordatis et acuminatis. *Willd.* Folia potius pubescentia quam tomentosa, apice ferruginea, extus praecipue obliqua, supra pilis brevibus rufescentibus, trinervia; petioli breves villosi ferruginei; aculei breves; flores breves, pedicellati 5-6ni, axillares, foliis multo breviores; fructus globulosi, purpurei, de-

mum nigrescentes, magnitudine pisi mediocris nucleo bilocu-lari. *Lam.* *In Zeylona et in littore Coromandel.* ♄. *Sonnerat. Commerson.*

7. * *Z. Jujuba Lam.*; aculeis (sub) solitariis recurvis, foliis subrotundo-ovatis obtusis (retusis *Linn.*) subtus tomentosis, pedunculis aggregatis, floribus semidigynis. *Willd. Spec.* I. *p.* 1104. *Lam. Enc. meth.* III. *p.* 318. Rhamnus *Jujuba Linn. Fl. Zeyl.* 89. *Gmel. S. V. p.* 401. *n.* 35. *Lour. Fl. Cochinch.* I. *p.* 195. *Gaertn. de Fruct. p.* 43. *t.* 4. Mansana *arborea Sonnerat nov gnin. p.* 134. *t.* 94. *Gmel. Syst. Veg.* I. *p.* 580. Malus indica *Rumph Amb.* II. *p.* 117. *t.* 36. *Perim toddal Rheed. Mal.* IV. *t.* 41.

Arbor mediocris ramis tortuosis patentibus, aculeis plerumque solitariis. Folia (subtus albida) integerrima, trinervia, alterna. Flores pallidi, axillares, pedunculis brevibus. Drupa mediocris ovata rubra dulcis edulis. *Lour.* Stam. et petala saepe 6, laciniis calycis totidem, bacca ossiculo 1-2-spermo, inde Mansana. *In India, China, Cochinchina.* ♄.

8. *Z. sororia;* inermis, foliis subrotundo-ovatis, obtusis, mucronatis, trinerviis, ferrulatis, subtus tomentosis; corymbis axillaribus, divaricatis, dichotomis, stigmate simplici. *Z. trinervis Roth nov pl. Spec. MSS.*

Simillima *Z. jujubae;* at caulis inermis, folia mucrone brevi terminata, flores dense corymbosi, stylus simplex. β. glabrata *Heyne.* Folia ad costas tantum pilis adpressis, sparsis. Rami tenuiores, pubescentes. *H. in India orientali* B. *Heyne.*

Obs. Nomen mutandum, cum sit antiquior *trinervia Poiret*, et tot sint *Zizyphi* foliis trinervibus.

9. *Z. mauritiana Lam.*; aculeis geminatis, altero recurvo; foliis oblongis obtusis subtus tomentosis, fructu oblongo. *Lam. Enc. meth.* III. *p.* 319.

Affinis *Jujubae;* sed folia minus lata et fructus oblongus acuminatus. Rami teretes, divisi, juniores albidi flexuosi. Folia alterna petiolata integerrima vel subdentata trinervia subtus albida et tomentosa ut in *Jujuba.* Aculei inaequales, petiolis breviores. Drupae ovato-oblongae atro-violaceae, pedicellatae axillares. *Lam.*, qui hujus fors esse loci: *Jujubam indicam spinosam, folio et fructu longiori Plukn. Alm.* 199. *In insula Mauritii.* ♄. *Sonnerat.* Specimina, quae div. *Michaux* ex insula Mauritii attulit, et div. *Ventenat* pro *Oenoplia* communicavit cum def. *Römer.*

Obs. Rh. *mauritianus Willemet*, aculeis geminatis, altero recurvo, foliis subrotundo-ovatis integerrimis retusis, *Willem. Herb. Maurit. Ust. Annal.* 1796. *p.* 20. *Vitmann Suppl. p.* 294 diversa videtur. Est illi arbor ramosissima ramis divaricatis aculeis oppositis subulatis. Folia quandoque emarginata, quandoque mucronata, petiolo brevi. Flo-

ros axillares 1-4, pedicello brevi. Cal. subcoriaceus. Cor. minima subcochleata alba. Bacca nigra. Sem. 2 magna approximata. *In Mauritiae sylvis.* ♄.

10. *Z. rugosa Lam.*; aculeis subgeminatis recurvis, foliis lato-ovalibus rugosis serrulatis, corymbis tomentosis pedunculatis dichotomis. *Lam. Enc. meth.* III. *p.* 319. *Plukn. t.* 29. *f.* 7. *Mant. p.* 109. β. Foliis obtusioribus.

Rami teretes grisei, juniores pubescentes. Folia omnium maxima, 2 poll., 1 1/2 poll. lata, saepe obtusiuscula, trinervia, subtus reticulata, ut in *Grewia*; nunc utrinque glabra, nunc pilis subtus adspersa; petioli brevissimi; aculei raro solitarii, breves; corymbi breves in axillis superioribus; pedunculi et calyces ferrugineo-lanuginosi. *Lam.* *In India orientali.* ♄. *Sonnerat.*

11. *Z. Xylopyrus Willd.*; aculeis solitariis recurvis, foliis subcordato-ovatis acutiusculis subtus tomentosis, corymbis axillaribus confertis. *Willd. Spec.* I. *p.* 1104. Rhamnus *Xylopyrus Retz obs.* II. *p.* 11.

Drupa magnitudine Cerasi, insipida. Aculei rari. Caeterum simillimus *Jujubae*. *Willd.* Conferendam esse Zizyphum *rugosam Enc. meth.* jubet *Poiret* in *Suppl.* III. *p.* 192., et *Pers. Syn.* I. *p.* 240. *n.* 42. qui *rugosam*, cum? licet, cum *Xylopyro* jungit ut *Lamarck* ipse. *Retzius l. c.* describit *rugosam* suam arborem vix homine altiorem, foliis latis, non raro obliquis, inaequaliter serratis, superne obscuris; calycem tomentosum; drupam siccam Ceraso majorem insipidam. *In desertis Indiae orientalis ad radices montium.* ♄.

12. *Z. rotundifolia Lam.*; aculeis geminatis, altero recurvo, foliis subrotundo-ovalibus subtus tomentosis. *Lam. Enc. meth.* III. *p.* 319. *n.* 9. *Plukn. Almag. p.* 199. *t.* 197. *f.* 2. *Burm. Zeyl. p.* 132.

Folia minora quam in *rugosa*, et rotundiora quam in figura *Plukeneti*. Rami lignosi graciles teretes; folia subdentata; petioli aculeique breves. *Lam.* *In India, Zeylona.* ♄.

Obs. Hujus loci videtur *Z. Nummularia*, aculeis solitariis geminisque recurvis, foliis ovatis integerrimis, pedunculis corymbosis *Gmel Syst. Veg. p.* 401.

13. *Z. orbicularis*; aculeis solitariis recurvis, foliis cordato-orbiculatis vel subovatis, obtusis, mucronatis, tomentosis, trinerviis, aequaliter obtuse serrulatis, corymbis axillaribus conglomeratis, dichotomis, fructibus tomentosis nuce trilocularis. *Z. rotundifolius Roth nov. pl. Spec. MSS.*

Drupa cinereo-tomentosa, globosa, magnitudine Cerasi mediocris. Nux trilocularis trisperma. Nuclei dentiformes, nitidi. *H. in India orientali.* B. *Heyne.*

Obs. Nomen mutandum ob antiquiorem *rotundifoliam Lam.*, cui foliis quidem similis, reliquis autem characteribus ab illa differre videtur.

14. Z. *tomentosa Poiret;* aculeis geminatis, altero recurvo; foliis ovato-subrotundis argute denticulatis, subtus foliis floribus ramisque molliter tomentosis, floribus axillaribus fasciculatis. *Poiret Enc. meth. Suppl.* III. *p.* 192.

Multum affinis Z. *rotandifoliae*, a qua inflorescentiâ et magnitudine foliorum differt. Rami elati albidi; aculei parvi; folia alterna subpetiolata trinervia, supra lucida, 2 poll., 2 1/2 poll. lata; pedunculi inaequales, breves, ut plurimum longitudine petiolorum. Drupa ovato-globosa, glabra, mediocris. *Poiret. In S. Domingo.* ♄. *Poiteau in Herb. Desfont.*

15. Z. *angulata Lam.*; aculeis geminatis rectis, foliis subrotundo-ovalibus subbidentatis utrinque glabris, ramis acute angulatis. *Lam. Enc. meth.* III. *p.* 320. *n.* 10.

Rami flexuosi tetragoni angulis prominentibus acutis. Folia alterna trinervia subdenticulata 1 1/2 poll. lata, petiolis brevibus. *Lam.* *Habitat? in Herb. Juss. sine nomine. Affinis videtur* RHAMNO *tetragonae.*

16. * Z. *Spina Christi Willd.*; aculeis geminis rectis, foliis ovatis acutis dentatis glabris, (fructu subrotundo.) *Willd. Spec.* I. *p.* 1105. *Desfont. Atlant.* I. *p.* 201. Z. *africana Mill Dict. n.* 4. Z. *Napeca Lam. Enc. meth.* III. *p.* 320. RHAMNUS *Spina Christi Linn. Hort. Cliff.* 69. RH. *Nabeca Forsk. Aegypt.* 204. *n.* 14. (fide *Lam.*) *Alpin. Aegypt. p.* 16. *t.* 19. *Plukn. Alm. p.* 199. *t.* 197. *f.* 3. *β.* Oenoplia non spinosa *Bauh. pin.* 477. Oenoplia s. Napeca Bellonii *Clus. Hist.* I. *p.* 27.

Folia majora quam in ZIZ. *vulgari* et *Loto*; rami teretes grisei, juniores pubescentes. Folia alterna petiolata, opaca, trinervia, ut plurimum 2 poll. lata. Aculei inaequales patentes, saepe pollicares et ultra. Flores pedicellati fasciculati axillares. Drupa formâ et magnitudine Cerasi, nuce biloculari. *Lam.* *In Aethiopia, Aegypto et Palaestina.* ♄.

Obs. Arbuscula e seminibus missis sub nomine *Spinae Christi* Hierosolyma a D. *Hasselquist. Linn.* — *Forskal.* l. c. duas adducit varietates, *α. divaricatam*, foliis semipollicaribus, caulibus ad singula folia divaricatis, spinis validis, saepe geminis. *β. rectam*, ramis rectis, spinis aut nullis aut solitariis ad latus petioli, rectis, patentibus, foliis pollicaribus.

17. * Z. *Napeca Lam.*; aculeis subgeminis recurvis, pedunculis corymbosis, floribus semidigynis, foliis ovatis obliquis subcrenatis utrinque laevibus. *Willd. Spec.* I. *p.* 1104. RHAMNUS *Napeca* flor. semidigynis, fol. serratis *Linn. Fl. Zeyl.* 87. RH. *Napaea Burm. Ind. p.* 60. (sic etiam

legitur in *Vitmann summ. pl.*) Vidara littorea *Rumph Amb.* II. *p.* 119. *t.* 37. *Plukn. Alm. t.* 216. *f.* 6.

Folia glabra, juniora margine pilosiuscula. Rami juniores pubescentes. *Willd.* „Arbor trunco crassitie cruris, cortice glabro; folia superiora ovato-lanceolata, 2 poll., serrata; inferiora obtusa, fere cordata, ad oras integra nec serrata; flores racemosi, petalis 4 albis oblongis reflexis interne molli lanugine sericeis. Fructus maturi oblongo-rotundi, fulvi, maculis viridibus. *Rumph l. c.* *In Zeylona.* ♄.

Obs. *Burmann l. c,* laudat etiam Mallam Taddali *Rheed.* IV. *p.* 83. *t.* 40 quae nobis saltem quoad figuram non videtur convenire. *Vidara littorea Rheed.* ad *Spinam Christi* a *Lamarck* ducitur, qui ingenue fatetur se nescire prorsus quid sit Rh. *Napeca Linn.*

18. Z. *soporifera*; aculeis sparsis, foliis lanceolatis enerviis, floribus solitariis. Rhamnus *soporifer Lour. Fl. Cochinch.* I. *p.* 196.

Arbor parva caule et ramis tortuosis, aculeis rectis solitariis. Folia integerrima parva alterna oppositaque. Flos rubescens axillaris solitarius. Drupa subrotunda parva rubra monosperma. *Lour.* *In provinciis borealibus Sinarum.* ♄.

Obs. Habitu similis *vidarae littoreae Rumph Amb.* II. *c.* 45. *t.* 37. quam Linnaeus ad *Napecam* ducit: sed virtus plane contraria.

19. * Z. *vulgaris Lam.*; aculeis geminis, altero recurvo, foliis ovatis (oblongisve) retusis dentatis glabris, (fructibus oblongis.) *Willd. Spec.* I. *p.* 1105. *Lam. Enc. meth.* III. *p.* 316. *Illustr. t.* 185. *f.* 1. Zizyphus *sativa Duham. arb. ed* 2. *vol.* 3. *t.* 16. *Desfont. arb.* et *arbr.* II. *p.* 373. Zizyphus *Jujuba Mill. Dict. n.* 1. Rhamnus *Zizyphus Linn. Syst. Veg.* 196. *Scop. carn.* 2. *ed. n.* 265. Rh. acul. gem. alt recurv., glomerulis florum axillaribus subsessilibus, floribus digynis, foliis ovalibus serratis petiolatis. *Walf. descript. pl. rar.* in *Römer Archiv* III. 3. *St. p.* 339. *n.* 35. *Pall. ross.* II. *p.* 24. *t.* 59. *Brotero Fl. Lusit. p.* 301. β. Jujubae majores oblongae. *Bauh. pin.* 446.

* Nucleus bilocularis. *A Syria in Italiam translatus a sexto Pampinio tempore Augusti.* *Linn.* „Flores rarissime mono- aut trigyni; fructus oblongi, quasi Olivae formâ, majores quam in *Loto.*“ *Brotero l. c.* Flores di-trigyni. *Scop.* Arbuscula 6-8 ped., (subinde arbor 15-20 ped.) cortice fusco-grisescente inaequali; rami surrecti, ramulosi, obscure rubescentes, teretes, laeves. Folia alterna breviter petiolata, firma, subtus pallidiora, nitentia, trinervia. Flores exigui, flavi, brevissime pedicellati axillares 3-5. Flos *Paliuri*, stylo bipartito, stigmatibus atro-rubentibus. Bacca oblonga-ovalis obscure rubescens, (magnitudone et formâ Olivae). *Walf.* *In Europa meridionali, borealique Africa.* ♄.

Obs. Utrum RH. *Zizyphus Lour. Fl. Cochinch.* I. *p.* 196., adductâ licet diagnosi Linnaeanâ, huc spectet? Addit in *observatione*: „pedunculi uniflori nec corymbosi, floresque digyni ad *Zizyphum* pertinent; folia serrata *Napecae;* aculei omnes recti neutri conveniunt." Describit suam: „Arbor mediocris ramis tortuosis subpatentibus, aculeis plurimis longis rectis subsolitariis. Folia oblongo-ovata serrata trinervia utrinque glabra. Flores albo-virides, axillares pedunculis brevibus plerumque unifloris; Cal. corollinus, rotatus, 5-fidus; stamina 5, squamis totidem munita; stigmata 2 sessilia; drupa mediocris ovato-oblonga fusco-lutea, carnosa, nuculâ oblongâ, biloculari." *Loureiro* huc ducit RH. *Zizyphum Thunb. jap. p.* 95.

20. Z. *agrestis;* aculeis geminis rectis, foliis oblongis, floribus racemosis. RHAMNUS *agrestis Lour. Fl. Cochinch.* I. *p.* 197.

Arbuscula agrestis ramis patentibus; aculeis brevibus; folia integerrima, alterna, glabra; cal. 5-fidus; cor. nulla; stam. 5. villis multis; stigmata 3 sessilia; drupa minima, globosa, rubra, edulis, nucleo triloculari. *Lour.* *Habitat?*

21. Z. *paniculata Roth;* aculeis geminis decurvis, ramis subinfrafoliaceis patentibus, foliis oblongo-ovalibus, subemarginatis, serrulatis, trinerviis, scabris, subtus ad nervos pilosiusculis, paniculâ terminali, elongata, dichotomâ, nuce monospermâ. *Roth. nov. pl. Spec. MSS.*

In India orientali. B. *Heyne.*

22. Z. *horrida Roth;* aculeis geminis solitariisve recurvis, foliis ovatis, obtusis crenulatis, subtus ad costas pubescentibus, corymbis axillaribus et lateralibus dichotomis. *Roth nov. pl. Spec. MSS.*

Corymbi aculeo solitario oppositi, loco alterius aculei deficientis, parvi. Flores parvi. *In India orientali.* B. *Heyne.*

23. Z. *obliqua Roth;* aculeis solitariis subcurvis; tomentosis; foliis ovato-subrotundis mucronatis supra glabris, nervis profunde exaratis, subtus reticulo venarum elevato densissimo rugosis, pubescentibus, argute serratis, trinerviis, basi subemarginatis, obliquis; corymbis paniculatis densis; floribus digynis. *Roth nov. pl. Spec. MSS.*

Flores tomentosi. *In India orientali.* B. *Heyne.*

24. Z. *peruviana Lam.;* inermis, (sempervirens,) foliis ovato-rotundatis rariter dentatis subangulosis, petalis stellatis calyce majoribus. *Lam. Enc. meth.* III. *p.* 529. *n.* 12.

Arbuscula laxa 3-ped., glabra. Folia alterna petiolata glaucescentia. Flores pedicellati parvi ochroleuci, solitarii ternive axillares. Cal. laciniis 5; petala 5 ovata acuta plana patentia calyce majora. Discus orbicularis pistillum cingens. Videtur dioïca. *Lam.* *In Peruvia.* ♄. Colitur in *H. parisino.*

25. Z. *capensis Thunb.*; aculeis geminis rectis, floribus digynis, foliis ovato-oblongis glabris, caule frutescente. *Thunb.* apud *Poiret Enc. meth. Suppl.* III. *p.* 193.

Nec in *Prodrom.* nec in *Fl. capensi* inveninus: Rh. *capensis* vix ac ne vix videtur. *In Prom. b. Spei.* ♄.

26. Z. *heterogenea Poir.*; aculeis geminis simplici et recurvo; foliis ovatis serrulatis trinerviis lucidis, pedunculis solitariis unifloris. Rhamnus *heterogenea Burm. Ind. p.* 61. *Gmel. Syst. Veg. p.* 400. Z. *heterogenea Poiret Enc. meth. Suppl. l. c.* *Plukn. Alm.* 198. *t.* 312. *f.* 4. (fide *Burm.*)

Rami albissimi glaberrimi; folia acuminata; affinis Z. *Loto*, sed folia non obtusa. *Burm.* l. c. *In Indja orientali et Persia.* ♄.

27. Z. *domingensis Duham.*; inermis, foliis integerrimis acutiusculis, floribus axillaribus subumbellatis, caule erecto. *Duham. edit. nov.* III. *p.* 55.

In S. Domingo. ♄. *Herb. Juss.*

28. Z. *tripartita*; spinosa, foliis petiolatis tripartitis argute serratis. Rhamnus *tripartitus Ucria plant ad Linn. addendae*, in *Röm. Archiv* I. *p.* 68. Rhamnus apii folio triphyllo spinis colore et fructus substantiâ zizyphinis. *Cupani. Pamph.*

In Sicilia.

964. PALIURUS.

1. P. *australis Gaertn.*; aculeis stipularibus geminis, recto recurvoque; racemulis axillaribus corymbosis; floribus trigynis; foliis ovatis crenulatis glabris petiolatis. Rhamnus *Paliurus Wulf. plant. rar. descript.* in *Römer Archiv* III. *B.* 3. *St. p.* 338. *Linn. Spec. p.* 281. *n.* 12. *Scop. carn.* 2. *ed. n.* 264. *Pall. Fl. ross.* II. *p.* 27. *t.* 64. *Schmidt oestr. Baumz. t.* 151. Zizyphus *Paliurus Willd. Arb. p.* 415. *Spec.* I. *p.* 1103. Paliurus *Spina Christi Mill. Dict.* III. *p.* 382. Paliurus *australis Gaertn. t.* 43. *f.* 5. *Pers. Syn.* I. *p.* 241. Paliurus *aculeatus Lam. Illustr. t.* 210. *Poiret Enc. meth.* IV. *p.* 697.

Frutex 10 ped., fere scandens, ramis teretibus fuscis. Petiolus ex aculeis geminis. Folia alterna, utrinque acuta, 2 poll., tenuissime rare et acute serrata, trinervia. Flores lutescentes axillares in cymis folio brevioribus; petala alterna minora. *In Hispania, Gallia, Italia, Pannonia et ad Caucasum.* ♄.

2. P. *reticulata Vahl*; spinis geminis rectis, foliis

ovalibus subdenticulatis, reticulatis, subtus pubescentibus, corymbis axillaribus. *Vahl Eclog. Amer.* III. *p.* 6. *tab.* 23.

Arbor. Rami flexuosi, inferne glabri, teretes, superne angulati, ferrugineo-subtomentosi. Ramuli alterni, structurâ ramorum ad basin utrinque muniti spinâ erecto-patente, glabra, rigida, fere unguiculari. Folia petiolata, alterna, 2 poll., obtusissima, venosa, trinervia, supra glabra, subtus, venis nervisque exstantibus. Petiolus vix semipollicaris, pubescens. Stipula utrinque ad basin petioli, subulata, tomentosa, rigida. Corymbi solitarii, pedunculati, flavescenti-ferrugineo-tomentosi, multiflori, folio breviores. Bractea linearis ad basin pedicellorum. Calyx quinquepartitus; petala, inter incisuras calycis, spathulata, lamina intus cava, longitudine calycis. Nectarium nullum nisi margo imperceptibilis in fundo corollae. Stamina, petalis opposita, eorumque longitudine. Antherae globosae. Stylus unicus, longitudine fere corollae. Stigma subtridentatum. Drupa globosa, magnitudine Cerasi. *Hab. in America meridionali. von Rohr.* ♄.

3. P. *Aubletia*; foliis ovatis trinerviis crenatis, floribus axillaribus. P. *ramosissima Poiret Enc meth. Suppl.* IV. *p.* 262. AUBLETIA *ramosissima Lour. Fl. Cochinch. p.* 348.

Non esse apetalam nec decandram, stamina enim 5 vera esse petala *de Jussieu. Annal. du Mus.* XI. *p.* 75. — Arbor mediocris, ramosissima, ramis tortuosis, aculeis sparsis rectis brevibus; folia minuta glabra alterna petiolata. Pedunculi axillares multiflori. Cal. campanulatus, tubo brevi crassissimo, limbo 5-partito, laciniis triangularibus aequilateris patentibus aequalibus. Filamenta? 10? reflexa, basi fissurarum calycis per paria insidentia, 5 brevissima (Stamina), 5 triplo longiora. (Petala!) Antherae breviorum oblongae, magnae, longiorum parvae ovatae. Stylus subnullus, stigmata 3 ovata reflexa. Bacca orbiculata, subtus convexa, superius plana, 3-locul. 1-sperma. Sem. sublenticularia. *Lour.* *Cantone Sinarum.*

965. OLINIA.

O. *cymosa Thunb. nov. pl. gen.* in *Röm. Arch.* II. *B.* I. *p.* 4. *Flor. cap. p.* 69. SIDEROXYLON *cymosum Thunb. Prodr. p.* 36. S. *cymosum*, inerme, foliis (decussatim) oppositis ovatis petiolatis, cymis compositis decompositisque. *Linn. Suppl.* I. *p.* 152. *Willd. Spec.* I. *p.* 1090.

Frutex orgyalis totus glaber laevis, rami decussati tetragoni patentes cinerei. Folia margine integerrima parum reflexa, supra viridia lucida, subtus pallidiora, 1-1 1/2 poll. Petioli depressi lineam longi, sensim in folium dilatati. Flores in supremis alis paniculati albi, fragrantes: pedunculi et pedicelli tetragoni sensim breviores. Bracteae 4 cuneato-ovatae ad basin calycis singuli, lineam longi, petalis duplo longiores.

In fundo calycis saepe habitat pupa Chermis vel Cicadae. *Thunb.* *In fossis montis Tabularis ad latus occidentale.* ħ.

966. ELAEODENDRON.

1. * E. *orientale Jacq.* foliis lanceolatis (linearilanceolatisve) acutis, venis rubris. *Act. helv.* IX. *p.* 36. *Jacq. icon. rar.* I. *t.* 32. *Willd. Spec.* I. *p.* 1148. *Linn. Syst. Veg.* ed. *Murr. Pers. p.* 253. *Gmel. Syst. Veg. p.* 417. *Poiret Enc. meth.* VI. *p.* 537. RUBENTIA *olivina Juss. gen. p.* 378. *Gmel. Syst. Nat.* II. *p.* 417.

Arbor ramis nodosis foliisque oppositis; folia in ramis junioribus valde angusta, punctato-denticulata, 8-10 poll., 3-2 lin. lata; in adultioribus lanceolata, 2-3 poll., 6-7 lin. lata, in senioribus ovato-lanceolata, subsinuata, coriacea. Flores albi cymosi axillares, pedicellis ut plurimum trifidis, bracteis lineari-acutis ad divisiones. Calycis foliola subrotunda, parva patentia. *Poiret.* *Habitat in Madagascar.* ħ. *Commerson.*

2. E. *glaucum Pers.*; foliis ellipticis subserratis acutis, cymis axillaribus dichotomis, folia aequantibus. CELASTRUS *glaucus Vahl Symb.* II. *p.* 42. SCHREBERA *albens Retz obs.* VI. *p.* 25. *t.* 2. *Willd. Spec.* II. *p.* 1093. *Roxb. Corom.* II. *p.* 3. *Poiret Enc. meth.* VI. *p.* 734. MANGIFERA *glauca*; fol. oppositis oblongis glaucis, pedunculis oppositis divaricatis dichotomis. *Rottb. nov. Act. havn.* T. 2. *p.* 534. *t.* 4. *f.* 1. SENACIA *glauca Lam. Illystr. n.* 2714.

Rami alterni teretes superne glauci, glabri, uti tota planta. Folia petiolata opposita 2 poll., nitida glauco-viridia. Rami cymae divaricati; bracteae minutae ad basin ramorum. Cal. cor. nectar. Stam. ut in *Celastris*; fructus bilocular. *Vahl.* *In Zeylona et Coromandel.*

3. E. *australe Vent.*; foliis ellipticis coriaceis denticulatis, petalis staminibusque quaternis. *Vent. Malmais.* II. *t.* 117. E. fol. lanceolatis sessilibus basi attenuatis serratis coriaceis. *Reliqu. Willd. MS.* LAMARCKIA *Hortor. Anglor.*

Arbuscula sempervirens, caulibus fusco-cinereis, 3 ped., ramis subtetragonis, oppositis. Folia opposita petiolata glabra atroviridia, 6-8 poll., 1 1/2 poll. lata, dentibus patentibus apice glandulosis. Stipulae caducae ovatae acutae petiolis breviores; pedunculi glabri axillares di-trichotomi triflori bracteis lanceolatis. Calycis laciniae ovatae obtusae; petala parva ovata sordide alba obtusa subundulata. Stamina cum petalis alternantia; stylus brevissimus stigmate truncato. Germen in

disco carnoso 4-loculari. Fructus? *Vent.* *In nova Hollandia.*

Obs. Huc spectat PORTENSCHLAGIA *australis Trattinn. tabular. t.* 250, genus a Do. *de Portenschlag*, I. U. D. viro de scientia amabili, et inprimis de Flora austriaca, cujus vix non omnes undique collegit thesauros, meritissimo non sancitum. Alio ergo genere honorandus candidissimus hic Botanices cultor indefessus. PORTENSCHLAGIA *integrifolia Trattinn. tabular. t.* 284., quam cls. *Trattinnick* diu pro ELAEODENDRO *australi* habuit (nomine OLEAE *e nova Hollandia* venisse fertur in *Hort. Schönbrun.*) distincta ab *australi* floribus copiosioribus, foliolis calycis reflexis, foliis integerrimis denticulis parvis glandulosis raris.

4. E. *tomentosum Humb.* et *Bonpl.*; foliis oblongo-lanceolatis tomentosis. *Reliqu. Willd. MS.*

Cal. campanulatus 5-partitus. Cor. nulla. Squamae 5 minutae calyci insertae. Germen superum minutum. Stylus unicus brevis. Stigma perforatum. Folia et flores tomento denso obducuntur. *De Schlechtend.* *In America meridianali.* ♄. *Humb.* et *Bonpl.*

5. E. *trinerve Hort. Madrit.*; foliis ovatis cordatis trinervibus crenatis, ramis spinosis. *Reliqu. Willd. MS.*

Habitat? ♄.

967. WALKERA.

W. *serrata Willd. Spec.* I. *p.* 421. *Decand. Ann. Mus.* XVII. *p.* 421. W. *zeylonensis Coll. sem. Hort. Lugdb.* MUSIA *serrata Gaertn. de Fruct.* I. *p.* 344. *t.* 70. *f.* 6. *Rheed. Mal.* V. *p.* 95. *t.* 48.

Arbuscula 12 ped. Folia alterna petiolata oblonga acuminata serrata costata. Corymbi terminales. Flores parvi flaccescentes, inodori. *Willd.* Petala calyce paulo longiora, stamina petalis dimidio breviora, longitudine styli. Pericarpia rubra, demum fusca. *In Malabaria et Zeylona.* ♄.

968. CORYNOCARPUS.

C. *laevigata Forst. Prodr. n.* 114. *gen. p.* 31. *t.* 16. *Linn. Suppl.* I. *p.* 156. *Willd. Spec.* I. *p.* 1178.

Folia alterna obovata, s. cuneiformia subemarginata integra venosa glaberrima. Panicula sessilis terminalis magna rugosa. Flores albi. *In nova Zeelandia.* ♄.

969. STAAVIA.

1. S. *radiata Thunb.*; foliis lanceolato-trigonis patulis, calycis radio colorato, capitulo breviore. *Thunb. Prodr.* 41. *Flor. cap. p.* 96. *Dahl dissert. p.* 15.

Willd. Spec. I. *p.* 1144. *Poiret Enc. meth.* VIII. *p.* 363. PHYLICA *radiata* fol. linear. triquetris sparsis, caule piloso, bracteis apice glabris coloratisque *Linn. Amoen. acad* IV. *p.* 938. *Spec.* II. *p.* 283. BRUNIA *radiata Linn. Mant.* 209. *Berg. cap.* 58. *Lam. Enc. meth.* I. *p.* 475. *Breyn Cent.* 165. *t.* 82. *Plukn. Mant.* 47. *t.* 454. *f.* 7. *Moris. Hist.* III. *p.* 21. *s.* 6. *t.* 3. *f.* 43.

Caulis fruticosus, superne ramosus, erectus, 2 ped. et paulo ultra; rami trichotomi fusco-cinerei glabri, ramuli filiformes laxi subfastigiati superne villosi; folia petiolata acuta apice fusco, subimbricato-approximata apice patula, inferiora glabra, superiora villosa, lineam longa. Flores terminales in ramulis supremis, piso minores. Calycis radius albus, apice foliolis patulis deustis, capitulo brevioribus. *Thunb. l. c.* *In campis arenosis urbem Cap inter et tractum montium, ad radices et in cacumine montis Tafelberg.* ♄.

2. S. *glutinosa Thunb.*; foliis lineari-lanceolatis trigonis patulis, radio calycis colorato, capitulo longiore. *Thunb. Prodr. p.* 41. *Flor. cap. p.* 95. *Dahl Diss. p.* 17. *Willd. Spec.* I. *p.* 1144. *Poiret Enc. meth.* VII. *p.* 364. *Wendland Collect. t.* 22. BRUNIA *glutinosa Linn. Mant.* 210. *Berg. cap.* 57. *Lam. Illustr. n.* 2610. *Plukn. Mant.* 131. *t.* 434. *f.* 1.?

Similis praecedenti *radiatae*, etiam stylo simplici et flore radiato; at in hac discus major glutinosus. *Linn.* Caulis fruticosus erectus glaber 3 ped. Rami et ramuli subverticillati teretes fusco-purpurascentes incurvato-erecti subfastigiati glabri. Folia sparsa petiolata integra acuta, apice saepius fusco, patentia, inferiora glabra, superiora villosa unguicularia, petiolis flavescentibus folio pluries brevioribus. Flores terminales in ramulis, magnitudine fere Cerasi. Calycis foliola trigona, patulo-reflexa, flavescentia, apice deusta, capitulo longiora. *Thunb.* *In summo Tafelberg cum radiata.* ♄.

970. VENTILAGO.

1. V. *maderaspatana Gaertn.*; scandens, foliis ovatis integerrimis glabris. *Willd. Nov. Act. Nat. Cur. Berol.* III. *p.* 418. *Spec.* II. *p.* 1106. *Gaertn. Sem.* I. *p.* 223. *t.* 49. *Poiret Enc. meth.* VIII. *p.* 452. *Roxb. Corom.* I. *p.* 55. *t.* 76. Funis viminalis *Rumph* V. *p.* 3. *t.* 2.

Arbuscula satis alta, caulibus crassis, ramis flexilibus alternis scandentibus glabris teretibus. Folia alterna subpetiolata firma crassa acuta obtusiusculave, transversim quasi plicata. Flores parvi virentes numerosi in panicula sat ampla terminali. Caps. ovata parva, basi calyce tubuloso cincta, alâ tenui rectâ membranaceâ obtusâ lingulatâ. *Poiret.* *In Indiae montosis et maritimis.* ♄.

2. V. *denticulata Willd.*; foliis ovatis crenatis pubescentibus. *Willd. Nov. Act. Berol.* III. *p.* 417. *Poirel Enc. meth.* VIII. *p.* 452.

Frutex scandens, ramis tortis pube tenui. Folia acuta, pubescentia. Flores parvi in panicula axillari et terminali. Cal. brevissimus, basi integer, laciniis 5 parvis acutis ovato-lanceolatis. Petala squamiformia, cum laciniis calycis alternantia. Capsula subsphaerica alâ rectâ membranaceâ subangustâ acutâ bidentatâ. *Poiret* et *Willd.* *In India prope Samulcotta.*

971. RIANA.

R. *gujanensis Aublet guj.* I. *p.* 237. *t.* 94. *Poiret Enc. meth.* VI. *p.* 196.

Arbuscula 8-10 ped., trunco 3-4 poll. in diametro, a basi ramosa, ramis rectis, foliis oppositis decussatis petiolatis firmis laevibus ovatis utrinque glabris dentato-serratis, 6-7 poll., 2 poll. latis, acuminatis, petiolo brevi, basi stipulis parvis ovatis acutis. Spica racemosa terminalis. Cor. alba. *Aubl.* *In Guianae sylvis Avarae.* ♄.

972. IMPATIENS.

a.) *Pedunculis unifloris.*

1. I. *bifida Thunb.*; pedunculis solitariis; foliis oblongis serratis; nectariis longissimis bifidis. *Thunb. Prodr.* *p.* 41. *Fl. Capens.* II. *p.* 54. *Willd. Spec.* I. *p.* 1173.

Caulis herbaceus tener glaber simplex erectus palmaris. Folia petiolata digitalia. Pedunculi capillares laxissimi digitales. Nectarium cornutum, flore multoties longius, pollicare, curvatum. *Thunb.* *In Promont. b. Spei.*

2. * I. *chinensis*; pedunculis solitariis, foliis oppositis ovatis, nectariis arcuatis. *Linn. Spec. p.* 1328. *Willd. Spec.* I. *p.* 1173.

Caulis alternatim ramosus ruber. Folia sessilia subserrata. Pedunculi axillares folio longiores. Flos purpureus. Nectarium valde arcuatum, crassum. *Linn.* *In China.* ☉.

3. * I. *latifolia*; pedunculis solitariis, foliis ovatis, serraturis lanceolatis, nectariis flore longioribus. *Linn. Spec.* 1323. *Willd. Spec.* I. *p.* 1174. Valli-onapu. *Rheed. Mal.* IX *p.* 91. *t.* 48.

Folia lanceolata alterna crenata, e singula crena mucrone prominente. Pedunculi longitudine fere foliorum. Flos magnitudine *Balsaminae*, at calcar subulatum, longitudine fere pedunculi, (incurvum.) *Linn.* Flores pallide rubri. *In India.* ☉.

4. I. *capensis Thunb.*; pedunculis solitariis; foliis ova-

tis, crenis piliferis. *Thunb. Prodr. p.* 41. *Fl. Capens.* II. *p.* 54. *Willd. Spec.* I. *p.* 1174.

Caulis herbaceus tener pellucidus glaber debilis erectus simplex spithamaeus pedalisve. Folia alterna petiolata acuminata acumine obtuso, rarissime villosa diaphana unguicularia et 1 1/2 poll. Pedunculi axillares laxissimi capillares pollicares et ultra. Nectarium flore longius unguiculare. *Thunb.* *In sylvulis Promont. b. Spei.*

5. I. *mysorensis Roth*; caule simplici, filiformi, foliis alternis, oblongo-lanceolatis, remote dentatis, pedunculis axillaribus, geminis, unifloris, nectario recto flore breviore. *Roth nov. pl. Spec. MSS.*

Caulis semipedalis et paulo longior, ad lentem vix tenuissime pubescens. *H. in India orientali.* B. *Heyne.*

6. I. *rosmarinifolia Retz*; pedunculis solitariis, foliis oppositis linearibus. *Retz Obs.* V. *p.* 29 *n.* 79. *Gmel. Syst. Veg p.* 415. I. foliis oppositis (laxe) serratospinulosis subtus glaucis, pedunculis solitariis axillaribus unifloris. *Bertolon. Obs. p.* 20.

Caulis articulatus, articulis superioribus longe proximioribus. Folia sessilia, inferiora breviora elliptico-lanceolata, reliqua plusquam pollicaria, intermedia lanceolato-linearea, suprema linearia, vix acuta, glabra, supra viridia, subtus glauca. Pedunculi alterni tenues nudi glabri, internodio longiores, sed breviorès subjecto folio. Flos parvus. Petala inaequalia, superius fornicatum, acutum, fere longitudine nectarii, inferius nectario triplo longius, trifidum, laciniâ mediâ ovatâ, lateralibus longe majori. Calcar breve conicum, apice recurvulum. Tota planta glabra. *Bertolone* ad specimen ex Herbario suo in Zeylona lectum et *I. rosmarinifolia* inscriptum. *Retzii* nectarium petalis majus parum exacte dictum fuisse *Bertolone* addit. Utrum „rami alterni, pedunculi axillares plerumque tres ex ala singula, pedunculi filiformes nudi“ quales petit Retzius, non monet cls. *Bertolone.* *In Zeylona.* ⊙?

7. * I. *oppositifolia*; pedunculis aggregatis, foliis oppositis linearibus *Linn. Zeyl. p.* 148. *n.* 314. *Willd. Spec.* I. *p.* 1174. (exclus. syn. *Retz.* *Rondam-Palla Rheed. Malab.* IX. *p.* 57. *t.* 31.?

Caules humiles tetragoni aquosi virentes crassiusculi glabri, denticulis raris distantibus. Flores parvi, purpureo-caerulei, terminales, calcare brevissimo. *Linn.* *In Zeylonae arenosis et in Malabaria.* ⊙.

Obs. Differre *Konddm-Palla* a *rosmarinifolia* longitudine foliorum plusquam duplâ, floribus in racemo terminali (si fides iconi) et formâ petali inferioris aeque trilobi. *Bertolon. Obs. bot, p.* 21.

8. * I. *fasciculata Lam.*; pedunculis axillaribus aggregatis, foliis oppositis (lineari-) lanceolatis. *Lam. Enc.* I.

p. 363. *Willd. Spec.* I. *p.* 1174. Onapù *Rheed. Mal.* IX. *p.* 89. *t.* 47. β. foliis ovato-lanceolatis. *Lam. l. c.* *Tsjeria-Onapù. Rheed. Mal.* IX. *t.* 49. γ. *Man-Onapù. Rheed. t.* 50. δ. *Bellutta-Onapù*

Caulis ramosus teres rubellus tener 1-2 ped. Folia acuta subsessilia crassiuscula, dentibus acutis rubellis. Pedunculi rubri, bini ternive. Flores rubri, nectario subulato. *Lam.* In β. caules magis rubescunt, sed flores pallidiores, galeâ albicante, calcare viridi. In γ. caules etiam magis rubescunt, folia fusco-viridia; petala 2 purpureo-seu rubro-caerulescentes; fructus majores. In δ. caules albicantes; flores albicantes, petalis 2 puncto rubro, calcare virente. δ fors species distincta. *In Malabariae humidis in petrosis.* ⊙.

9. * I. *cornuta;* pedunculis aggregatis, foliis lanceolatis, nectariis flore longioribus. *Linn. Fl. Zeyl. p.* 316. *Willd. Spec.* I. *p.* 1174. *Burm. Zeyl.* 41. *t.* 16. *f.* 1.

Foliis affinis *Balsaminae*, sed flores rubelli multo minores, nectarium flore quadruplo quintuplo longius, pedunculi longissimi. Folia alterna. Pedunculi bini ternive axillares. *Burm. In Zeylon.* ⊙.

10. * I. *Balsamina;* pedunculis aggregatis, foliis lanceolatis, superioribus alternis, nectariis flore brevioribus. *Linn. Hort. ups. p.* 276. *Knorr thesaur.* 2. *t. B.* 3. Lucca herba. *Rumph Amb.* V. *p.* 256. *t.* 90. Tilonapu. *Rheed. Malab.* IX. *p.* 101. *t.* 53. β. flore pleno.

Nimis nota; innumeris varietatibus in hortis culta, floribus, albis, roseis, rubris, caerulescentibus, variegatis. *In India.* ⊙.

11. I. *coccinea Sims;* foliis alternis oblongo-ovatibus serratis, petiolis multiglandulosis, pedunculis aggregatis, nectariis incurvis florem subaequantibus. *Bot. Mag. t.* 1256. Lacca coccinea *Rumph Herb. Amb.* V. *p.* 256.

Caules erecti, subramosi, ramis alternis. Folia subtus pallida, dentibus acuminatis rigidis; petioli longitudine fere foliorum, glandulis rubellis. Pedunculi axillares uniflori aggregati, demum horizontales, elongati. Cal. vix coloratus. Cor. magna, dilute carmesina, striis albis et saturatioribus; petalum supremum rotundatum concavum mucrone virente, intermedium utrinque parvum, striis obscurioribus, inferiora 2 maxima, lata, striâ medio albâ. Nectarium cornu tenui recurvo longitudine fere floris. *In India orientali. Roxburgh.* ⊙.

b.) *Pedunculis multifloris:*

12. I. *biflora Walt.;* pedunculis plerumque bifloris, foliis ovatis serratis, (argute dentatis,) floribus fulvis (intus)

maculis rubris. *Walter Fl. Carol. p.* 219. *Willd. Spec.* I. *p.* 1175. *Pursh Fl. septentr. Amer.* I. *p.* 171.

In Carolinae humidis umbrosis. ⊙.

13. * I. *triflora;* pedunculis solitariis trifloris, foliis lineari-lanceolatis, nectario arcuato flore longiore. *Willd. Spec.* I. *p.* 1175. *Burm. Zeyl. p.* 41. *t.* 16. *f.* 2. *Herm. parad. t.* 105.

Folia alterna, longissima, laete viridia, dentata, subtus cinerea costâ albidâ. Flores laete rubri, magni. Nectarium gracile. *In Zeylonae siccis arenosis.* ⊙.

14. I. *natans Willd.;* pedunculis trifloris solitariis, foliis lanceolatis, nectario brevissimo. *Willd. Spec.* I. *p.* 1175.

Folia *Balsaminae.* Nectarium gibbum. *In India orientali.*

15. * I. *Nolitangere;* pedunculis multifloris solitariis, foliis ovatis, geniculis caulinis tumentibus. *Linn. Fl. Suec.* 722. 792. *Smith Engl. bot. p.* 243. *Engl. Bot. t.* 937. *Willd. Spec.* I. *p.* 1176. *Hall. Helv. n.* 557. *Fl. Dan. t.* 582. *Sturm Fl. Germ. Fasc.* V. *Schkuhr t.* 270.

Succosa, pallido caule, supellucida. Folia alterna, serrata. Pedunculi racemosi 5-4-flori. Flores citrini, rubro punctati. Petala maxime inaequalia, nectario apice recurvo. Valvulae elastice dissilientes. Folia non tantum noctu, sed et coelo nubilo, flaccida dependent. *In Europae, Caucasi, Asiae, et Canadae nemoribus.* ⊙.

16. IMPATIENS *tenella Salt it. Abyss. ed. Germ. p.* 476. (sine definitione.)

973. VIOLA.

a.) *Acaules, stipulis membranaceis.*

1. * V. *palmata;* pubescens, foliis palmatis quinquelobis dentatis indivisisque. *Gronov. virg.* 135. *Linn. S. V.* 802. *Willd. Spec.* I. *p.* 1159. *Enum. Hort Berol. p.* 363. V. fol. hastato-lobatis palmatisque, lobis subdentatis. *Mich. Fl. bor. Amer.* II. *p.* 151. *Poiret Enc. meth.* VIII. *p.* 625. *Bot. Mag. t.* 535. *Trattinn tabular. t.* 374. *Pio de Viola p.* 9. *t.* 1. *f.* 1. *Plukn. Alm. p.* 129. *t.* 447. *f.* 9. (quoad folia.) β. V. *villosa*, foliis villosis cordato-ovatis. *Walt. Fl. Carol. p.* 101. (?) γ. V. *cordata*, foliis cordatis serratis laevibus. *Walt. l. c. p.* 219. *Gmel. Syst. Veg. p.* 412. (utraque suadente *Michaux.*)

Folia 5-partita, laciniis ovatis, mediâ latiore, exterioribus tantum basi dentatis. *Willd.* Parvula, 1-2, raro 4 poll.; radices crassae, fibrosae; cespes e foliis petiolatis, pollicaribus, subinde etiam cordatis, reniformibusve. Scapi saepe pubescentes striati; flos grandiusculus, albus caeruleusve. Cal. glaber laciniis linearibus, corollâ multo brevioribus, inaequalibus. Petala ovata, supremum majus, basi calcare brevi obtuso. *Poiret.* *In Virginia et Carolina.* 4.

Obs. Flores caeruleos, folia primo vere reniformia, floribus primoribus vero defloratis palmata esse, subinde etiam glabra. *Pursh septentr. Amer.* I. *p.* 172. *n.* 3. qui distinxit: „foliis cordatis hastato-lobatis palmatisve, laciniis dentatis, calycis laciniis lanceolatis glabris, petalis 2 oppositis basi barbatis." *Nuttall* folia semper esse pubescentia, et hac constanti pubescentiâ distingui praecipue a *cucullatâ;* stigma capitatum recurvum rostratum depressum margine rotundatum; lacinias calycis acutas, *Nov. gen.* I. *p.* 147. alii in MS. notaverunt floribus albis. V. *villosa Walt.* ad *cucullatam* quoque vocatur, quam confer cum *Sororia.*

2. * V. *pedata;* foliis pedatis septempartitis. *Gronov. Virg.* I. *p.* 135. *Willd. Spec.* I. *p.* 1160. V. fol. subpedato-multipartitis, laciniis linear-lanceolatis (sub) edentulis, calycis laciniis linearibus acutis. *Mich. Fl. bor. Amer.* II. *p.* 151. *Poiret Enc. meth.* VIII. *p.* 625. *Pursh septentr. Amer.* I. *p.* 171. *n.* 1. *Pio Viola p.* 9. *Curt. bot. Mag. t.* 89. *Andrew bot. Repos. t.* 153. *Trattinn. tabular. p.* 406. V. *multifida Mill. Dict n.* 5. *Plukn. Almag. t.* 114. *f.* 7. et *t.* 234. *f.* 3. (haec fide *Pio.*) *β. grandiflora. Tratt. tabular.* 407.

Willdenow l. c. in brevissima descriptione lacinias dentatas petit; edentulas *Michaux;* sunt nempe folia longe petiolata, lata, ad basin usque 5-7-partita, laciniis inaequalibus, basi attenuatis, apice vix acutis, integerrimis aut superne dentibus 2-3. Rad. fibrosa. Scapi recti simplices. Flos similis *tricolori.* Laciniae calycis lineares acutae. *Poiret.* Flores magni, eleganter caerulei; in *varietate quâdam* pallidi, maculâ atropurpureâ, similis *tricolori. Pursh.* *A nova Anglia ad Carolinam in collibus sabulosis.* 4.

Obs. Anne varietatem tantum illam, de qua *Pursh* loquitur, *Poiret* descripsit? Stigma latum, compressum, apice oblique truncatum, perforatum monet *Nuttall gen.* I. *p.* 147. Nos tantum varietatem a *Poiret* descriptam vidimus in specimine elegantissimo, quod *Herb. Nō-merianum* debet ill. *Palisot de Beauvois.*

3. V. *digitata Pursh;* foliis palmato-5-7-lobatis, postice in petiolum attenuatis: lobis integris. *Pursh Fl. Am. Sept.* I. *p.* 171. *n.* 2.

Flores pallide coerulei. *In Virginia.* 4. *Leconte.*

4. V. *dactyloides;* foliis digitato-quinatis, foliolis oblon-

gis acuminatis serratis. V. *digitata Reliqu. Willd. MS. Gmelin Sibir.* IV. *t.* 48. *f.* 3.

Petioli radicales tripollicares pubescentes; folia (supra laete viridia, subtus) cano-pubescentia; corollae magnae calcare cylindrico obtuso; bracteâ minimâ in inferiore parte scapi. *In Sibiria.* 4. *Pallas; olim Ircutiae Gmelin.*

Obs. Si ex minus perfectis speciminibus augurari quid licet, specimina sibirica, quae *Herb. Römer.* nomine V. *pedatae* e munificentiâ cli. *Agardh* possidet, hujus omnino videntur loci. Calycis foliola obtusa margine albido subcrenulata. Flos pallide caeruleus lineis saturatioribus. Anthesi peractâ folia demum emergunt.

5. V. *ranunculifolia Juss.*; foliis subtus punctatis, inciso-lobatis, longe petiolatis, stipulis angustissimis ciliato-laciniatis; calcare brevi. *Poiret Enc. meth.* VIII. *p.* 626.

Differt a *pedata* foliis integris, apice tantum lobatis. Folia poll. aut 1 1/2 poll. longaque utrinque glabra, basi acuta et in petiolum decurrentia, asperula, nervosa; petioli longissimi compressi. Scapi gracillimi, folio longiores, glabri, medio pari stipularum subulatarum oppositarum. Cal. glaber foliolis lanceolatis acutis, appendiculo brevi obtuso. Cor. albida, calcare obtuso. *Poiret.* *In America septentrion. Michaux* in *Herb. de Juss.*

6. * V. *pinnata*; foliis multifidis, laciniis lobatis. *Willd. Spec.* I. *p.* 1161. (excl. syn. *Gmel.* ut in omnibus) *Allion Misc. taur.* III. *p.* 181. *t.* 5. *f.* 2. 5. *p.* 84. *Decand. Fl. fr. n.* 4454. *Poiret Enc. meth.* VIII. *p.* 625. *Pio Viol. p.* 10. *n.* 4. *Hall. Helv. n.* 561.

Similis *pedatae*, differt vero: laciniis numerosioribus non ad basin productis, lobatis, exterioribus tantum subdentatis. *Willd.* Rad. crassa, cylindrica. Petioli recti filiformes 2-4 poll. Folia glabra plana, 3-5-loba, laciniis linearibus inaequalibus, lobatis dentatisve extus. Scapi longitudine foliorum aut dimidio breviores, superne bracteis 2 linearibus. Flos parvus, violaceus, saepe abortivus. Calcar subincurvum. Caps. magna ovata; semina rubro-fusca. *Poiret.* *In alpibus Europae meridional (Fenestrelles) et Cenisio.* 4.

7. V. *multifida Willd*; foliis tripartitis, laciniis multifidis linearibus subdentatis. *Reliqu. Willd. MS.* V. *pinnata Gmel. Sibir.* IV. *p.* 101. *t.* 48. *f.* 4. (excl syn. *Linn.* et *Bauh.*)

Petioli pubescentes tripollicares; corollae magnae; calcar cylindricum incurvatum obtusum; bracteae scapi lineares elongatae. *In Sibiria a Jenisea ad Lenam.* 4. *Gmel.* et *Pallas.*

8. V. *sagittata Ait.*; foliis oblongis acutis cordato-sagittatis (sub) serratis basi incisis, floribus inversis, (pedunculis foliis longioribus, calycis laciniis linearibus glabris,

petalis 3 inferioribus basi barbatis. *Ait. H. Kew.* III. *p.* 287. *Willd. Spec.* I. *p.* 1161. *Poiret Enc. meth.* VIII. *p.* 629. *n.* 13. *Pio Viol. p.* 11. *n.* 5. *Pursh septentr. amer.* I. *p.* 172. *n.* 4. *β. emarginata Nuttall nov. gen.* I. *p.* 147.

Folia inaequaliter et remote serrata, infra medium inciso-sinuata venosa subpubescentia digitalia. Petioli foliis longiores semiteretes pilosiusculi. Scapi filiformes longi uniflori tetragoni villis raris, foliolo uno alterove lanceolato minuto, apice reflexi. Calycis foliola lanceolata acuta glabra. Petala oblongo-ovata caerulea, supremum infra medium album, venis caeruleis, basi intus villosum, sesquiuncia paulo longius, lateralia supremo paulo longiora, basi villosa et albida, infima longitudine lateralium, basi albida imberbia. *Ait. l. c.* *In collibus siccis a nova Anglia ad Virginiam.* 2.

Obs. Folia saepe hastata esse, et florem vix a *cucullata* distinguendum. *Nuttall l. c.* qui *β.* sequentibus describit: Folia *sagittatae* similia, fere triangulari-cordata hastatave, lacero-dentata basi, eâque angusto margine per petiolum decurrentia, subtus semper glabra; scapus foliis longior, petala obovata, elegantes saturate caerulea, omnia emarginata vel bidentata, infimum cucullatum, tria inferiora, saepe duo superiora, pubescentia. Calycis laciniae glabrae lanceolatae acutae. Stigma rostratum horizontaliter depressum, distincte rotundato-marginatum. Sic in centenis speciminibus vivis lectis in arenosis prope Philadelphiam et ad ripas Schuylkill.

9. V. *dentata Pursh;* glabra; foliis oblongis acutis basi truncatis serratis inferne subhastato-grandi-dentatis, pedunculis foliis brevioribus, calycis laciniis linearibus; petalis tribus inferioribus basi barbatis. *Pursh Fl. Amer. Sept.* I. *p.* 172. *n.* 5.

Colore et formâ florum proxime accedit ad *sagittatam.* *In pratis humidis et sylvis Pensylvaniae.* 2.

Obs. Esse fors meram *sagittatae* varietatem *Nuttall nov. gen.* I. *p.* 147.

10. V. *phllippica Cav.;* foliis ovato-oblongis obtusis crenulatis petiolo longioribus, scapis unifloris bibracteatis. *Cavan. icon. rar.* VI. *p.* 19. *t.* 529. *f.* 2. *Poiret Enc. meth. p.* 629. *n.* 14. *Pio Viol. p.* 11. *n.* 6.

Radices fusiformes. Folia numerosa petiolata subhirsuta praesertim subtus, 1 1/2 poll., 4 lin. lata; petioli foliis breviores, stipulis subulatis. Scapi foliis longiores, gracillimi, medio bracteis 2 lanceolatis. Calycis laciniae ovato-lanceolatae. Cor. rubro-violacea; petala ovata obtusa, majus calcare obtuso calyce longiore. Antherae approximatae ovatae compressae. Stigma infundibuliforme, reflexum. Capsulae glabrae oblongae triquetrae. Semina subglobosa, rubro-fusca. *Cav.* *In insula Luçon et in Manillis.*

11. V. *spathulata Willd.*; foliis lanceolato-spathulatis subintegerrimis pubescentibus. *Reliqu. Willd. MS.*

Rad. crassa multiceps; folia sessilia fasciculata incano-pubescentia uncialia; scapi pubescentes longitudine foliorum, bracteis binis lanceolatis fere ad basin; calcar breve tenue rectum obtusiusculum. *In provincia Ghilan ad mare caspicum.* 4. *Pallas.*

12. V. *lanceolata*; glabella, foliis nitidis, (angus:e) lanceolatis obsolete denticulatis crenulatisve, floribus albidis. *Mich. Fl. bor. Amer.* II. *p.* 150 V. glabra, foliis lanc. subserratis, pedunculis vix fo iis longioribus, petalis imberbibus, 2 superioribus subrotundis. *Pursh Fl. Amer. Sept.* I. *p.* 172. *n.* 6. *Nuttall nov. gen* I. *p.* 148. *Linn. Spec* II. *p.* 1323. *Willd. Spec.* I. *p.* 1161. (excl. syn. *Gmel.* IV. *t.* 49. *f.* 2.) ut in *Poiret Enc. meth.* VIII. *p.* 630. et *Pio Viol. p.* 11. *n.* 7. V. acadien:is folio longo sinuato *Dierv.* β. foliis breviter petiolatis, pedunculis folio longioribus. *Poir. l. c.*

„Planta *canadensis* a D. *Halm* allata folia habuit angusta, longe petiolata, nervis alternis, parallelis, obsolete serrata; *sibirica* a D. *Gmelino* folia habuit ovato-lanceolata, petiolis folio dimidio brevioribus, minus striata et flores majores.“ *Linn. l. c.* Nos tamen, licet vir immortalis ipse *asiaticam* cum *americana* plantam, et *Gmelinum* cum *Diervillo* junxisset, latere hic duas suspicati jam olim sumus species, certiores nunc redditi e *Reliqu. Willd et Furly Forster* (*Römer Archiv* III. *p.* 454.) *Poiret* specimen a clo. *Posc* allatum describit radicibus gracilibus rectis elongatis fibrosis; folia illi sat numerosa radicalia petiolata angusta lanceolata, utrinque glabra, 2 poll. et ultra, 4-6 lin. lata, obsolete crenulata, obtusiuscula, basi attenuata, petiolis plerumque multo breviora, scapis simplicibus filiformibus longiora. Flos mediocris albidus; laciniae calycis glabrae breves acutiusculae; petalum supremum elongatum in calcar breve, obtusum. Capsulae valvulae angustae, flavescentes, acutae. β. fors species distincta, staturâ majore. Folia integerrima fere, vix crenulata, petiolo vix 3-4 lin. Cor. parum major. *Pursh l. c.* plures esse varietates foliis ovatis in petiolum attenuatis, foliis valde angustis etc. Flores albos dicit, petalum supremum venis purpureis pictum. *Nuttall* flores inodoros addit, stigmate recurvo, distincte rostrato, capitulo rotundato nullo fere margine. *In Canada Halmi; in Carolina Bosc.* 4.

13. V. *Gmeliniana*; foliis (ovato-) lanceolatis (pubescentibus) crenatis subsessilibus, stipulis ciliatis. *Reliqu. Willd. MS.* V *lanceolata* (sibirica *Gmelin Sibir.* IV. *p.* 99. *t.* 49. *f.* 2. excl. syn. *Linn.*) *Willd. Spec.* I. *p.* 1161.

Species a *lanceolata* americana distincta characteribus ab ipso *Linnaeo* supra ad *lanceolatam* datis. — „Folia petiolis multo longiora et flores ampli.“ *Gmel.* *In Ircutia ad lacum Baical et in Kamtschatka.*

14. V. *pygmaea Juss.*; pumila, foliis sessilibus linea-

ribus integris subcarnosis, pedunculis folio brevioribus. *Poiret Enc. meth.* VIII. *p.* 630. *n.* 18. *Pio Viol. p.* 12. *n.* 8.

Vix pollicaris. Radices crasae carnosae fusiformes. Folia cespitosa, fere imbricata, vix 2 lin. lata, obtusa, utrinque glabra, basi stipulis squamosis ovatis acutis. Pedunculi simplices flore satis parvo; laciniae calycis lanceolatae acutae submembranaceae margine albidae. Cor., ut videtur, pallide caerulea, striata, calyce parum major, petalis ovatis obtusis. *Poiret. In Peruvia. Jos. de Jussieu. Herb. de Juss.*

15. V. *obliqua Ait.*; glabra, foliis cordatis acutis crenato-serratis planiusculis, floribus erectis, pedunculis longitudine foliorum, petalis oblique flexis, lateralibus angustioribus et longioribus infra medium barbatis. *Pursh Fl. Amer. Sept.* I. *p.* 172. *n.* 8. *Ait. H. Kew.* III. *p.* 288. *Willd. Spec.* I. *p.* 1661. *Pio Viol. p.* 12. *n.* 9. *t.* 3. *f.* 1.

Folia 1 *ifa* unc.; petioli foliis duplo triplove longiores, semiteretes, canaliculati, glabri; (?) scapi filiformes semiteretes glabri (?) erecti, plerumque longitudine petiolorum. Calycis foliola glabra. Petala oblongo-ovata straminea, basi caerulea; supremum semiunciale striis caeruleis pictum, imberbe, lateralia supremo paulo angustiora et longiora, infra medium barbata, infima longitudine lateralium, sed paulo latiora imberbia. *Ait. l. c.* Flores caerulei venis nigris variegati. *Pio. In Pensylvania et Virginia.* 4.

16. V. *cucullata Ait.*; glabra, foliis cordatis glabris serratis basi cucullatis, pedunculis longitudine (plerumque) petiolorum, petalis oblique flexis, lateralibus barbatis. *Pursh Fl. Amer. Sept.* I. *p.* 173. *n.* 10. *Ait. H. Kew.* III. *p.* 288. 2. *ed.* II. *p.* 44. *n.* 7. *Willd. Spec.* I. *p.* 1162. *Pio Viol. p.* 12. *n.* 10. *Bot. Mag. t.* 1795.

Folia acutiuscula apice attenuata biuncialia et ultra. Petioli foliis duplo longiores, supra plani glabri. Scapi filiformes subteretes, in medio foliolo uno alterove minutissimo instructi, apice reflexi. Calycis foliola glabra. Petala ovato-oblonga caerulea, superum semunciale, infra medium album, venis violaceis imberbe; lateralia supremo longiora, infra medium albida barbata, infima basi albida imberbia. *Ait.* l. c. Confer *Sororiam.* *In Americca boreali.* 4.

17. V. *sororia Willd.*; foliis cordatis crenatis subtus pubescentibus, (pedunculis folio brevioribus, petalis oblongis) petalo infimo basi barbato. *Willd. Hort. Berol.* I. *t.* 72. *Enum. Hort. Berol. p.* 263. *Ait. H. Kew.* II. *ed.* 2. *p.* 44. *n.* 8. *Pursh Fl. Amer.* I. *p.* 173. *Pio. Viol. p.* 13. *n.* 15.

Affinis V. *cucullatae* et *hirtae.* Rad. fibrosa, perennis, albicans.

Folia obtusiuscula supra glabra, subtus pilis tenuibus. Petioli semiteretes folio longiores pubescentes. Stipulae lanceolatae membranaceae apicem versus ciliatae. Pedunculi radicales uniflori pubescentes, infra medium bracteis binis lanceolato-subulatis. Calycis foliola subaequalia lanceolata obtusa trinervia glabra, margine subciliata. Petala 2 superiora oblonga obtusa glabra violacea, lateralia 2 similia, sed majora, basi alba, ut infimum majus oblongum retusum, quod etiam barbâ brevi. *Willd.* *In America boreali.* 2.

Obs. V. *cucullata Nuttall*, glabra, foliis reniformi cordatis acutis sinuato-serratis basi cucullatis, pedunculis saepe longitudine folii, petalis lateralibus barbatis *nov. gen.* I. *p.* 148. omnino hujus loci esse videtur, cum affirmet cls. auctor: „*decisive* esse V. *sororiam* in *Horto berolinensi* depictam, licet folium *subtus* loco *supra* pubescens dicatur.“ V. *sororiam* et *cucullatam* distinctas esse species et *Horti Kew* 2. *edit.* et *Horti berol. enum.* docet; colitur enim utraque in utroque horto per annos plures. Affinem, et fors hujus esse loci V. *villosam Walt.* et *Elliot*, eodem loco affirmat cls. *Nuttall*, qui *cucullatam* suam describit: „foliis obtusis, superne hirsuto-pubescentibus, petalis oblongis, infimo quoque barbato. Folia quidquam crassiuscula, omnia fere terrae adpressa, subtus saepe purpurascentia.“ Addit varietatem *β cordifoliam*, cui folia parva cordata acuta crenato-serrata plana sinu angusto, supra hirsuto-pubescentia, subtus glabra; scapus semper foliis longior; laciniae calycis glabrae obtusiusculae breves vix basi productae; petala brevia obovata, lateralia duo et infimum barbâ rarâ, multistriata. Folia plerumque terrae appressa crassiuscula, pollicem longa lataque; stipulae minutae subulatae; petala roseaceo-caerulea, capsula glabra, stigmate parvo rostrato depresso, non marginato. Tres circiter pollices attingit in sylvis siccis ad ripas Schuylkill prope Philadelphiam.

18. V *papilionacea Pursh*; foliis triangulari-cordatis acutis crenatis subcucullatis glabriusculiis, pedunculis longitudine foliorum, petalis obovatis: tribus interioribus infra medium barbatis conniventibus, duobus superioribus reflexis. *Pursh Fl. Am. Sept.* I. *p.* 173. *n.* 12.

Flores coerulei eleganter striati, barbâ flavâ. *In humidis Philadelphiae vicinis.* 2.

Obs. V. *barbata*, acaulis, foliis cordatis glabris, petalis inferioribus basi barbatis. *Reliqu. Willd. MS.*, saltem quoad hanc diagnosin, vix distinguenda. Div. *Willdenow* tulit e Pensylvania a *Mühlenberg.*

19. V. *ambigua Waldst. Kit.*; foliis oblongis cordatis obtusiusculis crenatis nudis basi lobis inaequalibus inflexis cucullatis. *Waldst. Kit. pl. rar. hung. t.* 190. *Schult. östr. Fl.* 2. *ed.* I. *n.* 951. *Pio Viol. p.* 12. *n.* 11.

Rad. saepe pedalis perpendicularis; folia per petiolum subdecurrentia, eodem duplo breviora; flores magnitudine et odore *odoratae*, pallide violacei, fauce fere nudi; bracteae in scapo superne triquetro subulatae integerrimae vel ciliatae. Calcar breve decurvum ut stigma; calycis laciniae obtusae; capsula

subglobosa, striis longitudinalibus sex. *Waldst.* et *Kit.* *In clivis et collibus siccis planitiei Danubiam inter et Tibiscam, odoratâ serius florens.* 4.

Obs. *Cucullatam* inter et *primulifoliam* ambigit; differt ab *illa*: foliis obtusiusculis crenatis, petiolis supra canaliculatis, pedunculis infra bracteas compressis, floribus minoribus; ab *hac* vero: foliis basi cucullatis, petiolis nequaquam membranaceis. Ab affini pariter *hirta* discedit: foliis basi cucullatis, magis oblongatis petiolisque nudis, floribus odoratis; ab omnibus lobis baseos inaequalibus. — Desideratur in *Poiret*. An distincta a *pyrenaica*?

20. V. *uliginosa Schrad.*; acaulis, foliis cordatis glabris, pedunculis supra medium bracteatis, radice bracteata. *Schrad. Germ. T.* II. *n.* 4. *N. J.* IV. *p.* 80. *Pio Viol. p.* 13. V. *hybrida Wulf. Herb.* fide *de Vest.* VIOLAE *mirabilis* varietas? *Albertini.*

Media *V. hirtam* inter et *palustrem*, a priore glabritie et forma capsulae, ab hac foliis oblongo-cordatis; ab utraque magnitudine partium, floribus longius pedunculatis, et formâ styli. *In pratis paludosis Carnioliae, Carinthiae, Lusatiae.* 4.

Obs. Utrum V. *uliginosa Besser*, sobolifera, glaberrima, foliis cordatis obtusis, petiolis marginatis, pedunculis canaliculatis, corollae fauce nudâ, *Bess. Fl. galic. I. p.* 169. (V. *primulifolia Schult. obs. bot. p.* 48.) „eadem cum planta *Schraderi*, affirmare non audemus plantâ cli. *Schrader* nobis incognitâ. Etiam *uliginosa Bess.*, cum amicissimo *Besser* visa, nobis primum *primulifolia* videbatur in *Cat. Hort. Cracov.* Radix huic repens, sobolifera, caudice adscendente tecto squamis stipularibus ovato-lanceolatis nudis. Petioli trigoni canaliculati margine vix 1/2 lin. marginati. Folia superne attenuata apice plus minus rotundata, crenata, lucida, juniora cucullata, quod vix adulta, multo majora superne concava. Pedunculi compressi, altero latere convexi, altero canaliculati, nutantes. Bracteae lanceolato-subulatae, altitudine variâ. Calycis foliola oblonga trinervia, obtusa. Cor. violaceo-purpurascens, petalo cornuto basi maculâ albâ purpurâ striatâ, major quam in *canina*, aeque inodora: petala obovato-oblonga, adultiora truncato-retusa lineâ albâ, duo adscendentia longiora, descendentia lateralia nuda. Cornu obtusum breve marginatum recurvum. Stylus rectus apice minimo reflexo. Capsula trigono-cylindrica, calyce parum longior, obtusa. Ab affini *ambiguâ* floribus duplo majoribus inodoris praeter characteres datos distincta. In humidis paludosis sylvulis Bronovicensis prope Cracoviam.

21. V. *calthaefolia Poiret*; foliis ovato-cordatis obtusis subcrenatis subhirsutis, pedunculis, folio brevioribus. *Poiret Enc. meth.* VIII. *p.* 627. *n.* 8. *Pio Viol. p.* 13. *n.* 12.

Radices crassae fibrosae durae; folia longe petiolata crassiuscula, 1 1/2 poll., poll. lata, petiolis planis pubescentibus. Pedunculus filiformis pubescens. Foliola calycis inaequalia, lanceolata, acuta. Cor.? Caps. ovata glabra valvulis acutis. Semina

parva, globulosa, pallide flava. *Poiret.* *Habitat?* *In Herb. Desfont.*

22. V. *rotundifolia Mich.*; foliis orbiculato-cordatis, sinu clauso, leviter dentatis glabriusculis, petiolo pubescente, flore luteo, calyce obtuso. *Mich. Fl. bor. Amer.* II. *p.* 150. *Pio Viol. p.* 13. *n.* 13. *Poiret Enc. meth.* VIII. *p.* 627. *Nuttal nov. gen.* I. *p.* 148.

Rad. e fasciculo fibrarum simplicium flavescentium. Folia radicalia tenuia, (?) denticulis obtusis aut mucrone minimo, vix 8-10 lin. Petioli vix longitudine florum (? foliorum ?) compressi, lanuginosi. Pedunculi glabri, foliis fere duplo longiores. Flos mediocris. Calycis laciniae lanceolatae fere obtusae, corollâ duplo breviores. Calcar breve. *Poiret.* *In Carolina et alibi, (ad Wishahikow creek in umbrosis.) Herb. de Juss.*

Obs. Nuttall, qui descriptionem a *Michaux* datam laudat ut egregiam, folia insolite crassa dicit, terrae appressa, pedunculos breves, flores pallide flavos; petala 2 lateralia subbarbata striata, striis 3, supremum lineâ pubescente, infimum insolite angustum, striis bifidis, callis 2 flavis; stigma capitatum parvum recurvum.

23. V. *asarifolia Pursh;* pubescens, foliis dilatato-reniformibus acutis circumcirca crenato-dentatis basi flabellatim in petiolum attenuatis, pedunculis foliis multo brevioribus. *Pursh Fl. Am. Sept.* II. *p.* 732. Viola caroliniana maxima, foliis cucumerinis, floribus ad radicem pediculis brevibus natis. *Herb. Sherard.*

A Virginia ad Carolinam, in sylvis depressis densis. Catesby. Vidit saepius, sed sine flore, *Pursh* l. c. qui nullum, quo inseri debuisset locum, assignavit. 4.

Obs. Nuttall monet V. *papilionaceam* et *asarifoliam* verisimiliter esse varietates ambiguas *cucullatae* et *palmatae*.

24. V. *clandestina Pursh;* glabriuscula, foliis subor-biculatis obtusiusculis sinu clauso cordatis crenato-serratis, serraturis glandulosis, stolonibus floriferis, petalis linearibus calyce vix longioribus. *Pursh Fl. Am. Sept.* I. *p.* 173. *n.* 13. V. *rotundifolia Mich. Fl. bor. Amer.* II. *p.* 150? (?)

Species singularis, ab omnibus reliquis distincta floribus subterraneis ligno putrido et foliis tectis, fuscis, (colore chocolatae) exiguis. Capsulae, ratione plantae satis magnae, altius semper altiusque in terram descendunt. Incolis Panacea (*Heal-all!*) audit, vulneribus ulceribusque omnibus ab iisdem imponi solita. *Pursh.* *In montibus altis sub fagorum umbrâ.* 4.

Obs. Utrum V. *clandestina Pursh* distincta species, vel varietas magis glabra *villosae*, dubium adhuc videtur cle. *Nuttall nov. gen.* I. *p.* 148, qui omnino excludendum esse synonymon *rotundifoliae Mich.*

25. V. *blanda Willd.*; foliis cordatis obtusis acutiusculis planiusculis glabris (remote serratis, pedunculis longitu-

dine foliorum), petalis imberbibus, (duobus lateralibus brevioribus, infimo reliquis longiore lanceolato.) *Willd. H. Berol. t.* 24. *Pursh Fl. Amer.* I. *p.* 172. *n.* 7. *Pio Viol. p.* 13. *n.* 14. *Nuttall nov. gen.* I. *p.* 148. *n.* 8. VIOLA *pallens Forster* in *Hackney.*

In *Enumeratione* non occurrit amplius. Affinis *V. cucullatae*, sed petalis imberbibus distincta ab hac, ut et ab *obliqua*; a *palustri* foliorum formâ et structurâ floris. — „Flores ochroleuci, petalum infimum striis venisque purpureis." *Pursh l. c.* Folia fere glabra, praecipue subtus et petiolo; flores albi odori; segmenta calycis lineari-oblonga obtusa; stigma capitatum depressum recurvum acute marginatum; petala omnia glabra." *Nutt. l. c.* *In Americae borealis humidis uliginosis.* 2.

26. * V. *primulifolia*; foliis oblongis subcordatis, petiolis membranaceis. *Gronov. virg.* 135. *Willd. Spec.* I. *p.* 1162. *Poiret Enc. meth.* VIII. *p.* 630. *Pio Viol p.* 14. *n.* 16. *Nuttall nov. gen.* I. *p.* 149. *n.* 9. *Linn. Syst. Veg. p.* 802. *n.* 5. *Lepechin it.* 1. *p.* 188.?

Folia cordata oblonga obtusissima crenata basi per petiolum decurrentia, omnino ut in PRIMULA *officinali. Linn.* — *Poiret* specimen, a clo. *Bosc* in Carolina lectum, describit: radicibus fibrosis, foliis omnibus radicalibus PRIMULAE *officinalis*, sed minoribus, oblongis aut ovato-oblongis, cordatis, integerrimis aut subcrenulatis, 1/2-aut unius pollicis, 6-8 lin. latis; petiolo glabro (?) plano membranaceo; scapis simplicibus glaberrimis compressis, folia multum excedentibus; flore parvo; calycis laciniis glabris parvis inaequalibus lanceolatis acutis; Cor. albidâ vel caerulescente vix calycem duplo superante, petalis rotundatis subinaequalibus. *In Carolina et Sibiria.* (?)

Obs. Planta sibirica vix eadem nobis videtur cum *Linnaeo*, licet et cls. *Nuttall* cum Linnaeo sentiat. Maxime affinem *Nuttall lanceolatae* dicit, et cum hac fors fuisse commutatam a *Walter*, *Michaux* et *Pursh*; cujus *primulifolia* longe diversa. Affinis quoque *blandae*. Petiolum subtus ut nervos foliorum scapumque esse pilosos, lacinias calycis obtusas, monet *Nuttall* quod non convenit cum descriptione a *Poiret* data. Petala 2 lateralia subbarbata. Flores odori. — *Willdenow* in *Reliquiis* VIOLAM *primulaefoliam* suarum *Spec.* I. *p.* 1162 VIOLAM *Gronovii* dicit, et hanc a clo *Bosc* e Carolina tulisse addit: videtur ergo pro planta sibirica nomen *primulaefoliae* retinuisse, quo, a Botanicis americanis jamjam recepto, uti in planta sibirica non amplius licet Haec vero sibirica *primulifolia* nobis plane ignota. *Lepechin* l. c. nil nisi nomen plantae affert.

27. V. *ovata Nuttall*; pubescens, foliis ovatis subcordatis crenatis (saepe basi lacero dentatis, utrinque manifeste pubescentibus,) petiolis marginatis, (scapo foliis breviore), calycibus (sub) ciliatis longis, petalis omnibus obovatis, duobus lateralibus barbatis. V. *primulifolia Pursh Fl.*

Amer. Sept. I. *p.* 173. *n.* 9. fide *Nuttall nov. gen.* I. *p.* 148 (cui *ovata*, et a *primulifolia Linn.* distincta.)

Flores splendide caerulei. *In collibus siccis prope Philadelphiam ad rupes Schuylkill, et in campis arenosis New Jersey. Nutt.*

28. V. *alleghanensis*; hirsuta, foliis ovatis et oblongo-cordatis subintegerrimis, pubescentibus; petiolis latis membranaceis scapisque folio longioribus hirsutis; calycibus glabriusculis; petalis duobus lateralibus barbatis.

Div. *Römer* tulit ab ill. *Palisot de Beauvois* inscriptam: *Viola des Alleghanis.* Proxima, quoad diagnosin, V. *ovatae Nutt.* Cespitosa, radice repente. Folia longitudine petioli, et, cum eodem, vix 2/3 poll., 1/4 poll. lata; longissima oblonga vix 1/2 poll. Stipulae longae membranaceae integerrimae inter petiolos. Bracteae lineari-setaceae paucis supra basin scapi lineis. Scapi in nostro specimine omnes horizontales. Cal. dimidium corollae vix excedens. Petala videntur fuisse caerulea. Antherae subdiscretae, apice membranâ coalitae. Calcar brevissimum, saccatum. *In Alleghanis.* 4.

29. V. *ciliata Willd.*; acaulis, foliis ovatis profunde cordatis serratis superne pilosis ciliatis subtus glabris. *Reliqu. Willd. MS.*

In Pensylvania. 4. *Mühlenberg.*

30. * V. *hirta*; foliis (oblongo-) cordatis petiolisque piloso-hispidis, calycibus obtusis. *Smith brit. p.* 244. *Engl. Bot. t.* 894. *Curtis Lond. fasc.* I. *t.* 64. *Pio Viol. p.* 14. *n.* 18. *Poiret Enc. meth.* VIII. *p.* 628. *Willd. Spec.* I. *p.* 1162. *Hall. Helv. n.* 501. *Fl. Dan. t.* 618. *Moris. Hist.* II. *p.* 475. *s.* 5. *t.* 35. *f.* 4. β. *aprica* fol. ovatis crenatis glabris subtus discoloribus, petiolis subpubescentibus, calycibus acutis. *Spreng. nov. provent. HH. hal.* et *berol. p.* 43. *Sturm Germ. Fasc.* γ. floribus fertilibus apetalis petalisve vix longitudine calycis. *Bastard Suppl. Flore Depart.* de *Maine* et *Loire p.* 28. *n.* 10. δ. petalis albis.

Radix crassiuscula erecta eminens cicatricibus nodosa. Folia cordata, oblongiuscula, ut petioli, subtus pilosa. Pedunculi radicales, dorso canaliculati supra bracteas. Petalum cornutum emarginatum. *Linn.* Rad. sublignosa fibrosa; stolones breves horizontales cespitosi non radicantes. Folia erectiuscula longius petiolata serrata venosa. Scapi foliis longiores glabri nec pilosi, erecti, bracteis geminis subulatis infra medium. Flores caerulei inodori. Cal. glaber. Petala lateralia lineâ pilosâ supra basin. Antherae membranaceo-dilatatae, approximatae, vix cohaerentes. Caps. pilosa. *Smith.* — β praeter characteres datos staturâ minore differt, floribus pallide caeruleis. —

γ. mirabili affinis. *In Europae sylvis frigidioribus et in monte Athone; β in collibus ad Löbejün et Bennstaedt.* 4.

Obs. V. *hirta* subacaulis, foliis petiolisque hirsutis, pedunculis infra medium bracteatis *Brotero Fl. Lusit* p. 305 est hujus varietas corollâ pallidâ et foliis obtusioribus. In *Fl. Dan. t.* 618 est corolla saturate caerulea, et calyx hirtus, quem tamen glabrum petit *Smith*, licet *Fl. Dan. t.* 618. laudet. Nec habitus nostrae *hirtae* bene expressus in hac tabula, flores nostris majores; Auctores omnes, et ipse *Linnaeus*, de stolonibus, qualium cls. *Smith* meminit, silent, nec folia *hirtae* apud nos ut in *canina*, qualia petit *Fl. Brit. p.* 245. — V. *hirta* cum *palustri odorata* et *tricolore* a clo. *Thunberg* etiam Japoniae incolae dicuntur: suntne re verâ europaeae nostrae species?

31. V. *hirsuta*; foliis reniformi-cordatis petiolisque piloso-hispidis, calycibus obtusis.

Nomine V. *hirtae* tulimus, et certe diagnosi *Linnaeana* solâ dignosci non potest ab illâ. Rad. sublignosa teres perpendicularis; stolones nulli; folia radicalia patentia, pollicem longa, ultra pollicem lata, crenato-serrata potius quam serrata; petioli 2 poll., et ultra; scapi foliis longiores et breviores, bracteis nunc supra, nunc infra medium. Flores quam in *hirta* duplo majores, majores *odorata*. *In Bohemia et Rossia, unde specimina in Herb. Römeriano.* 4.

32. V. *collina Bess.*; subhirsuta, stolonibus nullis, foliis cordatis, calycibus obtusis, floribus odoratis. *Besser Catalog. Hort. Cremeneci.* 1816. *p.* 151.

Affinis *odoratae*, *campestri*, et *hirtae*; differt prima, praeter magnitudinem majorem floris, stolonibus; altera: foliis subcordato-ovatis pubescentibus; tertia: floribus inodoribus et foliis cordato-ovatis piloso-hispidis. — Flores in hac pallide lilacini parvuli. *Besser l. c.* *In apricis elatis Volhyniae.*

Obs. Cls. *Sprengel novi provent. p.* 43 ad V. *hirtam apricam* monet: „V. *collina Besser in litt.* est eadem, quae *hirta Fl. gal.*“ At, pace tanti viri, specimen *collinae* nostrum ab ipso *Besser* missum longe a V. *hirta* galicensi (quae eadem cum *hirta* nostra, et quam cum amicissimo auditore olim nostro *Besser* ipsi legimus Cracoviae) diversum. Folia cum petiolo (ejusdem longitudinis) vix pollicaria, argute serrulata, magis reniformi quam oblongo-cordata. Scapi longitudine foliorum. Flores vix linear. 4, petalis oblongo-lanceolatis.

33. V. *microphylla Poiret*; foliis ovato-lanceolatis crenatis subpubescentibus, (basi stipulatis, pedunculo bibracteato) calcare brevi obtuso. *Poiret Enc. meth.* VIII. *p.* 628. *n.* 11. *Pio Viol. p.* 15. *n.* 19.

Radices graciles squamosae subrufescentes; folia plura minima crassiuscula subtus pallidiora, margine subhirsuta, 3-4 lin., 3 lin. lata. Petioli filiformes plani foliis longiores, basi stipulis 2 aridis. Pedunculi foliis fere duplo longiores, glabri, filiformes, superne bracteis 2 parvis subulatis. Calycis foliola lanceolata acuta. Cor. flava. Petalum supremum reliquis duplo ma-

jus emarginatum striis rubris; lateralia barbata, 2 inferiora reflexa. *Poiret.* *In freto magellanico ad oras Patagoniae in collibus sinus Boucault. Commerson. Herb. Commers.* apud *de Jass.*

34. V. *hederacea Labill.*; subacaulis, foliis cordatis, sublobatis, (crenatisve,) stolonibus reptantibus. *Labill. nov. Holl.* I. *p.* 66. *t.* 91. *Poiret Enc. meth.* VIII. *p.* 628. *n.* 12. *Pio Viol. p.* 15. *n.* 20.

Radices simplices perpendiculares; caules recti, brevissimi. Folia longe petiolata, ovato-cordata parva, venosa, subtus pubescentia, apicem versus dilatata obtusa, petiolis multo breviora. Stypulae scariosae ovato-lanceolatae denticulatae. Pedunculi graciles filiformes teretiusculi medio foliolis 2 alternis anguste lanceolatis acutis. Calycis laciniae ovato-lanceolatae, vix basi productae. Cor. parva; petala 2 superiora recta, ovato-oblonga, lateralia 2 subarcuata supra basin maculâ oblongâ villosâ; supremum emarginatum basi vix in calcar productum. Antherae oblongae vix approximatae, apice membranâ ellipticâ. Stigma acutiusculum. Caps. obtuse angulata. Semina 4 6 nigra, ovata. *Labillard.* *In promontorio van Diemen.*

35. V. *campestris Marsch. a Bieb.*; foliis cordatis basi subrectilineis pubescentibus, stolonibus nullis. *Marsch. Flor. taur. cauc.* I. *p.* 71. V. *hirta Pall. ind. taur. p.* 99. *Pio Viol. p.* 15. *n.* 21.

Affinis *hirtae*, ut aegre distinguas. Folia angustiora minus hirta, brevius petiolata, ad petioli insertionem vel levissime, vel plane non emarginata. Flores odoratissimi, ut *odoratae*. *M. a Bieb.* „Folia nonnihil breviora, flores purpurei nec violacei, caeterum *vulgari* similis.“ *Steven.* *In Tauriae et Iberiae pratis et arvis. M. a Bieberst.; in summo Schanhdagh Steven.* 2.

Obs. Specimina in *Herb. Römeri* a D. *Bivell* e *hort. taurin.* nomine *ambiguae* missa non differunt a *campestri*. Cls. *Trevirianus Magaz. Amic. Nat. Cur. berol.* VII. (1815) V. *campestrem* nullo modo differre dicit a *hirta*, cum et huic etiam folia basi plus minus excisa et petioli plus minus villosi; quod sane non in speciminibus nostris.]

36. V. *magellanica Forst.*; foliis reniformibus crenatis hirsutis. *Forst. Comment. Soc. Gott.* VI. *p.* 41. *t.* 8. *Willd. Spec.* I. *p.* 1162. *Poiret Enc. meth.* VIII. *p.* 632. *n.* 22. *Pio Viol. p.* 16. *n.* 22.

Radices crassiusculae, rhizomate recto squamoso. Folia omnia radicalia glabra, vix pubescentia, reniformia, 1 1/2 pollicis in diametro, subcrenulata sinuatave. Stipulae erectae lanceolatae integrae. Pedunculi 2-3 poll., glabri, filiformes, apicem versus stipulis 2 subulatis parvis. Calycis laciniae inaequales lanceolatae acutae. Cor. flava, magnitudine *odoratae*, petalum supremum majus, calcare brevi obtuso. *Poiret.* *In Tierra*

del Fuego locis uliginosis. Forster. In freto magellanico Commerson in *Herb. de Juss.*

37. * V. *palustris*; foliis reniformibus glabris, radice repente (calyce obtuso.) *Smith brit. p.* 246. *Engl. Bot. t.* 444. *Willd. Spec.* I. *p.* 1163. (excl. syn. *Boccon.* et *Allion.* quod ad *nummularifoliam* monente recti *Pio Viol. p.* 16. *n.* 23) *Wahlenb. Lapp. p.* 212. V. fol renif. utrinque glabris, subtus nervosis, calycibus obtusis calcare brevissimo. *Decand. Fl. fr. n.* 4458. *Poiret Enc. meth.* VIII. *p.* 626. *n.* 5. (excl. syn. *Bocc. et. All.*) *Hall. Helv. n.* 560 *Curtis Fl. Lond.* III. *t.* 58. *Sturm Fl. Germ. Fasc.* 11. *Trattinncik tab.* 526. β. rubra striata eboracensis. *Ray Syn.* 395. *Fl. Dan. t.* 83.

Cum *canina* male combinari a *Gmel. Sib.* IV. *p.* 98. *Reich.* Flores dilute caerulei, quasi cinerei. *Pio.* Folia crenata. Petioli semicylindrici glaberrimi. Stipulae lato-lanceolatae serrulatae. Scapi tetragoni glabri, versus medium bracteati. Flores *hirtâ* et *odoratâ* minores, pallide caerulei vel carnei, venis saturatioribus. Stigma urceolatum, supra gibbosum. *Smith.* *In Europae frigidioribus paludibus a Lapponia ad mediterraneum et in Sibiria, in Labradoria?* 4.

Obs. Stipulas integerrimas in diagnosi petit *Wahlenberg*, serrulatas *Smith* in descriptione; utriusque formae natura exhibet. Folia in Lapponia saepe mere cordata esse.

38. V. *Schmidtiana*; foliis cordatis acuminatis subcrenatis glabris, bracteis flori approximatis, petalo inferiore truncato (stipulis integerrimis). V. *nummularifolia Schmidt boëm. n.* 246. *Schult. östr. Fl.* 2. ed. *n.* 966.

Rad. fusca; folia plus minus acuminata firmula subtus pallidiora; stipulae ad radicem ovatae fuscescentes integerrimae; pedunculi (omnino) radicales (hinc inter *acaules*, nec *caulescentes* inter) folio longiores, bracteis 2 setaceis sub flore (ut hunc attingant); flores caerulei; calycis laciniae lanceolatae acuminatae; petala obtusa; calcar breve; stigma uncinatum. *Schmidt. In Bohemia, Austria, Bavaria passim.* 4.

Obs. Male a *Willdenow Spec.* I. *p.* 1165. (et nobis *östr. Fl.* 2. ed. auctoritatem *Willdenowi* sequentis) cum *nummularifolia Allion.* juncta, quam confer. Occurrit passim in Herbariis *palustris* nomine; V. *Allioni* multo magis affinis.

39. V. *livida Kitaib.*; foliis cordatis obtusiusculis crenatis subtus pubescentibus, bracteis flori approximatis, petalis omnibus cuneiformi-oblongis obtusis, stipulis ovato-lanceolatis serrato-ciliatis.

Maxime affinis *Schmidtianae*, et solis characteribus datis distincta, aeque parvula. Pedunculi magis pubescunt, et bracteae calcarque longiores. Flores videntur pallide violacei fuisse. Unde

nomen *lividae* hausisset div. *Kitaibel*, nescimus. *Circa Budam Prof. Kitaibel.* 24. *Specimina* a *Do. Rochel communicata.*

40. V. *pyrenaica Ramond;* foliis subcordatis glabris, petiolis apice dilatatis, calycibus obtusis, calcare brevissimo. *Decand. Fl. franç.* IV. *n.* 4457. *Suppl. p.* 617. *Loiseleur Fl. Gall. p.* 127. *Poiret Enc. meth.* VIII. *p.* 630. *Pio Viol. p.* 18. *n.* 25.

Similis *odoratae* calycibus obtusis et odore florum; attamen radix magis lignosa, magis divisa, stolonibus nullis; folia minus profunde cordata, petioli apice magis dilatati, calcar rectius magisque obtusum; flores minores, petalo inferiore striis saturatioribus. *Decand.* *In petrosis Pyrenaeorum, monte Esquierri, Ouchet, Tourmalet.* 24.

Obs. Nonnisi *palustris* varietatem esse foliis minus obtusis *Decand;* *caninae* vero, nec *palustris*, esse varietatem *La Peyr. Abreg. de Pyr. Suppl. p.* 40., contrarium iterum suadente *Decandolle.*

41. * V. *odorata;* stolonibus reptantibus petiolisque glabriusculis, calycibus obtusis. *Smith Brit. p.* 245. *Engl. Bot. t.* 619. *Linn. Mant.* 483. *Willd. Spec.* I. *p.* 1163. *Pio Viol. p.* 17. *n.* 24. *Hall Helv. n.* 558. *Fl. Dan. t.* 309. *Curt. Fl. Lond Fasc.* I. *t.* 63. *Bull, herb. t.* 169. *Sturm Fl. Germ. Fasc.* 11. *Dreves u Hayne t.* 7. *Svensk Bot. t.* 9. β. V. martia alba. *Bauh. pin.* 199. γ. V. martia multiplici flore. *Bauh. pin.* 199. δ. floribus constanter albis, foliis scaberrimis hispidis. *Pio l. c.* ε. major, foliis primigenis magnis, longissime petiolatis. V. *odorata* β. *M. a Bieberst.*

Rad. repens, filiformis; folia cordata rotundata nudiuscula subtus pubescentia; pedunculi radicales minime canaliculati supra bracteas. Petalum cornutum emarginatum, *Linn.* Stolonibus longissimis radicantibus etiam primo saepe anno floriferis, et odore ab affinibus distinctu facilis. Flores serotini apetali etiam ut in plerisque. — Amiciss. *Besser* β pro specie habet peculiari, quae illi V. *alba* in *Fl. Galic.* I. *p.* 171 *n.* 251., et quam „sarmentis floriferis, foliis radicalibus cordato reniformibus, sarmentorum cordato-triangulis acutis distinguit. Eadem vero criteria etiam *odoratae violaceae* communia, ut nullo discrimine, nisi colore petalorum albo, culturâ 20 annorum persistente, distinguenda. *In Europae totius fruticetis, etiam in boreali, et in Sibiria, Africa; rarior in Tauria;* ε *in sylvis Tauriae.* 24.

Obs. Hujus prolem hybridam floribus majoribus campanulatis, petalis fere aequalibus conniventibus, omnibus basi calcaratis, aquilegiae flores, lentis petalis, referentibus, semel legit b. *Leers Herb. n.* 603. Vera *violae Peloria. Reichard.* Variat culta floribus plenis maximis violaceis, roseis, purpureis et caeruleis. Apud illustrem Averniae Prae-

fectum *Ramond* vidi in hortulo Praefecturae VIOLAE *odoratae* varietatem sub dio cultam nullo charactere ab *a* distinguendam quam tempore florescentiae. Floruit semper autumno, incipiente Octobri. An haec fors V. *semperflorens Theophrast. Eres. Hist. H. L. VI. c.* 6; quae nunc iterum in hortis nostris, In *Herb. Römer.* occurrit viola nomine V. *suavis* inscripta manu illustr. *Marsch. a Bieberst.*, quae *odoratae* proxima, et aeque stolonifera, quam vere e speciminibus nostris, ab *odorata* non nisi petiolis longioribus, foliis petiolisque magis puberulis, minus regulariter rotundato-cordatis distinguere valemus. An *g*?

42. V. *alpina Jacq.*; subacaulis, foliis subrotundo-ellipticis crenatis petiolatis, stipulis linearibus serratis petioli latitudine, petalis calyce triplo longioribus, impari lato truncato retuso, calcare fere longitudine calycis. *De Vest. in litt.* V. fol. ovato-cordatis, subradicalibus crenatis, petalis inferioribus barbatis, calcare brevi. *Poir. Enc. meth.* VIII. *p.* 629. *n.* 15. *Pio Viol. p.* 14. *n.* 17. *Loisel. Fl. Gall. p.* 421. *Wahlenb. Carpath. p.* 282. *Schult. östr. Fl.* 2. 1. *p.* 423. *n.* 955. V. foliis longe petiolatis cordato-subovatis laevibus repando-dentatis, stipulis rarissimis lineari-lanceolatis integerrimis, caule tereti, calcare brevissimo. *Sternb. Denkschr. d. Regensb. bot. Gesellsch.* II. *p.* 103. V. acaulis fol. subcordato-ovatis flore minoribus. *Jacq. Fl. Austr. t.* 242. *Observat. bot.* I. *p.* 21. *t.* 11. *Sturm Fl. Germ. Fasc.* 8. *Trattinn. tabular.* 199.

Folia crassula, nitida, obtusa, dorso glabra, ad lentem pilosa, parva. Scapus foliis altior glaber, rarius levissime pubescens, teres, sulco longitudinali, superne bracteis 2 minimis. Calyx violaceo-virens. Cor. saturatissime violacea; petala 3 fauce albida et barbata. Stigma capitatum magnum. Fructus ovatus obtusus. *Jacq.* *In alpibus austriacis, styriacis, gallicis?, carpathicis.* 24.

Obs. Synonymon *Allioni* apud *Jacquin* spectare ad *nummulariaefoliam*; V. *alpinam Allion pedemont. n.* 164» eandem esse cum *Valderia* fide *Herb. Allion. Pio l. c. Host* male cum *grandiflora* junxit.

43. V. *nivalis de Vest*; acaulis, foliis ovatis cordatis dentatis, pedunculis folio brevioribus medio bracteatis, calcare brevissimo, stipulis linearibus subintegerrimis. *De Vest in litt.*

Hoc nomine occurrit in *Herb. Johann.* specimen Violae quod nescimus unde allatum. Folia pollicaria et ultra longe petiolata, subinde profunde cordata et serrata. Stipulae lineares angustae, integerrimae et denticulatae. Pedunculi filiformes, folio dimidio breviores, bracteis in medio minutis. Flos magnitudine fere *arvensis* caeruleus. Cal. brevis. Calcar 1/3 linae. *De Vest.* *Habitat?*

b. *Caulescentes, stipulis membranaceis:*

44. * V. *canina*; caule adultiore adscendente, foliis oblongo-cordatis obtusis punctatis, stipulis setaceis, dentatis; calycibus lanceolatis acutis.) *Hornem. Hort. Havn. p.* 234. *Willd. Enum. Hort. Berol. p.* 264. *Pio Viol. p.* 18. *n.* 26. *Linn. Mant.* 484. *Willd. Spec.* I. *p* 18. *n.* 26. *Smith Brit. p.* 246. *Engl. Bot. t.* 620. *Curt. Lond. fasc.* 2. *t.* 61. *Decand. Fl. fr.* IV. *n.* 4464. *Poiret Enc. meth.* VIII. *p.* 636. *n.* 33. *Sturm Fl. Germ. Fasc.* 2. *Fl. Dan. t.* 1453. V. *sylvestris Lam. Fl. fr.* II. *p.* 680. *Hall. Helv. n.* 563. β. canina fl. albo *Merr. pin.* 125. γ. canina var. minor. *Dillen Ray Synops.* 364. *t.* 24. *f.* 1. δ. V. *alpina Huds. ed.* I. *p.* 379. V. martia alpina etc. *Ray Syn.* 366. ε. flore maximo. *Pio l. c.* ζ. *pallida*: floribus duplo majoribus pallidis, petalis acutis subserratis.

Caules teretes, hinc plani, laeves. Folia cordata glabra. Stipulae dentato-ciliatae. Cor. caerulea, cornu albo. *Linn.* Rad. sublignosa. Herba primo acaulis, at caules cito enati adscendentes ramosi foliosi angulati, hinc canaliculati glabriusculi. Folia crenata petiolique apice subulati glabra. Stipulae lanceolatae serratae ciliatae. Pedunculi axillares solitarii erecti tetragoni apice bracteis subulatis, (foliis longiores.) Flores caerulei inodori. Antherae vix cohaerentes. Stigma gibbosum, Capsula oblonga. *Smith.* ε. Varietas insignis, ni forte species distincta; cls. *Bellardi* legit in Pedemontio. *Pio.* *In totius Europae et Sibiriae et Caucasi montibus, fruticetis, in America boreali, Labradoria?* 4.

Obs. Varietatem singularem VIOLAE *mirabili* accedentem describit *Leers Herb. n.* 884. Aliam varietatem foliis mucronatis oblongis et strictioribus describit *Thal. Hercyn. p.* 130. *Reichard.* Sed an hujus loci? Etiam sub VIOLA *canina Brotero* plures fors species latitant; ait nempe *Fl. Lusit. p.* 305.: „variat foliis obtusioribus et rotundioribus. Stipulae sunt dentato-ciliatae.“ VIOLAM *Ruppii Allion.* etiam pro illius varietate habere videtur. — VIOLAM *stagninam Kitaib.* e pratis depressis Croatiae, quae etiam, caulescens et abortiva, in Pedemontio circa Calissano, et V. *sylvestrem Kitaib.* hujus esse varietatem *Pio l. c.* haud ita bene. In speciminibus italicis folia margine pubescunt pilis raris.

45. V. *sylvestris Kit.*; caulibus tetragonis erectis, foliis radicalibus cordato-reniformibus, pedunculis folio longioribus, calycis laciniis lanceolato-subulatis, stipulis barbato-ciliatis. *Kitaib.* apud *Schult. Fl. Austr.* II. ed. 1. *p.* 423. *n.* 956.

Cum *canina* et sequentibus, ut videtur, confusa; folia 1/2 et 1 1/2 poll. longa lataque, subpubescentia; pedunculi axillares fere filiformes; flores dilute caerulei; calcar obtusum. *Kitaib.* *In sylvis caeduis Pannoniae.* 4.

Obs. V. *canina podolica Besser Cat. H. Cremenec. Suppl.* IV. *p.* 26., fide speciminis, vix differt a *sylvestri*. *Besser* distinxit a *canina* calycis phyllis trinervibus, appendicibus brevissimis obtusis, duobus lateralibus vix ullis, capsula minori, foliis magis cordato-ovatis acutioribus, petalis magis cuneatis cum calcare purpurascenti-pallide violaceis. Saepe bis floret.

46. V. *Krockeri Gmel.*; caule procumbente, foliis cordatis obtusis crenatis pubescentibus; stipulis lineari-lanceolatis integerrimis; bracteis supra medium pedunculorum. V. *purpurascens Schmidt boëm. n.* 248. *Krocker* II. *p.* 512. *n.* 1484. *Gmel. Syst. Veg. p.* 412. *Schult. östr. Fl.* II. *ed* 1. *p.* 424. *n.* 957.

Pohl tentam. p. 229. pro varietate habet *caninae*; folia *odoratâ* duplo majora, venosissima; pedunculi semiteretes; flores, quam in *odoratâ* majores, rubro-lilacini, inodori, striati; laciniae calycis acuminatae; capsula pubescens. *Smidt.* *In umbrosis humidis Silesiae, Bohemiae.* 4.

47. V. *nelegecta Schmidt*; caule erecto angulato, foliis cordatis dentato-crenatis glabris, (margine scabris), stipulis uno latere dentatis, bracteis supra medium pedunculi; floribus omnibus corollatis. *Schmidt boëm. n.* 253. *Schult. östr. Fl.* II. *ed. n.* 958. *Pio Viol. p.* 22. *n.* 29. β. Flore albo *Marsch.* a *Bieb. taur. cauc.* I. *p.* 172. V. *canina Pall. ind. taur. p.* 99.

Rad. obliqua fusca; folia exacte cordata acuta; stipulae fuscae; pedunculi radicales nulli; flores magni, dilute caerulei, *Schmidt l. c. Pohl tent.* p. 229. varietatem dicit *caninae*, sed perstat culturâ, floretque longe defloratâ *caninâ*. β. Major *canina* et glaberrima praeter marginem foliorum scaberrimum setulis etiam nudo oculo conspiciendis cum *canina* undequaque subhirsuta, margine autem foliorum glabriusculo. Corollae constanter albae. *M. a Bieberst.*, qui ergo aliam videtur habere *caninam*, quam *Linnaeus* et *Smith*, qui glabram petunt. *Cum canina in Bohemia et in montibus Tauriae altioribus Tschatardag, Ajudeg in sylvis.* 4.

Obs. Haec, nobis saltem, videtur V. *canina* β *Decandolle Fl. fr. Suppl. p.* 617 de qua ait: exacte esse intermediam V. *caninam* inter et *Allioni*; esse nanam et fere acaulem, ut haec, glabram foliis acutis, ut illa. Hanc esse, quae in *Herbario Allioni* nomine VIOLAE *Ruppii* asservatur, cujus vero nec descriptio quadrat, nec figura. Juniorem similem esse *pyrenaicae*, et ab hac differre calycibus acutissimis, non obtusis.

48. V. *Allioni Pio*; caulibus simplicibus subpubescentibus, foliis cordato-subrotundis subglabris crenulatis, stipulis lanceolatis dentatis, calycibus acutis. V. *arenaria Decand. Fl. fr.* IV. *n.* 4463. *Poiret Enc. meth.* VIII. *p.* 633. *Loisel. Fl. Gall. p.* 128. V. *Allioni Pio p.* 20. *n.* 27. *t.* 1. *f.* 2. V. *nummularifolia Schleich*

Cent. exsiccat. 29. V. *Balbis Ré Fl. segus. p.* 73. V. *rupestris*, caule procumbente debili, foliis reniformibus crenatis glabris, stipulis uno latere dentatis, bracteis flori approximatis. *Schmidt boëm. n.* 249. *Neue böhm. Abhdl. I. Th. p.* 60. *n.* 97. *f.* 10. *Schult. östr. Fl.* II. ed. 1. *n.* 967.

Rad. fusiformis, crassa, nodosa; folia radicalia cespitosa, subtus palljdiora; stipulae lanceolatae, latere inferiore dentatae; pedunculi axillares folio longiores; bracteis 2 brevibus setaceis; flores caerulei parum odori; calycis rubro-fusci laciniae lanceolatae acutae; petala obtusa; calcar breve vix longius calyce. *In Bohemia, Bavaria, Valesia, Gallia, Regione pedemontana.* 4.

Obs. Cls. *Pio*, e praeclaris candidissimi viri, *J. Balbis*, Prof. taur. discipulis, hanc speciem dixit in honorem immortalis *Allioni*, qui primus hanc plantam accurate observavit et descripsit in *Auctuar Fl. Pedemont. p.* 29., diuque immutatam coluit. Semina V. *rupestris Schmidt* communicavimus cum clo. *Balbis*, qui inde plantam *Allioni* tulit; *Schmidtii* ipsius specimina vidimus. *Willdenow Enum. H. Berol. Suppl. p.* 12. a simili *nummularifolia* diversam dicit: foliis crenatis, cauleque subpubescente. Anne huc V. *riphaea*, fol, inferioribus orbiculatis, superioribus lanceolatis serratis, pedunculis axillaribus. *Krock. Siles.* II. *p.* 517.?

49. V. *pumila Vill.*; foliis ovato-ellipticis crenatis glabris, stipulis serratis, caule erecto. *Vill. Delph.* II. *p.* 666. *Catal. Strasb. p.* 288. *t.* 5. *Gmel. Syst. Veg. p.* 413. *Decand. Fl. fr. Suppl.* 618. *Pio Viol. p.* 25. *n.* 37.

Videtur primo intuitu *caninae* varietas, sed admodum parva. Stipulae lanceolatae acutae subdendatae; folio longitudine petiolorum, oblonga, basi non cordata dentata acuta utrinque glabra; pedunculio folio longiores; flores parvi, dilute caerulei, fauce villosi; calyces acuti longitudine fere corollae. *Decand.* *In monte Corps prope Gap.* 4. *Villars.*

50. V. *glauca M. a Bieberst.*; caule patente subcompresso; foliis inferioribus subcordato-ovatis, superioribus ovato lanceolatis, crenulatis, stipulis lanceolatis utrinque ciliato-dentatis. Viola *lancifolia Bess. Fl. Gal.* I. *p.* 173. *n.* 256. Viola *species Bess. Catal. Hort. Cremenec. Suppl.* III. *p.* 25. V. *glauca M. B.* ibid. *Suppl.* IV. *p.* 25. (excl. syn. *arenariae*).

Caules altero latere canaliculati glabri. Folia infima oblonga obtusa, juniora cucullata, remote et obsolete crenata, obscure viridia, parum nitida, nuda. Petioli trigoni, canaliculati, parum marginati. Stipulae superiores sat magnae. Pedunculi subradicales longissimi, sensim breviores, tetragoni, bracteis minutis lanceolatis ad flexuram. Flores primum caeruleo-violacei, demum pallentes inodori. Calycis foliola oblonga parum acuta. Petala 2 superiora ab initio obovata obtusissima, me-

diis subaequalia, demum ovata; media basi villis albis, infimum latius, basi albidum, striis 7, extimis ramosis atropurpureis. Cornu albidum obtusum emarginatum. Statura admodum varia, in sabulosis apricis cauliculi brevissimi terrae incumbentes, folia minima; in graminosis umbrosis spithamaea. *Bess. Fl. Galic. l. c.* „V. *rupestris* (i. e. *Allioni*) differt a *glauca* simillimâ quoad calicem et capsulam ut; V. *canina podolica* (*sylvestris*) a *canina* (*vulgari*) *Besser Suppl.* IV. *p.* 25. *In Galicia prope Cracoviam; in Rossia; circa lacum Lemanum cls. Gaudin, qui pumilae Villars affinem esse recte suspicatus.* 2.

51. V. *lactea Smith*; caule adscendente tereti, foliis ovato-lanceolatis, stipulis inciso-serratis. *Flor. brit.* I. *p.* 247. *Engl. bot. t.* 445. *Pio Viol. p.* 21. *n.* 28. V. *canina* var. 3. *With.* 262. V. *montana Wahlenb. carpath. p.* 283. V. *lusitanica*; fol. ovat. lanc. obtusis obsolete serratis glabris, caule debili adscendente, stipulis ad basin hinc serrato-bidentatis, nectariis calyce longioribus. *Brotero phyt. lusit. Fasc.* I. *n.* 11. *Fl. Lusit. p.* 306.? *β.* V. *Ruppii*; caule erecto multifloro, foliis ovato-lanceolatis serratis. *Allion Fl. Pedemont.* 2. *n.* 1646. *t.* 26. *f.* 6. *Schmidt Fl. boëm. n.* 252. (excl. *persicifolia.*) *Poiret Enc. meth.* VIII. *p.* 643. *n.* 49. *Schult. östr. Fl.* 2. *ed* 1. *n.* 959. V. *lancifolia Thore Land.* 355. *Decand. Fl. franç.* IV. *p.* 807. *n.* 4465. V. *lancea Poiret Enc. meth.* VIII. *p.* 635. *n.* 30. *Hall. Helv.* 2. *n.* 562. *Rivin. t.* 120. V. *persicifolia. Roth*; foliis inferioribus oblongo-ovatis, lanceolatis; superioribus oblongis sublinearibus, omnibus serratis; stipulis foliaceis basi inciso-dentatis. *Schult. östr. Fl.* 2. *ed.* 1. *p.* 427. *n.* 965. V. caule erecto, fol. ovato-lanceolatis serratis. *Roth Germ.* II. *p.* 271. *Schkuhr Handb.* III. *t.* 269. V. *montana β. Willd. Spec.* I. *p.* 1165. *Pio Viol. p.* 24. *n.* 35.

Rad. fibrosa; caules ramosi foliosi glabri, geniculis radicantes. Folia longius petiolota basi in petiolum decurrentia crenata glabra. Stipulae profunde serratae, saepe inciso-pinnatifidae, serraturis apice glandulosis nec setiferis. Pedunculi elongati, supra medium bracteati elongati glabri. Bracteae lanceolatae. Cal. acutus. Cor. caeruleo-albida vel dilute caerulea venis purpureis. Antherae discretae. Folia in hortis cordata evadunt, floresque caerulei. Forsitan *caninae* varietas. Videtur distincta a *pumila Villars. Smith.* l. c. *Wahlenberg* l. c. flores albos exsiccatione caerulescere. *In β.* caules angulati adscendentes; folia glabra, prima cordata, reliqua cordato-acuminata, venosa, succulenta, aequaliter et dense denticulata, longitudine fere petioli. Pedunculus axillaris folio longior. Flos dilute caeruleus aut etiam albus petalis omnibus ovalibus. Stipulae dentibus utrinque 2-3. Calycis foliola 2 majora.

Semina nigra. *Allion. l. c.* In γ. folia inferiora pollicaria, superiora tripollicaria; stipulae sensim versus apicem longiores. Pedunculi inferiores longitudine fere foliorum, superiores breviores. Flores dilute caerulei. α. *in ericetis humidis montosis*; β. *in collibus Hercyniae. Bohemiae, Taurini et in Gallia occidentali*; γ. *in pratis humidis montosis Germaniae, Sueciae.* 4.

Obs. Specimina V. *Ruppii* a clo *Balbis* exacte conveniunt cum specimibus cli. *Thore*. V. haecce *Ruppii* speciem quasi intermediam sistit humilem inter V. *lacteam* et majorem *persicifoliam*, quae semper floribus caeruleis. VIOLAM *ferrariensem Campana* huc spectare monet *Pio*; utram vero ad α vel β non addit.

52. V. *Hornemanniana*; caulibus erectis pedunculisque strictis, foliis ovato-lanceolatis, stipulis utrinque basi inciso-serratis. V. *stricta Hornemann H. Reg. Havn.* II. *p.* 958.

Huc pertinet V. *montana persicifolia Enum. pl. H. Havn.* VIOLA lactea ab hac certe distincta est species, et stipulis gaudet latere exteriore incisis. *Hab.....* 4.

Obs. Vidimus etiam in *lactea* stipulas utrinque serratas.

53. V. *litoralis Spreng.*; caule ramoso, ramis patentibus, stipulis ciliato-serratis, foliis cordato-ovatis, floribus serioribus apetalis. *Spreng. Nov. provent. Hortor. Halens.* et *Berol. p.* 43.

Media V. *montanam* inter et *caninam*. *Spreng.* *Ad oras Baltici, prope Warnemünde.*

54. * V. *montana*; caule erecto, foliis cordato-oblongis, stipulis altero latere dentatis, antheris liberis. *Schult. östr. Fl.* 2. ed. 1. *n.* 963. V. c. e. *f.* c. o., calycibus lanceolatis acutis. *Willd. Enum. H. Berol. p.* 264. *Pio Viol. p.* 23. *n.* 35. (excl. β.) *Willd. Spec.* I. *p.* 1164. (excl. β.) *Hall. Helv. n.* 567. *Roth Fl. Germ.* I. *p.* 105. II. *p.* 270. *Wahlenb. Lappon. p.* 214. *Sims bot Mag. t.* 1595. *Fl. Dan. t.* 1229. v. fl. caerul. longifolia. *Riv. t.* 119. *Moris. Hist.* II. *p.* 475. S. 5. *t.* 7. *f.* 7.

Folia 1 1/2 poll. lata, longitudine fere petiolorum; flores magni pallide violacei striis saturatioribus. *In humidis montosis et alpibus a Lapponia et Sibiria ad Apenninos.* 4.

55. V. *stagnina Kit.*; caulibus adscendentibus (flexuosis) ramosis, foliis cordato ovatis longe acuminatis, stipulis linearilanceolatis setaceis. *Kitaib.* apud *Schult. östr. Baumz.* I. *p.* 425. *n.* 964. β. major V. *flexuosa*, floribus apetalis longe pedunculatis, caule adscendente flexuoso, foliis cordatis. *Moretti MS.* in *Herb. Römer.*

Specimina nostra 1 1/2 ped.; petioli filiformes omnes foliis vix pollicaribus, 1/2 poll. latis, breviores; folia crenato-serrata;

stipulae vix 1/4 longitudinis petiolorum, basi subpinnatifidae; pedunculi capillares, bracteis in medio capillaribus. Nostris desunt flores. — In β. radix fibrosa exalbida, ramosissima. Caules plures ex uno radicis puncto, angulati, striati glabri, supra medium flexuosi, ramulis axillaribus bipedales. Folia subpubescentia, cordato-oblonga, crenata vel obtuse serrata, radicalia vero et ramulorum saepe cordato-subrotunda, omnia longe petiolata, petiolis seminamplexicaulibus longitudine folii. Stipulae intrafoliaceae binae subulatae integerrimae, quandoque subpinnatifidae, laciniis lineari-lanceolatis. Pedunculus uniflorus longus, medio bracteis binis oppositis subulatis villosulus. Flos apetalus similis *V. mirabilis*. *Moretti* ad specimina sua. α. *in paladibus uliginosis Croatiae; Kitaib.* β. *Mediolani ad torrentem Seveso. Moretti.*

Obs. Affinis *striatae* cultae.

56. V. *sarmentosa M. a. Bieb.*; caulibus filiformibus indivisis procumbentibus; foliis subrotundis hirtis; stipulis denticulatis, pedunculis folio brevioribus. *Marsch. Fl. taur. cauc.* I. *p.* 172. *Pio Viol. p.* 22. *n.* 30. β. pusila glabriuscula.

Folia obiter crenata floresque axillares ob caules prostratos secunda. Hirsuties modica ut in *V. canina*. Stipularum denticuli minimi. Foliola calycina subulata. *M a Bieb.* *In cryptis alpium caucasicarum; β. in rupibus prope Lars et portas caucasicas.* 4.

57. V. *Broussonetiana*; caule adultiore erecto, foliis subrotundo-cordatis, stipulis setoso-serratis, calycibus linearibus acutis. V. *cordata Willd. Enum. H. Berol.* I. *p.* 464. *Pio Viol. p.* 22. *n.* 31.

Nomen mutandum erat, cum sit antiquissima, dubia licet; *V. cordata Walt. Fl. Carol. p.* 219., et foliis cordatis innumerae gaudeant violarum species. Radix in specimine nostro, quod ipsi divo *Broussonet* debemus, perpendicularis squamosa. Petioli foliorum radicalium glabri, striati, pollicares et ultra. Folia vix pollicem longa, totidem lata, serrata, acuta, supra pilis raris, subtus glabra, punctata. Stipulae emarcidae rubro-fuscae. Bractea linearis supra medium pedunculi filiformis glabri. Calycis laciniae angusto-lanceolatae acutae pubescentes. Petala ovato-oblonga et lanceolata, dimidii fere pollicis, ut videtur, caerulescentia. Calcar petalis dimidio brevius incurvum, conicum, obtusum. *In Teneriffa.* ♄. *Broussonnet.*

58. V. *hastata Mich.*; glabella, caulibus simplicisismis summitate tantum foliosis; foliis subalternis hastatis brevissime petiolatis, stipulis minutis denticulatis, floribus luteis. *Mich. Fl. bor. Amer.* II. *p.* 150. *Poiret Enc. meth.* VIII. *p.* 635. *n.* 31. *Pio Viol. p.* 22. *n.* 32. *Pursh Fl. Septentr. Amer.* I. *p.* 174. *n.* 19.

Radices durae crassae parum fibrosae. Caules plures graciles

fere filiformes glabri 6-8 poll., apice foliis raris oppositis alternisve subinde cordatis membranosis utrinque glabris acutis fere acuminatis, integerrimis aut vix dentatis, 2-3 poll. Flores axillares solitarii, pedunculo capillari simplicissimo foliis breviore, ultra medium bracteis 2 minimis. Cal. glaber, laciniis inaequalibus lanceolatis acutis. Cor. parva calcare brevissimo obtuso, (flava *Pursh*) Caps. ovata glaberrima, *Poiret.* *In montibus altis a Carolina ad Pensylvaniam.* 4. *Herb. de Juss.*

59. V. *Nuttallii Pursh;* pubescens, caule simplici erecto, foliis ovato-oblongis acutis obsolete dentatis nervosis, in petiolum longum attenuatis, tipulis lanceolatis integris, pedunculis longitudine foliorum. *Pursh Fl. Am. Sept.* I. *p.* 174. *n.* 20.

Flores lutei. *Ad ripas Missouri.* 4. *Herb. Nuttall.*

60. V. *maculata Cav.*; caulescens, foliis ovatis crenatis subtus maculatis, pedunculis axillaribus solitariis folio longioribus, corollis luteis. *Cav. icon. rar.* VI. *p.* 20. *t.* 636. *Pers. Syn.* I. *p.* 255. *n.* 39. *Pio Viol. p.* 23. *n.* 33. V. *pyrolaefolia*, fol. alternis longe petiolatis ovato-subrotundis crenatis pubescentibus, stipulis scariosis, pedunculis longissimis, calcare obtuso brevissimo. *Poir. Enc. meth* VIII. *p.* 23. *n.* 33. β. eadem pumila, foliis omnibus ovatis multo minoribus. *Poiret l. c.*

Radices graciles articulatae; caulis brevis glaber striatus gracilis, folia subtus punctis copiosis atris, obtusis, pollicaribus et ultra, in petiolum decurrentibus: stipulae oblongae lanceolatae rufescentes apice fissae; petioli plani glaberimi folio duplo triplo longiores. Flores solitarii axillares teretes apice pubescentes, bracteis 2 parvis suboppositis anguste linearibus acutis. Calycis foliola lanceolata acuta. Cor. luteo-aurantiaca, *odoratâ* non major, petalis rotundatis apice dilatatis, calyce duplo longioribus, calcare brevi crasso obtuso. *Poiret* l. c. ad *Herb. Desfont.* *In America et insulis Maclovianis.*

61. V. *debilis Mich.*; caulescens debilis, stipulis membranaceis lanceolatis tenuiter laceris; foliis breviuscule cordatis denticulatis, floribus albis longe pedunculatis. *Mich. Fl. bor. Amer.* II. *p.* 150. V glabra, fol. reniformi-cordatis, brevissime acuminatis crenatis basi cucullatis, pedunculis foliis duplo longioribus, stipulis serrato-ciliatis. *Pursh Fl. Amer. Sept.* I. *p.* 174. *n.* 16 *Nuttall nov. gen.* I. *p.* 149. V. *canina Walt. Fl. Carol.*

Habitu affinis *caninae*, a qua differt, praeter characteres datos, caulibus longioribus. Radices graciles fibrosae; caules glabri teretes; folia alterna punctata glabriuscula acuminata utrinque viridia; petioli foliis longiores; stipulae 1/2 poll.; flores axillares solitarii, pedunculi glaberrimi medio bracteis 2 parvis

oppositis subulatis. Calycis glabri laciniae inaequales lanceolatae acutae. Cor. similis *caninae*, calcare brevi obtuso. *Poiret.* Cor. *striatâ* duplo minor, pallide caerulea. *In montibus altis Americae borealis, Carolinae. Poiret. In depressis a Pensylvania ad Carolinam Pursh.*

62. V. *rostrata Pursh*; glabra, foliis cordatis acutis serratis, pedunculis foliis duplo longioribus, stipulis lanceolatis serrato-ciliatis, nectariis rostratis corollâ longioribus. *Pursh Fl. Am. Sept.* I. *p.* 174. *n.* 17.

Flores coerulei. *In rupibus umbrosis prope Eastown in Pensylvania.* 4.

Obs. An ab hac distincta: V. *rostrata*, caule simplici, foliis subrotundis cordatis crenatis, stipulis dentatis, calcare florum longitudine. *Reliqu. Willd. Ms*, quae e Pensylvania a *Mühlenberg.*

63. V. *Valderia All.*; caulibus (erectis et) procumbentibus, foliis oblongis integerrimis (sinuatis non dentatis) ciliato-hispidis, stipulis indivisis, calycibus acutis. *Willd. Enum. Hort. Berol. p.* 264. *Pio Viol. p.* 24. *n.* 36. *Allion. Pedemont.* II. *n.* 1644. *t.* 24. *f.* 3. *Decand. Fl. fr.* IV. *n.* 4461. V. *cenisia β. Poiret Enc. meth.* VIII. *p.* 634. V. *cenisia Lapeyr. Abrég.* 122. (fide *Decandolle Suppl. p.* 617.)

„Species a *cenisia* „(quâcum prius *Spec.* I. *p.* 1166 junxerat)“ diversissima. Planta spontanea hirsutior cultâ. Folia plerumque integerrima, interdum repanda, in culta pilis sparsis adpressis tecta, margine hispido ciliata. *Willd. Enum. l. c.* Rad. parva, albicans; cauliculus erectus vix 2 poll., striatus, angulosus. Folia alterna, densa, radicalia et inferiora fere orbiculata, reliqua elliptica aut longe ellipticia, fere longitudine petioli sulcati, subtus venosa, sinuata et integerrima. Pedunculi axillares, plantam superantes, fere biunciales. Flos purpureus, petalo infimo ad faucem luteo, paullo minor quam in *calcarata*. Tubae apex crassus et perforatus. Stipulae foliola 2 inaequalia. *Allion. Circa Valderii thermas, in alpibus Delphinatus, Pyrenaeis.* ⊙.

Obs. Decandolle Fl. fr. l. c. VIOLAM. *Cenisii Will. Delph.* II. *p.* 665. et *Hall. Helv.* 565, utrumque cum? huc ducit. *Pio p.* 14. *n.* 17. monet VIOLAM. *alpinam Allion. Pedem.* 1643 ad *valderiam* accedere, nec differre specimen V. *alpinae* in *Herb. Allion.* ab ejusdem *valderia*. Hoc minime negabimus; attamen V. *alpinam All.* *Lion.*, eandem cum *alpina Jacq.*, quam citat, esse plantam, ex eo intelligimus, quod addidisset *alpinae* recte, postquam *valderiam* jam olim rite sibi cognitam habuisset, *Allionius*: „folia dentata uniformia ovata hanc ab aliis affinibus abunde distinguunt.“

64. * V. *cenisia*; caulibus filiformibus indivisis procumbentibus, foliis (subrotundo-) ovatis petiolatis, basi margine ciliatis, stipulis indivisis. *Willd. Spec.* I. *p.* 1165. *Pio Viol. p.* 20. *n.* 40. *Decand. Fl. Gall.* IV. *n.* 4460.

Poiret Enc. meth. VIII. *p.* 633. *n.* 26. (excl. *β. valderia*, ut etiam in *Willd.* *Allion. Spec. Pedemont. p.* 14. *t.* 3. *f.* 4 *Fl. Pedemont. n.* 1641. *t.* 22. *f.* 6. *Hall. Helv. n.* 565.

Caules perennantes, sub terra prorepentes, summitate adscendentes simplicissimi. Folia minima glabra ad apicem caulis conferta. Pedunculus solitarius longus. Flos magnus caeruleus, calcari petalis breviore. *Linn.* Flore suo refert VIOLAM *grandiflοram caeruleam*, a qua distinguitur foliis omnibus ovalibus obscure viridibus succosis integerrimis. *Allion. Fl. Pedem. l. c.* *In Cenisio prope Roncha, et in Olympo bithyno.* 4.

Obs. Smith Prodr. Fl. graec. I. *p.* 147. hanc speciem, adducto *Allion. Specim. Pedemont. t.* 3. *f.* 4., posuit post *calcaratam.*

65. V. *nummularifolia All.*; foliis cordato-acuminatis glabris integerrimis. *Allion. Pedemont. n.* 1460. *t.* 9. *f.* 4. *Spicileg. Pedemont. p.* 7. *t.* II. *f.* 2. *Boccone Mus. t.* 127. *Pio Viol. p.* 25. *n.* 39 (unice quoad *Allioni* synonymon).

„Rad. filiformis duriuscula et subpurpurea; caules primum subrubentes, dein virides, seu capita in cauliculos abeuntia. Cauliculi erecti, nunc ramosi, nunc minime, toti fere squamis tecti, utpote stipulis novorum aut veterum foliorum. Ex alis stipulorum copiosa folia cordato-acuminata, petiolis semuncialibus, duriuscula, tantillum venosa, glabra, *nihil omnino in ambitu denticulata*, sed *integerrima*. Inter folia ex iisdem alis pedunculi florigeri petiolis altiores „(in icone etiam foliis)." Flos non magnus ut in *grandiflora*, nec minimus, sed aequalis fere *violae martiae* amplitudinis, caeruleus cum nigris radiis, unguibus petalorum trium inferiorum albicantibus. Nectarium breve. Floris odor vix aliquis Ad singulos petiolos haeret stipula, quae foliolum lineari-tridentatum, dente medio longiori. Fructum maturum non vidi. Tubae (styli) apicem crassum et perforatum memini observasse. *Allionius.* *Inter lapides editissimi jugi Col de la Fema morta ex alpibus valderianis ad Nicaeam ad nivem. Allion. In Corsica Boccon.*

Obs. Ex his liquet, nec V. *nummularifoliam*, caulibus indivisis brevissimis, foliis subrotundis cordatis subcrenatis, stipulis dentatis *Willd. Spec.* I. *p.* 1165 (quam diagnosin et ipsissimus *Pio Viol. p.* 26. *n.* 39.); nec adductam a *Willdenow* et *Pio* I. V. *nummularifoliam* fol. subrotundis obiter crenatis, stipulis lanceolatis serratis, caule brevissimo bifolio. *Villars Prosp.* 26. *Delph.* II. *p.* 663.; nec adductam a *Willdenow* et *Pio* II. V. *nummularifoliam* fol. cordatis acuminatis subcrenatis glabris, bracteis flori approximatis, petalo inferiore truncato *Schmidt boëm. n.* 246.; multo minus adductam a *Willdenow* et *Pio* III. V. *rupestrem Schmidt* (quae fide speciminis *Schmidtiani* V. *Allioni Pio*) hujus esse loci. *Poiret Enc. meth.* VIII. *p.* 633. *n.* 24., exclusis tantum synonymis hisce, hujus erit loci, et sub eodem conditione *Decand Fl. franç.* IV. *p.* 804. *n.* 4459; *Loiseleur*

Fl. Gall. p. 129, vero quatenus *Allionium* laudat. Mirum sane clm. *Decandolle* petere „folia basi non in cor emarginata" cum ipse *Allionius* folia cordata petiisset et depinxisset. *Willdenow* sane plantam *Allioni* non vidit, tum addit *Spec.* l. c. „differt a *cenisia* foliis cordatis margine glabris stipulisque dentatis." An cls. *de Vest* veram *nummularifoliam* intellexerit, tum in litt.: „Duplex in Carinthia occurrit varietas, altera minor, caule brevissimo, foliis minutis unacum petiolo vix pollicaribus; altera caulescens. Utrique calyces acuminati et petala lateralia barbata, ut solemne in hisce violis; bractea supra medium pedunculi. Major caulescens gaudet stipulis caulinis ovato-oblongis serrato-fimbriatis inferne cum petiolo connatis; foliis fere exacte cordatis, parum longioribus quam latis; petiolis longis; corollâ albâ." An minor *genuina nummulariaefolia* et caulescens *arenaria*?

66. V. *minuta M. a Bieb.*; caulibus simplicibus uniforis flaccidis, foliis subrotundis crenatis glabriusculis; stipulis ovatis integerrimis. *Flor. taur. cauc.* I. *p.* 173. *Pio Viol. p.* 27. *n.* 41. (ubi *Waldst.* et *Kit. adscribitus* lapsu calami.) *V. orient. minima* ocimi folio. *Tourn. Cor.* 30?

Affinis *alpinae* et *cenisiae*, non satis ill. *M. a Bieberstein* nota. Rad. videtur repens. Caules florentes unguiculares. Folia minuta lin. 2-3 longa lataque, grosse obiterque crenata, petiolis ipsorum fere longitudine. Stipulae ovales integerrimae margine ciliato-scabrae. Flos magnitudine et formâ *odoratae*, calcare petalorum circiter longitudine. Bracteae remotae minutissimae. *M. a Bieb.* *In Caucaso iberico.* 4.

67. * V. *canadensis*; glabriuscula, foliis subcordatis acuminatis serratis, pedunculis longitudine foliorum, stipulis brevibus integris. *Pursh Fl. septentr. Amer.* I. *p.* 174. *n.* 41. V. caule erecto teretiusculo, fol. cord. acum. glacris, stip. integr. *Ait. Kew.* III. *p.* 280. *Willd. Spec.* I. *p.* 1166. *Poiret Enc. meth.* VIII. *p.* 635. *n.* 29. *Pio Viol.* 1. *p.* 27. *n.* 29. *Nuttall nov. gen.* I. *p.* 149. *Linn. Amoen. Acad.* I. *q.* 157. *Spec.* I. *p.* 1236.

Caulis spithamaeus; folia alterna reniformi-cordata serrata laevia subtus pallida, petiolis folio dimidio brevioribus, in summis adhuc minoribus. Stipulae binae erectae lanceolatae marcescentes. Pedunculi e singulis alis solitarii nudi longitudine foliorum. Flores corollati. Differt a sequenti foliis magis mucronatis, et floribus caulinis corollatis, caulibus firmioribus. *Linn.* Differt nonnullis descriptio a clo. *Poiret* data ad specimina suà. Radices fibrosae albidae; caules simplices, glabri aut subpubescentes, 6-7 poll. Folia alterna longe petiolata, serrata, acuta, subinde et acuminata. Petioli foliis duplo (in culta quadruplo quintuplo longiores) breviores. Pedunculi subinde bracteis 2 subulatis. Cal. glaber, laciniis subaequalibus lanceolatis acutis. Cor. mediocris, albido-fla-

vens. Petala subangusta ovato-rotundata. Calcar breve obtusum. *Poir.* *Pursh* flores extus purpureo-caeruleos, intus albos eleganter venis pictos dicit, fragrantes. — *Nuttall* stylum brevem, compressum, stigma capitatum utrinque subpubescens addit. *In umbrosis fertilibus humidis, a Canada ad Carolinam in montibus.* 2.

68. V. *integerrima Spreng.*; caulescens, foliis cordato-lanceolatis (obtuse) serratis, stipulis lanceolatis integerrimis, pedunculis axillaribus unifloris, corollis calyce angustioribus. *Spreng. Pugill.* 1. *p.* 21.

Caulis dodrantalis angulatus glaber erectus ramis patentibus. Petioli alterni remoti 1/2 poll. marginati. Stipulae ad basin petiolorum tenuissime ciliatae patentes. Folia acutiuscula tenuissime ciliata, pollicaria, 1/2 poll. lata, utrinque glabra, venosa. Pedunculi in axillis foliorum superiorum petiolis breviores erecti, bracteâ unâ alteráve. Cal. pentaphyllus erectus, postice appendiculatus. Cor. exalbida. V. *canadensis* aliquantum accedens differt: foliis reniformi-cordatis, serraturis uncinatis, stipulis integris, nec integerrimis, obsolete dentatis oblongis, flore demum multo majore speciosо. V. *parviflora*, sub cujus nomine data, differt: foliis ovatis non cordatis, magnitudine foliorum VACCINII *vitis ideae*, caulibus diffusis debilibus, habitu VERONICAE *serpyllifoliae*. *Spreng.* l. c. *Habitat?*

69. V. *striata Ait.*; foliis cordatis acuminatis serratis planiusculis, pedunculis longissimis, stipulis lanceolatis serrato-ciliatis. *Pursh Fl. Amer. Septentr.* I. *p.* 173. *n.* 15. *Ait. Hew.* III. *p.* 290. *Willd. Spec.* I. *p.* 1166. *Poiret Enc. meth.* VIII. *p.* 637. *n.* 34. *Pio Viol. p.* 27. *n.* 43. *Nuttall nov. gen.* I. *p.* 149. V. *stricta Gmel. Syst. Veg.* I. *p.* 413.

Caules recti ramosi herbacei satis alti glabri striati angulosi semiteretes subflexuosi. Folia alterna petiolata glabriuscula vel ad marginem pubescentia, ad minimum 1 1/2 ped., pollicem lata, petiolo ad minimum duplo longiora. Stipulae ad basin petioli oblongae lanceolatae acutae laxe serratae. Flores solitarii axillares in pedunculis filiformibus apice recurvis foliis longioribus, medio bracteis 2 parvis subsetaceis. Calycis foliola oblonga lanceolata acuta. Cor. alba vel flavicans, calyce fere duplo longior; petala inaequalia, supremum maximum basi elongatum in calcar breve crassum obtusum. *Poiret.* *In America septentrionali.* ♄. *Herb. Desfont.*

Obs: Nuttall calycem ciliatum, nectarium majusculum, petala 2 lateralia dense barbata, stigma tubulosum, recurvum, apice subpubescens addit.

70. V. *pubescens Ait.*; villoso-pubescens, caule erecto superne folioso, foliis lato-cordatis, stipulis oblongis apice serratis. *Pursh Fl. Amer. Septentr.* I. *p.* 174. *n.* 18.

Ait. Kew. III. *p.* 290. *Willd. Spec.* I. *p.* 1169. *n.* 19. *Pers. Syn.* I. *p.* 255. *n.* 22. *Poiret Enc. meth.* VIII. *p.* 657. *Pio Viol. p.* 27. *n.* 44., et, fide *Pursh*, qui vidit vivam: V. *pensylvanica Mich.* tota villoso-pubescens, caulibus summitate tantum foliosis; foliis lato cordatis; stipulis membranaceis ovalibus subserratis, floribus luteis, *Mich. Fl. bor. Amer.* II. *p.* 149. *Pers. Syn.* I. *p.* 255. *n.* 23. *Poiret Enc. meth.* VIII. *p.* 634. *n.* 27. *Pio Viol. p.* 25. *n.* 38.

Caules debiles herbacei teretes subvillosi 6-8 poll. et ultra, inferne nudi. Folia 2-3, raro plura, plerumque opposita petiolata utrinque pubescentia, subserrata, acutiuscula, 2 poll., et ejusdem latitudinis; petioli villosi, longitudine foliorum et saepe breviores. Flores solitarii axillares, pedunculis filiformibus longitudine petiolorum pubescentes bracteis 2 minimis. Flos (exsiccatus?) albido-flavescens, (flavus *Parsh*) Capsula crassa ovata subobtusa lanuginosa. Semina sat magna, candidissima, ovato-rotundata. *Poiret.* *In sylvis umbrosis ad rupes praecipue calcareas, a New-York ad Virginiam Parsh. Circa Philadelphiam.* 4. *Herb. de Jussieu.*

71. V. *concolor Furly-Forster;* stricte-erecta: foliis lato-lanceolatis stipulisque lanceolato-linearibus integerrimis, pedunculis axillaribus geminis brevissimis. *Pursh Fl. Am. Sept.* I. *p.* 175. *Furly Forster* in *Linn. Transact.* V. *p.* 309. *t.* 28. *Römer Archiv.* III. *p.* 454. *Poiret Enc. meth.* VIII. *p.* 643. *n.* 51. *Pio Viol. p.* 36. *n.* 57. V. *stricta Mühlenb. MSS.*

Fibrae albidae ramosae; caules herbacei, subinde et flexuosi sulcato-angulati, hispidi, 1-2 ped. Folia alterna, sat magna, dilute viridia rugosa ciliata, subinde margine argute aut inciso-dentata, laciniatave, basi stipulis 4, 2 majoribus, minoribus arcuatis ciliatis. Pedunculi bracteis minimis linearibus obtusis. Flos alter plerumque abortivus. Foliola calycis angusta concava arcuata; cor. parva viridis; petalis 2 superioribus parvis linearibus integerrimis recurvis; lateralibus linearibus arcuatis dentatis; infimo bifido basi calcare brevissimo obtuso. Antherae basi bifidae; viridi-purpurascentes. Stigma non urceolatum, sed aduncum, perforatum, antherâ duplo longius. *Forster.* *In uliginosis et rupibus calcareis Pensylvaniae.* 4.

72 * V. *mirabilis* caule erecto petiolisque triquetris; pedunculis radicalibus floribus corollatis sterilibus, caulinis apetalis fertilibus, stipulis lanceolatis (marcescentibus), foliis reniformi-cordatis glabris crenatis (acutis) subinvolutis. *Schult. östr. Fl.* II. *ed.* 1. *n.* 968. *Hornem. Havn. p.* 235. *Willd. Spec.* I. *p.* 1167. *Roth Germ.* I. *p.* 106. II. *p.* 271. *Decand. Fl. fr.* IV. *n.* 4462. *Poiret Enc. meth.* VIII. *p.* 634. *n.* 28. *Pio Viol. p.* 28. *n.* 45. *Jacq. Austr. t.* 19. *Fl. Dan. t.* 1045. *Dillen Eltham. t.* 303. *f.* 390.

Corollae albidae petalo impari venis violaceis. *Linn.* Flores lilacini subfragrantes. Calycis laciniae lanceolatae acutiusculae striis tribus fuscis. Stylus florum sterilium incurvus marcescens, fertilium orbiculatim inflexus. Acaulis primum et similis *odoratae*, a qua stipulis non ciliatis et laciniis calycis facile distinguitur. *In nemoribus et ad margines sylvarum a Suecia ad Mediterraneum, et in Caucaso iberico.* 4.

73. * V. *biflora*; caule debili subbifloro, foliis reniformibus serratis, calycibus acutis (stipulis integerrimis.) *Willd. Enum. Hort. Berol.* I. *p.* 265. *Willd. Spec.* I. *p.* 1167. *Wahlenb. Lappon.* I. *p.* 213 *Decand. Fl. fr.* IV. *n.* 4467. *Pio Viol. p.* 28. *n.* 46. *Hall. Helv. n.* 564. *Flor. Dan. t.* 46. *Trattinn. tabular. t.* 527. V. *lutea Lam. Fl. franc.* II. *p.* 680. *β.* uniflora *Poiret Enc. meth.* VIII. *p.* 632. *n.* 23. *Krocker Siles. t.* 43. *Bauh. Hist.* III. *p.* 545. *f.* 1.

Saepe acaulis videtur, raro 6 poll.; folia glabra nitida longe petiolata; stipulae ovatae. Flores flavi, parvi; petalum infimum longius, striis 5 saturatioribus; calcar brevissimum. Stigma eximie peltatum. *In alpibus totius Europae a Lapponia ad Apenninos, etiam in Caucaso, ad fontes Jucharibasch, et per omnem Sibiriam.* 4.

74. * V. *uniflora*; caule unifloro, foliis cordatis dentatis. *Linn. Spec.* II. *p.* 1327. *n.* 19.

Caulis vix spithamaeus, nudus, firmus, apice ferens. Folia tria subalterna cordata dentata subvillosa, petiolis brevissimis insidentia. Flos unicus, pedunculo brevissimo, luteus, foliis major. *In Sibiria.* 4.

Obs. Haec *Linnaeus. Willdenow Spec.* I. *p.* 1167 (ut et *Pio Viol. p.* 29. *n.* 47.) adjecit *Gmel. Sib.* IV. *p.* 101. *t.* 48. *f.* 5. *Gmelin*, re verâ, ipse l. c. adducit *Linn. Spec. p.* 1327. *n.* 19.: sed descriptio ab illo data non ex integro convenit cum illa *Linnaei*, tum ait l. c.: „Rad. fibrosa; petioli multi, plurimis foliorum rudimentis; cautis inter eos plerumque unus, sed et duo et plures angulosi obsolete pubescentes, singulo gerente in fastigio tria folia, similia radicalibus illis in se involutis. Ex horum foliorum sinu brevis pediculus in cacumine florem unicum speciosum vel flavescentem vel sulphureum ferens, cujus duo suprema petala omnium amplissima, lateralia minora, inferius omnium minimum; hae 3 posteriora striis quibusdam brevioribus longioribus violaceis a fundo ad mediam usque fere partem exornantur; lateralia non procul a fundo lanae specie pubescunt. Hic status plantae primo vere. Altero anno folia tam radicalia quam superiora paulatim explicantur, petiolis foliorum longe excrescentibus maturo fructu saepe semipedalibus. Caulina folia a semet invicem separantur, venosa, ad oras profunde et late serrata, utrinque hirsuta. Radicalia plerumque subrotunda, latiora, longe mucronata et inaequaliter dentata, Ranunculi verni sylvatici foliis radicalibus similia sed ampliora; superiora minora, infimum descriptorum formam adfectat; sed quo anteriora oblonga e lata basi in mucronem producuntur. A Tomo ad finem frequentissima." Specimen nostrum, quod eło, *Swartz* debemus, vix di-

gitale; radice, ut videtur repente, fibrosa. Folia radicalia nulla, caulina in caule filiformi, infra pilis rarissimis. Folium infimum subreniformi-cordatum, 3/4 poll. latum, 1/2 poll. longum, acutum, dentibus acutis aequalibus argute et dense serratum, supra ad marginem pilis brevibus aspersum, margine ciliatum, disco et subtus glabrum, petiolo paulo longius; 2 superiora opposita sessilia, rhombeo-ovata acuminata, apice inaequaliter serrata. Calycis laciniae lanceolatae. Cor. folio summo major, sed minus bene conservata, quam ut describi exacte posit. Haec nobis videtur genuina Linnaeana. Alia vero specimina possidemus eôdem nomine inscripta, alterum foliis duobus, rhombeo-ovatis, alterum unico maxime, scapoque ad apicem hirsuto, quae *Gmelini* magis referre plantam videntur; interea, donec plura inspecta sint specimina, *uniflorae* β hirsutam dicere licebit. Similia etiam cls. *de Vest* notavit in *Herb. Johannei*.

75. * V. *decumbens Thunb.*; caulescens, procumbens, foliis linearibus (confertis) integerrimis. *Thunb. Prodr.* 41. *Fl. Cap.* II. 1. *p.* 52. *Linn. Suppl.* 397. *Willd. Spec.* I. *p.* 1168. *Poiret Enc. meth.* VIII. *p.* 638. *n.* 40. *Pio Viol. p.* 29. *n.* 48. V. *procumbens Gmel. S. V. p.* 413.

Caules decumbentes filiformes subramosi vix frutescentes. Folia pollicaria acuta sessilia. Stipulae minutae subulatae acutae. Pedunculi solitarii foliis longiores axillares. Bracteae binae minutae in medio pedunculi. Cor. caerulea calcarata V. *tricoloris* maxime affinis. *Linn.* Rad. repens, filiformis. Caules e radice saepe plures basi decumbentes simplices raro ramosi apice recti fusco-brunnei, tenuissime pubescentes, palmares. Folia alterna imbricato-patentia, lineari-lanceolata, glabra, subtus convexa. Flores terminales; pedunculi ex apice caulium solitarii vel plures, flexuoso-erecti, glabri, digitales. Cor. caerulea intus lutea. Nectarium cornutum longitudine calycis. *Thunb. l. c.* *In summis montibus Hottentots Holland; etiam prope villam Constantiae.* 4.

76. V. *cheiranthifolia Humb.* et *Bonpl.*; caulescens, adscendens, foliis lanceolatis integerrimis subacutis (obtusis utrinque *Willd.*) hirtis, stipulis lineari-subulatis. *Humb.* et *Bonpl. Plant. aequinoct. p.* 111. *t.* 32. *Poiret Enc. meth.* VIII. *p.* 639. *n.* 43. *Pio Viol. p.* 36. *n.* 61. *Reliqu. Willd. MS.*

Affinis *decumbenti*, magis adhuc *arborescenti*, (sed caulis minime lignosus, 6 poll.) pilis albida, fere tomentosa, caule recto simplici vel basi ramoso. Folia pollicaria, subsessilia, basi attenuata (inferiora petiolata oblonga vel subrotundo-ovata. Stipulae minutae hirtae. *Willd.*) Pedunculi axillares longi, folio longiores, apice bracteis 2 parvis oppositis ovatis. Calycis foliola lanceolata, basi rotundata, apice mucronata. Cor. violacea; petala ovata venosa obtusa basi attenuata, infimum in calcar productum; Antherae in tubum coalitae. Stylus rectus, stigmate acuto. *Humb.* et *Bonpl.* Flos facie et magni-

tudine *caninae. Willd.* *In Pic de Teneriffa altit.* 1944. *orgyar. gall.*

77. * V. *arborescens*; caule fruticuloso, foliis lineari-lanceo atis subden atis, stipulis linearibus integerrimis, calcare o tusis imo foliolis caly inis multo breviore. *Loisel. Fl. Gall.* II. *p.* 721. *Pio Viol. p.* 37. *n.* 62. *Linn. Spec. p.* 1325 *Willd. Spec. p.* 1170. *Poiret Enc. meth.* VIII. *p.* 639. *n.* 42. V. *longiviola Ponrret.* V. *lusitanica fruticans Barrel. ic. rar. t.* 568. β. Foliis d ntatis. V. *suberosa Desfont. Fl. Atlant.* II. *p.* 313. et 2. *emend. Brotero Fl. Lusitan, p.* 306.

Arbuscula 1 1/2 ped., cortice vetustate fungoso; rami breves alterni graciles teretes cicatrisati; folia petiolata sparsa numerosa approximata, in *a.* integerrima, decurentia in petiolum brevem, obtusiuscula, fere pollicaria, stipulis subulatis. Flores solitarii axillares in apice ramorum. Pedunculi simplices filiformes glabri, foliis plerumque duplo longiores. Calycis foliola linearia acuta, basi appendiculo brevi obtuso. Cor. dilute caerulea albave, minor quam in *odorata*, calcare brevi. Stylus staminibus longior, stigma aduncum. *Poiret.* *In Gallia meridionali, Hispania, Lusitania, Barbaria: in arenosis maritimis circa Telonem.* ♄.

78. V. *saxicola*: caulescens, decumbens, foliis inferioribus ellipticis, superioribus lanceolatis, pedunculis elongatis, stipulis basi pinnatifidis. V. *saxatilis Hoffmannsegg in Reliqu. Willd. MS.*

In Lusitania. ♃. *Com. ab Hoffmannsegg.* Nomen mutandum, ob *saxatilem Schmidt* antiquiorem.

Obs. Div. *Broussonnet* eandem in Mauritania quoque legit, et pro *arborescente* communicavit, ut e speciminibus duobus videmus. Folia in petiolum attenuata, et cum eodem sesqui- vel bipollicaria, quaedam dimidium pollicem lata. Calycis foliola glabra lanceolata acuminata. Cor. fere magnitudine *hirtae*, ut videtur, pallide caerulea. Cornu breve obtusum.

79. V. *erecta Roth*; caule stricto, filiformi, scabriusculo, foliis linearibus, mucron tis, remote denticulatis, strictis, stipulis lanceolatis, ciliatis, adpresis, floribus axillaribus, solitariis, postice aequalibus, nutantibus. *Roth nov. pl. Spec. MSS.*

H. in India orientali. B. *Heyne.*

80. V. *labradorica Schrank*; caule erecto ramoso, pedunculis axillaribus solitariis elongatis, bractearum pari auctis, foliis orbiculato cordatis (breviter) acuminatis. *Schrank* in *Denkschrift d. k. bot. Gesellsh. in Regensburg* II. *Th. p.* 12.

Ramulus alterum exserens; folia satis longe petiolata, obsolete

crenata, non serrata, magnitudine V. *hirtae* in aridioribus. Bracteae lineares supra medium. Stipulae lanceolatae, ut videtur, integerrimae, praeter parvas subulatas filiformes ad basin petiolorum. *Schrank.* *In Labradoria.*

Obs. Descripto aeque, ac specimen, certi quid statuere circa hanc speciem vetat-

c. *Stipulis pinnatifidis, stigmate urceolato.*

81. * V. *tricolor*; caule angulato diffuso, foliis oblongis dentato-crenatis, stipulis lyrato-pinnatifidis, corollâ calycem fere glabrum duplo excedente. *Schult. Baiern's Fl.* C. I. *n.* 100. *Smith brit. p.* 248. *Engl. bot. t.* 1287. *Willd. Enum. H. Berol. p.* 265. *Pio Viol. p.* 30. *n.* 40. γ. *Linn. Syst. Veget.* 688. *Willd. Spec.* 1. *p.* 1168. *Poiret Enc. meth.* VIII. *p.* 640. *n.* 44. *Decand. Synops. n.* 4468. *Fl. franç.* IV. *p.* 808. *Fl. Dan. t.* 623. *Curtis Fl. lond. Fasc.* I. *t.* 65. (*Omnes* exclus. α. V. *arvensi.*) *Sturm Fl. Germ. Fasc.* II. *Svensk. Bot. t.* 44. *Hall. Helv. n.* 568. β. pumila *Besser Galic.* I. *p.* 175. γ. petalo infimo truncato crenulato latissimo, lateralibus 2 elongatis obliquis alaeformibus. *A. F. Schweigger Königsb. Archiv.* 2. *St. p.* 210. δ. *parisina*, petalis supremis albo marginatis. ε. flore toto luteo. *Wahlenb. Helv. p.* 159. V. *lutea Schmidt Fl. boëm. n.* 257. (fide *Wahlenb. carpath. p.* 284, qui etiam *Trattinn. t,* 43. huc. ducit.)

Rad. fibrosa, parva; caulis ramosus, foliosus, pubescens ramis erectis. Folia alterna petiolata plus minus profunde crenata vel serrata, margine praecipue pubescentia, subinde glabra, inferiora plerumque cordato-subrotunda. Stipulae laciniâ terminali maximâ ovatâ vel oblongâ, saepius crenatâ. Flores axillares solitarii, pedunculis longissimis striatis nudis. Petala obcordata, flavo purpureoque varia, calyce plerumque longiora. *Smith l. c.* Petala 3 superiora plerumque atro-violacea, inferiora flava et violacea striis atropurpureis. In β. caulis erectus 3 poll., simplex, folia rhombeo-ovata; stipulae parum ciliatae laciniâ extimâ obtusâ; bractae 3 minutae in pedunculo flori proximae; calycis foliola acuminata, nuda; petala superiora et media caeruleo-violacea, calyce breviora, inferius albidum, basi macula fulvâ, lineis 3, calycem aequans. *Besser l. c.* an haec fors: V. *decumbens*, caule decumbente brevissimo, fol. lanceolatis obtusis obsoletissime serratis. *Hrock. Siles.* III. *p.* 520. *Gmel. Syst. Veg.* I. *p.* 415? *In Europae totius cultis, in Sibiria et in prom. b. Spei;* β. *in monte supra Krynica,* δ. *e horto parisino nobis venit.* ⊙.

Obs. „Viola flore omnino luteo Herminii facile hujus varietas est." *Brotero Fl. Lusit. p.* 306. VIOLAM *speciosam* et *mediam Schrad.*

in *Hort. taurin.* Ao. 1805 cultas non fuisse diversas, quod etiam de V. *banatica Waldst. Kit.* valere *Pio l. c.*

82. V. *banatica Kitaib.*; caule angulato decumbenti-diffuso, foliis inferioribus cordatis, superioribus ovato-oblongis, dentato-crenatis, stipulis runcinato-pinnatifidis, corollis calycem glabrum vix excedentibus.

Intermedia quasi *tricolorem* inter et *arvensem β*; statura *tricoloris*, corolla, praeter calycem, *arvensis β*. Cultura perstare et cli. *Schott*, cujus specimen in *Herb. Römer.*, et nostris experimentis scimus. *In Banatu.* ⊙.

83. V. *arvensis Murr.*; caule angulato decumbenti-diffuso, foliis ovato-oblongis dentato-crenatis, stipulis lanceolatis basi pinnatifidis; corollis calyce piloso vix longioribus. *Schmidt boëm. n.* 256. *Murray Prodr. p.* 73. *Brotero Fl. Lusit. p.* 306. *Pers. Syn.* I. *p.* 255. *Decand. Fl. Gall.* IV. *n.* 4469. *Suppl. p.* 618. *Schult. östr. Fl.* II. *p.* 480. *Hall. Helv. n.* 569. V. *arvensis a. Linn. Willd. Smith. Pio* etc. V. *tricolor M. a. Bieberst. Fl. taur. cauc. p.* 113. *β. bicolor*: erecta, calycibus stipulisque ciliatis. *Hoffm. Germ.* II. *p.* 170. V. *tricolor β. Pers. Syn.* I. *p.* 255. *Besser Fl. Galic. p.* 174. V. *tricolor. δ. Pio Viol. p.* 30. *n.* 40. V. *tricolor γ. Poiret Enc. meth.* VIII. *p.* 640. *n.* 44. V. *media Chaillet* in litt. ad *Decand.* — *γ.* flava.

„Corollâ constanter calyci hirsuto subaequali a *tricolore* differt.“ *Brotero.* Sic et nos vidimus culturâ in horto non mutandam in *tricolorem*; pedunculi semper longiores, flores aut ochroleuci, aut flavi, subinde lilacino variegati, nunquam vero, ut in *tricolore*, papillis prominentibus in petalorum superficie. Hinc, nobis saltem ut videtur, minus recte asserit unam eandemque esse speciem cum *tricolore Borkhausen* apud *Römer Archiv* I. 1 *St. p.* 48. 2 *St p.* 51. In *β.* petala duo superiora ex integro, lateralia margine caeruleo violacea, infima et lateralia flava, basi fulva. *In arvis per omnem Europam, et in Tauria.* ⊙.

84. V. *prostrata*; caule angulato decumbente, foliis infimis rotundis, mediis rotundato-ovatis, sub ordatis, summis ovatis, omnibus grosse crenatis subhirsutis, stipulis pinnatifidis, laciniâ intermediâ oblongâ, inferioribus filiformibus recurvis, corollis calycem glabrum ciliatum vix excedentibus.

Caules 2- raro 4 poll., pubescentes; folia infima vix 3-4 lin. in petiolo ultra 1/2 poll., media 1/2 poll., suprema vix 3/4 poll. Pedunculi folio parum longiores. Calycis laciniae lanceolatae acuminatae. Cor. ochroleuca. Nectarium breve obtusum. *In cacumine montium Teneriffae.* ⊙. *Broussonnet*, qui pro

tricolore. Communicavit cls. *Dafour* nomine *decumbentis*, quod nomen mutandum erat ob antiquius *Thunb.*

85. V. *declinata Waldst. Kit.*; caulibus subbinatis simplicissimis decumbentibus adscendentibus; foliis oblongis, crenatis; laciniis stipularum lincaribus. *Waldst. Kit. pl. rar. pannon. t.* 223 *Schult. östr. Fl. 2. ed. n.* 970. V. *tricoloris* var. *Pio Viol. p.* 31.

Tota, exceptis stipulis ciliatis, glabra. Differt a *tricolore*, praeter characteres datos, radice bi-tri-enni; foliis fere linearibus non per petiolum decurrentibus; stipulis latere, nec transversim, pinnatifidis, laciniis integerrimis; calcare longiore, tenuiore; appendiculis calycis acutioribus; corollâ dilutius caeruleâ fere concolore: parva enim macula flava in petalo infimo. Culturâ perstat, sed raro semina maturat. *In alpibus et subalpinis Transsylvaniae, Pannoniae, Galiciae.* ♂. 4.

86. V. *Kitaibeliana*; caule erecto simplicissimo, foliis grosse crenatis, inferioribus subrotundis glabris, superioribus obovatis, stipulis similibus subintegerrimis, basive subpinnatis, petalo cornuto calycem glabrum aequante, reliquis brevioribus. V. *parviflora Kitaib. in litt.* ad *Schult.*

Arvensi proxima, hâc praecocior multo, (Aprili florens!) tenerior, et notis indicatis satis distincta. Flores 2, vel unicus, raro tres, oblique erecti in pedunculis folia excedentibus. *Kitaib.* *In Pannonia.* ⊙.

87. V. *bicolor Pursh.*; subpubescens, caule angulato simplici, foliis inferioribus rotundato-spathulatis subdentatis, superioribus lanceolatis integris, stipulis pectinato-pinnatifidis, calycibus acutis corollâ duplo brevioribus. *Pursh Flor. Amer. Sept.* I. *p.* 175. *n.* 22.

Flores parvi albi, venis rāris purpureis. Specimina in *Pallasii* herbario apud A. B. *Lambert* omnino hujus speciei. Proximè accedit ad V. *tricolorem.* *In Pensylvaniae et Virginiae campis, Pursh, et in Sibiria.* ⊙.

88. V. *altaicà Pall.*; caulescens, glabra; foliis crassiusculis ovatis ovalibusve crenatis (stipulis dentato-pinnatifidis sublyratis); floribus inversis undulatis; petalis (undulatis) rotundatis, transverse latioribus, subreniformibus (undulatis.) *Edwards's bot. Reg. t.* 54. *Bot. Mag. t.* 1776. *Pallas Herb. apud Lambert.*

Caespitosa, brevis. Caules reclinato-assurgentes. Folia carnosula, firma, glabra, vix 3/4 unciae, apice rotundata et petiolo longiora, vel in petiolum ipsis longiorem attenuata et acutula. Petioli glabri, triquetro-canaliculati. Stipulae binae erectae, elongato-oblongae, sublyrato-incisae, (duplicato-dentatae) dentibus subtrinis in utroque latere, apice rotundatae. Pedunculi foliis duplo vel magis altiores, (cauleque altiores) scaposerecti, robusti, tetragoni cum sulco in dorso, laeves uti caly-

ces livido-virentes, haud multum infra reflexum apicem bracteis 2 minutis oppositis (solitariâve) instructi. Calycis foliola oblonga parum attenuata, acumine obtusulo, margine obsolete cartilagineo-serrata, postice truncato-denticulata dentibus apice glandulosis. Corolla omnium maxima, folio plurimum amplior, stramineo-pallescens, orificio longitudinali faucis labiato, barbata. Petala omnia imbricatione profundâ invicem incumbentia, oblato-rotundata; supremum (ob resupinationem infimum) infra medium lineis pluribus caeruleis pictum, apice retusum, basi laminae flavicans, ungue intus barbatum, cornu recto (vel subincurvo apice caerulescente) lobos posticos calycinos vix exsuperante; lateralia supremo angustiora, infra medium striis paucis plumosis caeruleis picta, basi laminae barbatâ; infima supremo bis, lateralibus ter fere latiora imberbia, unicolora. (Antherae cohaerentes.) Stigma virens, urceolatum. — In hortis saepe pro V. *uniflora* habetur (ob caulem brevem pedunculosque longos pone radicem.) *In regionibus altaicis ad fines Sinenses.* 4.

89. V. *rothomagensis Pers.*; caule angulato diffuso foliisque oblongis (subcordatis crenato-) serratis hirtis, stipulis lyrato-pinnatifidis (laciniâ extremâ majore subovatâ, corollis calyce duplo majoribus.) *Willd. Enum. H. Berol. p.* 265. *Pio Viol. p.* 31. *n.* 50. *t.* 2. *Pers. Syn.* I. *p.* 255. *n.* 32. *Thuil. Fl. Paris. p.* 454. *Lam.* et *Dec. Fl. fr.* IV. *p.* 809. *Poiret Enc. meth.* VIII. *p.* 641. *n.* 45. *Sims bot. Mag. t.* 1498. V. *hispida Lam. Fl. fr.* II. *p.* 679. β. glabra *Decand. Suppl. p.* 619.

Caulis pilis longis; pedunculi fere glabri. Flores caerulescentes, majores quam in *tricolore*. β. luteae varietas videtur clo. *Loiseleur.* *In via Parisiis ad Rothomagum, Lamarck; circa Dunkerque Decand.* β. *circa Verviers.* 4 *omnes; apud nos* ☉ *sub dio.*

90. V. *saxatilis Schmidt*; caule tetragono erecto; foliis inferioribus ovatis obtusis grosse et rotundato-crenatis, superioribus lanceolatis crenato-serratis, stipulis pinnatifidis, laciniâ intermediâ lanceolatâ, corollis calyce duplo majoribus. V. *lutea Besser Fl. Gal.* I. *p.* 176. *n.* 260. *Schmidt Fl. boëm. n.* 257.

Licet cls. *Pohl* in *Tent. Fl. boëm. q.* 233 hanc et *grandiflora Schmidt boëm. n.* 259. pro *luteae* varietatibus habeat, longe tamen distat *lutea Smith*: hinc etiam nomen ab amicissimo *Besser* inditum non retinuimus. Eadem hujus ad *grandiflora Schmidt* ratio, ac *arvensis* ad *tricolorem*. Folia suprema lineari-lanceolata, dentibus incurvis; flores sulfurei, petalo inferiore aureo striis nigris; calcar paulo longius quam in *arvensi.* *In rapibus Bohemiae, Galiciae arvis siccis, Ungariae Carpathis.*

An distincta a *sudetica*?

91. V. *sudetica Willd.*; caule triquetro simplici, foliis oblongis dentatis, stipulis palmato-multifidis, petalis crenatis, calcare calycis longitudine. *Willd. Suppl. Enum. H. Berol. p.* 12. V. *grandiflora Haenke* et *Mikan* (fide *Sternberg Denkschrift. d. Regensb. bot. Gesellsch.* II. *p.* 105.)
Valde affinis *luteae*, sed petala crenata, calcar calycis longitudine, appendices calycis truncatae submarginatae. *Willd.* *In Sudetis* 2.

92. V. *lutea Smith*; caule triquetro simplici, foliis ovato-oblongis crenatis ciliatis, stipulis palmato-incisis. *Smith brit. p.* 248. *Engl. Bot. t.* 721. *Poiret Enc. meth.* VIII. *p.* 641. *n.* 46. *Willd. Enum. H. Berol. p.* 265. *Pio Viol. p.* 33. *n.* 52. (omnes, quoad receptam diagnosin cli *Smith*, qui huc tanquam synonyma: VIOLAM *luteam With.* 263. *Sym. Syn.* 61. *Huds. ed.* I. *p.* 331. V. *grandifloram Huds. p.* 330. *Lightfoot* 508. V. montanam luteam grandifloram nostras. *Raii Syn.* 365. *Petiv. H. Brit. t.* 37. *f.* 10.) V. *lutea Decand. Fl. fr. Suppl. n.* 4470. *a.* *Trattin. tabular. t.* 43. β. Flor. violaceis.

Rad. fibrosa tenuis. Caulis adscendens foliosus vix pilosus basi attenuatus et infirmus. Folia *tricolori* similima, at manifestius ciliata. Stipulae profunde palmato-lobatae, laciniis oblongis divaricatis ciliatis, exterioribus minoribus. Pedunculi longissimi. Flores magnitudine V. *tricoloris* majoris lutei, basi nigro radiati, quandoque caerulei. Cal. postice dentatus. *Smith.* *In pascuis montosis Britanniae, Galliae, Ungariae.* 2.

Obs. *Poiret* dubitat anne *tricoloris* varietas? Anne *grandiflora Linn. Mant.*; quae propior *tricolori* quam *calcaratae*, licet hujus synonyma quaedam a *Linnaeo* ad *grandiflorum* allata. In *Transact. Linn. Soc.* VI. *p.* 311 VIOLA *grandiflora Hortorum* (rectius fors *Pallasii* dicenda) diversa dicitur a *grandiflora Linn.*; sed nulla a *Furly Forster* additur diagnosis, VIOLAM *grandiflora Hort.* se comparasse cum speciminibus spontaneis in Averniae montibus lectis, et nullum, nisi quod a cultura fors nasci solet discrimen, se invenisse *Poiret.* *Pio Viol. p.* 32. 33. V. *luteam Decand Fl. fr.* (non *Suppl.*) et ad V. *luteam Smith*, et ad *grandifloram Linn.* ut synonymon adducit, ut nonnisi nova inde dubia.

93. * V. *grandiflora*; caule triquetro simplici, foliis oblongiusculis, stipulis pinnatifidis. *Linn. Mant. p.* 120. *Will. Spec.* I. *p.* 1169. V. caule erecto pauciflore, foliis imis subrotundis, caulinis ellipticis, stipulis semipinnatis maximis. *Hall. Helv. n.* 566. *t.* 17. *f.* 1. V. caule triquetro erecto, foliis cordatis crenatis, stipulis dentatis, radice repente. *Huds. Angl.* 331. *Decand. Fl. fr. Suppl. p.* 620. *n.* 4471. V. *lutea Fl. franç. n.* 4471. V. *calcarata Will. phyt.* III. *p.* 1069. V. montana tricolor odoratissima. *Bauh. pin.* 199. V. montana lutea grandiflora. *Bauh. pin.* 200. *Barrel. ic.* 692. ? ?

Caulis altus ramosus foliosus stipulatus omnino V. *tricoloris*, sed flos maximus flavus, petalis ovatis longitudine foliorum, calcari calyce duplo longiore, sed petalis breviore. Separanda a *calcarata*, cui tamen nimis affinis; ambae enim sunt progenies *tricoloris*. (?) *Linn.* — Nonnisi corollâ duplo majore et caule erecto differre a *lutea Decand. l. c.* qui varietatem adducit caule longiore, flore violacco, *violette da mont Mesin* dictam. An haec hujus loci? *In alpibus helveticis, pyrenaicis, austriacis.* 4.

Obs. Pio Viol. 32. *n.* 51, ad V. *grandiflοram Linn.* praeter synonyma supra allata ducit: V. *grandiflοram* caule simplici erectiusculo glabro, foliis oblongis, stipulis pinnatifidis, corollis calyce duplo majoribus, calcare petalis breviore *Loisel. Fl. gall.* 129. (cujus diagnosin recepit); V. *grandiflοram* caule abbreviato subbifloro, foliis ovatis crenatis, stipulis pinnato-trifidis, petalis lateralibus fauce papillosis, inferiore emarginato, nectario vix calyce longiore *Vill. Cat. Argent. p.* 288. et ut videtur, recte; minus vere fauste V. *luteam Decand. Fl. fr.*, quam rite huc duxit, etiam ad V. *luteam Smith* laudat, et V. *calcaratam Allion. Fl. Pedemont.* 2. *n.* 1650, quam iterum ad V. *calcaratam*, excl. syn. *Hall.*, adducit, cum *Barrel. ic.* 691. Nova ergo etiam circa plantam *Allioni* dubia. V. *calcaratam Haenke Beob. auf einer Reise in's Riesengebirge* S. 123 huc spectare auctor est *Schmidt boëm. n.* 259; at fors ipsa *grandiflora Schmidt*, caule debili triquetro, foliis ovatis dentatis, inferioribus subrotundis, stipulis pinnatifidis, calcare calycem excedente acuminato, non hujus loci.

94. V. *Zoysii Wulfen*; subacaulis, foliis subrotundo-ellipticis crenatis petiolatis, stipulis linearibus integerrimis latitudine petiolorum, petalis calyce triplo longioribus, impari lato, truncato, retuso, calcare calycem superante. *De Vest in litt.* V. caule brevissimo erecto, foliis subrotundis crenatis, stipulis integerrimis, pedunculis triquetris. *Willd. Spec.* I. *p.* 1169. *Pio Viol. p.* 33. *n.* 53. V. acaulis, scapo subtriquetro striatro unifloro, flore maximo nutante flavo, calcari subulato caeruleo petalis subaequali, foliis radicalibus ovatis crenatis petiolatis, stipulis lanceolatis integerrimis. *Wulf.* in *Jacq. Collect.* IV. *p.* 297. *t.* 11. *f.* 1. *Sternberg Denkschr. d. Regensb. bot. Gesellsch.* II. *p.* 103. *Sturm Fl. Germ. Fasc.* 22. *Barrel. icon.* 691. V. *calcarata* β. *Decand. Fl. fr.* IV. *p.* 810. *n.* 4472. *Poiret Enc. meth.* IV. *p.* 642. V. *grandiflora Hort. Syn.* I. *p.* 482. β. flore azureo. *Pio l. c.*

Simillima V. *alpinae Jacq.*; sed differt, praeter characteres datos petalis constanter flavis subrotundis calcare paululo longioribus. Diameter foliorum duplo minor illo petalorum. Stipulae minutae angustae. Raro caulescit, caule pollicari. *De Vest.* — „Similis V. *grandiflorae*, at distincta: caule brevissimo, foliis brevioribus, stipulis integerrimis brevissimis. Cls. *Hort.* (*Syn. p.* 482.) hanc cum *grandiflora* conjunxit, sed notis indicatis habituque diversa." *Willd.* *Rara in Carniolia in cacu-*

mine montis Stov (7000 *ped. alt.*) *et in alpinis Matschakensibus circa mapalia* (alt. 4000 ped.) *Ibi nunquam visa* V. *alpina Jacq. De Vest. in Welshiza, et in Monte Speluga.* — *β. in alpibus tyrolensibus. Pio.*

95. * V. *calcarata;* caule abbreviato, floris nectario subulato petalis longiore, foliis subovatis, stipulis dentatis. *Linn. Spec.* II. *p.* 1325. V. *alpina purpurea exiguis foliis. Bauh. pin.* 199. V. *montana caerulea grandiflora Tournef. Cor. Inst.* 420. *Melanium montanum Dalechamp* I. *Hist.* 1204.

Quae demit natura ex herba V. *tricolore*, adjecit floribus in hac planta. *Habitat in Pyrenaeis, Helveticis alpibus.*

Obs. Haec *Linnaeus* (excl. suo *β*. V. lutea montana grandiflora *Bauh. pin.* 199, quae in *Mant.* 120. ab ipso ad *grandiflorum*). *Smith Prodr. Fl. Graec.* I. *p.* 147; adducit *Linn. Spec. p.* 1325 cum *Tournef. et Dalechamp.* synon.; nec aliud. *Willdenow* in *Spec. pl.* I. *p.* 1159 immutavit definitionem *Linnaei*, distinguendo in diagnosi V. *calcaratam:* caule abbreviato, foliis subrotundo-cordatis crenatis, stipulis subrotundis dentatis, nectariis calyce longioribus, et, praeter synonyma supra in *Linn. Spec.* II. *p.* 1325 allata, adducit etiam V. caule abbreviato, foliis subovatis, stipulis pinnatifidis, nectariis calyce longioribus. *Linn. Syst. Veg. p.* 669. *Decandolle Fl. fr.* IV. *n.* 4472. *p.* 810. adduxit ad VIOLAM *calcaratam* suam *Linn. Spec.* 1325; sed simul *Hall. Helv. n.* 566. *t.* 17. *f.* 1., (qui ad *grandiflorum*) et *Barrel. ic. t.* 692.; jubetque (ut etiam *Poiret. Enc. meth.* IV. *p.* 642. *n.* 47.) hujus *β* esse VIOLAM *Zoysii*; in *Supplemento* vero *p.* 610. ducit *Haller t.* 17. *f.* 1. ad *grandiflorum*. *Pio Viol. p.* 34. *n.* 54., praeter laudata synonyma Linnaei, receptâ diagnosi *Willdenowianâ*, huc ducit V. *calcaratam Allioni Fl. Ped.* II. *n.* 1650 (excl. synon. *Halleri* ad *grandiflorum* spectante) V. *calcaratam Villars Catalog. Argent. p.* 288. *t.* 5. et *Barrel. ic.* 691. (quam tamen etiam iterum ad *grandiflorum* ducit). Jam ill. Com. de *Sternberg* in *Denkschrift. d. Regensb. botan. Gesellsch.* II. *p.* 102 iterum laudat *Hall. Helv.* 565. *t.* 17. *f.* 1. ut bonam ad V. *calcaratam*, quam, receptâ diagnosi e *Linn. Syst. Veg. p.* 669, rectius distinguere suadet: foliis primordialibus ovatis, caeteris oblongis integerrimis aut subdentatis pilosis ciliatis, stipulis pinnatifidis, calcare longitudine petalorum. Synonymis addit rectè *Vill. delph.* II. *p.* 666, sed ut iconem optimam laudat *Gesner aen.* n. 71. De *Melanio montano Dalechamp.* addit, folia melius cum icone Jacquiniana (*alpinae*) convenire, sed obstare calcar, flores caeterum male delineatos esse; *Clusium* jam monuisse Violam suam secundam (*alpinam*) *Melanium montanum* inscribi. His rite perpensis, et cum ipsa natura collatis cuique apparebit facile, duas hic latere species, quarum altera genuina V. *calcarata Linn. Spec. p.* 1325. *Syst. Veg. p.* 669. *Willd. Spec. I. p.* 1169. *Smith Prodr.* I. *p.* 147. *Dalechamp. Hist.* 1204. *Barrel. rar.* 691.; altera sequens V. *Villarsiana*, quam consef. Jam ut rectius *calcarata Linn.* distinguatur a *Villarsiana* sequentem proponimus diagnosin: V. *calcarata* glabra, caule abbreviato, foliis radicalibus subrotundo-cordatis ovatisque, stipulis pinnatifidis; laciniis extimis oblongo-obovatis, petalo infimo

emarginato, nectario subulato petalis longiore. Hujus duplicem observamus varietatem, alteram: α; nectario recto obtusiusculo; alteram: β; nectario incurvo acutiusculo. E radice repente sublignosa sauliculi solitarii nunc 2-3 lin., nunc plures cespitosi 1/2 poll. et ultra. Folia radicalia nunc subrotundo-cordata 3-3 lin. longa lataque, nunc ovata 2/3 poll., utraque petiolis membranaceis breviora; caulina magis oblonga, plerumque tamen ovata, et magis rotundato-quam oblongo-ovata, vel obovato-lanceolata (quod varius in apricis siccis) omnia crenâ vaâ alterâve subserrata. Stipulae infimae rotundatae, superiores nunc pinnatifido-dentatae, nunc pinnatifido partitae. Bracteae 2 parvae in pedunculo sub flore. Diameter floris eleganter caerulei 1 1/4-1 3/4 poll.; Nectarium 1/4 3/4 poll. Calycis laciniae lanceolatae, saepius latiusculae, obtusiusculae, nunc etiam angustiores acutae. Petalum infimum cordato emarginatum, ultra 1/2 poll. latum. Specimina nostra plurima e *Valesia*, unicum e *Hohenmesmer* Abbatiscellanorum et *Pedemontio*. Sunt qui, ut etiam in *Herb. Hömer.* factum fuerat, VIOLAM *calcaratam*, *cenisiam*, *grandiflora*m, *luteam* α *Zoysii* sub *calcarata* conjiciunt in unam speciem: pessime sane!

96. V. *Villarsiana*; pubescens, caule abbreviato, foliis radicalibus primoribus minimis ovato-rotundatis, reliquis infimis lanceolatis, superioribus oblongo- et lineari lanceolatis, stipulis pinnatifidis, laciniis extimis lineari-lanceolatis, petalo infimo oblique truncato, nectario subulato petalis longiore. V. *calcarata Vill. delph.* II. *p.* 666. *Catalog. Argentorat. tab.* 5. optime! V. *calcarata Sternberg Denkschr. d. Regensb k. bot Gesellsch.* II. *p.* 102. (excl. syn. *Linn.*) *Gesner aen.* 71 (minime bona *et quam* ad *calcaratam* et *Villarsianam* laudare posses.)

Radix et caulículi ut in *calcarata*, quidquam tamen proceriores. Folia infima saepe vix 3-4 lin in diametro, his proxima vero jam pollicaria, sesqui- et bipollicaria cum petiolo, in quem attenuatur, 1 1/2 ad 4, ut plurimum, lin. lata, integerrima et subserrata, utrinque pubescentia, ciliata, praecipue stipulae, supra descriptae. Diameter et color floris ut in praecedente *calcarata*, sed petala basi magis attenuata, cuneiformia, hinc basi magis a se invicem distantia. Etiam hujus varietatem alteram calcare recto, alteram eodem incurvo possidemus. *Specimina nostra omnia e Valesia. In alpibus Delphinatus. Villars.*

97 V *gracilis Sibth.*; caule ramoso, angulato diffuso, foliis lanceolatis subcrenatis, stipulis tripartitis, radice repente. *Sibth. Fl. graec. t* 222. *Smith Prodr. Fl. gr.* I. *p.* 146. *n.* 511. V. *heterophylla*; fol. inferioribus parvis spathulatis crenatis, superioribus stipularumque laciniis linearibus elongatis, nectario subulato corollâ longiore. *Bertolone Dec. rar.* III. *p.* 53. *n.* 3. V. *Bertoloni Pio Viol. p.* 34. *n.* 55. *t.* 3. *f.* 2.

Differt V. *calcarata* (quo nomine saepius a clo. *Bertolone* ad Botanicos missa) fol. omnibus uniformibus parvis ovatis longe

petiolatis pariterque stipulis superioribus parvis dentatis, flore ampliore, segmentis calycinis ellipticis s. duplo latioribus, nectario corollâ breviori obtuso, cum in *gracili* folia inferiora tantum longe petiolata, superiora linearia angustissima praelonga, plus quam 2 poll., subintegra; pedunculi solitarii unifiori folio longiores, subinde 4 poll., supra medium bracteolis 2 albidis; calycis segmenta linearia; cor. ampla, purpurea; nectarium rectum *In summis alpibus della Scoggia in occidentali Liguriae plaga Bertolon; in Olympi bithyni cacumine Sibthorp.* 4.

98. * V. *cornuta*; caule adscendente trigono, foliis cordatis crenatis, nectariis subulatis calyce longioribus, petalo supremo subacuminato. *Soland. MSS.* apud *Sims's bot. Mag. t.* 791. V. c. adsc. trig. elongato, fol. ovatis subcordatis margine ciliatis, stipulis ovatis profunde dentatis, nectariis et c. *Willd. Enum. H. Berol. p.* 265. *Pio Viola p.* 35. *n.* 56. V. caule elongato, florum nectario subulato petalis longiore, foliis oblongo-ovatis, stipulis dentatis. *Linn. Spec.* 1. *p.* 1325. *Willd. Spec.* I. *p.* 1170. *Poiret Enc. meth.* VIII. *p.* 643. *n.* 48. *Desfont. Atl.* II. *p.* 313. *Decand. Fl. Gall.* IV. *p.* 810. *n.* 4473. *Vill. Catal. Argent. p.* 288. *t.* 5. *Hall. Helv. n.* 570. V. pyrenaica longius caudata, teucrii folio. *Tournef. Cor. Inst. p.* 431. *β.* V. *acaulis* caule fere nullo, fol. radicalibus, flore solitario in scapo subradicali. *Ramond* apud *Decand. l. c.*

Differt a *calcarata*, quod huic caulis longus erectus, illi vero subacaulis; huic petala oblonga foliis minora; illi rotunda foliis majora; huic folia oblongo-ovata, illi rotundato-ovata. Caeterum nimis affinis. *Linn.* Calycis laciniae cornuum ad instar inter petala prominentes. *Sims.* Corola caerulea. *In Pyrenaeis et in Jura; β. in Pyrenaeis et Pedemontio.* 4.

Obs. VIOLAM *calcaratam*, *grandiflοram*, *montanam*, et *cenisiam* v. *Lapeyrouse Abreg des Pyren. p.* 122-123 nonnisi hujus fere varietates esse *Decand. Suppl. p.* 620. Omnino in Pyrenaeis monente *Lapeyr. Abrég. de Pyren. Suppl. p.* 41. ut et *calcarata* et *grandiflora* contra *Decand.*

99. V. *elongata Poiret*; glabra, foliis ellipticis integerrimis petiolatis, floribus solitariis longe pedunculatis, caule debili. *Poiret Enc meth.* VIII. *p.* 644. *n.* 52. *Pio Viol. p.* 36. *n.* 58.

Caules tenuissimi filiformes glaberrimi articulati subflexuosi prostrati. Folia alterna obtusiuscula 8-9 lin., 3 lin. lata, petiolis subcapillaribus longitudine foliorum. Stipulae similes foliis sed minores, vix longitudine petiolorum, petiolatae. Pedunculi graciles, foliis triplo quadruplo longiores glaberrimi. Calycis foliola 5 glabra auguste lanceolata acuta basi appendiculata,

Cor.? Caps. glaberrima, semina rufescentia globosa. *Poiret. Videtur ex America allata. Herb. Desfont.*

100. V. *tenella Poiret*; pumila, foliis inferioribus oppositis subrotundis minimis, superioribus subalternis oblongis, pedunculis folio sublongioribus. *Poiret Enc. meth.* VIII. *p.* 644. *Pio Viol. p.* 36. *n.* 59.

Vix 2 poll.; radices albidae caulesque simplices filiformes: hi glaberrimi, recti; folia superiora obtusa in petiolum attenuata; pedunculi axillares fere capillares; flos parvus; caps. ovata glabra, valvulis concavis ovatis obtusissimis. *Poiret. In Syria. Herb. Desfont.*

101. V. *rubella Cav.*; fruticosa, foliis acutis ovato-oblongis punctatis serratis, pedunculis solitariis axillaribus folio subaequalibus. *Cav. ic. rar. p.* 21. *t.* 531. *f.* 1. *Poiret Enc. meth.* VIII. *p.* 637. *n.* 37. *Pio Viol. p.* 37. *n.* 63.

Caules lignosi pedales et ultra; folia alterna, utrinque punctis numerosis fuscis; petioli folio breviores stipulis lanceolatis, denticulis setaceis. Pedunculi simplicissimi, 1 1/2 poll., bracteis 2 minimis squamaeformibus. Cor. calyce duplo longior, rubella, petalo altero majore ovato pendulo calcare brevi obtuso, reliquis angustis adscendentibus. Caps. glabra ovata. *Cav. In S. Carlos Chilens.*

102. V. *capillaris Pers.*; fruticosa, foliis ovatis acutis serratis basi inaequali, pedunculis axillaribus solitariis folio longioribus. V. *stipularis Cav. ic. rar.* VI. *p.* 638. *t.* 551. *f.* 2. *Poiret Enc. meth.* VIII. *p.* 638. *n.* 38. V. *capillaris Pers. Syn.* I. *p.* 256. *n.* 41. *Pio Viol. p.* 37. *n.* 64.

Caules lignosi pedales ramosissimi, ramis alternis flexuosis. Folia alterna glabra vix pollicaria, 1/2 poll. lata; petioli folio ad minimum triplo breviores, stipulis rectis lanceolatis internodio saepe longioribus, denticulis capillaribus. Pedunculi simplicissimi filiformes folio duplo longiores, medio stipulis 2 squamiformibus. Calycis foliola fere linearia acuta. Cor. pallide caerulea, calyce duplo major, petalis inaequalibus angustis obtusis, maximo ovato, calcare brevi obtuso. Stigma crassum. *Cav. In Chili prope Talcahuano.*

103. V. *trifida Spreng.*; caule herbaceo decumbente, foliis subtrifidis, laciniis lanceolatis basi attenuatis integerrimis, pedunculis elongatis, calycibus postice subappendiculatis. *Spreng. pug.* I. *p.* 22.

Caulis ramis floriferis adscendentibus. Folia plura ex eodem loco, juniora tantum indivisa; haec, et laciniae mediae acutiusculae utrinque glabrae, nervo percursae, laciniae laterales inaequales lineares brevissimae. Pedunculi axillares unifiori foliis duplo longiores. Cal. nutans, foliolis lanceolatis acutis margine membranaceis, postice obsolete appendiculatis. Cor.

alba, nectarotheca cornuta calyce multo amplior. V. *suffruticosa*, cujus nomine accepta, differt caule suffruticoso, fol. subserratis, calycibus postice aequalibus. *Spreng.* *Habitat.?*

Species minus notae e Reliquiis Willdenowianis:

104. V. *serpyllifolia Humb.* et *Bonpl.*; caule procumbente, foliis lineari-spathulatis integerrimis. *Reliqu. Willd. MS.*

In America merid. 4. *Humb.* et *Bonpl.*

105. V. *scandens Humb.* et *Bonpl.*; foliis cordatis serratis, pedunculis folio longioribus, stipulis lanceolatis integerrimis ciliatis, caule scandente. *Reliqu. Willd. MS.*

In America merid. 4. *Humb.* et *Bonpl.*

106. V. *algida Humb.* et *Bonpl.*; caulibus abbreviatis diffusis, foliis oblongis integerrimis, pedunculo foliis breviore *Reliqu. Willd. MS.*

Flores albi. *In monte Antisana.* 4. *Humb.* et *Bonpl.*

107. V. *arguta Humb.* et *Bonpl.*; frutescens, foliis cordatis argute serratis subtus canis, stipulis lanceolatis ciliatis. *Reliqu. Willd. MS.*

In America merid. ♄. *Humb.* et *Bonpl.*

108. V. *prunifolia Humb.* et *Bonpl.*; fruticosa, foliis ellipticis serratis pubescentibus. *Reliqu. Willd. MS.*

In America merid. ♄. *Humb.* et *Bonpl.*

109. V. *teucriifolia Humb.* et *Bonpl.*; foliis alternis ovatis serratis, caule fruticoso procumbente, pedunculis folio longioribus. *Reliqu. Willd. MS.*

In America merid. ♄. *Humb.* et *Bonpl.*

110. V. *parvifolia*; decumbens fruticosa, foliis ovatis serratis hirsutis oppositis. V. *microphylla Reliqu. Willd. MS.*

Stipulae lanceolatae serratae acutae. *In America merid.* ♄. *Humb. et Bonpl.* Nomen mutandum ob *microphyllam* antiquiorem *Poiret.*

111. V. *punctata Humb.* et *Bonpl.*; caule suffruticoso procumbente, foliis obovatis acutis integerrimis pellucido-punctatis. *Relign. Willd. MS.*

In Mexico. ♄. *Humb.* et *Bonpl.*

112. V. *excelsa Humb.* et *Bonpl.*; caule arboreo scandente, foliis ovatis acutis serrulatis supra nitidis subtus

tomentosis, pedunculis unifloris axillaribus. *Reliqu. Willd. MS.*

An generis? Flos longe pedunculatus magnus, calyce pentaphyllo minuto, calcare longo recto obtuso inferne dilatato. Stipulae squamiformes caducae. *Ad Orinocum.* ħ. *Humb. et Bonpl.*

113. V. *variegata Fisch.*

Prope Doroninsk Dahuriae.

974. JONIDIUM.

1. J. *stipulare*; caule simplici reptante, foliis ovato-lanceolatis crenatis glabris, stipulis ciliatis, pedunculis solitariis unifloris. Viola *stipularis Swartz Prodr. p.* 117. *Fl. Ind. occid.* III. *p.* 1956. *Willd. Spec.* I. *p.* 1171. *Pio Viol. p.* 38. *n.* 63. V. *persicariaefolia Poiret Enc. meth.* VIII. *p.* 638. *n.* 39.

Caules teretes pedales circiter subgeniculati adscendentes. Folia alterna acuminata nervoso-venosa saturate viridia, acuminata. Stipulae ovato-lanceolatae membranaceae. Flores parvi albidi, caerulescentesve. Pedunculi filiformes. Calycis foliola linearia recta acuta. Petala inferiora ovata, superiora angustiora. *Swartz.* *In Americae insula Sti Christophori.* 4.

Obs. Violam (nunc Junidium) *stipularem, suffruticosam, oppositifoliam, Hybanthum* accuratius esse inquirendam *Pers. Syn.* I. *p.* 356.

2. J. *parviflorum Vent.*; caulibus diffusis debilibus polyphyllis, foliis ovatis petiolatis serratis, floribus axillaribus solitariis. Viola *parviflora Linn. fil. Suppl. p.* 396. *Willd. Spec.* I. *p.* 1171. *n.* 32. *Cavan. ic. rar.* VI. *p.* 21. *Pio Viol. p.* 38. *n.* 66. Jonid. *parviflorum Vent. Malm. p.* 27.

Habitus Veronicae *serpyllifoliae.* Radix cylindrica, crassitie pennae columbinae, flexuosa, torulosa, cinerea. Caules vix pedales subvolubiles filiformes basi ramosi, postea simplices subpubescentes. Folia caulina ramoaque plurima approximata, serraturis utrinque quinque, obtusa plana glabra venosa, magnitudine foliorum *vaccinii vitis ideae.* Pedunculi axillares per totum caulem, folio dimidio breviores erecti nudi uniflori. Flos parvulus, minimus ex Violis. Capsula parva trilocularis. Viola hac radices habitu virtuteque Ipecacuanhae simillimas habet. *Linn.* Folia inferiora opposita; stipulae breves lanceolatae; flos lacteus, petalis 4 vix calycis longitudine, quinto duplo longius. Stigma infundibuliforme. *Cavan.* *In Americae meridionalis regionibus calidioribus.* 4. *Mutis.*

3 J. *linifolium*; foliis sparsis lineari-angustis obtusis, stipulis minimis, pedunculis unifloris folio brevioribus, ramis

gracilibus. VIOLA *linifolia Poiret Enc. meth.* VIII. *p.* 647. *n.* 61. *Pio Viol. p.* 38. *n.* 67.

Caules recti tenues glabri teretes, divisi in ramos alternos teretes patentes subpubescentes, foliis parvis sessilibus approximatis utrinque glabris, 5-6 lin., 1/2 lin. latis, basi stipulis acutis subulatis. Pedunculi solitarii axillares filiformes vix pubescentes. Flos parvus, ut videtur, albus. Cal. e foliolis 5 angustis acutis. Caps. glabra ovata. *Poiret.* *In Madagascar. Commers. Herb. de Jass.*

4. J. *capense;* suffruticosum, caule erecto, foliis obovatis (obsolete) serratis. VIOLA *capensis Thunb. Prodr. p.* 40. *Fl. cap.* II. *p.* 53. *Willd. Spec.* I. *p.* 1170. *Pio Viol. p.* 36. *n.* 60. *Poiret Enc. meth.* VIII. *p.* 646. *n.* 57. (inter JONIDIA.)

Caules plures, basi suffrutescentes simplices filiformes curvato-erecti, tenuissime pubescentes, digitales et palmares. Folia brevissime petiolata obtusiuscula margine revoluta, utrinque tenuissime pubescentia, patentia, unguicularia. Flores ex axillis foliorum pedunculati solitarii; pedunculi filiformes, flexuoso-erecti, uniflori. Calycis laciniae inferiores naviculares conniventes, dorsalis carinata solitaria, laterales planae, parum latiores, omnes ovatae acutae tenuissimae pubescentes, vix lineam longae. Cor. albida; petala 2 superiora oblonga venosa calyce vix longiora, 3 lateralia falcata, infimum majus difforme, ungue lineari geniculato canaliculato, lineam longo, calyce longiore, lamina subcordata rotundata patente fere unguiculari. Antherae 5 liberae flavae. Cornu nullum. *Thunb. In sylva Galgebosch.* 4.

5. J. *heterophyllum Vent.*; foliis alternis integerrimis, inferioribus obovatis, superioribus lineari-lanceolatis, acuminatis. *Vent. jard. de Malmais.* VIOLA *heterophylla Poiret Enc. meth. p.* 648. *n.* 58. *Pio Viol. p.* 39. *n.* 98. *Plukn. t.* 120. *f.* 8.

Affine I. *stricto*; sed habitu et foliis diversum. Radices tortuosae longae albidae, caules duri divisi in ramos graciles subfiliformes teretes glaberrimos; folia subsessilia, inferiora minora, superiora vix pollicaria, 2 lin. lata; flores parvi axillares; pedunculi simplices capillares foliis breviores; calycis foliola angusta acuta; capsulae parvae glabrae, valvulis acutis. *Poiret. In China. Herb. de Juss.*

6. J. *enneaspermum Vent.*; caule basi ramosissimo, foliis lanceolato-linearibus, integerrimis (?) distantibus, calycibus postice aequalibus. VIOLA *enneasperma Linn. Fl. Zeyl. p.* 317. *Willd. Spec.* I. *p.* 1171. (*excl. syn. Burm.* ad POLYGALAM *theezantem spectante* fide *Vent.*) *Poiret Enc. meth. p.* 646. *n.* 59. *Pio Viol. p.* 39. *n.* 69. JONID. *enneaspermum Vent. Maim. p.* 27. Nelam-parenda *Rheede Malab.* IX. *p.* 117. *t.* 60.

Humilis surculis decumbentibus. Radix fibrosa, intus lignosa, odoris grati; rami tenues lignosi; folia tenuissime crenata mollia lenia fusca, nervo utrinque eminente; pedunculi deflexi. Flores sature rosei, venulis 3 rubicundis rectis in petalo recto, petala lateralia falcata alba, cuspide rosaceo. Capsulae rufescentes. Semina octo, oblonga, rotunda, aqueo candida, nitentia. *Rheede.* *In Malabaria et in Zeylona. In Herb. Allion. Videtur* ☉.

7. J. *suffruticosum*; caule procumbente, scabriusculo; foliis elliptico-lanceolatis, serratis subpubescentibus; stipulis lanceolatis, pilosis, demum patulis aculeiformibus; floribus axillaribus, solitariis, postice aequalibus, nutantibus. *Roth nov. pl. Spec. MSS.* VIOLA *suffruticosa*, caule procumbente, foliis lanceolatis subserratis confertis, calycibus postice aequalibus. *Linn. S. V. p.* 803. *Willd. Spec.* I. *p.* 1171. *Poiret Enc. meth.* VIII. *p.* 647. *n.* 62. *Pio Viol. p.* 39. *n.* 70.

Caulis durus ut in CISTO *Helianthemo*, ramosissimus. Folia alterna petiolata acuta. Stipulae subulatae. Pedunculi capillares. Flores *enneaspermi.* *Linn.* *In India, Zeylona.* ♄.

8. J. *frutescens*; caule adscendente, scabriusculo, basi fruticoso; foliis oblongo-lanceolatis mucronatis, glabris, subciliatis, serratis; stipulis setaceis erectis, pilosis; floribus axillaribus solitariis postice aequalibus, nutantibus. VIOLA *frutescens Roth nov. pl. Spec. MSS.*

Quam proxime accedit ad *suffruticosum*, tamen revera distinctum. *H. in India orientali.* B. *Heyne.*

9. J *glutinosum Vent.*; foliis ovato-ellipticis serratis, inferioribus oppositis, supremis alternis, stipulis minimis, pedunculis folio brevioribus, caule subglabro. VIOLA *glutinosa Poir. Enc. meth.* VIII. *p.* 39. *n.* 63. *Pio Viol. p.* 39. *n.* 71. JONID. *glutinosum Vent. p.* 27.

Caulis ramive recti herbacei subcompressi striati glabri, apicem versus subpiloso-viscosi. Folia utrinque glabra obtusa, basi in petiolum decurrentia, pollicaria, 4 lin. lata; stipulae subulatae acutissimae. Pedunculi solitarii axillares alterni simplicissimi pilosi foliis breviores. Flos parvus inclinatus albidus. Cal. minimus, laciniis profundis, subaequalibus, ovatis, acutis, subpubescentibus. *Poiret.* *In Buenos Ayres. Commerson. In Herb. Desfont.*

10. J. *Calceolaria Vent.*; caule simplici hirsuto herbaceo, foliis lanceolatis pilosis, floribus solitariis. VIOLA *Calceolaria Linn. Spec.* 1327. *Löfflingit.* 184. (*ed. Germ. p.* 245.) *Swartz Obs. p.* 318. *Willd. Spec.* I. *p.* 1172. *Poiret Enc. meth.* VIII. *p.* 645. *n.* 54. *Pio Viol. p.* 39. *n.* 72. JONID. *Calceolaria*, petali inferioris lateribus involutis. *Vent. Malm. p.* 27. β. V. *itouboa*

fol. et caulibus tomentosis, flore amplo albo. *Aubl. Gujan.* II. *p.* 808. *t.* 318. V. *Itubu* fol. ovatis acutis denticulatis caulibusque ramosis tomentosis. *Gmel. Syst. Veg. p.* 414.

Rad. fibrosa, crassiuscula. Caules plures pedales teretes. Folia alterna, subinde oblongo-lanceolata sessilia serrata erecta. Stipula subulata erecta pilosa cauli adjuncta. Flores alterni subsessiles, vel pedunculo bracteolis 2 setaceis in medio. Cal. ovatus, foliolis omnibus erectis, extus hirsutis, versus marginem tuberculis filiformibus truncatis pilosis. Petala lateralia lanceolata, extus pubescentia, ungue lineari, infima valde magna, ungue inferius carinata, alba. Capsula calyce tumido laxo tecta teretiuscula. Semina glabra nitida nigra, altera extremitate pallida. *Löffling.* V. *Itouboam Aubl.*, quam pro eadem cum *Calceolaria* habet *Willdenow* l. c., hujus saltem insignem sistere varietatem *Poiret l. c.* qui sequentibus describit plantam *Aubleti* ad specimen in *Herb. Desfont.* Radices albae ramosae elongatae teretes repentes; caules plures subbipedales, a basi divisi in ramos plures villosissimos, foliis, vix petiolatis ovatis alternis serratis acutis utrinque cinereo-tomentosis basi attenuatis, 2 poll., poll. latis. Stipulae lanceolatae pollicares dentatae acutae. Flores axillares solitarii in pedunculo filiformi villoso semipollicari, medio bracteis 2 parvis oppositis. Cal. villosissimus foliolis inaequalibus angustis oblongis acutis. Cor. alba maxima petalis 4 rotundatis unguiculatis margine involutis, quinto maximo ecalcarato. Germen villosum, stylo recto staminibus longiore stigmate concavo urceolato. Caps. subglobosa acuta triquetra. Semina parva alba ovata. Varietatem fl. caeruleo enumerat *Aublet.* Radices emeticae, *itoubou Galibis*, *ipecaca Gariponis*. *In Camana et Martinica.* β *in Cayenne.*

11. J. *oppositifolium*; caule suffruticoso brachiato, foliis oppositis, floribus racemosis. VIOLA *oppositifolia Linn. Spec.* 1327. *Willd. Spec.* I. *p.* 1172. *Pio Viol. p.* 40. *n.* 73. *Löffling iter.* 183. (ed. Germ. *p.* 244.)

Rad. fibrosa, crassiuscula. Caules erecti spithamaei et 1 1/2 ped., inferne lignosi, superne herbacei, teretes glabri, ex superioribus alis foliorum brachiati, ramis oppositis. Folia lanceolata subsessilia acute serrata serraturis longis, vix profundis, apice integerrimis, petiolis brevissimis. Flores in racemis, solitarii patentes, pedunculis in media inferiore parte persistentibus. Cal. inferius gibbus, foliolis imis patentioribus. Lamina ima petalorum fere ungue angustior, apice sursum flexa et revoluta. Caps. trigono-pyramidata, angulis obtusiusculis, lateribus planis. Semina subangulata. Cor. alba, adeoque facies fere VERONICAE *Anagallidis aquaticae* vel *scutellatae*. *Löffling.* l. c. *In Camana.* ♄.

Obs. Speciem hanc in *Poiret* non invenimus.

12. J. *Aubletii*; caule fruticoso scandente, foliis alternis oblongo-ovatis (argute) serratis, floribus racemoso-

fasciculatis. VIOLA *Aubletii Primit. Fl. Essequeb. p.* 123. V. *Hybanthus* arborescens, scandens; foliis oblongis obtusis glabris. *Aubl. Gujan.* II. *p.* 811. *t.* 319. (exclus. synonym.) (Ergo et V. *Hybanthus Poiret Enc. meth.* VIII. *p.* 649. *n.* 67. quoad descriptionem ex *Aublet*, exclus. synonym.)

Frutex scandens, ramosus, cortice cinereo, rugoso, albo-punctato vestitus. Rami volubiles, glabri, apicem versus pubescentes. Folia, firma, in apicem subcurvatum acuminata, 2 poll., pollicem lata, glabra, nitida. Petioli breves, canaliculati, rugulosi, in foliis recentibus pubescentes, in adultis glabri. Stipulae parvae, ovato-oblongae, acutae, deciduae. Pedunculi axillares subracemosi vel solitarii, 2 poll., filiformes, flexuosi, supra medium articulati et bracteolis 2 oppositis caducis ornati, basi insuper bracteis nonnullis minutis nec minus caducis suffulti. Flores pollicares, albi, in pallide flavum vergentes. Calycis foliola elliptico-oblonga, margine membranacea, alba. Corollae petalum superius erectum, cordato-ovatum, acuminatum, cucullatum, postice in cornu longum leviter curvatum, medio paulo coarctatum, succum viscidum secernens elongatum; petala lateralia erecto-patentia, oblongo-subrhomboidea, apice crispato-erosa et ciliata, basi in unguem brevissimum attenuata; reliqua duo petala maximo opposita, lateralibus triplo minora, obovata, concava, basi in dorso callosa, genitalibus inferne affixa. Filamenta membranacea, compressa, brevissima. Antherae sagittatae, membranis totidem oblongis superne in appendicem ligularem luteam productis, longitudinaliter adnatae, et per membranarum margines leviter in tubum connatae. Ovarium trigonum, trifurcatum. Stylus staminibus longior adscendens, clavatus, compressiusculus, albus. Stigma foramen minutum in apice styli. Capsula ovata. *Scandit arbores plantationis Hamburg in Essequebo.* ♄.

13. J. *Löfflingianum*; frutescens, calycis foliolis linearibus acutis, fere conniventibus; petalis superioribus linearibus, lateralibus lanceolatis paulo longioribus latioribus, infimo subrotundo; nectario glandulâ in filamentis bipartitâ; stylo filiformi sursum incurvo. CALCEOLARIA *Löfflingiter.* 185. (ed. *Germ. p.* 245.)

Linnaeus in itinere Löffling huic in ( ) adjecit: „VIOLA *Hybanthus*“ a quâ tamen characteribus datis, ut etiam a V. *Aubletiana Meyer* (cujus confer *observationem Fl. Essequeb. p.* 123) longe diversa. *Löffling l. c.* nil nisi florem describit, e cujus characteribus eminentioribus diagnosis concinnata. Caetera, quae addidit, sunt: „petala superiora breviora angusta, lateralia, 2 unguibus linearibus calycis longitudine; infimum maximum ungue calyce longiore, lamina plana ungue longiori. Stigma simplex.“ *In Cumana.* ♄.

14 * J. *Hybanthus*; arborescens scandens aculeatum,

foliis oblongis obtusis glabris, (calycis foliolis ovatis acutis, petalis superioribus subrotundis obtusis, lateralibus subrotundis triplo majoribus, infimo subrotundo oblongo, nectario corollâ duplo longiore; stylo obtuso convoluto. *Löffl.*) Viola *Hybanthus Linn. Spec.* 1328. (*excl. syn. Löffl. it.* 185! *n.* 3.) *Löffl. iter.* 282 (Germ. *p.* 363.) *Willd. Spec.* I. *p.* 1172.) (excl. omn. synon. praeter *Löffl. it.* 282.)

Differt ab *Aubletiano*, *Löfflingiano* et *Jacquiniano*, (quae omnia sub V. *Hybantho* latere evicit *Meyer Prim. Fl. Essequeb. p.* 124. 125, monente eodem) foliis obtusis integerrimis, pedunculis simplicibus, floribus fere duplo minoribus, calcare subulato oblique contorto, antheris subrotundis, stylo filiformi convoluto, capsulâ globosâ. — „Rad. frutescens (?) ut caulis per arbores scandens, inferius contortus, retortus, crassitie brachii infantis, cortice ruguloso, fibroso, contorto, summis ramulis subpendulis, filiformibus, cortice cinerascenti-fusco, ramulis brevibus, foliosis. Folia alterna, ad extremitates ramorum conferta, subinde oblongo-lanceolata, superius communiter latiora, integerrima, 2-4-uncialia. Petioli breves, subtus teretes. Flores axillares, solitarii, penduli, pedunculis 2-3 punctatis, filiformibus, simplicibus, unifloris. Cal. erectus, foliolis corollae adpressis, subaequalibus, ad nectarium duobus patentioribus, foliolo nectario opposito paulo minore. Petala 2 nectario a latere opposito calyce duplo longiora; petala 2 lateralia patula, obtusa; posterius pone elongatum in nectarium altitudine petalorum lateralium. Nectarium subulatum, semunciale, compressum, rectum, oblique contortum obtusum. Germen subovatum trigonum sexstriatum. Stylus staminibus longior, superne planus, obtusus, convolutus. Stigma obtusum, simplex. Sem. 12 circiter, oblonga, compressa, obtusa. *Löffling l. c.* *In America meridionali.* ħ.

15. J. *Jacquinianum*; caule erecto aculeato, foliis linearioblongis emarginatis basi cuneatis, floribus ecalcaratis minutis. *Meyer Prim. Fl. Essequeb. p.* 125. Hybanthus *Jacq. Amer.* 77. *t.* 175. *f.* 24. 25. *pict. t.* 260. *f.* 21. (a *Murray* ad Viol. *Hybanthum Linn.* ducta.)

Cls. *Jacquin* cum? huc ducit *Löffl. Hisp.* 185, sed certe non hujus loci. Frutex inelegans erectus ramosus 7 ped.; aculei subulati sparsi rari; folia utrinque attenuata leviter serrata glabra petiolata, plura ex eodem tuberculo. Pedunculi communes breves superne bifidi pauciflori, ex eodem cum foliis tuberculo unus alterve Flores exigui inodori corollis albidis, vix nudo oculo examinandi. Calycis foliola ovata concava acuta parva, anteriora erecta, 3 reliqua basi in gibbum protrusa. Petala 4 anteriora ovata erecta concava obtusa, quintum oblongum medio attenuatum erectum, paulo longius, apice bifidum, laciniis subrotundis. Glandula suborbiculata depresso-

plana. Antherae generis. Stylus subulatus, stigmate simplici. Capsula subrotunda pisi magnitudine. *Jacq.* *In montibus sylvaticis circa Havanam.* ♄.

16. J. *longifolium*; caule fruticoso, foliis alternis lanceolatis serratis (utrinque) glaberrimis, floribus minimis breviter pedunculatis, calcare longo subulato. Viola *longifolia Poiret Enc. meth* VIII. *p.* 649. *n.* 68. *Pio Viol. p.* 40. *n.* 75.

Caules lignosi, ramis rectis rigidis tortuosis striatis superficie inaequalibus glabris; folia petiolata membranacea acuta, 4-5 poll., 1 1/2 poll. lata, basi attenuata, decurrentia in petiolum planum, pollicarem, basi stipulis parvis filiformibus. Flores solitarii pluresve axillares; pedunculi simplices glabri fere capillares, 1/2 poll., aut breviores. Flos inclinatus albidus. Cal. glaber minimus. Calcar ad minimum longitudine pedunculorum. *Poiret.* *In Cayenne.* ♄. *Herb. Desfont.*

17. J. *thesiifolium*; foliis alternis angustis longissimis glabris, floribus solitariis axillaribus subsessilibus. Viola *thesiifolia Poiret Enc. meth.* VIII. *p.* 649. *n.* 69. *Pio Viol. p.* 40. *n.* 76.

Rad. graciles rectae simplices filiformes tortuosae cinereae; caules recti herbacei vix ramosi teretes subcompressi glabri striati; rami axillares filiformes; folia sessilia, 2-3 poll. et ultra, 1-2 lin. lata, integerrima, subacuminata, basi attenuata; stipulae subulatae acutissimae. Flores minimi in pedunculis vix 2-3 lin.; foliola calycis angusta acuta; cor. albida, vix calyce longior. Caps. ovato-subrotunda obtusa. *Poiret.* *Ad Senegal.* *Adanson.* *Herb. de Juss.*

18. * J. *Ipecacuanha Vent.*; foliis ovalibus margine subtusque pilosis. Viola *Ipecacuanha Linn. Mant.* 484. *Mater. med.* 194. *Willd. Spec.* 1. *p.* 1172. *Poiret Enc. meth.* VIII. *p.* 41. *n.* 77. *Pio Viol. p.* 41. *n.* 77. Jonid. *Ipecacuanha* fol. oval. serratis glabris; petalo inferiore plano. *Vent. Malmais. p.* 28. Pombalia *Ipecacuanha Vandell. Fasc. p.* 7. *t.* 1. (apud *Römer script.* de plantis *Hisp.* etc. *p.* 51. *t.* 3.) *β. pubescens*; foliis ovato-lanceolatis crenatis cauleque pubescentibus *Vandelli l. c. p.* 52.

Rad. fibrosa alba ramosa. Caules 2 ped. erecti teretes laeves ramosi. Folia alterna petiolata elliptica argute serrata glabra. Petioli brevissimi. Stipulae binae scariosae lanceolatae albae carinatae aristatae pilosae. Flores laterales solitarii pedunculati cernui pedunculo foliis breviore. Bracteae in medio pedunculi binae brevissimae lanceolatae apice pilosae. Cal. pentaphyllus margine muricatus. Petala 5 alba; 2 calyce breviora linearia; 2 paulo longiora reflexa emarginata; unum maximum retusum latum basi gibbum absque calcari subtus pubescens. Radicem Ipecacuanhae albae hujus plantae esse varii conten-

dunt. Mater Ipecacuanhae fuscae certe non est. *Linn.* *In Brasilia.* ħ.

Obs. „An satis diversa a V. *diandra Suppl.* p. 397. *Linn. de diss. Viola Ipec.* I." *Syst. Veg.* ed. *Murr. Pers.* p. 846.

19. J. *buxifolium Vent.*; glabrum, caule ramisque diffusis, foliis obovatis integerrimis (margine revolutis), pedunculis axillaribus. V. *buxifolia Poiret Enc. meth.* VIII. p. 646. n. 56. *Pio Viol.* p. 41. n. 78. JONID. *buxif. Vent. Malmais.* p. 27.

Rad. graciles teretes albidae; caulis glaber teres a basi fere divisus in ramos alternos longos patentes fere prostratos glaberrimos filiformes. Folia alterna subpetiolata tenuia, obtusa, basi attenuata, 4-7 poll., 3 lin. lata et ultra. Flores solitarii parvi ad apices ramorum. Pedunculi subcapillares recti glabri foliis multo longiores. Calycis foliola brevia acuta. Cor.? Caps. brevis glabra, valvulis acutis. Semina parva globulosa flavicantia. *Poiret.* *In Madagascar.* ♃? *Commerson. Herb. Desfont.*

20. * J. *diandrum*; caule serpente herbaceo, foliis oblongis, pedunculis unifloris. VIOLA *diandra Linn. Syst. Veg.* p. 669. *Willd. Spec.* I. p. 1173. *Poiret Enc. meth.* VIII. p. 643. n. 50.

Caulis filiformis serpendo scandens per sepes. Folia alterna remota. Pedunculi solitarii articulati incrassati bracteis 2 minimis. Cal. postice minime protrusus. Cor. alba, petalum supremum incumbens maximum, quasi ringens galeâ trifidâ, petala lateralia adscendentia, infima minora deorsum flexa, horum supremum postice exit in nectarium s. calcar longissimum contortum. Stam. 5, horum 3 anteriora sterilia, postica fertilia. *Allemand* in *Linn. Syst. l. c.* *Habitat*?

21. J. *verticillatum*; caule adscendente, foliis oppositis sessilibus stipulisque lanceolatis (basi attenuatis) integerrimis, pedunculis axillaribus filiformibus solitariis, (nutantibus, folia fere superantibus.) VIOLA *verticillata Willd. Enum. H. Berolin.* p. 266. *Ortega dec.* 4. p. 50. *Cavan. ic. lecc. bot.* II. p. 373. V. *polygalaefolia Poiret Enc. meth.* VIII. p. 647. n. 64. JONIDIUM *polygalaefolium Vent. Malm.* p. et t. 27. SOLEA *verticillata Spreng.* in *Schrad. Journ.* 1800. II. p. 190. t. 6. *Spreng. Pugill.* I. p. 23.

Stipulae longae folia minora esse videntur; hinc facies verticillata. *Willd. Enum. l. c.* Rad. perpendicularis teres. Caules plures duri sublignosi debiles simplices et ramosi, glabri, pedales. Folia subsessilia margine scabra, laete viridia, subtus pallidiora acuta. Stipulae acutae, foliis duplo breviores. Flores parvi viridi-flavicantes in purpureum vergentes. Pedunculi filiformes sub apice articulati longitudine foliorum, fructiferi

erecti. Cal. laciniis 5 profundis rectis ovatis acutis concavis, basi non appendiculatis. Petala parum patentia, florem labiatum simulantia, labio superiore calycem parum excedente; petala 2 superiora obovata apice reflexa, medium e tribus infimis maximum. Germen glabrum, stylus filiformis, stigma reflexo-aduncum. Capsula sphaerica fusca, valvulis demum navicularibus. Semina 6, globulosa, atra, lucida. *Vent.* *In nova Hispania.* 2.

Obs. *Sprengel* l. c. divit caules prostratos subadscendentes; folia verticillata subfasciculata basi attenuata subintegra, petiolos filiformes; calycem pentagonum pubescentem haud supra basin affixum; cor. 5-petalum irregularem, petalo imo latiori obtuso, majori cucullato basi excavato, ut obsoletum calcar mentiatur, petalis reliquis angustioribus, lanceolatis conniventibus; antheras saepius connexas membranis ad apicem auctis. Stigma uncinatum apice dilatatum obliquum; glandulas 2 sub imo petalo germini impositas; capsulam ovatam obsolete trivalvem.

22. J. *orchidiflorum*; caule gracili laevi: stipulis caducis, foliis lanceolatis serrulatis longe petiolatis: floribus fasciculatis, petalis valde inaequalibus. VIOLA *orchidiflora* *Rudge Plant. Gujan. Rar.* I. *p.* 11. *tab.* X.

Sesqui-pedalis. Caulis erectus, angulatus simplex. Folia alterna, densiuscula. Flores quatuor ad sex in fasciculis axillaribus, erecti. Corollae petala valde inaequalia obovata, quatuor superiora vix calyce longiora, infimum quadruplo majus: Nectarium pedunculo paulo brevius, obtusum. *In Gujana.*

23. J. *linearifolium*; foliis linearibus angustissimis, stipulis setaceis, pedunculis folio brevioribus, floribus parvis. VIOLA *linearifolia* *Poiret* *Enc. meth.* VIII. *p.* 648. *n.* 65. *Pio Viol.* *p.* 42. *n.* 81.

Rami graciles duri elongati teretes glaberrimi subfiliformes. Folia numerosa alterna subsessilia utrinque glabra rigida acuta, in petiolum attenuata, ad minimum pollicaria, vix 2 lin. lata, basi bracteis minimis brevissimis setaceis, persistentibus. Flores ad apices ramorum axillares, pedunculis simplicibus filiformibus capillaribus. Flos caerulescens. Cal. glaber brevissimus, laciniis subulatis acutis basi dilatatis. Cor. caerulescens vix calyce longior, bracteis stipulaceis. *Poiret.* *Habitat?* in *Herb. Desfont.*

24. J. *monopetalum*; caule stricto, foliis oppositis linearibus integerrimis glabris obtusis subrevolutis, stipulis subnullis, pedunculis rectis, folio longioribus. VIOLA *monopetala.*

Caulis sublignosus, ramosus, glaber, teres, striatus. Folia 1 1/2-2 poll., vix lineam lata, superiora fere filiformia. Pedunculi in nostro bifiori, pedicellis capillaribus, basi bracteis 2, subulatis, brevissimis. Calycis foliola ovata, striata. Petalum (in genere infimum) cuneiforme spathulatum emarginatum, 4-5 lin.

longum latumque. *Ex Anglia habuit Römer in Herbario suo.*

25. J. *strictum Vent.*; foliis oppositis lanceolatis subserratis (utrinque glabris), stipulis brevissimis, pedunculis rectis folio brevioribus. *Vent. Malm. p.* 27. Viola *stricta Poiret Enc. meth.* VIII. *p.* 648. *n.* 66. V. *linariifolia Vahl Eclog. Amer.* II. *p.* 18.? fide *Poiret Pio Viol. p.* 42 *n.* 82.

Affinis *linearifolio.* Radices durae cylindricae lignosae tortuosae fusco-flavicantes. Caules plures subligniosi ad basin fere divisi in ramos rectos rigidos glabros tenues sparsos et oppositos. Folia subsessilia distantia utrinque glabra supra viridia subtus pallidiora obtusa, basi acute attenuata, pollicaria et ultra, 3 lin. lata, superiora longiora, angustiora, inferiora internodiis duplo breviora. Stipulae brevissimae subulatae subsetaceae. Pedunculi axillares solitarii foliis fere duplo breviores. Flos parvus. Calycis foliola lanceolata acuta capsulâ breviora. Cor. albida videtur, petalis angustis. Capsula brevis ovata seminibus albidis globosis. *Poiret. In S. Domingo Poiteau; in St. Thomas le Dru. Herb. Desfont.*

Obs. V. linarifolia suffruticosa ramosa, foliis lineari-lanceolatis oppositis alternisque subintegerrimis glabris, pedunculis axillaribus solitariis *West Beskrio over St. Crux p.* 303 vix differre videtur. Caulis spithamaeus vel parum ultra, parum ramosus glaber, (ad lentem puberulus *Bertol.*). Folia sessilia remota, inferiora opposita, suprema alterna, vix pollicaria, glaberrima, subtus pallidiora, obtusiuscula, interdum extrorsum versus serraturâ unâ alterâve remota, (internodia longiora, pollicem saepe excedentia *Bert.*). Stipulae a utrinque setaceae patentes. Pedunculi uniflori, inferiores oppositi, supremi alterni, folio duplo vel triplo breviores, filiformes, supra medium geniculati, infra geniculum flore deciduo persistentes spiniformes. Bractea minuta (unâ alterâve) versus basin pedunculi. Cal. postice aequalis, foliolis lanceolatis attenuatis, margine albicantibus. Corollae petalum inferius lineare. A V. *enneasperma* differt: caule suffruticoso, foliis integerrimis; a *suffruticosa*: foliis remotis oppositis: collocanda prope V. *suffruticosam. Vahl.* In insula St. Crucis. *West.* — Cls. *Bertolone Obs. bot p.* 20. V. *linearifoliam Vahl β* facit V. *strictae*, cui folia integerrima tribuit, *linearifoliae* folia laxe subdentata adscribens; sed et *strictae* folia subserrata.

26. J. *Sprengelianum*; caule stricto, foliis oblongo-lanceolatis subdentatis (utrinque) puberulis, pedunculis unifloris axillaribus nutantibus, petiolo multo brevioribus. Solea *stricta Spreng. Vagill.* 1. *p.* 22. (excl. synon. stricti *Ventenat*) Viola *stricta Mühlenberg in litt.* (ad *Spreng.*)

Caulis pedalis herbaceus teres simplicissimus pilosus. Folia in petiolum decurrentia alterna acuminata, apice hinc dentibus 2-3, nervoso-venosa, digitum fere longa, pollicem circiter lata. Pedunculi solitarii binive raro terni brevissimi. Cal.

pendulus, foliolis linearibus, corollâ major. Cor. exalbida inconspicua calyce inclusa, petala conniventia, quintum reliquis latius longiusque subcucullatum, reliqua angustiora lanceolata. Filamenta latiuscula, antherae saepius connexae. Germen ovatum. Stigma uncinatum, apice dilatatum. *Spreng.* *In Pensylvania.*

Obs. Collatis descriptionibus J. *stricti Vent.* et Soleae *strictae Spreng.* utramque non unius esse ejusdemque speciei luculenter apparet.

27. J. *lineatum*; procumbens, foliis ovatis lineatis, stipulis subulatis. Viola *lineata Ortega nov. pl. Spec. Decad.* 4. *Vitmann Suppl.* I. *p.* 312.

Caulis inferne ramosus teres pubescens ramis alternis. Folia opposita petiolata serrata, supra glabra, subtus pubescentia. Pedunculi axillares petiolis longiores; ultra medium bracteis 2 parvis oppositis, uniflori. Flores resupinati cernui. Calycis foliola subulata. Corollae petalum supremum maximum violaceum ungue albido, lateralia violacea, infima minora alba. *Ortег.* *In Cuba.*

28. J. *attenuatum Humb.* et *Bonpl.*; foliis oblongo-lanceolatis serratis alternis. *Reliqu. Willd. MS.*

In America merid. 2. *Humb.* et *Bonpl.*

29. J. *circaeoides Humb.* et *Bonpl.*; foliis oppositis subsessilibus ovatis serratis, racemis terminalibus. *Reliqu. Willd. MS.*

In America merid. 2. *Humb.* et *Bonpl.*

30. J.? *claytonioides*; caulibus monophyllis, perfoliatis.

Rad. fibrosa, stipulis pluribus emarcidis fuscis, integerrimis. Folia radicalia plura cordata, obtusa, basi subcrenata, margine subsinuata, firmula, glaberrima, 9-10 lin. longa, 7-8 lata; petioli pollicares, glaberrimi. Caules glabri, torti, nunc longitudine foliorum, nunc iisdem longiores fere dodrantales, nunc pollicis nunc paucarum linearum distantiâ a calyce cincti folio radicalibus simili, sed quidquam magis oblongo. Calyx generis, foliolis ovatis acutis striatis, infimo angustiore. Cor. in nostro specimine inclusa calyce; an nondum evoluta? *Habitat?* Div. *Römer* tulit specimen suum a Do. Prof. *Biroli* inscriptum „satis distincta species Violarum indescripta.“

975. LAHAYA.

1. L. *diffusa*; caule ramoso diffuso, foliis spathulatis (sub) verticillatis subsenis, calycibus margine membranaceis Mollia *diffusa Willd. Hort. Berol.* I. *p.* 11. *t.* 11. *Enum. H. Berol. p.* 269. Policarpaea *Teneriffae Lam. Journ. d'Hist. nat.* II. *p.* 8. *t.* 25. *Lam. Illustr.* II. *p.* 129. *Poiret Enc. meth.* V. *p.* 483. *Cavan. Anal de Cienc.* III.

p. 23. ILLECEBRUM *divaricatum Ait. Kew.* I. *p.* 291. *Willd. Spec.* I. *p.* 1207. (fide *Hort. Kew. ed.* 2. II. *p.* 62. et *Annals of Bot.* V. I. *p.* 566.) HAGEA *Teneriffae Pers. Syn.* I. *p.* 262.

Caules spithamaei herbacei undique prostrati, teretes, pruinâ pulverulentâ albidâ, ad genicula incrassati; folia submucronata, pruinosa, inaequalia, majora 3 lin. longa, lineam lata. Stipulae membranaceae albidae aridae acuminatae. Flores paniculati argentei, pedunculis demum divaricatis, parvi, sessiles in dichotomiis apicibusque pedunculorum. Bracteae 2 parvae inaequales, ovatae, acutae concavae argenteae sub flore. Petala alba. Culta exuit splendorem argenteum. *Ad vias Teneriffae.* ☉. *Broussonet.* Nunc spontanea sub dio apud nos.

2. L. *latifolia*; caule suffruticoso diffuso, foliis obovatis mucronatis (caulinis) subsenis verticillatis, ramulorum oppositis, calycibus scariosis. MOLLIA *latifolia Willd. Enum. H. Berol. p.* 269.

Caulis ramosissimus. Folia subrotundo-obovata glauca leviter pubescentia petiolata, ramea opposita. Corymbi terminales coarctati. Calyces argentei. *Willd.* *In Teneriffa.* ♄.

3. L. *aristata*; caule ramoso diffuso, foliis lanceolatis sericeis aristatis. MOLLIA *aristata Towns. Ait. Hort. Kew.* 2. *ed.* 2. *p.* 62. ILLECEBRUM *aristatum Ait. Kew.* I. *p.* 290. *Willd. Spec.* I. *p.* 1206. (fide *H. Kew. ed.* 2. *l. c.*)

In insulis Canariis. Francis Masson. ♄ in 2 ed. *H. Kew.* ♂ in *Spec. pl. Willdenow.*

Obs. An fors L. *latifolia*, ut olim ILLECEBRUM *divaricatum* fuerat L. *diffusa*? Non vidimus *aristatam*, cujus etiam nulla prostat descriptio.

4. L. *stellata*; caule ramosissimo diffuso, foliis (sub) senis linearibus planis (sub) pellucido-maculatis, floribus corymboso-dichotomis, calycibus scariosis. *Willd. Hort. Berol. n.* XI. ACHYRANTHES *stellata Willd. Spec.* I. *p.* 1195. (fide *Willd.* in *H. Berol. l. c.*)

Caulis lignosus durus suffrutescens 3 poll., ramis herbaceis copiosis, 3-4 poll., teretibus, pubescentibus. Folia verticillata, 8-6-5-quaternave, petiolata, fere uncialia, lineam lata, obtusa, juniora setulâ terminata, glabriuscula, vel pilis minutis rarissime obsita, reticulata. Stipulae numerosae albae diaphanae lanceolatae setulâ terminatae. Flores terminales in corymbis 1 1/2 poll. et ultra, ramis piloso-pubescentibus, pedunculis superne incrassatis. Calyces membranacei albo-membranacei. Differt ab ACHYRANTHE (LAHAYA) *corymbosa:* foliis longioribus latioribusque glabriusculis pellucido-maculatis, corymbis majoribus magisque divaricatis, caule piloso pubescente. A CELOSIA *corymbosa* (LAHAYA *celosiode*) vero distincta: foliis pellucido maculatis latioribus longioribusque, nec subfal-

catis, caule magis ramoso, corymbis tenuioribus. *Willd.* *In Guinea.* ♄.

5. L. *tenuifolia*; caule ramoso erecto, foliis oppositis lineari subulatis subtus carinatis, floribus (terminalibus, dichotomo-) corymbosis, calycibus scariosis capsulae longitudine. *Willd. Hort. Berol. n.* XI. ACHYRANTHES *tenuifolia* *Willd. Spec.* I. *p.* 1196.

Folia angustissime linearia, margine revoluto, inde subulata, nervo medio inferne elevato. Stipulae ut in praecedentibus (*stellata* et *corymbosa*) membranaceae, diaphanae, minutae. *Willd.* *In Sierra Leona.* ♄.

6. * L. *corymbosa*; caule diffuso ramoso, foliis quaternis lanceolato-linearibus mucronatis fasciculato-verticillatis ACHYRANTHES *corymbosa* *Willd. Spec.* I. *p.* 1196. *Linn. Syst. Veg. p.* 204. *Fl. Zeyl. p.* 100. POLIA *arenaria* *Lour. Fl. Cochinch. p.* 204. (fide *Jussieu*). POLYCARPAEA *indica* *Lam. journ. d'Hist. nat.* II. *p.* 8. *Poiret Enc. meth.* V. *p.* 483. P. *corymbosa* *Lam. Illustr. n.* 2798. *Bosc Mus.* 44. *t.* 39. *Plukn. Alm.* 134. *t.* 86. *f.* 6. *Burm. Zeyl. p.* 184. *t.* 65. *f.* 2. (fide *Lam.* et *Willd.* in *Hort. Berol.*)

Cal. 5-phyllus. Petala 5. Stam. 5? Stylus 1, capitatus. *Linn.* Caulis et folia pube densâ tecta. Variat corymbis divaricatis et conglomeratis. *Willd.* Caules pedales, articulati. Flores albidi aut rubelli. *Poiret.* Frutex lignosus, 10 poll., caule undique diffuso flexuoso subancipiti ramosissimo, radice longâ verticali divisâ. Folia oblonga integerrima tomentosa minuscula sessilia stellata. Flos albicans racemis dichotomis terminalibus. *Loureir.* *In Zeylona.* ♄.

7. L. *spadicea*; caule ramoso erecto, foliis linearibus fasciculato-verticillatis planis basi carinatis glabris, floribus corymboso-dichotomis, calycibus scariosis. MOLLIA *spadicea* *Willd. Hort. Berol. n.* XI. CELOSIA *corymbosa* *Willd. Spec.* I. *p.* 1200. *Retz Obs.* II. *p.* 23. (uterque excl. syn. *Burm. Zeyl. p.* 184. *t.* 65. *f.* 2.) POLYCARPAEA *spadicea* *Lam. Illustr. Gen. n.* 2799. *Rheede Malab.* X. *t.* 66.

Similis ACHYRANTHI (LAHAYAE) *corymbosae*; distinguitur facile: caule basi adscendente erecto, foliis latioribus, stipulis longioribus et flore. *Willd.* *In India orientali.* ♃.

8. L. *polycarpoides*; caulibus filiformibus patulis, foliis obovatis, floribus congestis terminalibus, petalis integerrimis HAGEA *polycarpoides* *Bivona Stirp. rar. Sicil. manip.* 2. *MSS.* (ed. Panormit. 1814. *n.* 3.) MOLLIA *Polycarpon* *Spreng. nov. provent. p.* 28.

Minuta, glabra, POLYCARPON *tetraphyllum*, usque dum non evigi-

lat, referens. Radix lignosa, flavescens, suprepens. Caules 1 1/2-2 pollic., fili lintei tenuitate, articulati, foliosi, dichotome-corymbosi, adscendentes. Folia stipulacea, opposita, ad ramorum divisiones quaterna, integerrima, glauco-punctata, in petiolum brevissimum basi angustata; inferiora obovata, superiora ovalia acutiuscula. Flores minuti in corymbum terminalem dichotomum dispositi, bracteis stipulis conformibus, albis, scariosis, acuminatis. Calycis foliola quinque, lanceolata, acuta, concava, margine albo-membranacea, dorso carinata, e viridi-purpurascentia, duo alterna ceteris paulo breviora. Petala, calyci subaequalia, ovali-lanceolata, apice acuta, alba. Stamina 5, corollâ duplo breviora, petalis alterna, filamentis basi dilatatis, e margine disci corolliferi hypogyni prodeuntibus, antheris luteis oblongis. Stylus simplex, elevatus, stigma obtusum subtrilobum. Capsula trigona, acuta, trivalvis, unilocularis, polysperma, calyce persistenti tecta. Semina 6-8 ovalia, laevia, fundo capsulae funiculo umbilicali distincto affixo. *Bivona.* *Hab. in monte Gallo, prope Panormum,* 2.

9. L. *alsinefolia;* caulibus prostratis geniculatis, foliis ovatis subcarnosis, floribus congestis, petalis subintegerrimis. HAGEA *alsinefolia Bivona Manip.* III. 1815. *p.* 7. Alsine facie Paronychiae secundae Matth. *Boccon. Icon. p.* 71. *t.* 38. *Cupan. Hort. Cathol. Suppl. alt. p.* 6.

Rad. filiformis, lutescens, pro ratione longa, fibrosa. Caules pauci, tenues, 1 1/2 poll., teretes, glabri, purpurascentes, ramo uno alterove. Folia opposita, altero minore, stipulacea, integerrima glabra, breviter petiolata, e glauco viridi-purpurascentia, margine vix membranaceo. Flores terminales bracteis stipulis omnino conformibus albis membranaceis acuminatis basi concavis dilatatis. Petala calyce breviora oblonga apice integerrima, vel vix denticulata. Reliqua ut in L. *polycarpoide.* *Bivona.* *In Arenosis maritimis Monadelli prope Panormum Motycae ad Pachinum promontorium, Saccae* etc. ⊙. Communicavit cls. *Schrader.* An fors ILLECEBRUM *alsinefolium?*

10. L. *gnaphaloides;* caule suffruticoso prostrato, foliis oblongis tomentosis, floribus terminalibus congestis. ILLECEBRUM *gnaphalodes Schousb. Maroc.* I. *p.* 117. *Roth N. bot. Beytr. p.* 170. POLYCARPAEA *microphylla* fol. subrotundis sessilibus tomentosis, floribus ovato-spicatis terminalibus *Cavan. Anal. de ciencias natur. n.* 7. *p.* 25. HAGEA *gnaphalodes Pers. Syn.* I. *p.* 262.

Habitu similis HERNIARIAE *fruticosae;* caules teretes albidi e tomento tenui parum ramosi subarticulati; folia duo ad articulos opposita, acumine obtusiusculo, lineae in diametro, e quorum axillis minora, unde quasi verticillata. Stipulae sub foliis ovatae acutae concavae albidae scariosae. Spicae ovatae. Pedicelli minimi, bracteolâ sejuncti stipuliformi. Calycis foliola lanceolata, margine scariosa, alba, vix lineam longa. Petala

minima alba. Stylus germine longo. Semina? *Cavanilles* ad specimina auctorum. *In arenosis Mogadore Schousboe* et *Broussonet* ♄.

11. L. *minuartoides*; foliis subulatis confertis, cymis axillaribus pauciflоris. MOLLIA *minuartoides Spreng. Mantiss.* I. *p.* 37.

MINUARTAE satis similis differt numero staminum et inflorescentiâ. Caulis lignescens ramosus, ramis foliosis incano-tomentosis. Folia acerosa glauca, subamplexicaulia patentia, versus apicem rariora, remotissima. Flores albidi pedunculati in cymis e quâvis axilla foliorum superiorum, in summitate caulis subcorymbosi. Stam. 5. *Spreng.* *Ex Hispania australi.*

Quid: L. *fragilis*, (POLYCARPAEA *fragilis Descript.* de l'Egypte *t.* 24.);

L. *memphitica* (POLYCARPAEA *memphitica ibid.*)?

976. DRYMARIA.

1. D. *arenarioides Humb.* et *Bonpl.*; foliis linearilanceolatis utrinque acutis. *Reliqu. Willd. MS.*

Piloso-glandulosa. *Ad Pachuca.* ⊙. *Humb.* et *Bonpl.*

2. D. *stellarioides Humb.* et *Bonpl.*; foliis lanceolatis. *Reliqu. Willd. MS.*

In America merid. ⊙. *Humb.* et *Bonpl.*

3. D. *ovata Humb.* et *Bonpl.*; foliis ovatis obtusiusculis. *Reliqu. Willd. MS.*

In Quito. ⊙. *Humb.* et *Bonpl.*

4. D. *cordata Willd.*; foliis ovato-cordatis acutis.

Sic nunc dici ad genus hocce spectans HOLOSTEUM *cordatum* (quod vide in *Syst. Veg. ed.* nostrae *T.* II. *p.* 857.) jubet *Willdenow* in *Reliqu.* Sed non respondere character generis nobis saltem videtur huicce speciei.

977. HUMBOLDTIA.

H. *laurifolia Willd. Spec.* I. *p.* 1147. *Pers. Syn.* I. *p.* 248. BATSCHIA *laurifolia Vahl Symb.* III. *p.* 39. *t.* 56.

Arbor singularis ramis teretibus a folio ad folium flexuosis, articulatis, articulis crassitie pennae anserinae, apice utrinque coarctatis, subtilissime striatis, glaberrimis, *inanibus*, subtetragonis. Folia alterna, paripinnata, 4-5-juga, foliolis oppositis remotis brevissime petiolatis, 2-3 poll.; intima minora, ovato-oblonga, acumine policari, latere anteriore an-

gustiora, basi breviora, integerrima, glaberrima. Petiolus supra sulco longitudinali. Stipulae laterales, ad singulum geniculum ramorum geminae utrinque, duae lineari-lanceolatae, unguiculares, oblique transversim positae, versus medium affixae, apice inferiore longiore attenuato mucronato, superiore rotundato; duae aliae erectae, ramo adpressae, sessiles, pollicares, unguem latae, ovato-lanceolatae, subtilissime venoso-reticulatae. Racemi axillares, solitarii et gemini, floribus sparsis breviter pedicellatis. Pedunculus fuscus, bracteâ cuneiformi ad basin pedicelli singuli, et duae aliae parum a flore remotae. *Vahl.* *In Zeylona. König. Thunberg.*

978. TARA.

T. *tinctoria Molin.*; foliis oppositis bipinnatis, florum racemis axillaribus pedunculatis. *Molin. Chil. ed. 2. p.* 283.

In Chili. Feuill.

979. SELLOWIA.

S. uliginosa; Roth nov pl. Spec. MSS.

Tenera ac elegans planta, tota glaberrima. Caules filiformes, articulati. Rami alterni et oppositi. Folia opposita, oblongo-ovalia, breviter petiolata, THYMO *Serpyllo* minora. Flores in omnibus axillis solitarii, parvi, albidi, brevissime pedunculati. Capsula atropurpurea. Semen ovatum, nitens. *H. in India orientali.* B. *Heyne.*

980. BURSARIA.

B. *spinosa Cav.*; caule fruticoso spinoso, foliis emarginatis, floribus racemosis. *Cav. ic. rar.* IV. *p.* 30. *t.* 350. *Poiret Enc. meth. Suppl.* I. *p.* 731. *Bot. Magaz. t.* 1767. et hoc teste: ITEA *spinosa Andr. Reposit. t.* 314. CYRILLA *spinosa Spreng. nov. provent. p.* 15.

Arbuscula foliis alternis basi cuneatis integerrimis. Spinae foliosae solitariae axillares. Racemi in ramis terminales. Cal. minimus, laciniis acutis, staminibus eodem receptaculo insertis alternantibus. Antherae pendulae ovato-cordatae. Stylus brevis subulatus stigmate simplici. Caps. magnitudine et formâ similis THLASP. CAPSELLAE *bursae pastoris. Cavanill. In nova Hollandia ad portum Jackson.*

Obs. Nulli dubitamus, quin CYRILLA *spinosa Spreng.* hujus sit loci, cum nomine ITEAE *spinosae* ex Anglia Berolinum venisset, et ITEA *spinosa Andr.* laudetur a *Sims* ad BURSARIAM. Observat tamen spinas simplices duplicesque, folia subcrenata pollicaria panicolas axillares terminalesque, petala alba glaberrima, stylumque bifidum cls. auctor, qui fructum baccam dicit.

981. ITEA.

1. * I. *virginica*; foliis ovatis acutis serratis, (spicis pubescentibus.) *Swartz Prodr.* 151. *Michaux Fl. bor. Amer.* I. *p.* 157. *Pursh Fl. Amer. Sept.* I. *p.* 171. *L'Hérit. stirp.* I. *p.* 138. *Willd. Spec.* I. *p.* 1146. *Duhamel Arb.* I. *p.* 219. *t.* 126. *Trew Ehret t.* 98. DICONANGIA *Mitch. gen.* 5.

Frutex humanae altitudinis. Folia alterna petiolata. Racemi terminales albi. Facies *Padi. Linn.* 4-8 ped., ramis teretibus fuscis; folia supra glabra, subtus venis pilosa. Racemi tripollicares erecti terminales, pedunculis pilis raris. *A Pensylvania ad Carolinam.* ♄.

2. I. *Rosmarinus*; caule fruticoso, foliis linearibus, pedunculis unifloris axillaribus. CEDRELA *Rosmarinus Lour. Fl. Cochinch. p.* 199.

Frutex erectus 4-pedal. multiplex, ramis plurimis rectis adscendentibus. Folia filiformia subteretia parva glabra duriuscula simplicia erecta opposita similia *Rosmarini*, triplo tenuiora, magis odorata. Flos albus pedunculis brevibus unifloris axillaribus solitariis congestisque. Cal. monophyllus subcampanulatus brevis 5-dentatus, tubo permanente, dentibus caducis. Petala obtusa patentia inferius receptaculo adnata, superius marcescentia decidua. Filamenta 5 capillaria, corollae subaequalia, antheris ovatis. Stylus filiformis aequalis staminibus, stigmate crassiusculo. Caps. compresso-rotunda, 3-locularis, 3-valvis, polysperma, apice dehiscens. Semina multa. compresso rotunda, nec alata. *Lour.* *In arenosis septentrionalis Cochinchinae, circa Macao in China.* ♄. ITEAM esse et *Willdenow* et *Poiret* suadet.

982. CYRILLA.

1. C. *caroliniana Mich.*; foliis cuneato-lanceolatis acutis membrana eis nervosis, spicis gracilibus, petalis pedicello longioribus. *Mich. Fl. bor. Amer.* 1. *p.* 258. *Pursh Fl. Amer. Sept.* I. *p.* 270. C. *racemiflora Linn. Mant.* 50. *Jacq ic.* I. *t.* 47. *Collect.* I. *p* 162. ITEA *caroliniana Lam. Illustr. t.* 147. *f.* 2. ITEA *Cyrilla* foliis lanceolatis integerrimis *Swartz Prodr.* 50. *Fl. Ind. occid.* I. *p.* 506. *Observ. S.* 4. *t.* 4. *f.* 1. *L'Hérit. stirp.* I. *p.* 137. *t.* 66. *Willd. Spec.* I. *p.* 1147. *Ait. Hew. 2. ed.* II *p* 37.

Frutex orgyalis, caule ramisque compositis, seu ex apicibus annotinis tantum ramosi. Folia alterna petiolata exstipulata lanceolata (*Ligustri*) integerrima, glabra, supra subtilissime venosa. Racemi plures terminales, rami praecedentis anni, penduli spithamaei, bracteis setaceis, longitudine pedicellorum. Flores albi. Petala disci longitudine villosa. *Linn.* *In Carolinae arenosis uliginosis.* ♄.

Obs. Swartz a genere ITEAE non esse separandam monuit et in *Observ.* et in *Fl. occid.* cum interea familiis diversis, ITEAM scilicet familiae *Rosacearum*, CYRILLAM vero *Ericearum* insernissent *Desfontainesiis* et *de Jussieu.*

2. C. *antillana Mich.*; foliis cuneato-oblongis obtusis coriaceis subtus enerviis, spicis crassioribus, petalis pedicello subbrevioribus. *Mich. Fl. bor. Amer.* I. *p.* 158.

In Antillis.

Obs. Poiret Enc. meth. Suppl. II. *p.* 437. monet characteres hujus et praecedentis *caroliniqnae* confluere in plerisque speciminibus adeo, ut stricta dari diagnosis nequeat; hinc meras fore esse varietates alterutrius.

983. BRUNIA.

1. B. *laevis Thunb.*; foliis linearibus convexis incurvis, capitulis terminalibus. *Thunb. diss. de Brunia. Fl. Cap.* II. *p.* 89. *Pers. Syn.* I. *p.* 246.

Frutex erectus ramulosus, ramulis subternatis. Folia sparsa, sessilia, obtusa, integerrima imbricata laevia subtomentosa, vix lineam longa. Capitulum tomentosum, nuce Avellanâ majus. *Thunb.* *In Promont. b. Spei, b.*

2. * B. *nodiflora*; foliis trigonis incurvis, acutis; floribus in ramis lateralibus terminalibus. *Thunb. Prodr.* 41. *Fl. Cap* II. *p.* 89. *Willd. Spec.* I. *p.* 1141. *Linn. Spec.* II. *p.* 288. *Mant.* 343. *Wendland Collect. t.* 35. *Breyn. Cent.* 22. *t.* 10.

Folia quinquefariam imbricata (non quadrifariam). Cal. 5-partitus. Petala 5 linearia, unguis rimâ utrinque margine connivente. Stamina 5 filiformia longa. Germen superum biloculare. Styli 2 approximati. Haec videtur satis a reliquis remota stylis duobus, fructuque supero biloculari. *Linn.* Illustris *Thunberg* de structura hac singulari floris nil addit, et describit tantum plantam caule fruticoso fere orgyali erecto, ramis cinereo-fuscis glabris teretibus remote foliosis, ramulis sparsis subverticillatis patenti-erectis; foliis sessilibus, acutiusculis, glabris, internodia excedentibus, basi latioribus, vix lin. longis, capitulis globosis hirsutis (albis). *Valgatissima in collibus infra montes prope Kap, in Groene Kloof, Swartland. b.*

Obs. Anne LINCONIAE fors rectius adscribenda? Deest Capsula in planta culta cli. *Wendland.* D. *paleacea* eidem generi adscribenda esset, si *nodiflora* LINCONIA.

3. B. *globosa Thunb.*; foliis trigonis, incurvis, capitulo terminali. *Thunb. Fl. Cap.* II. *p.* 90.

Frutex erectus, ramulosus, ramis erectis filiformibus foliis tectis. Folia quinquefariam subverticillata, acuta, imbricata, vil-

losa, vix lineam longa. Capitulum terminale glabrum, nuce fere majus. *Thunb.* *In Promont. b. Spei.*

4. B. *densa Thunb.*; foliis trigonis apice nigris glabris; capitulis terminalibus. *Thunb. Fl. Cap.* II. *p.* 90

Frutex erectus, cinereo-fuscus, glaber, superne ramosus, pedalis et ultra. Rami sparsi frequentes filiformes erecti subfastigiati parum ramulosi. Folia sparsa, brevissime petiolata, obtusa, imbricato-patula, vix 1/2 lineam longa. Capitula glabra, magnitudine pisi. *Thunb.* *In Promont. b. Spei.* ♄.

5. * B. *lanuginosa*; foliis semiteretibus erecto-patulis apice sphacelatis basi ramisque pilosis, capitulis globosis lateralibus. *Willd. Enum. H. Berol.* I. *p.* 260. *Spec. pl.* I. *p.* 1142. B. fol. trigonis, patulis, apice fuscis, capitulis globosis fastigiatis. *Thunb Prodr. p.* 41. *Fl. Cap.* II. *p.* 91. *Lam. Enc. meth.* I. *p.* 474. *Wendland Collect.* I. *p.* 39. *t.* 11. *Plukn. Almag. t.* 318. *f.* 4.

Similis B. *abrotanoidi*; rima eadem nectarifera. *Linn.* — Caulis fruticosus erectus 5 ped. et ultra, ramis teretibus cinereis scabris flexuosis, ramulis sparsis frequentibus virgatis, supremis laxis, foliis tectis. Folia sessilia, vix petiolata, apice callosa, obtusa, supra sulco unico, subtus duobus, glabra, imbricata, lineam longa. Flores (albidi) in ramulis supremis terminales, globosi, magnitudine pisi. *Thunb.* *Prope Kap et alibi in montibus.* ♄.

Obs. III. *Lamarck* observat nomen esse infaustum, cum capitula glabriuscula. *Thunberg* folia glabra ramos scabros, *Willdenow* utrosque pilosos petit. An eadem planta?

6. B. *comosa Thunb.*; foliis trigonis glabris patulis, capitulis terminalibus et axillaribus sessilibus. *Thunb. phytogr. Bl. p.* 17. *Fl. Cap.* II. *p.* 91.

Caulis fruticosus, glaber (excepto flore), teres, 3 ped.; rami verticillati quaterni, terni; folia sparsa, obtusa, brevissime petiolata, apice ustulato, patentia, lineam longa. Capitula magnitudine pisi; flos lanugine densâ birtus. *In Promont. b. Spei.* ♄.

7. B. *capitella Thunb.*; foliis trigonis glabris ustulatis, capitulis terminalibus et axillaribus. *Thunb. Fl. Cap.* II. *p.* 91.

Frutex erectus glaber ramulosus, tripedalis et ultra. Rami ramulique verticillati 3-4, filiformes, scabri, erecti, fastigiati, ultimi tomentosi. Folia sparsa et subverticillata, patentia, lineam longa. Capitula hirsuta, magnitudine pisi. *Thunb.* *In Promont. b. Spei.*

8. * B. *verticillata Thunb.*; foliis trigonis obtusis glabris, capitulis terminalibus, ramulis verticillatis fastigiatis.

Prodr. p. 41. *Fl. Cap.* II. *p.* 92. *Willd. Spec.* I. *p.* 1143.

Capitula parva, nec globosa. *Linn.* Caulis fruticosus erectus glaber tripedalis et ultra. Rami et ramuli verticillati fastigiati erecti, foliis imprimis superne tecti. Folia sparsa, petiolata, recta, erecto-imbricata, apice nigra, integerrima, vix lineae. Petioli flavescentes, foliis duplo breviores. Capitula piso minora. *Thunb. In cacumine montis Rode Sand supra Waterfal.* ♄.

9. B. *squarrosa Thunb.*; foliis lanceolatis ustulatis reflexis, capitulis hirsutis terminalibus. *Thunb. Fl. Cap.* II. *p.* 92.

Frutex erectus glaber ramosus. Rami rufescentes, inferne glabri, superne tomentosi, flexuoso-erecti, laxi, simplices. Folia brevissime petiolata, subquaterna, acuta, glabra, unguicularia. Capitula aggregata, piso minora. *Thunb.* *In Promont. b. Spei.* ♄.

10. B. *alopecuroides Thunb.*; foliis trigonis acutis glabris; capitulis lateralibus globosis glabris. *Thunb. Fl. Cap.* II. *p.* 93. *Pers. Syn.* I. *p.* 246.

Frutex erectus glaber ramosus pedalis. Folia sparsa incurva, imbricata, lineam longa. Capitula globosa, glabra, subracemosa, piso duplo minora. *Thunb.* *In Promont. b. Spei.* ♄.

Obs. *Willdenow* hanc non recepit; neque sequentem *laxam*, neque priorem *laevem* et *deustam*, licet occurrant in *appendice* ad *Prodr. Cap. p.* 187, quam tamen nec ipse ill. *Thunberg* laudat in *Flora cap. ll. cc.*

11. B. *laxa Thunb.*; foliis trigonis floribusque spicatis glabris. *Thunb. Fl. Cap.* II. *p.* 93. *Pers. Syn.* I. *p.* 246.

Frutex erectus glaber ramosus 2 ped. Rami sparsi aggregati filiformes parum ramulosi laxi virgati glabri. Folia sparsa obtusa frequentia adpressa imbricata lin. longa. Flores albidi. *Thunb.* *In interioribus Promont. b. Spei.* ♄.

12. B *paleacea*; foliis trigonis apice fuscis, paleis capitulorum (exsertis) coloratis. *Thunb. Prodr. p.* 41. *Fl. Cap.* II. *p.* 93. *Linn. Mant. p.* 559. *Willd. Spec.* I. *p.* 1142. *Wendl. Collect. t.* 21.

„Frutex similis *nodiflorae*, sed diversus foliis minoribus ramos tegentibus. Capitula s. flores multi, paniculati. Paleae inter flosculos iisdem duplo longiores pallidae, calycinis foliolis longiores. Styli duo. Receptaculum pilosum. Si *Brunia nodiflora* „(quam confer)“ a reliquis genere separanda, etiam haec BRUNIAE *nodiflorae* congener erit.“ *Linn.* Erecta, 2-ped. et ultra; rami ramulique sparsi foliis tecti. Folia sessilia, apice acuta, parum incurva, quinquefariam imbricata, subvillosa, internodiis longiora, longitudine lineae. Flores (albi) in ra-

mis supremis terminales. Bracteae et paleae trigonae, apice fusco, acutae, erectae, coloratae. *Thunb.* *In Promont. b. Spei; in Witsenberg Lichtenst.* ħ.

13. * B. *abrotanoides*; foliis lineari-lanceolatis reflexo-patentibus, basi margine ciliatis, capitulis terminalibus subcorymbosis. *Willd. Enum. H. Berol. p.* 260. *Spec.* I. *p.* 1143. *Thunb. Prodr. p.* 41. *Fl. Cap.* II. *p.* 94. *Wendland Collect.* II. *p.* 21. *t.* 45. B. *abrotanifolia Dietr. Gart. Lex.* II. *p.* 320. *Burm. Afric.* 266. *t.* 100. *f.* 1. *Pet. Gaz.* IX. *t.* 5. *f.* 7. *Plukn. Mant.* 69. *t.* 346. *f.* 7.

Germen superum. Stylus 1 emarginatus. *Linn.* Frutex (1 1/2 ped.) cicatricibus foliorum scaber, caule tereti striato glabro, ramis sparsis, supremis subfastigiatis, foliis tectis, infra glabris, superne pilosis. Folia sparsa frequentia brevissime petiolata apice fusca, recurvato-squarrosa, internodiis longiora, subcarinata, integerrima, glabra, lineam longa. Capitula magnitudine pisi, (albi.) *Thunb.* *In Promont. b. Spei.* ħ.

14. B. *plumosa Lam.*; foliis linearibus margine revolutis erectis glabris, capitulis terminalibus lanato-plumosis solitariis. *Lam. Enc. meth.* I. *p.* 475. An Levisanus africanus ericae folio capitulo majore *Ray Suppl. Dendr.* 130.

Capitula reliquis majora, minus copiosa; rami fusci; folia sparsa; capitula alba globosa, 7-8 lin. in diametro. *Lam.* *In Promont. b. Spei.* ħ. *Sonnerat.*

15. B. *microphylla Thunb.*; foliis ovato-trigonis carnosis glabris, capitulis terminalibus, ramis divaricatis. *Thunb. Fl. Cap.* II. *p.* 94. *Pers. Syn.* I. *p.* 246.

Frutex erectus fuscus ramulosus pedalis. Rami alterni, divaricati, similes cauli; ramuli aggregati, plurimi incurvi subfastigiati brevissimi iterum ramulosi. Folia sessilia laevia dense imbricata brevissima. Capitula terminalia villosa alba piso minora. *Thunb.* *In interioribus remotioribus Promont. b. Spei.* ħ.

16. B. *phylicoides Thunb.*; foliis ovatis, (extus) convexis imbricatis, capitulis terminalibus hirsutis. *Thunb. phytogr. Bl.* 18. *Flor. Cap.* II. *p.* 94.

Caulis fruticosus, totus foliis tectus, flexuosus; rami villosi breves, verticillati; folia obtusa crassa, villosa, lineam longa; capitula lanata magnitudine pisi. *In Promont. b. Spei.* ħ.

17. B. *superba Donn.*; foliis semiteretibus patentibus incurvis pilosis, apice aristato-sphacelatis. *Willd. Enum. Hort. Berol. p.* 260. *Spec.* I. *p.* 1143. *Donn. ind. Hort. Cantabr. p.* 25. B. *speciosa Hortulan.*

Frutex speciosus, dense foliis tectus. Folia erecto-patula, filiformia obtuse triquetra, apice callo parvo fusco mucronato

instructa. Villi longi tenues sparsi ad foliorum margines. Flores nondum vidi. *Willd.* *In Promont. b. Spei.* ♄.

18. B. *fragarioides Willd.*; foliis triquetris appressis margine ciliatis. *Willd. Spec.* I. *p.* 1143.

Folia parva lineari-filiformia glabra, margine et costâ medio dense ciliata. Flores non vidi. *Willd.* *In Promont. b. Spei.* ♄. *Franc. Masson.*

Obs. Huic † inusit div. *Willdenow*; sed viget in *Hort. Kew. ed.* 2. II. *p.* 36. *n.* 6.

19. * B. *ciliata*; foliis ovatis acuminatis ciliatis. *Linn. Spec.* I. *p.* 288. *Willd. Spec.* I. *p.* 1143.

Germen superum. Stylus bifidus. *Linn.* *In Aethiopia.*

Obs. Planta dubia, a nemine praeter *Linnaeum* visa; neque ab hoc descripta.

20. B. *arachnoidea Wendl.*; foliis sparsis confertis linearibus tenuibus acuminatis subtrigonis arachnoideis apice fuscis callosis patulis, floribus communibus (?) versus apicem ramulorum capitatis minimis globosis. *Wendl. Collect.* II. *p.* 62. *t.* 62.

Arbuscula erecta 3-5 ped., cortice fusco tuberculato. Rami sparsi, terni quaternique, pilis longis, junniores arachnoidei. Folia 1/2 poll. et ultra, petiolo glabro, adpresso. Pedunculus communis capitulo longior, pilis albis, patens. Receptaculum ovatum, paleaceum, punctatum, paleis parvis, basi latis, pilosis, acuminatis, apice fuscis, longitudine fere floris. Calycis foliola erecta acuminata glabra apice fusca, cartilaginea. Petala alba oblonga basi attenuata, apice rotundata, patentia. Germen glabrum. Stamina erecta. *Wendl.* *In Promont. b. Spei.* ♄.

21. B. *ericoides Wendl.*; foliis linearibus brevibus acutis trigonis ad dimidium pilosis apice fuscis callosis patulis, floribus communibus (?) versus apicem ramulorum capitatis globosis. *Wendl. Collect.* II. *p.* 51. *t.* 57.

Arbuscula erecta 2-3 ped., cortice fusco glabro, ramis sparsis, erectis, tuberculatis, pilosis. Folia ad medium usque pilosa punctata, petiolo brevi glabro erecto adpresso. Pedunculi breves tenues squamosi pilosi erecti, squamis oblongis acutis glabris apice fuscis. Receptaculum ovatum paleaceum pilosum punctatum, paleis parvis cochleariformibus basi pilosis apice cartilagineis, longitudine calycis. Calycis foliola erecta acuminata glabra apice fusca cartilaginea. Corolla parva alba, petalis oblongis, basi attenuatis, apice rotundatis, glabris, patentibus. Stamina deflexa. Capitula magnitudine Cerasi. *Wendl.* *In Promont. b. Spei.* ♄.

Quid:? B. *formosa Hort. Lond. Dumont Cours.* 2. *ed.* 3. *p.* 616.

Caulis supra radicem divisus in ramos plures ramulis pluribus rectis attenuatis, folia terna angusta acuta canaliculata subciliata viridia, fasciculis foliorum ramulorumque axillaribus. Sempervirens. *In Africa.* ♄.

B. *elegans* } *Dum. Cours. l. c.* sine descriptione?
B. *capitata* }

984. TINA.

T. *Gelonium*; GELONIUM *Aub. du Pet. Thouars nov. gen. Madagasc. n.* 45. *Römer Collect.* I. *p.* 206.

Aub. d. *Pet. Thouars* nonnisi cum? ducit GELONIUM *capanioides Gärtn. de Fruct* 805. *t.* 159. Videtur plures habere species addens characteri generis: „Arbores; folia alterna, conjugata vel abrupte et impari-pinnata; petiolus lignescens. Flores paniculati.“ *Gärtner* l. c. characteri generis nil nisi quaestiunculam adjecit: „Anne CUPANIAE vera species, pericarpiis bilocularibus?“ et pro synonymo habet Arboris elegantis fructus ex sylvis insulae Mauritii. *Herm.* in *litt.* *In Madagascar.* ♄.

985. POMATODERRIS.

1. P. *elliptica Labill.*; foliis ovalibus subtus tomentosis; florum capitulis subumbellatis, paniculatis. *Labill. nov. Holl.* I. *p.* 61. *t.* 86.

Arbuscula 8-10 ped., trunco recto tereti. Rami alterni sparsi glabri erecti, foliis alternis petiolatis sat magnis, aliis integerrimis, aliis subdenticulatis; petioli foliis duplo triplove breviores stipulis caducis lanceolatis. Panicula recta sat magna composita paniculis alternis bracteis fugacibus. Cal. turbinatus pilosus laciniis ovatis acutis intus carinatis caducis maturescente fructu. Petala calyce breviora, concava, squamiformia, unguiculata, denticulata limbo calycis inserta, laciniis alternantia. Stamina petalis opposita, antheris versatilibus. Germen disco pilis stellatis vestito cinctum. Stylus trigonus, stigmatibus 3 capitatis. Caps. ovata, medio annulo e delapsis laciniis calycis cincta, cocculis 3 ovatis papyraceis basi truncatis, dorso convexis antice planiusculis, foraminulo ovali, membranâ tenui operculato. Semina nigra ovata solitaria subcompressa. *Labill.* *In novae Hollandiae Promont. van Diemen.* ♄.

Obs. Utrum POMADERRIS *elliptica Sims Bot. Mag. t.* 1510 huc magis, vel potius ad CEANOTHUM *discolorem* pertineat, (quam cl. *Sims* citat tanquam synonymon ad *t.* 1510) decidere non audemus. Ob calycem tamen glabrum demum revolutum et stylum profunde trifidum ad CEANOTHUM *discolorem* spectare potius planta cl. *Sims* videtur. CEANOTHUM *discolorem* ad POMATODERRES spectare, suasit ipse *Labillardière* qui, sine dubio, *ellipticae* suae junxisset CEANOTHUM *discolorem Vent.* si eadem fuisset planta.

2. P. *apetala Labill.*; foliis ovato-oblongis duplicato-serratis subtus tomentosis; floribus apetalis racemosis. *Labill. nov. Holl.* I. *p.* 62. *t.* 87.

Caules recti teretes 6-7 ped., ramis alternis striatis tomentosis. Folia petiolata alterna supra rugosa fereque (exceptis fasciculis aliquot pilorum stellatorum) glabra. Petioli breves basi stipulis filiformibus caducis. Panicula terminalis elongata patens racemis simplicibus compositisque axillaribus et terminalibus, bracteis oblongis. Calycis laciniae acutae persistentes patentes. Stylus trifidus stigmatibus 3 capitatis. Caps. ovata, laciniis calycis reflexis. *Labill.* *In Promont. van Diemen.* ♄.

3. P. *lanigera Sim's*; cymis paniculatis terminalibus, foliis ovato-lanceolatis integerrimis coriaceis subtus ferrugineo-lanatis. *Bot. Mag. t.* 1823. CEANOTHUS *laniger Bot. Repos. t.* 569. CEANOTHUS *ferrugineus Wendl.* (fide specim. in *Herb. Roem.*)

Frutex 2-3 ped., ramis foliisque alternis. Rami juniores, petioli, pedunculi, calycesque lanâ plus minus ferrugineâ hirsuta, ut folia, quae tantum subtus, supra vero molliter pubescentia, venis parallelis. Bracteae parvae ovatae concavae. Pedicelli apicem versus incrassati, subfarinosi. Calycis laciniae acutae, revolutae. Petala longe unguiculata margine crispa, longitudine filamentorum, receptaculo ad basin unguis petali insertorum. Antherae flavae ovatae, demum sagittatae. Germen semiinferum; stylus erectus, ad basin usque partibilis in partes tres. Fructus? Semina? videtur POMATODERRIS ex Analogia cum *elliptica*. *Sims.* *In nova Hollandia.* ♄. *Communicavit cls. Schrader.*

986. CELASTRUS.

a. *Inermes; foliis integerrimis:*

1. * C. *filiformis*; foliis lanceolatis, ram (ul) is filiformibus, floribus axillaribus. *Thunb. Prodr. p.* 42. Id. apud *Römer Archiv.* III. *p.* 428. et *Fl. Cap.* II. *p.* 115. *Linn. Suppl. p.* 153. *Willd. Spec.* I. *p.* 1124.

Frutex erectus, scandens, totus glaber; rami teretes, striato-rugosi, brunnei; ramuli oppositi flexuosi laxi; folia opposita, brevissime petiolata, subtus pallida, patentia, pollicaria. Flores solitarii paucive, subsessiles. Cor. alba. Stylus simplex stigmate capitato obtuso. *Thunb.* *In sylvis Promont. b. Spei.* ♄.

2. C. *crispa* *) *Thunb.*; foliis obovatis obtusis undulatis, floribus axillaribus umbellatis hirtis. *Thunb. phytogr. Bl. p.* 23. Idem apud *Röm. Arch.* III. *p.* 429. et *Fl. Cap.* II. *p.* 115.

---

*) Celastrus (κηλαστρος et κελαστρος) generis feminini est; etiam κελαστρη occurrit.

Caulis fruticosus teres erectus ramosissimus, ramis alternis, ramulis flexuosis filiformibus pubescentibus, foliis alternis brevissime petiolatis, glabris erectis margine revolutis, subpollicaribus, umbellis paucifloris, pedunculis folio multo brevioribus. *In sylvis Promont. b. Spei.* ♄.

3. C. *obtusa Thunb.*; inermis, foliis obovatis, obtusi(ssimi)s, paniculâ axillari simplici. *Thunb.* apud *Röm. Arch.* III. *p.* 428. et *Fl. Cap.* II. *p.* 116.

Caulis fruticosus, totus glaber; rami teretes purpurascentes. Folia alternæ, brevissime petiolata, margine revoluta, crassa, erecta, pollicaria vel paulo ultra. Paniculae dichotomae. *In Promont. b. Spei.*

4. C. *laurina Thunb.*; foliis (ovato-) oblongis paniculis axillaribus. *Thunb. Prodr. p.* 42. et apud *Römer Archiv* III. *p.* 429. et *Fl. Cap.* II. *p.* 116. *Willd. Spec.* I. *p.* 1124.

Caulis frutescens erectus cinereo-fuscus totus glaber pedalis et ultra. Rami alterni erecto-patentes ramulique angulati, laxi, purpurascentes. Folia alterna subpetiolata obtusa subexcisa erecta coriacea sempervirentia supra saturatius viridia subtus pallidiora margine subrevoluta, 2 poll., poll. lata, inaequalia, petiolis crassis brevissimis purpurascentibus, lateribus decurrentibus. Panicula parum composita floribus ultimis subglomeratis; pedunculi oppositi tetragoni semiunguiculares, pedicellis brevioribus. Cal. monophyllus, corollà duplo brevior, 5-partitus, laciniis ovatis obtusiusculis erectis. Nectarium sertum a calyce, complanatum margine tenuissimo rufescente, exscissum pro petalis suborbiculatis basi attenuatis remotis erectis albis, 1/2 lineae. Filamenta alba, petalis triplo breviora, inter petala calyci inserta; antherae minimae, flavae. Stylus brevissimus vel nullus. Stigma obtusum, concavum, glabrum. *Thunb.* *Prope Kap infra latus occidentale Taffelberg*, in *Paarden-Eyland et alibi.* ♄.

5. C. *oleoides Lam.*; foliis alternis petiolatis ovato-lanceolatis marginatis, corymbis minimis axillaribus. Cassine *oleoides Lam. Enc. meth.* I. *p.* 652. C. *oleifolia Pers. Syn.* I. *p.* 327. Celastrus *oleoides Lam. Illustr. n.* 2696. *Poiret Enc. meth. Suppl.* II. *p.* 143.

Ramuli angulosi glabri foliosi cinerascentes. Folia utrinque acuta glabra subcoriacea, 1 1/2-2 poll., plana, margine subrevoluta. *Lam.* l. c. Affinis videtur *laurinae.* *In Africa.* ♄. *Sonnerat.* Herb. *Lamarck.*

6. C. *rostrata Thunb.*; foliis oblongo-ovatis inaequalibus, corymbis dichotomis axillaribus, fructibus spinosis. *Thunb. Prodr. p.* 42. *Willd. Spec.* I. *p.* 1124. Idem apud *Römer Arch.* III. *p.* 430. et *Fl. Cap.* II. *p.* 117.

Caulis fruticosus erectus totus glaber; rami ramulique alterni

angulati erecti. Folia alterna petiolata (acuminata) obtusiuscula laevia parallelo-nervosa patentia, pollicaria palmariaque. Petioli semiteretes semiunguiculares. Paniculae pedunculis divaricatis. Corollae albae. Caps. subcarnosa, squamis compressis inermibus aculeata ovato-globosa, glabra, magnitudine pisi. Semina 2 saepe abortiunt. *Thunb.* *In sylvis prope Zonder-End rivier juxta Zoete Melk's Valley.* ♄. V. S. Specim. *Thunb.* Confer C. *tricuspidatam.*

7. C. *tricuspidata Lam.*; foliis alternis subpetiolatis oblongo-ovatis obtusis planiusculis, pedunculis axillaribus racemosis. CASSINE *laevigata Lam. Enc.* I. *p.* 652. *Pers. Syn* I. *p.* 327. *n.* 6. CELASTRUS *tricuspidatus Lam. Illustr. n.* 2694. *Poiret Enc. meth. Suppl.* II. *p.* 143. OLEA *capensis Bachoz* 12. *Dec.* 6. *t.* 3.

Affinis *rostratae.* *Poir. l. c.* Arbuscula ultra orgyalis; truncus cortice nigricante, ramis flexilioribus quam in *lucido*, magis divisis, junioribus rufescentibus. Folia obtusa, fere spathulata, margine parum reflexa, glabra, laevia. *Lam.* *In Promont. b. Spei. Colitur in H. reg. parisin.* ♄.

8. * C. *lucida*; foliis ovalibus acutis nitidis marginatis glabris, floribus axillaribus. *Linn. Mant. p.* 49. *Thunb. Prodr. p.* 42. *Idem apud Römer Arch.* III. *p.* 429. *Fl. Cap.* II. *p.* 118. *Willd. Spec.* I. *p.* 1123. *Pers. Syn.* I. *p.* 241. *Meerburg pl. t.* 12. (fide *Thunb.*) *L'Hérit. stirp.* I. *p.* 4. *t.* 25. C. *concavus Lam. Illustr. n.* 2695. *Poiret Enc. meth. Suppl.* II. *p.* 143. CASSINE *concava Lam. Enc. meth.* I. *p.* 653. *Pers. Syn.* I. *p.* 327.

Frutex erectus ramis fuscis duris. Folia alterna ovata s. obovata obtusiuscula venosa lucida, brevissime petiolata, margine integerrimo reflexo. Pedunculi axillares conferti simplices folio breviores. Petala (alba) concava. Stamina corollâ breviora. Stylus crassus. Stigmata tria divergentia. *Linn.* Frutex pedalis vel ultra, cinereo-fuscus, totus glaber, ramis ramulisque alternis, illis nodosis, his superne angulatis. Folia subinde subrotunda, inaequalia, unguicularia. Pedunculi uniflori vel partiti. Capsulae fuscae glabrae tri-quadrivalves. *Thunb.* *In Promont. b. Spei.* ♄.

Obs. Illustr. *Lamarck* CASSINI suae *concavae* cultae altitudinem 6-6 ped. tribuit, corticem nigrescentem, folia parva concava, pedunculos solitarios ternosve, baccam siccam trigonam, trispermam. Vidimus in hortis nomine CASSINIS *humilis*, sub quo etiam olim culta in *Horto reg. parisino.*

9. C. *microphylla*; foliis ovatis, obtusis, paniculis terminalibus (dichotomis). *Thunb. Prodr.* 42. *Idem* apud *Römer Arch.* III. *p.* 428. et *Fl. Cap.* II. *p.* 119. *Linn. Suppl. p.* 154. *Willd. Spec.* I. *p.* 1123.

Frutex humilis rigidus flexuosus cinereus totus glaber. Rami al-

terni cinerei patentes, apice foliosi et floriferi, pollicares usque digitales. Folia alterna, breviter petiolata approximata subexscissa patentia unguicularia. *Thunb.* *In Promont. b. Spei.* ♄.

10. C. *elliptica Thunb.*; foliis ellipticis, paniculis simplicibus axillaribus. *Thunb. Prodr.* 42. *phytogr. Bl. p.* 23. *Idem* apud *Römer Arch.* III. *p.* 429. et *Fl. Cap.* II. *p.* 119.

Caulis fruticosus, curvato-erectus, totus glaber, ramulis summis angulatis; folia breviter petiolata, elliptico-lanceolata opposita, obtusiuscula, 1 1/2 poll. *Carnassiehout* incolis; *In sylvis Promont. b. Spei.* ♄.

11. * C. *bullata*; foliis ovatis acutiè, peniculâ terminali. *Willd. Spec.* I. *p.* 1123. *Mill. Dict. n.* 1. *Isnard Act. paris.* 1716. *p.* 369. *Plukn. Almag.* 139 *t.* 28. *f.* 5.

Alte scandere dicitur in vicinas arbores. Folia ovata, petiolata. Capsulae coccineae eleganter bullatae. *In Virginia Linn. Isnard, Pluk.* ♄.

Obs. Nec *Lamarck*, nec *Willdenow* vidit hanc plantam, et *Pursh Fl. Amer. Sept.* I. *p.* 160. speciem hancce neque in *Banisteri et Plukenetii* Herbariis in Musaeo Britannico unquam vidit, nec ab amicis quidquam de illa compertum habuit. An ergo quaerit, re verâ Americae borealis civis? In *Hort. Kew* (*ed.* 2. II. p. 26) colitur ab anno 1759 introducta a divo Ph. *Miller*, et patria additur Virginia.

12. C. *macrocarpa Ruiz et Pav.*; foliis (oblongo-) lanceolatis, acumine emarginato, floribus aggregatis. *Flor. Peruv.* III. *p.* 8. *t.* 230. *f.* b. *Poiret Enc. meth. Suppl.* II. *p.* 143. HAENKEA *Prodr. Fl. peruv. p.* 65.

Rami juniores angulati; folia alterna subpetiolata coriacea supra lucida, subtus albida, 6 poll. et ultra; flores parvi pedicellati (in figura sparsi laterales); pedicelli breves graciles uniflori. Calyces colorati, dentibus 5 caducis. Petala alba margine reflexa. Caps. ovata 2-3-valvis, seminibus 2-4 oblongis, arillo albido pulposo. *Ruiz et Pav.* *In sylvis Peruviae.* ♄.

b. *Inermes, foliis dentatis.*

13. * C. *scandens*; foliis oblongis acuminatis serratis, racemis terminalibus, caule volubili. *Willd. Spec.* I. *p.* 1125. (excl. syn. *punctatae Thunb.*) *Mich. Fl. bor. Amer.* I. *p.* 155. *Schmidt östr. allg. Baumz. t.* 140. *Schkuhr Handb.* I. *p.* 153. *t.* 47. *Duhamel Arb.* I. *p.* 223. *t.* 95.

Dioicum esse *Medicas* primus observavit in *Obs. oecon. Lutr.* 1774. *p.* 158. Rami graciles. Folia alterna utrinque attenuata et glabra. Cor albo-virens. Baccae miniatae. *Canada ad Virginiam.* ♄.

Obs. Parisiis vix 3-4 ped.; apud nos, in palude horto botanico a Jesuita *Schrank* dicata, altissime scandit in vicinas arbores, verus, ut Galli dicunt, *Bourreau des arbres.*

14. C. *punctata Thunb.*; ramis scandentibus punctatis, foliis ovatis serratis. *Thunb. jap.* 97.

Illustr. *Thunberg Linn. Trans.* II. *p.* 332 junxit *punctatam* cum *scandente*, et *Willd. Spec.* I. *p.* 1125 eandem cum? adduxit ad *scandentem*; attamen, monente ipso divo *Willdenow*, caule angulato punctato et inflorescentia differre videtur. Descripsit auctor sequentibus in *Flora japonica*: caulis fruticosus, ramis elongatis polygonis punctis albis scabridis, ferrugineis, nudis ramulosis; ramulis sparsis striatis patentissimis saepe recurvis foliosis brevibus. Folia in ramulis alterna petiolata acuta subtus pallidiora glabra pollicaria. Petiolus semiunguicularis. Flores in ramulis sparsi solitarii, pedunculis articulatis laxis semiunguicularibus. Caps. 3-locularis. Sem. arillo flavo, rugoso. *Thunb.* *In Japonia.* ♄.

15. C. *paniculata Willd.*; foliis ovatis acuminatis obtusis serratis, paniculâ elongatâ terminali. *Willd. Spec.* I. *p.* 1125.

Rami fusci punctati teretes. Folia alterna subrotundo-ovata acuminata obtusa biuncialia, poll.. lata, glabra. Panicula ramosa 3 poll. Flores parvi. Caps. 3-loc., 3-valvis. *Willd.* *In India orientali.* ♄.

16. C. *acuminata Thunb.*; foliis ellipticis crenatis, floribus axillaribus subbinis. *Thunb. Prodr. p.* 42. Idem *phytogr. Bl. p.* 22. *Idem* apud *Römer Arch.* III. *p.* 432. et *Fl. Cap.* II. *p.* 119. *Linn. Suppl. p.* 154. *Willd. Spec.* I. *p.* 1126.

Caulis fruticosus, cinereus, inermis, erectus, glaber, 3 ped. et ultra; ramuli angulato-striati, foliaque alterna, elliptico-ovata, obsusiuscula, inaequalia, unguicularia pollicariave; flores e gemma solitarii, bini terni, cernui; pedunculi capillares, vix lineae. *In Promont. b. Spei.* ♄.

17. C. *cassinoides L'Hérit.*; foliis ovatis utrinque acutis serratis (laxe dentatis) perennantibus; floribus axillaribus. *Lam. Illustr. n.* 2697. *L'Hérit. Sert. Angl. p.* 6. *t.* 10. *Willd. Spec.* I. *p.* 1126.

Arbuscula ramosa glabra, ramis teretibus, foliis alternis petiolatis utrinque glabris, dentibus laxis obtusis, petiolis rubris. Pedunculi uniflori 2-3, breves. *L'Hérit.* *In insulis Canariis.* ♄.

18. C. *striata Thunb.*; ramulis erectis striatis, foliis ovatis acuminatis, serratis, pedunculis sparsis unifloris. *Thunb. jap. p.* 98. *Willd. Spec.* I. *p.* 1126.

Caulis fruticosus, ramis teretibus subrugosis cinereis erectis, ra-

mulis oppositis striatis divaricato-erectis. Folia opposita, brevissime petiolata glabra patentia pollicaria. Pedunculi capillares articulati patentissimi. Caps. 1-4-locularis, s. potius capsulae aggregatae. Differt a *punctata* ramis non punctatis nec scandentibus; foliis subsessilibus. *Thunb.* *In Japonia.* ♄.

19. C. *edulis Vahl*; foliis (sub) oppositis alternisque ellipticis (obtuse) serratis, cymis axillaribus dichotomis. *Vahl Symb.* I. *p.* 21. *Willd. Spec.* I. *p.* 1126. CATHA *edulis Forsk. descript.* 63.

Rami alterni cortice cinereo, inferne teretes, superne alternatim compressi, sub foliis dilatati. Ramuli articulati, alterni. Folia petiolata alterna, in ramulis opposita, glabra, obtusa, 1 1/2 poll. Petiolus brevis. Pedunculi oppositi dichotomi longitudine petiolorum. *Vahl.* Rami axillares; ramuli virides annui articulati. Folia 2 poll., ovato-lanceolata plana nitida rigida patentia, in ramis magnis alterna. Petiolus superne planus. Pedunulli axillares oppositi, terminales solitarii ad angulos rectos, flosculo parvo ex singula dichotomia, et sub illa squamae 2 parvae lanceolatae oppositae. *Forsk.* *In Yemen colitur iisdem hortis cum Coffea.* ♄.

20. C. *populifolia Lam.*; foliis ovatis acuminatis serratis, umbellis axillaribus subsessilibus pauciflоris. *Lam. Illustr. n.* 2698. *Poiret Enc. meth. Suppl.* II. *p.* 144.

Poiret l. c. cum? huc ducit C. *acuminatam Thunb.*, quam tamen non vidit; neque vidit *populifoliam;* huc certi quid statui nequit. Rami alterni; folia subpetiolata, *populi* folia aemulantia. Caps. ovali-oblongae. *Poir.* *In Promont. b. Spei.* ♄.

21. C. *trigyna Lam.*; foliis oblongo-ovatis obtuse serratis, umbellis axillaribus laxis pedunculatis; stylo subnullo. *Lam. Illustr. n.* 2699. *Poiret Enc. meth. Suppl.* II. *p.* 144. *Reliqu. Willd. MS.* SONNERATIA *Commerson.*

Caules ramique glabri, atrofuscescentes, foliis alternis fasciculatisve petiolatis apice rotundatis, basi attenuatis, membranaceis, pallide viridibus, subtus subcinereis, glabris. Umbellae foliis multo breviores. Pedunculi filiformes, apice dichotomo-ramosi; calyx minimus; petala alterna calyce parum longiora; stamina brevia cum petalis alternantia; stigmata 3 obtusa; caps. trigona trisulca 3-loc., trivalvis; semina 2 rubra lucida in loculo singulo. Incolis *Bois-Jacot Poiret.* *In île de France.* ♄. *Commers. Herb. de Jussieu.*

Obs. Willdenow l. c. folia coriacea dicit, et patriam ignorat. Huic sane videtur proxima C. PYRIUS, foliis ovato-lanceolatis crenatis obtusis, cymis axillaribus. *Willemet Herb. Maurit.* in *Useri Annal.* 1798. Folia huic petiolata glaberrima fasciculata; cymae 2-4; cal. rubro tinctus, corollâ obtusâ duplo minor; caps. obtuse 3-4-gona, 3-4-locul. Sem. 1-2. In sylvestribus *au Pouce.*

22. C. *procumbens Thunb.*; foliis ovatis dentatis, ho-

ribus axillaribus, caule decumbente. *Thunb. Prodr. p.* 42. *Flor. Cap.* II. *p.* 119. *Linn. Suppl.* 153. *Willd. Spec.* I. *p.* 120.

Frutex spithamaeus decumbens glaber. Rami pauci angulati erecti foliaque alterna breviter petiolata acuta spinoso-dentata, margine revoluta, supra pallide viridia lucida subtus pallidiora, patula, pollicaria. Flores pedunculati subsolitarii. Caps. ovata, tri-quadrilocularis. *Thunb.* *In Danis arenosis Musselbay, alibique.* ♄.

23. C. *cernua Thunb.*; foliis ovatis obtusis serratis, pedunculis axillaribus unifloris cernuis. *Prodr. Fl. Cap. p.* 42.

In Promont. b. Spei.

Obs. Hujus nec in *Römer's Archiv* III. *p.* 431, ubi adducitur ab ill. Auctore, nec in *Fl. cap.*, ubi plane negligitur, descriptio prostat.

24. C. *undata Thunb.*; foliis obovato-subcuneiformibus undato-dentatis, floribus axillaribus sessilibus. *Thunb. Prodr.* 42. *Fl. Cap.* II. 1126.

Caulis fruticosus cinereus glaber ramosus; rami erecti subangulati foliaque alterna, breviter petiolata seu inferne attenuata in petiolos, acutiuscula et obtusa, inaequalia, basi integra, reticulato-nervosa, pallida, pollicaria et ultra. Flores minuti. *Thunb.* *In Prom. b. Spei.* ♄.

25. C. *crenata Forst.*; foliis ovatis crenulatis, cymis axillaribus. *Forst. Prodr. n.* 113. *Willd. Spec.* I. *p.* 1127.

In insulis Marchionis maris pacifici. ♄.

26. C. *Heyneana*; foliis ellipticis obtuse serratis, glabris, cymis axillaribus fructiferis maxime divaricatis. *Roth nov. pl. Spec. MSS.*

Proxime cognata cum C. *crenata Forster prodr. n.* 113. tamen distincta. *Roth.* *H. in India orientali.* B. *Heyne.*

27. C. *dilatata Thunb.*; foliis obovatis cuspidatis apice serratis glabris. *Thunb. Act. Soc. Linn.* II. *p.* 332. *Willd. Spec.* I. *p.* 1127. Euonymoides baccis parvis *Thunb. jap.* 354. *n.* 26.

Caules recti, rami glabri teretes; folia alterna petiolata glabra, 2-3 poll., basi attenuata. Fructus ad apicem petioli communis bacciformes parvi sessiles aggregati caerulei. *Thunb.* *In Japonia.* ♄.

28. * C. *myrtifolia*; foliis ovatis serrulatis, floribus racemosis, caule erecto. *Linn. Hort. Cliff.* 72. *Mill. Dict. n.* 5. *Willd. Spec.* I. *p.* 1127. *Sloane Jam. hist.* II. *p.* 79. *t.* 193. *f.* 1.

Arbor 18-20 ped., ligno albo durissimo. Rami foliis alternis petiolatis basi rotundatis, utrinque glabris. Flores albi, parvi. *In Virginia, Jamaica.* ♄.

Obs. In *Herb. Pallas* in *Joannео Styriaco* asservato specimen sibiricum occurrit ab americano haud diversum; folia tamen non serrulata, sed rarius et tenuissimo denticulata, ut subintegerrima dicas. Caulis rectus inermis, folia coriacea oblonga laevia subsessilia basi magis attenuata. Pedunculi axillares filiformes foliis breviores nunc, nunc longiores, quasi dichotomi, in pedicellos longos patentes, racemum sistentes. Ramuli adultiores punctati, juniores striati. *De Vest.*

29. C. *tetragona Thunb.*; foliis ovatis serratis, ramis tetragonis. *Thunb. Prodr.* p. 42. et apud *Römer Arch.* III. p. 431. *Willd. Spec.* I. p. 1127.

Caulis fruticosus, totus glaber; rami erecti, angulis acutis. Ramuli oppositi, retroflexi. Folia opposita sessilia, inferiora magis rotunda, superiora oblonga, patentia, margine parum reflexo, pollicaria, suprema sensim minora. Flores in panicula terminali trichotoma composita. Cal. 4-5-fidus, corollâ brevior. Fructus globosus glaber. Affinis *Cassini. Thunb. ap. Römer l. c.* (in *Fl. Cap.* non occurrit sub CELASTRIS.) *In sylvis variis Promont. b. Spei.*

30. C. *articulata Thunb.*; foliis rotundatis acuminatis, pedunculis axillaribus subtrifidis. *Thunb. jap.* 97. *Willd. Spec.* I. p. 1127. C. *orbiculatus Lam. Illustr.* n. 2700. *Poiret Enc. meth. Suppl.* II. p. 144.

Caulis fruticosus erectus. Rami polygoni punctis albis, ferruginei, glabri. Folia alterna petiolata subrotunda serrata glabra nervosa patentia 1 1/2 poll. Petioli canaliculati folio triplo breviores. Flores axillares pedunculis bi-trifidis. Caps. 3-locularis. *Thunb.* In *Vitm. Samm. pl.* 2, p. 31 sphalmate C. *auriculatus* pro *articulatus* legitur, ut in *Gmel. Syst. Veg.* p. 406. *orbiculatus Thunb.* pro *articulatus.* *In Japonia.*

31. C. *alata Thunb.*; foliis oppositis brevissime petiolatis acuminatis serrulatis, ramis alatis. *Willd. Spec.* I. p. 1127. *Thunb. jap.* 98.

Caulis fruticosus orgyalis, ramis oppositis alatis laxis erectis glabris, ramulis patentissimis brevibus: alae suberosae irregulares sparsae cortici adhaerentes, facile secedentes. Folia elliptica acuminata tenuissime serrata glabra patentia pollicaria. Flores in ramulis sparsi pedunculati. Pedunculi capillares uniflori infra florem supra medium glandulis 2 instructi pollicares. Caps. 1-2-3-loculares. Semina arillata. Utrum sit EUONYMUS vel CELASTRUS? *Thunb.* *In Japonia juxta templa Nagasaki et alibi culta.* ♄.

32. C. *retusa Poir.*; foliis ovatis ovalibusque acuminatis apice emarginatis (retusis) serrato-crenatis; pedunculis congestis unifloris, (floribus dioïcis et polygamis.) C. *emarginatus Ruiz* et *Pav. Fl. peruv.* III. p. 6. t. 229. f. a.

Pers. Syn. I. *p.* 242. C. *retusus Poiret Enc. meth. Suppl.* II. *p.* 146. C. *peruvianus Dietr. Nachtr. Gaertn. Lex.* II. *p.* 111,

Arbuscula 20 ulnar.; folia sparsa, subpetiolata, supra nitida; fasciculi florum axillares, pedunculis brevibus unifloris; cor. flava; capsulae ovatae, croceae, uni- vel triloculares. Stigma integerrimum et bi-trifidum. *Ruiz et Pav.* *In Andibus Peruviae.* ♄.

33. C. *conferta Ruiz et Pav.*; ramis aggregato-verticillatis; foliis confertis ovalibus subrotundisque, serrulatis; floribus congestis, (polygamis.) *Flor peruv.* III. *p.* 6.

Arbuscula glabra ramosissima, ramis sparsis subpubescentibus; folia sparsa subpetiolata, a medio ad apicem denticulata. Petioli subvillosi. Fasciculi florum axillares, pedicellis brevissimis, distinctis bracteolis parvis. Cor. minima alba. Caps. 2-3-locularis, valvulis seminibusque totidem: his arillo croceo involutis. *Ruiz et Pav.* *In sylvis altis Peruviae.* ♄.

34. C. *rhamnoides Poir.*; foliis ovatis (lanceolatisve) acutis argute serratis; floribus minimis axillaribus fasciculatis; pedunculis simplicibus inaequalibus unifloris. *Enc. meth. Suppl.* II. *p.* 145.

Rami diffusi cinerei numerosi, foliis alternis subpetiolatis glabris, subtus pallidioribus; denticuli brevissimi acutissimi; caps. trilocularis magnitudine pisi; semina lucida, nigricantia. *Poiret.* *In Promont. b. Spei.* ♄. *Herb. de Jussieu.*

Obs. Cls. *Poiret* non dicit utrum inermis spinosave sit; posuit *confertam* inter et *emarginatam*.

35. C. *Rothiana*; foliis subrotundo-ovalibus, acuminatis, serratis, pubescentibus; panicula terminalis ramis subcorymbosis. C. *paniculatus Roth nov. pl. Spec.*

Panicula terminalis, nuda, digitalis et palmaris, piloso-canescens. Bracteae minutae, solitariae, sub quavis paniculae divisura. Flores albi, breviter pedunculati. *Roth.* *H. in India orientali.* B. *Heyne.*

Obs. Diversa sane a *paniculata Willd.*

36. C. *orbicularis Humb.* et *Bonpl.*; foliis subrotundo-ellipticis emarginatis remote dentatis, pedunculis axillaribus unifloris. *Reliqu. Willd. MS.*

Calyx minimus profunde 5-partitus. Petala patentia, longitudine staminum. Nectarium orbiculatum depressum centro perforato. Germen ovatum, minutissimum, saepe abortiens. Stylus erectus, unicus, stigmate trigono, incrassato. Caps. ovata subtrigona trivalvis, unilocularis, trisperma, apice dehiscens. Semina pulpâ rubrâ obvoluta ovata. Arbor orgyalis ramosissima. Flores albo-virentes in axillis congesti. *In aliginosis Guayaquil. Humb. et Bonpl.* ♄.

c. *Spinosae; foliis integerrimis:*

37. *C. exscissa Thunb.*; aculeata, foliis orbiculatis exscissis, pedunculis axillaribus subumbellatis. *Fl. Cap.* II. p. 120.

Caulis fruticosus totus glaber angulosus flexuoso-erectus; rami similes patentes subreflexi aculeis recurvis, foliaque alterna, raro opposita, brevissime petiolata, vix pollicaria. Pedunculi brevissimi. *Thunb.* *In Promont. b. Spei.* ♄.

Obs. Prostat in *Herb. Römer* e munificentia ill. *Thunberg* specimen inscriptum CELASTRUS *capensis* plurimis cum hacce conveniens, non paucis tamen diversum. Folia nempe, licet quaedam orbiculata exscissa, plura tamen ovata integerrima apice nervo subtus producto mucronata, pollicaria et ultra, petiolo 2-3 lin., plura opposita. Pedunculi petiolo duplo longiores, pedicellis subumbellatis brevissimis. Aculei petiolis plerumque breviores. Florum status in specimine nostro de genere certi quid statuere non permittit.

38. * *C. linearis*; spinis foliosis, foliis linearibus, paniculis axillaribus. *Thunb. Prodr. p.* 42. *Idem* apud *Römer Arch.* III. *p.* 432. et *Fl. Cap.* II. *p.* 121. *Linn. Suppl.* 153. *Willd. Spec.* I. *p.* 1128.

Caulis fruticosus cinereus glaber. Rami flexuosi cinerei spinosi. Spinae alternae foliis deciduis patentes cinereae, 2 poll. s. digitales. Ramuli pauci, obsolete angulati, erecti, virescentes. Flores minuti, albi. Paniculae patulae. *Thunb.* *In sylvis Promont. b. Spei.*

39. * *C. integrifolia*; spinis foliosis, foliis ovatis reflexis, paniculis axillaribus. *Thunb. Prodr.* II. *p.* 42. 2. *Id.* apud *Römer Arch.* III. *p.* 434. et *Fl. Cap.* II. *p.* 121. *Linn. Suppl. p.* 153. *Willd. Spec.* I. *p.* 1128.

Caulis fruticosus rigidus glaber. Rami alterni cinereo-rufescentes inferne spinosi, flexuoso-erecti. Spinae alternae horizontales unguiculares. Folia in spinis subopposita, in ramis alterna, brevissime petiolata obtusa superiora reflexa unguicularia. Flores albi; pedunculi pedicellique capillares patentes. *Thunb.* *In fruticetis Carro trans Hexrivier.* ♄.

40. *C. emarginata Willd.*; spinis foliosis, foliis obovatis (saepius) emarginatis, umbellis pedunculatis. *Willd. Spec.* I. *p.* 1128. *Poiret Enc. meth. Suppl.* II. *p.* 145. *Pers. Syn.* I. *p.* 243. *n.* 30. C. spinis junioribus foliosis et floriferis, follis obovatis subemarginatis integerrimis coriaceis, umbellis pedunculatis sessilibusque, pedunculis capillaribus. *Roth nov. pl. Spec. MS.*

Rami teretes: Spinae unciales rigidae crassae alternae, juniores foliosae et floriferae. Folia glauca glabra subpetiolata. Flores in axillis petiolorum et spinarum apice. Pedunculi capillares ratione floris longi. Caps. 3-locul., trivalvis. *Willd.*

Tamulis Kattanschi Mullu. — Folia coriacea crassa rigida. Umbellae rarae in speciminibus meis sessiles. Pedunculi capillares, simplices purpurei. *Roth.* *In India orientali.* ħ. *Herb. de Jussieu.*

41. C *integra Thunb.*; spinosa, foliis ovatis emarginatis; paniculis axillaribus. *Fl. Cap.* II. *p.* 123.

Caulis fruticosus, fusco-cinereus, glaber, teres, flexuosus, erectus, rigidus, spinis horridus, 3-ped. et ultra. Rami similes, erecto-patentes, virgati, ramuli valde spinosi spinis pollicaribus. Flores albi. Panicula subdichotoma, supradecomposita. Pedunculi et pedicelli capillares. *Thunb.* *In Promont. b. Spei.* ħ.

42. C. *rigida Thunb.*; spinosa ramis subsecundis, foliis (ob)ovatis integerrimis exscissis, floribus axillaribus sessilibus, *Thunb. Fl. Cap.* II. *p.* 124.

Caulis frutciosus cinereus glaber 2 ped. et ultra. Rami secundi alterni, angulati spinescentes ut ramuli sparsi. Folia sparsa decidua brevissime petiolata obtusa glabra vix unguicularia. Flores axillares pauci brevissime pedunculati. *Thunb.* *In Promont. b. Spei.* ħ.

d. *Spinosi; foliis dentatis:*

43. C. *senegalensis Lam.*; spinis foliosis, ramis teretibus, foliis ovato-oblongis inaequaliter dentatis, cymis minimis paucifloris. *Lam. Enc. meth.* I. *p.* 661. C. *phyllacanthus L'Hérit Sert. Angl.* 6. *n.* 28. *Willd. Spec.* I. *p.* 1128. *Pers. Syn.* I. *p.* 243.

Arbuscula parvula ramis laxis vix 2-3 ped.; rami juniores rufescentes spinis alternis rectis fere pollicaribus. Folia subpetiolata, glaucescentia. Flores minimi; pedunculi vix 2-3 lin.; cymae rarae. *Lam.* *In Senegal.* ħ. *Adanson.*

44. * C. *buxifolia*; spinis axillaribus, majoribus foliosis, foliis lanceolato-obovatis serratis obtusis, junioribus acutis, ramis angulatis, corymbis axillaribus pedunculatis. *Willd. Enum H. Berol. p.* 255. *Spec.* I. *p.* 1128. *Thunb. Prodr.* 42. *Id.* apud *Römer Arch.* III. *p.* 432. et *Fl. Cap.* II. *p.* 122. *Houtt. Pflanz-Syst.* 3. *t.* 21, *f.* 1.

Rami et ramuli angulati. Folia acute serrata. Cymae ex alis. *Linn.* Spinae saepe nudae, a *pyracantha* satis distinctus foliis obtusis. *Willd.* Caulis fraticosus erectus, glaber, cinereus, (3-4-ped.). Spinae foliosae patentes pollicares. Rami alterni, saepe inermes, subtetragoni, flexuoso-erecti, subsimplices. Folia alterna breviter petiolata obovato-oblonga, inferne valde attenuata, saepe subexscissa, crenata, patentia pollicaria digitalia. Flores albi. Paniculae decompositae. Pedunculi et pedicelli compressi. Variat spinis et foliis majoribus et minori-

bus, magis minusve exscissis et obtusis. *Thanb.* *In sylvis Promont. b. Spei, fruticetis Carro trans Hexrivier.* ♄.

45. C *multiflora Lam.*; spinis inferioribus longissimis, rameis parvis subfoliosis, foliis obovato-rhomboideis, cymis lateralibus multifloris *Lam. Enc. meth.* I. *p.* 661. *Pers. Syn.* I. *p.* 245. C. *hispanicus Hort. Reg. Paris.*

4-6 ped.; caules plures recti; rampli juniores angulati virentes foliosi, spinulis folio brevioribus, tum in annosioribus 2 2 1/2 poll. Folia parva obtusa denticulata (subinde subintegerrima apice emarginata) rigida. Flores parvi, albi numerosi, Spiraeae fere *hypericifoliae* faciem arbusculae florenti largientes. *Lam. In Africa.* ♄.

46. C. *pyracantha*; spinis nudis, ramis teretibus acutis. *Willd. Spec.* I. *p.* 1129. C. *pyracanthus*, spinosus, foliis obovatis integerrimis marginatis, paniculis axillaribus. *Thunb. Prodr.* 42. *Id.* apud *Römer Arch.* III. *p.* 433. et *Fl. Cap.* II. *p.* 122. et hoc, teste: *Linn. S. V.* ed. XIV. *p.* 237. *Willd. Spec.* I. *p.* 1129. ergo etiam: *Mill. Dict. n.* 3. *ic. t.* 87. *Plukn. phyt. t.* 126. *f.* 2. 3. *Commel. Hort.* I. *p.* 163. *t.* 84.

Plantae juniores saepius inermes. *Willd. Enum. H. Berol. p.* 255. *C. pyracantha* a *Thunberg* descriptus longe a *Linnaeano* diversus videtur *Willd. Spec. l. c.* Interea *Thunberg Fl. Cap. l. c.* citat sine dubio *Linn. S. V.* et ipsum *Willdenow Spec.* I. *p.* 1129. *Sims* porro ad elegantem suam iconem (*Bot. Mag. t.* 1167. ubi etiam *Weinm. Phyt. t.* 687.) monet, quamvis icones *Milleri* et *Commelyn* (hujus foliis profunde serratis, illius integerrimis) a se differre videantur, specimen tamen *Millerianum* in *Herb. Banks.* folia inferiora ostendere profunde serrata. In ipso quoque specimine Linnaeano *Herb. Cliff.* apud *Banks* folia esse obovata marginata denticulata potius quam serrata. Fructus ruber. Rami et ramuli teretiusculi. Folia ovali-lanceolata, utrinque acuta, in petiolos desinentia, superne serraturis acuminatis ut fere spinosis, persistentia. Cymae pedunculatae laterales. *Linn.* Frutex fuscus, glaber, bipedalis et ultra, valde ramosus, ramis alternis flexuosis. Spinae caulinae et rameae aphyllae, 1/2 poll. Folia in axillis spinarum aggregata, inferne attenuata in petiolum brevissimum, obtusa, margine revoluta, reticulato-venosa, subtus pallida, patenti-erecta, inaequalia, pollicaria. Caps. ovata, trigona, (subinde tetragona) angulis obtusis, glabra, obtusa, rubra, sublignosa, tri (subinde quadri-) valvis, tri-(subinde quadri-) locularis, apice et lateribus trifariam dehiscens. Semina plura, circiter tria imposita, arillo involuta, tenui plicato sanguineo, lovata, glabra. *Thanb.* *In Promont. b. Spei Houthay, in fossis infra Taffelberg lat. occident., in dunis extra Zoutrivier.* ♄.

Obs. Occurrit in hortis et herbariis passim nomine C. *Colpoonis, octogonae* et *bullatae*.

47. C. *rotundifolia Thunb.*; spinosa, foliis (petiolatis) subrotundis dentatis. *Thunb. Prodr.* 42. *Id.* apud *Römer Arch.* III. *p.* 433. *Fl. Cap.* II. *p.* 124. *Willd. Spec.* I. *p.* 1129.

Caulis fruticosus cinereus glaber spinis horizontalibus, digitalibus. Folia alterna petiolata obsolete dentata vix pollicaria. Petioli unguiculares. A subsimili *Pyracantha* differt foliis non in petiolum attenuatis, non oblongis, et aequaliter serratis. Flores non vidit *Thunb.* *In sylvis Promont. b. Spei. h.*

48. C. *flexuosa Thunb.*; spinosa, ramis flexuosis, foliis ovatis, undato-serratis, pedunculis axillaribus unifloris. *Thunb. Fl. Cap.* II. *p.* 124.

Caulis fruticosus cinereo-albidus glaber flexuosus spinosus 3 ped. et ultra. Rami alterni, similes cauli, flexuoso subscandentes. Spinae filiformes acutissimae, 2 poll., patentissimae. *Thunb. In Promont. b. Spei. h.*

49. C. *parviflora Vahl*; spinis nudis, foliis ovatis crenatis, pedunculis filiformibus; foliis longioribus. *Vahl Symb.* I. *p.* 21. *Lam. Illustr. n.* 2704. *Willd. Spec.* I. *p.* 1129. CATHA *spinosa Forsk. descript.* 64. *Lam. Enc. meth.* I. *p.* 654.

Rami teretes purpurascentes, summe rore glauco. Folia petiolata alterna glabra obtusa basi integerrima, rarius undulata, 2 poll.. Petiolus brevis. Spinae intrafoliaceae (ut in *buxifolia*) ex axillis inferioribus, subulatae, 1/2 poll.. Pedunculi axillares solitarii dichotomi. Squamula minuta ad basin pedicellorum. Stylus nullus. Stigma subtrifidum. *Vahl.* *Harmae Forsk.* *h.*

50. C. *montana Roth*; spinis junioribus foliosis et floriferis, foliis obovatis, obsolete serratis, margine cartilagineis, cymis axillaribus, dichotomis, divaricatis. *Roth nov. pl. Spec. MSS.*

Spinae 1 - 1/2 poll.. Cymae sessiles et breviter pedunculatae, axillares et infra apicem spinae ramis pedunculisque setaceis, purpureis. *Roth.* *H. in India orientali.* B. *Heyne.* *Willdenow* habuit a *Klein*; folia elliptica dicit, coriacea et corymbos axillares.

51. C. *zeylanica Roth*; aculeis axillaribus, oppositis, petiolo brevioribus, foliis subrotundo-cuneatis, apice subemarginatis, obsolete crenatis, nitentibus, pedunculis axillaribus aggregatis. *Roth nov. pl. Spec. MSS.*

Pedunculi 4 s. 5 in quavis axilla, uniflori, nudi, petiolis paulo breviores. Aculei subrecurvi. *Roth.* *H. in India orientali.* B. *Heyne.*

52. C. *lycioides Willd.*; foliis subrotundo-ovatis obtusis coriaceis glabris crenatis. *Reliqu. Willd. MS.*

In Teneriffa, ♄. *Broussonet.*

Obs. Herbarium *Römerian.* possidet e munificentia Dni. *Dufour* CELASTRUM a divo *Broussonet* in Teneriffa lectam, in quam exactissime cadit diagnosis a *Willdenow* data; de genere interea fides penes auctorem, non enim in speciminibus nostris praeter fructus 3 immaturos magnitudine pisi in pedunculis axillaribus solitariis unifloris petiolo duplo longioribus aliquid, quo certiores de genere redderemur, occurrit. Rami lignosi cortice glabro rugoso fuscescente, in nostris saltem speciminibus inermes. Folia alterna, 2-3-pollicaria, 1 1/2-2 poll. lata, crenis nunc obtusis, nunc nervo prominulo mucronatis, in petiolum 3-4 lin. decurrentia.

Quid sit CELASTRUS *ovata Hill. Hort. Kew. t.* 16. arbuscula 3-ped., foliis ovatis, floribus albidis; in *Baharmia* apud *Vitm. Summ. plant.* 2. *p.* 33 nescimus et ignoramus. In *Hort. Kew.* non citatur. Nec melius nobis nota:

C. *mauritiana Willemet Herb. Maurit.* in *Usteri Annal.* 1798 cui folia ternata subtus tomentosa, panicula terminalis adscribuntur.

CELASTRUM *serrulatam* et *glaucam* adducit *Salt. it. abyss. ed. germ.* I. *p.* 476. sine definitione.

987. SENACIA.

1. S. *undulata Lam.*; foliis lanceolatis petiolatis margine undulatis, cymis umbellatis subterminalibus, capsulis biloculariibus dispermis. *Lam. Illustr. n.* 2709. *Poiret Enc. meth. Suppl.* V. *p.* 128. CELASTRUS *undulatus Lam. Encycl. meth.* I. *p.* 662. C. fol. suboppositis lanc. undul., capsulis bivalvibus polyspermis. *L'Hérit. Sert. Angl.* 7. *Willd. Spec.* I. *p.* 1124. *Bois de jolicoeur. Aub. du Petit-Thou. il. Austr. p.* 27.

Folia acuminata subuninervia undulata margine exiguo albido revoluto. Petala spathulata. Stigma obsolete capitatum. Caps. unilocularis bivalvis polysperma. Sem. 8-12 nuda, nec arillata. *L'Hérit.* Arbuscula arborescens 8-12 ped.; fol. alterna, saepe fasciculata stellatave integerrima glabra, nervo albo. Flores albidi. Umbellulae 5-7-florae. Stam. petalis subpatentibus breviora. *Lam.* *In Madagascar et Borbonia.* ♄

2. S. *Maytenus Lam.*; fol. suboppositis ovato-lanceolatis serratis, capsulis dispermis (pedunculis congestis uniflo-ris, ramis dependentibus.) *Lam. Illustr. n.* 2712. *Poiret Enc. meth. Suppl.* V. *p.* 128. C. *Maytenus*; inermis, foliis subpetiolatis oblongo-lanceolatis denticulatis, floribus sparsis sessilibus. *Willd. Spec.* I. *p.* 1127. *Molin. Chili* 2. *ed. p.* 282. C. *uncinatus Fl. peruv.* 3. *t.* 230. *f.* a. *Dietr. Nachtr. z. Gaert. Lex.* II. *p.* 112. MAYTENUS *Boaria Molin. Chil. ed. Germ. p.* 152. *Lam. Enc. meth.* IV. *p.* 2. *Maiten. Feuill. Chili* 3. *t.* 27.

Arbor sempervirens, capsulae luteo-croceae 2-3-loculares; semina arillo rubro involuta. *Molina.* Arbor 30 ped.; fol. 2 poll. lucida; flores rubelli sparsi sessiles minimi. *In Chili.* ♄.

3. S. *Octogona Lam.*; foliis ellipticis angulatis subenervibus perennantibus, capsulis monospermis. *Lam. Illustr. n.* 2713. *Poiret Enc. meth. Suppl.* V. *p.* 128. Celastrus *octogonus* inermis, fol. ellipticis angulosis subenervibus perennantibus, capsulis bivalvibus monospermis. *L'Hérit. Sert. Angl.* 7. *Willd. Spec.* I. *p.* 1124. *Pers. Syn.* I. *p.* 242. *Ait. Hew. ed.* 2. II. *p.* 26. Celastrus *verticillatus*, inermis, ramis aggregato-verticillatis; foliis oblongo-lanceolatis, serratis; floribus racemosis, pedunculis 1-5-floris. *Kniz* et *Pav. Flor peruv.* III. *p.* 6. *t.* 229? *Pers. Syn.* I. *p.* 242.?

Rami grisei glabri alterni, ut folia cum petiolo puberulo 2-3 lin. longo pollicaria, obtusa, submucronata, glauca. Pedunculi axillares, subinde et infrafoliacei, capillares, longitudine fere petiolorum solitarii et plures congesti subverticillati. Flores parvi, virentes. Specimina *Hort. Matrit.* C *verticillatus* sempervirens est, polygamo-dioïcus. Caps. turbinata, trigona, 3-4-locularis. Sem. arillo flavo pulposo subobvoluta. *In nemoribus Cachero Peruviae.* ♄.

4. S. *lanceolata Lam.*; foliis alternis ovato-lanceolatis rariter dentatis, floribus axillaribus, capsulis polyspermis. *Lam. Illustr. n.* 2710. *Poiret Enc. meth. Suppl.* V. *p.* 128.

Fol. glabra; pedunculi brevissimi; capsulae obcordatae aut fere reniformes. *Poiret. In île de France.* ♄.

5. S. *elliptica Lam.*; foliis alternis ellipticis obtusis integerrimis, floribus axillaribus subfasciculatis. *Lam. Illustr. n.* 2711. *Poiret Enc. meth. Suppl.* V. *p.* 128.

Foliis et inflorescentiâ similis Rhamno *Sarcomphalo* (s. *ferrea Vahl*) Folia glabra petiolata. Capsulae bivalves. *In Antillis.* ♄.

988. HOVENIA.

H. *dulcis. Thunb. jap.* 101. *Hornstedt Diss. nov. gen. Plant.* I. *p.* 7-9. *Willd. Spec.* I. *p.* 1141. Siku vulgo ken *Kaempf. Amoen. Fasc.* V. *p.* 808. *t.* 809.

Arbor 1 1/2 org. crassa, ramis teretibus glabris. Folia alterna subcordata ovata (subrotundo-ovata *Willd.*) acuminata serrata dependentia nervosa (triplinervia venosa *Willd.*) glabra palmaria. Petiolus pollicaris semiteres reflexus glaber. Flores terminales et axillares paniculati (corymbosi *Willd.*) paniculâ dichotomâ compressâ. Pedunculi subteretes dichotomi, post florescentiam incrassati, carnosi carne dulci rubente; pedicelli divaricati flexi retroflexique glabri unguiculares lineam longi.

Flores facile decidui. Pedunculi dulces sapore fere Pyri a Japonibus commeduntur. *Thunb.* *In Japonia.* ħ.

989. PITTOSPORUM.

1. P. *coriaceum Ait.*; foliis obovatis obtusis glaberrimis coriaceis, capsulis bivalvibus (bilocularibus.) *Ait. Hort. Kew.* III. *p.* 483. 2. *ed.* II. *p.* 27. *Vahl Symb.* II. *p.* 43. *Willd. Spec.* I. *p.* 1145. P. fol. obovatis retusis glaberrimis coriaceis, pedunculis unifloris (?) umbellatis terminalibus calycibusque villosis *Willd. Enum. Hort. Berol. p.* 261. *Andrews's Reposit. t.* 151.

Arbor ramis proliferis, 3-4 ad verticillum singulum, teretibus, cortice cinereo, e gemmis semiunguicularibus. Folia sub singulo verticillo 2-4, 2 poll., integerrima, laevia, basi in petiolum pollicarem desinentia. Pedunculus e gemma distincta solitarius pollicaris, tomentosus, multiflorus. Pedicelli umbellati, longitudine pedunculi tomentosi, 5, bini intermedii 2-5-flori, laterales uniflori. Cal. tomentosus, laciniis oblongis obtusis, Cor. glabra, calyce duplo longior. Petala (caerulea) linearia obtusa. *Vahl.* *In Madeira.* ħ.

2. P. *Tobira Towns. Ait.*; foliis obovatis obtusis glaberrimis coriaceis, capsulis trivalvibus. *Hort. Kew.* 2. *ed.* II. *p.* 27. *Sims bot. Mag. t.* 1396. P. *chinense Donn. H. Cantabr. p.* 48. Euonymus *Tobira Thunb. jap.* 99. *Hellen. Diss. in Usteri Delect.* I. *p.* 93. *Willd. Spec.* I. *p.* 1130. Tobira *Kaempf. Amoen. fasc.* 5. *p.* 796. *t.* 797.

Caulis fruticosus erectus aphyllus vix orgyalis, ramis ramulisque alternis erectis, illis fuscis aphyllis, his glabris viridibus foliosis. Folia in ultimis ramulis aggregata alterna oppositaque oblonga subretusa integerrima, supra viridia nitida nervo longitudinali albo, subtus pallida reticulata marginibus deflexis, erecta crassiuscula, 1-2 poll., obliqua, glabra, petiolis compressis pallidis glabris unguicularibus. Flores in apicibus ramulorum aggregato-subumbellati erecti. Pedunculi teretes uniflori raro divisi pubescentes petiolis duplo longiores. Perianthium profunde 5-partitum, raro 4-partitum pubescens, viride, erectum, clausum, corollâ quadruplo brevius, laciniis lanceolatis obtusiusculis carinatis concavis. Cor. 5-raro 6-petala, germini inserta, alba, Citrum spirans (demum ochroleuca) petalis oblongo ovatis obtusis integris patulis. Filamenta 5, rarissime 6, filiformia, receptaculo inserta, erecta alba, petalis breviora. Antherae ovatae didymae erectae flavae. Germen superum punctatum. Stylus subulatus, 1/2 lin., persistens, flavescens. Stigma simplex obtusum. Caps. ovata obtusa glabra trisulca trivalvis, raro 4-, rarissime 5-valvis, 5-sulca. Semina intra singulam valvulam subquaterna ovata angulata rubra arillo viscido, intus alba. Tota planta sublactescens, tetra-

Thunb. *In Papenberg juxta Jedo, prope Miaco et alibi; etiam in Sina.* ♄.

3. P. *revolutum Towns. Ait.*; foliis ellipticis obtusiusculis subtus pubescentibus, margine revoluto. *Hort. Kew. 2. ed.* II. *p.* 27.

In nova Hollandia. ♄. *L. B. Jos. de Banks.*

4. P. *ferrugineum Towns. Ait.*; foliis ellipticis acuminatis glabris, petiolis ferrugineo-tomentosis. *Hort. Kew. 2. ed.* II. *p.* 27.

In Guinea. ♄. *Comes of Tankerville.*

5. P. *undulatum Andr.* foliis ovali-lanceolatis, utrinque attenuatis, undulatis. petiolisque glabris, pedunculis ramorum terminalibus, aggregatis, villosis, supra viscosis et saepius divisis. *Edwards's bot. Reg. t.* 16. *Andrews's Repos. t.* 383. *Ventenat cels. t.* 76. *Hort. Kew. 2. ed.* II. *p.* 28. *Willd. Enum. Hort. Berol. p.* 261. *Schrad. gener. nonnull. emendat.*

Arbuscula 3-ped. et ultra, erecta, superne verticillatim et corymbose ramosa, cortice fusco demum resinoso-pulverulento. Folia sparsa, juxta pedunculos approximata in apice ramorum, deflexa, uncias 4 et ultra longa, 1 1/2 poll. lata, tenuissime reticulato-venosa, firmula, saturate viridia, subtus pallida: petiolus 1/2 poll. vel ultra. Pedunculi plures, foliis subbreviores, saepe trichotomi; pedicelli flore breviores, papilloso-nitentes, bracteolâ ad basin. Flores albidi, 1/2 poll., odoratissimi. Cal. campanulátus, corollà fere bis brevior, ut pedicelli papulosus et viscosus, celeriter emarcescens: foliola lanceolata. Cor. cylindraceo-campanulata: pet. subspathulata-oblonga, striata; laminae in limbum breviorem patulae. Stam. duplo breviora, immediate hypogyna, aequalia, erecta: filamenta filiformi-subulata, stricta: anth. flavae, sagittatae, erectae, introrsum dehiscentes. Pist. staminibus aequale, virens: germ. ovale, exsulcum, sericeum, biloc.? polyspermum: stylus ejusdem fere longitudinis, crassiusculus, teres, atomoideo-papulosus, nudus, exsulcus, parum attenuatus. Stig. obsolete capitato-bifidum. *Edw.* Caps. unilocularis bivalvis *Schrad. gen. t.* 4. Pedunculi terminales 3-5, 3-5-flori racemosi; pilis raris sparsis tenuibus obsiti. *Willd.* *In nova Hollandia*, nec in *Canariis*, ut *Willdenow.*

6. P. *fulvum Rudge*; caule tenero valde tomentoso, foliorum laminis late lanceolatis, calycis foliolis patentibus, petalis flavis, stigmate vix bilobo. *Rudge Trans. Linn. Soc.* X. *p.* 298. *t.* 20.

Folia 3-4 poll. 1 1/2 lata, petiolis brevissimis rare tomentosis, integerrima, obtusa, per nervos tomentosa; paniculae densissimae fasciculatae, fragrantes, pedunculus terminalis, gracilis, viscidulo-pubescens; bracteae structurâ calycis sed angustiores;

cal. foliolis lanceolato-cuneatis, petala lineas 7-8 longa, flava, apice revoluta, arcte cohaerentia, filamenta flava; germen palide viride pube mox fuscescente; pericarpium basi tantum bisupra uniloculare. *Prope Port Jackson in nova Hollandia.* ♄.

7. P. *viridiflorum Sims*; foliis obovatis retusis nitidis subtus reticulatis; paniculâ subglobosâ terminali. *Sims bot. Mag. t.* 1684.

Caules teretes glabri, ramis alternis tuberculatis. Folia alterna petiolata glabra 2 poll. et ultra. Flores *Jasminum* spirantes. Cal. rarius laciniis 4 ovatis, tunc petala quoque 4 lanceolata acuta recurvata, longitudine staminum totidem. Stigma globosum. *Sims.* *In Promont. b. Spei.* ♄.

8. P. *hirtum Willd.*; foliis ovato-oblongis subtus pubescentibus, petiolis ramulisque hirtis. *Willd. Enum. Hort. Berol. p.* 261.

Folia 2 poll. et majora. basi rotundata, apice brevissime acuminata obtusiuscula, supra glabra; petioli et ramuli pubescentes. *In Canariis.* ♄.

Obs. An fors P. *revolutum?*

9. P. *tenuifolium Gaertn.*; capsulis subglobosis rugosis trivalvibus, (trilocularibus.) *Gaertn. de Fruct. Sem.* I. *p.* 286. *t.* 59. *f.* 7. *Lam. Illustr. n.* 2793. *t.* 143. *f.* 1.

10. P. *umbellatum Gaertn.*; capsulis bivalvibus, punctis elevatis scabris. *Gaertn. l. c. cam. l. c. f.* 2. PITTOSPOROIDES *umbellata Soland. MSS.*

Haec et antecedens *tenuifolia* nonnisi imperfecte ex seminibus nota. Patriam non addidit *Gaertner.*

11. P. *laurifolium Brouss.*; foliis oblongis obtusis coriaceis, pedunculis unifloris lateralibus aggregatis. *Reliqu. Willd. MS.*

In Teneriffa. ♄. *Broussonet.*

990. POLYCARDIA.

P. *phyllanthoides Lam. Illustr. n.* 2724. *t.* 132. P. fol. oblongo-ovatis, sterilibus, integris, floriferis, apice emarginatis. *Poiret Enc meth.* V. *p.* 481. P. *madagascariensis Gmel Syst. Veg. p.* 407. *Willd. Spec.* I. *p.* 1121. *Hayne term. bot. t.* 45. *f.* 4.

Arbuscula ramis alternis glabris striatis, foliis alternis petiolatis acutis, nervis suboppositis. Flores 3-4 ad apicem folii emarginati, pedunculi loco inservientis. *Poiret.* *In Madagascar.* ♄. *Commerson. Herb. de Jussieu.*

991. VENANA.

V. *madagascariensis Lam. Ill. n.* 2723. V. foliis ovatis retusis glaberrimis, racemis terminalibus laxis. *Poiret Enc. meth* VIII. *p.* 450.

Arbor ramis glabris teretibus foliisque alternis, his petiolatis, 2-3 poll., venis laxis; petioli 3-4 lin. Pedunculi elongati compressi, apicem versus sensim dilatati, glabri, 1-2 poll., distantes, apice floribus pluribus sessilibus parvis capitatis. *Poiret.* *In Madagascar.* ♄. *Commerson.*

992. CLAYTONIA.

1. C. *virginica Ait.*; foliis praelonge-linearibus petalis integris. *Ait. Kew.* I. *p.* 284. (excl. β. monente *Towns. Ait. 2. ed.* II. *p.* 53.) α. calycibus obtusis. *Ait. l. c. Willd. Spec.* 1. *p.* 1185. α. (excl. β. et *Plukn.*) *Mich. Fl. bor. Amer.* I. *p.* 160. *Sims bot. Mag. t.* 941. *Hayne term. bot. t.* VI. *f.* 45. 46. *Decand. pl. grass. t.* II. *t.* 13. *Trattinn. Thes. t.* 17. *Rudb. elys.* II. *p.* 139. *f.* 6? β. floribus roseis. *Sims l. c.*

Flores albi, rubro-lineati. *Linn.* An monocotyledonea ut *Clayton*? *Sims.* Rad. tuberosa; folia fere graminea; caulis 4-5 poll., superne crassior, foliis 2 oppositis subcarnosis. Racemus laxus terminalis. *In Novae Angliae et Virginiae sylvis humidis ad arborum truncos computrescentes.* ♃.

Obs. Pursh Fl. Amer. Septentr. I. *p.* 175. distinguit hanc speciem a sequente: „calycis foliolis acutiusculis, petalis obovatis retusis;“ in *H. Kew.* calycibus obtusis olim α hocce a β i. e. *carolineana* distinguebatur. Radix tuberosa et racemi solitarii utrique conveniunt.

2. C. *caroliniana Mich.*; foliis brevi ovalibus in petiolum abrupte angustatis, floribus roseis. *Mich. Fl. bor. Amer.* I. *p.* 160. *Pers. Syn.* I. *p.* 253. C. *virginica* β. *Ait. Kew.* I. *p.* 284. *Willd. Spec.* I. *p.* 1185. C. *spathulaefolia Salisb. Parad. t.* 71. *Hort. Kew. 2. ed.* II. *p.* 53. C. fol. spathulatis, petalis subrotundis retusis etc. *Pursh Fl. Amer. Sept.* I. *p.* 175. *Plukn. Alm. t.* 102. *f.* 3.

Folia vix 1/2 poll., interdum in caulículo paria. Flores paulo minores. *In montibus excelsis Virginiae, Carolinae.*

3. C. *lanceolata Pursh*; foliis lanceolatis, caulinis ovatis sessilibus, racemo solitario (ebracteato) elongato, calycis foliolis brevibus obtusissimis, petalis cuneatis bifidis, radice tuberosâ. *Pursh Fl. Amer. Sept.* I. *p.* 175. *t.* 3.

Flores albi, minime venosi, magnitudine fere *virginicae*. Vidi siccam in *Herb. Lewis.* In *Herb. A. B. Lambert* plantam ab ill. *Pallas* in orientali Sibiria lectam perfecte convenien-

tem cum hacce specie inveni. *Pursh.* *In Rocky Mountains. M. Lewis.* 4.

4. C. *Joanniana*; foliis enervibus, radicalibus oblongis longe petiolatis, caulinis oppositis subsessilibus, caule dichotomo, pedunculis longis subcorymbosis, petalis integris. C. *sibirica Herb. Patl.* in *Joanneo styriaco.*

Cls. *de Vest* hujus nobis notitiam dedit in litt. epigraphe: „an *sibirica*? an alia?“ A *sibirica* vera differt: foliis angustioribus, petalis albis, et inflorescentiâ. Pedunculi fere 2 poll. non capillares, sed filiformes. *Willdenow sibiricam* suam similem esse dicit *perfoliatae*, quod minime nostra, quae ALISMA *plantaginem* potius refert habitu. Scapi e radice plures bifolii in medio. Flores virginei nutantes, secundi. Calycis foliola 2 ovata obtusa, lin. 3 longa. Corolla quasi pedicellata in calyce, petala enim inserta columnae brevi, alba, retusa, genitalibus duplo majora. *De Vest.* *In Sibiria.*

Obs. Affinis videtur maxime *alsinoidi.* Nomen a loco, ubi planta sicca invenitur. Licet duobus nunc gaudeat JOANNEIS Europa, altero antiquiore ad Albis ostia (Hamburgi, ubi cls. *Lehmann* Florae Thesauros conservat) altero ad radices alpium noricarum (quod Archidux Austriae inclytissimus nostro demum fundavit saeculo in patriae et dilectae suae Styriae gloriam et litterarum emolumentum Graecii, ubi *de Vest* Chloris altaria exornat) adjecto tamen facilius nomine topographico invenietur planta quaestionis quam quovis alio.

5. C. *alsinoides Sims*; foliis radicalibus spathulato-ovatis, caulinis ovatis distinctis, racemis subgeminatis, floribus secundis, bracteis ovatis linearibusque, petalis emarginatis, radicibus fibrosis. *Pursh Fl. Americ. Septentr.* I. p. 176. t. 3. *Sims bot. Mag. t.* 1309. C. *sibirica Hortul.*

Folia radicalia longe petiolata, acuta, carnosa, caulina sub dichotomia duo opposita; pedunculi longi 2-3-flori, nutantes. Petala alba, emarginata; filamenta basi petalorum inserta. Antherae rubrae. Similis ALSINI seu STELLARIAE *mediae*; affinis *sibiricae*, cui vero folia radicalia duplo majora, basi magis attenuata, connata; flores majores, in nostra parvi. *Sims.* *In Nootka Sound. Menzies. Herb. Banks. ad Columbiae fluvium. M. Lewis.*

6. C. *unalaschkensis H. Gorenk.*; foliis radicalibus lanceolato-ovatis acuminatis nervosis, caulinis geminis oppositis distinctis rhombeo-ovatis, racemis geminis, bracteis ovatis, calycis foliolis suborbiculatis, petalis oblongis emarginato-bifidis. C. *bifida* fol. rhombeo-ovatis acutis, caule diphyllo, racemis geminatis, petalis obcordatis. *Reliqu. Willd. MS.*

In specimine nostro 1/2 ped. folia subcarnosula, radicalia 1 1/2 poll., cum petiolo 4 fere pollicum, in eundem decurrentia, nervis 3-5, venisque ad marginem pulcre confluentibus, folia-

que marginantibus. Folia caulina pollicari diametro, acumine brevi. Bracteae sub singulo pedunculo, eodemque duplo fere breviores. Pedunculi inferiores 1/2 circiter pollicis. Petala 4 circiter lin. longa, 2 lata, staminibus longiora. Stigma 3-4-fidum. Haec in specimine nostro, cui div. *Römer* adscripserat: petala plantae viventis (quam coluit) pulcre lilacina argenteo-nitentia (sicca perfecte alba videntur) maculâ ad basin diaphanâ fenestrata plane excolori. *In Unalaschka.* Dns. de *Langsdorf. In arenosis humidis ad Unalaschkam et Sandwich-Sound Pallas* in *Herb. Willd.*

Obs. Specimina divi *Willdenow* nostris majora videntur; folia enim radicalia petiolis palmaribus 1 1/2 poll. longa, pollicem lata dicit, caules spithamaeos, racemosque nonnunquam paniculatos.

7. * C. *sibirica*; foliis nervosis, radicalibus caulinisque ovatis, racemo secundo, petalis bifidis. *Willd. Spec.* I. *p.* 1186. *Gmel. Sibir.* IV. *p.* 89. LIMNIA *Linn. Act. Holm.* 1746. *p.* 130. *t.* 5.

Folia radicalia petiolata glaberrima. Scapus declinatus, foliis caulinis 2 oppositis sessilibus ovatis, intra quae racemi duo secundi, tenelli, adhuc revoluti, altero diphyllo. Flores rubri. Stamina unguibus petalorum inserta. *Linn. In Sibiria. Gmelini planta in uliginosis ad promontorium Eliae et in insulis Asiam* et *Americam inter jacentibus.* 2.

8. C. *perfoliata Donn.*; foliis radicalibus spathulato-rhomboideis, caulino suborbiculato perfoliato, racemis subsolitariis ebracteatis, petalis emarginatis, radicibus fibrosis; *Pursh Fl. Amer. Septentr.* I. *p.* 176. et, hoc teste, sine dubio, C. *perfoliata Donn. Cat. Cantabr.* 50. *Willd. Spec.* I. *p.* 1186. *Sims bot. Mag. t.* 1336. C. *cubensis Humb.* et *Bonpl. aequinoct. t.* 26. *Bonpl.* in *Ann. Mus.* VII. *p.* 82. *t.* 6.

Flores reliquis minores, albi. *Pursh. In Rocky Mountains. Lewis.*

Obs. Div. *Willdenow* in *Enum. H. Berol.* monet, descriptionem a se in *Spec. pl.* I. *p.* 1186. datam, „ad specimen mancum in olla educatum esse factam, hinc respectu foliorum, connotorum et inflorescentiae valde imperfectam," aeque corrigit dicendo: „C. *perfoliata*, fol. enerviis, radicalibus rhombeo-ovatis, caulinis connatis, racemo nutante secundo, petalis integris retusis" et C. *cubensem* fol. radicalibus rhombeis avenliis, caulinis perfoliatis suborbiculatis, floribus racemosis secundis, petalis emarginatis *Humb.* et *Bonpl. aequinoct.* sine dubio citat. Thouin in *Hort. Kew.* 2. *ed.* II. *p.* 54, ubi primum culta e seminibus ab *Arch. Menzies* a *Nootka-Sound* allatis recipitur manca a divo *Willdenow* proposita diagnosis. *Sims* vero in *Bot. Mag. t.* 1336 cum CLAYTONIA *perfoliata*, folio caulino suborbiculari perfoliato, *Donn's Catal. ed.* 4. *p.* 60. jungit sine dubio CLAYTONIAM *cubensem Bonpl. Annal. Mus.* VII. *p.* 82. *t.* 6. et *Humb.* et *Bonpl. pl. aequinoct. p.* 91. *t.* 26.; C. *perfoliatam Willd. Sp. pl. I. p.* 1186. vero cum? adduxit, et ait: „Verisimile videtur Clet.

Willdenow semina tulisse e Britannia, speciminaque sua fuisse valde imperfecta, unde parum concinna sua descriptio in errorem duxerat clm. *Bonpland*, *cubensem* suam pro distincta a *perfoliata* specie habentem, utrâque procul dubio unâ eâdemque existente. Cum descriptio et figura *cubensis* facta sit ad specimina quotannis sponte in *H. paris.* nascentia, suspicio oritur eandem natam fuisse e humo cum plantis e Britannia adducta, nec, ut supponitur, e seminibus in *Cuba* a *Bonpland* et *Humb.* lectis: videri enim prorsus peculiare, eandem plantam et in *Nootka-Sound* et in *Cuba* esse spontaneam. Descriptio sequens: „Folia radicalia longe petiolata, rhomboideo-ovata; caules plures erecti simplices succulenti glabri, excepto folio caulino s. involucro perfoliato. Pedunculus communis ut plurimum simplex, subinde ramosus, articulatus, floribus albis nutantibus parvis in pedicellis variae longitudinis, subsecundis, bracteâ ovatâ parvâ ad basin pedicellorum supra involucrum emergentium. Petala obsolete emarginata. Capsula globosa, apice primum, dein elastice intus valvulis involutis dehiscens. Semina 3 lenticularia lucida basi incisa. Tota succulenta. Primum e Nootka-Sound horto Kewensi illata a *D. Menzies* ao. 1796, unde in hortos reliquos. „Cls. *Trattinnick* ad C. *virginicam* monet *perfoliatam* esse ad alius genus transferendam!"

9. C. *tuberosa Pall.*; foliis lineari-lanceolatis attenuatis, petalis retusis, radice tuberosâ. *Reliqu. Willd. MS.*

Caules digitales; folia duo alterna; racemus terminalis pedicellis deflexis. Tubera esculenta. *Willd.* *In hypnetis Kamtschatkae* et *Sibiriae orientalis.* 4.

10. C. *acutifolia Pall.*; foliis oblongis nervosis acutis, petalis emarginatis. *Reliqu. Willd. MS.*

In Sibiria orientali. 1789. 4. *Pallas.*

11. C. *nemorosa Humb.* et *Bonpl.*; foliis ovatis, superioribus ternis, racemo geminato. *Reliqu. Willd. MS.*

In umbrosis Javitae. *Humb.* et *Bonpl.* 4.

993. RORIDULA.

* R. *dentata Linn. gen. p. 567.* *Thunb. Prodr. p. 81.* *Willd. Spec. I. p. 1184.* IRIDION *verticillatum Burm. Prodr. 6.* DROSERA *roridula Thunb. Fl. Cap. p. 247.*

Habitus DROSERAE. Caules fruticulosi. Folia subulata, dentibus filiformibus ciliata. Scapus ramosus in pedunculos. Tota planta, ut DROSERA, pilis glandulosis viscida. *Linn.* Summitates foliosae maxime viscosae, visco insecta adglutinantia, hinc suspensae in domibus pro captandis muscis. *Thunb.* *In Promont. b. Spei.* ☉.

994. SAUVAGESIA.

1. S. *Adima Aubl.*; caule ramosissimo, foliis ovato-lanceolatis. *Lam. Illustr. gen. II. p. 119. n. 2767. t. 140.*

f. 1. *Poiret Enc. meth.* VI. *p.* 669. *Gmel. Syst. Veg.* I. *n.* 2. *Aubl. Guian.* I. *p.* 251. *t.* 100. *f.* a. β. minor *Lam. l. c. f.* 2. Iron herbaceus minor *Brown Jam. p.* 179. *t.* 12. *f.* 2.

Caules erecti, 2 ped., graciles teretes subtetragoni glabri inferius striati, ramis numerosis alternis filiformibus. Folia alterna subsessilia, vix pollicaria utrinque glabra, subacuminata, basi in petiolum attenuata subserrata nervis lateralibus obliquis subsimplicibus; stipulae axillares breves filiformes, longe ciliatae, ciliis tenuibus oppositis, unde fere pinnatae. Flores solitarii axillares in pedunculis longis capillaribus simplicibus glabris rectis; demum reflexis. Calycis foliola glabra, dilute virentia, laevissima, lanceolata, acutissima. Cor. alba, petalis vix calycis longitudine. — β minor, minus ramosa, folia breviora, ovata, vix lanceolata. *Poiret. In Guian. Aublet. In Porto-Ricco le Dru.* β *in Jamaica.* ⊙?

Obs. Linnaeus Spec. I. *p.* 203 citat ad S. *erectam* suam *Brown Jam. t* 12. *f.* 1. *Jacquin* vero citat ad *erectam* suam *Linn. Spec.* I. *p.* 203. *Lamarck* et *Poiret* et S. *Adimam* cum β, et S. *erectam Jacq.* viderunt, ut dubii haereamus quorsum referenda sit *erecta Linn.*, ad *Adimam* β, quoad synonymon *Brown*, vel ad *erectam Jacq.* Quadrant sana in utramque verba *Linnaei*, tum ait: Habitus *Hyperici* vel *Corchori.* Caulis erectus. Folia alterna ovato-lanceolata obtuse serrata. Pedunculi laterales uniflori, floriferi erecti, fructiferi deflexi. Flores albi. Stipulae ciliatae. *Linn.*

2 * S. *erecta*; caule subsimplici, foliis angusto-lanceolatis, stipulis prolongis. *Lam. Illustr. gen.* II. *p.* 119. *n.* 2768. *Poiret Enc. meth.* VI. *p.* 669. *Jacq. stirp. Amer. p.* 77. *t.* 51. *f.* 1. *pict. t.* 77. *Willd. Spec.* I. *p.* 1185 (excl. syn. *Aublet*).

Differt ab affini *Adima* (cujus forte varietas) praeter characteres datos statura multo minori. Folia utrinque glabra subserrata, stipulae angustae ciliatae vel pinnatifidae. Flores axillares longe pedunculati albidi; pedunculi setacei uniflori; calyces acuti corollâ longiores, capsulae reflexae. *Poiret.* Semper erecta, pedem vix unquam excedens. Caules teretes ramosi herbacei. Folia ovato-lanceolata acuta serrata glabra. Stipulae lanceolatae acuminatae ciliis setosis. Pedunculi solitarii foliis duplo breviores. Flores candidi inodori. Rad. fibrosa forte plus quam annua. ⊙ *Jacq.* qui *Linn. Spec.* I. *p.* 203 pro synonymo habet. *In Martinique Jacq., in St. Domingo et in Antillis Dupuis.* ⊙.

3. S. *peruviana*; caule ramosissimo procumbente erectoque, foliis lanceolato-serrulatis lineatis, floribus subternis erectis. S. *erecta Ruiz* et *Pav. Fl. peruv.* III. *p.* 11.

Vel solâ diagnosi hacce distincta tam ab *Adima* quam ab *erecta*. *In Peruvia.* ⊙.

4. S. *tenella Lam.*; caule filiformi simplicissimo, foliis

oblongis rariter dentatis sessilibus, stipulis minimis. *Lam. Illustr. n.* 2769. *Poiret Enc. meth.* VI. *p.* 669.

Caules vix 4-5 poll., glabri, erecti. Folia angusta acuta, stipulis brevissimis ciliatis. Pedunculi fere setacei axillares solitarii. *Poiret.* *In America. Richard. Herb. Lamarck.*

5. S. *nutans Aub.* d. *Pet. Thouars;* floribus nutantibus, nectario staminibus majore. *Pers. Syn.* I. *p.* 253.

In Madagascar. ♄.

995. BUCCO.

1. B. *villosa Wendl.;* foliis aggregatis lineari-lanceolatis canaliculatis glandulosis villosis imbricatis, capitulis ramulorum terminalibus. *Wendl. Collect.* I. *p.* 14. *t.* 2. Agathosma *villosum* foliis lineari-lanceolatis canaliculatis hirsutis imbricatis, pedunculis unifloris terminalibus umbellatis. *Willd. Enum. H. Berol.* I *p.* 259.

Wendland et *Willdenow Enum. l. c.* huc tanquam synonymon ducunt Diosmam *villosam* foliis lanceolatis villosis imbricatis, capitulis terminalibus *Thunb. Prodr.* 43; sed cls. *Lichtenstein*, qui Buccoнem *villosam* in *Promont. b. Spei spontaneam* legit, Diosmam *villosam Thunb.* in montibus sylvaticis prope *Zwellendam*, sub Adenandra habet nomine Adenandrae *villosae.* D. *villosa Thunbergi* ergo species distincta, et expungenda in synonymia apud *Wendland* et *Willdenow*, ut ex sequenti etiam descriptione a *Wendland* data patebit: Fruticulus erectus 1 1/2 ped., cortice fusco rimoso. Rami copiosi alterni erecto-patentes subfastigiati, fusci; ramuli virentes. Folia brevissime petiolata copiosa parva (2 fere lin.) alterna, in ramis vetustis appressa. Pedunculi colorati pilosi flore longiores basi bracteolis 2 parvis oppositis. Calycis colorati pilosi laciniae lanceolatae patentes. Petala 5 majora cochleariformia patentia dilute violacea glabra patentia; 5 minora anguste oblonga erecta, basi pilosa, apice cartilaginea. Stamina petalis quidquam longiora patentia colorata glabra, antheris didymis flavicanti-fuscis. Nectarium glabrum nitens fuscum. Stylus staminibus brevior stigmate obtuso. Germen coloratum pilosum coronâ trifidâ glabrâ. Caps- parva fusca glabra 3-locularis, tricuspidata, trisperma. Arillus pallide flavus. *In Promont. b. Spei.* ♄.

Obs. Occurrit in Herbariis passim nomine D. *hirtae Lam.*

2. B. *obtusa Wendl.;* foliis aggregatis ovatis obtusis glandulosis ciliatis patentibus, capitulis ramulorum terminalibus. *Wendl. Coll. pl.* I. *p.* 45. *t.* 13. Agathosma *pubescens* fol. oblongis acutiusculis margine costâque mediâ ciliatis, pedunculis terminalibus umbellatis. α. *Willd. Enum. Hort. Berol.* I. *p.* 259. D. *ciliata Lam. Enc. meth.*

II. *p.* 287. β. B. *obtusa oblonga*; foliis sparsis obtuso-oblongis glandulosis ciliatis patentibus capitulis ramulorum terminalibus. *Wendl. Coll.* I. *p.* 47. *t.* 14. B. *lanceolata Wendl. herb.* (fide speciminis missi ad *Lichtenstein ab ipso Wendland.*) AGATHOSMA *pubescens* β. *Willd. l. c.* DIOSMA *ciliata* β. foliis acutioribus. *Lam l. c.* DIOSMA *pubescens*; foliis lanceolato-trigonis muticis villosis imbricatis, umbellis terminalibus. *Thunb. Prodr.* 43. *Fl. Cap. p.* 134. *Willd. Spec.* I. *p.* 1138. HARTOGIA *ciliata Berg. Cap.* 68. HARTOGIA *ciliaris Linn. Syst. Nat. p.* 223. *Plukn. Alm. p.* 197. *t.* 411. *f.* 3. *Seb. mus.* II. *t.* 17. *f.* 5. γ. Floribus albis, foliis obtusissimis longissime ciliatis.

„Folia lanceolata acuta margine et carinâ ciliata. Petala oblonga, unguibus vix calyce longioribus. *Linn.* Fruticulus palmaris vel spithamaeus, simplex vel ramosus, erectus, cinereus. Rami pauci, plerumque in summitate terni hirti, subfastigiati. Folia sparsa, caulem superne ramosque tegentia, breviter petiolata obtusiuscula, subtus convexa et carinata hirsuta, supra plana glabra integra lineam longa. Flores terminales plurimi albi et caerulescentes. Pedunculi calycesque villosi. *Thunb. In montibus Promont. b. Spei prope et extra Hap vulgatissima.* ♄.

Obs. Nullam, praeter characteres a follis a clo. *Wendland* petitos, differentiam neque in icone, neque in descriptione, neque in ipsa adeo natura invenire possumus. Peculiares glandulae fuscae in pilis pedunculorum et calycis. Utrique calyx corollâ brevior, laciniis erectis, apice atroviridibus; petala rosea, majora et minora basi pilosa; antherae flavae; nectarium glabrum atroviride. In descriptione quidem *obtusae* stylus longitudine staminum, in *obtusa oblonga* staminibus brevior dicitur, in icone vero in utraque stylus staminum longitudine; in hac capsula 3-5-locularis, in illa 5-locularis nimis inconstans character. BUCCONEM *obtusam* tulimus nomine *rubrae*, *imbricatae* et *subciliatae*; et γ nomine *ciliatae*. γ hocce, licet eâdem floris structurâ et inflorescentiâ, pedunculisque et calycibus basi pilis rufis glandulosis (charactere peculiari in hac specie quô facile dignosces plantam) gaudeat, tamen folia maxime obtusa longeque ciliata, si culturâ perstant, in speciem propriam erigere hancce varietatem suadent.

3. B. *cerefolium*; foliis imbricato-patentibus lanceolatis ciliatis, capitulis terminalibus, staminibus quinque sterilibus, germinibus nudis. DIOSMA *cerefolia Vent. Malmais.* II. *p.* 93. *Ait. Kew.* 2. *ed.* II. *p.* 32.

Affine DIOSMATI *pubescenti Thunb.* seu HARTOGIAE *ciliatae Berg.*; differt ramis copiosioribus pyramidatis, foliis minus crassis, angustioribus, acutioribus, et odore, quem trita spergunt folia, *Cerefolii.* Habitus *Ericae.* Folia demum recurva, parva, acuta, subsessilia, apice parum pilosa. Flores minimi albi. Germen globosum, disco parum prominulo, eglanduloso. *Vent.* *In Promont. b. Spei.* ♄.

4. B. *imbricata Wendl.*; foliis aggregatis ovatis acu-

minatis imbricatis punctatis ciliatis, capitulis ramulorum terminalibus umbellatis. *Wendl. Collect. pl.* I. *p.* 33. *t.* 9. Agathosma *imbricatum* foliis ovatis acuminatis ciliatis imbricatis, pedunculis terminalibus umbellatis. *Willd. Enum. H. Berol.* I. *p.* 259. Diosma *imbricata Thunb. Prodr.* 43. *Fl. Cap.* II. *p.* 145. *Willd. Spec.* I. *p.* 1137. Hartogia *imbricata Linn. Mant. p.* 124. *Magaz. f. Botan.* VII. *t.* 3.

„Similis D. *ciliatae*, sed petala purpurea subrotunda, unguibus calyce triplo longioribus. Folia subimbricata carinata.“ *Linn.* Frutex fuscus erectus ramosissimus tripedalis et ultra. Rami verticillati (5-6) cauli similes. Ramuli plurimi verticillati foliis tecti villosi subfastigiati digitales. Folia sparsa, frequentissima in ramulis, supra glabra subtus punctata, villosa, margine ciliata imbricata, 1/3 lin. longa. Pedunculi brevissimi. Calyces villosi. *Thunb.* Pedunculi calyce longiores bracteaeque 2 alternae pilosae. Cal. coloratus, laciniis acuminatis apice virentibus. Petala 5 majora cochleariformia patentia, calyce longiora, carnea, basi pilosa; 5 minora oblonga angusta erecta basi pilosa apice cartilaginea. Stamina petalis parum longiora patentia, glabra, antheris oblongis didymis flavofuscis. Nectarium glabrum virens. Stylus stigmate obtuso longitudine staminum. Germen coronâ 3-5-partitâ erectâ apice saepe pilosâ. Caps. parva fusca glabra, apice subinde pilosa, 3-5-locularis, 3-5-sperma. *Wendl.* *In collibus montis Tafelberg, in Swartland, Saldanhabay, alibique.* ♄.

Obs. Cls. *Lamarck* huc, cum? licet, duxit Hartogiam *ciliatam Berg.* quae potius ad *obtusam* spectare videtur.

5. B. *acuminata Wendl.*; foliis alternis aggregatis ovatis subcordatis acuminatis pubescentibus punctatis, floribus ramulorum terminalibus umbellatis, capitulis albis. *Wendl. Coll.* I. *p.* 89. *t.* 28. Agathosma *acuminatum*, foliis subrotundo-ovatis subcordatis longissime acuminatis ciliatis patentibus, pedunculis terminalibus umbellatis. *Willd. Enum. H. Berol. p.* 260. D. *imbricata* β. foliis patentibus aut reflexis *Lam. Enc. meth.* II. *p.* 287. *n.* 18.

„Simile *imbricatae*, sed foliis inprimis diversa.“ *Willd. l. c.* Arbuscula 4-5-ped., erecta, trunco fusco glabro, ramis alternis, 4-5-nis, fuscis, pilosis. Folia inferiora reflexa, media patentia, suprema erecto-patentia appressave. Pedunculi colorati pilosi, longitudine fere floris, bracteâ angustâ pilosâ. Calycis laciniae erectae pilosae glandulosae oblongae acuminatae coloratae, apice virentes. Petala alba, majora cochleariformia, patentia basi pilosa, calyce longiora; minora erecta angusta basi pilosa. Stamina corollâ parum longiora patentia basi barbata, antheris didymis flavo-fuscis. Nectarium atrovirens glabrum nitidum. Stylus longitudine staminum glaber. Germen glabrum coronâ erectâ glabrâ 4-5-partitâ. Caps. parva fusca 4-5-locularis, 4-5-sperma. Arillus flavicans. *Wendl.* *In Promont. b.*

Spei ♄. et in Herbariis saepe commutatam cum *imbricata* et *lanceolata*.

6. B. *erecta Wendl.*; foliis oblongis acutis canaliculatis punctatis glabris, junioribus subpubescentibus, alternis imbricatis, calyce punctato glabro, petalis majoribus glabris, minoribus pubescentibus, ramulis glabris erectis, floribus terminalibus bifloris. *Wendl. Coll. p.* 17. *t.* 13.

Frutex erectus fuscus gracilis cortice fusco laevi. Rami alterni erecto-patentes fusci, ramuli virides. Folia breviter petiolata erecta, ut pedunculi breves albi pilosi ebracteati. Calycis laciniae acuminatae, acumine obtuso, virides, erectae. Petala alba: majora obtusa patentia; minora erecta, apice incurva, cartilaginea. Stamina petalis parum longiora, glabra, antheris didymis oblongis flavo-fuscis. Nectarium viride glabrum. Stylus longitudine florum virens, stigmate obtuso rubro. Germen parvum glabrum coronâ trifidâ. Fructus? *Wendl. In Promont. b. Spei.* ♄.

7. B. *rubra*; foliis trigonis mucronatis glabris subtus bifariam punctatis, laciniis calycinis glabris. Diosma *rubra Thunb. Prodr. p.* 42. *Fl. Cap.* II. *p.* 125. *Willd. Spec.* I. *p.* 1134. Agathosma *rubrum Willd.* et *Lichtenst. Fl. Cap. Spicil. MS. Commel. rar. t.* 2. *Plukn. Mant.* 68. *t.* 347. *f.* 4.

„Habitus *Juniperi*; folia juniperina glabra subtriquetra, subtus punctis pertusa.“ *Linn.* Frutex 2 ped. et ultra, totus glaber, erectus, ramosissimus, ramis sparsis subverticillatisque et decussatis, erectis, cinereo-rufescentibus, inaequalibus. Folia breviter petiolata sparsa integerrima, incurvata, imbricata, glabra, unguicularia. Flores apicem versus axillares et terminales. Variat foliis majoribus et minoribus, magis minusve mucronatis. *Thunb.* *Vulgatissima in collibus prope Hap. Thunb. Ad rivier Zonder End in Prom. b. Spei. Lichtenst.* ♄. Passim pro *ericoide* habetur.

Obs. D. *rubra Lam. Enc. meth.* II. *p.* 284 vix hujus loci videtur, cum I. flores albos nec rubros petat, quales *Plukenet* cum *Commelyn*; cum II. sileat de petalis minoribus. An quae nunc colitur in *Horto parisino*, eadem, quam olim ibidem vivam vidit ill. *Lamarck*, et cui denegat flores rubros, cum ibidem nunc D. *purpurea* (*Tableau l'école p.* 180) occurrat? An haec *purpurea rubra*? *Rubra Lamarck* arbusculam sistit 3 ped., laete viridem, habitu Juniperi, ramis numerosis patenti-erectis vel adscendentibus, teretibus, saepius oppositis ternisque, rufis. Folia sparsa linearia acuta supra plana sulco longitudinali subtus convexa subcarinata punctis transparentibus, utrinque glabra, 6-9 lin. longa. Flores terminales pauci pedunculis brevissimis, subinde solitarii sessiles, foliolis ramuli extremis, ramulisve 5-8 cincti, subinde corymbosi, corymbo de pauperato. Calycis laciniae ovatae acutiusculae; petala ovata obtusa sessilia patentia calyce paulo majora. Nectarium 5-lobum obtusum cingens germen. Stamina petalis parum longiora antheris ro-

tundatis; germen pentagonum stigmate obtuso. Capsulae compressae 5, corniculis divergentibus.

8. B. *Ventenatiana*; foliis lanceolatis carinatis imbricatis hirtis, corymbis terminalibus, staminibus quinque sterilibus, germinibus apice biglandulosis. Diosma *hirta Ventenat Malmais. t.* 72. (excl. D. *hirta Lam. Enc. meth.* II. *p.* 286. etiam in *Poiret Suppl.* II. *p.* 484. et in *Dum. Cours. bot. Cultiv.* V. *p.* 406.) *Hort. Kew. 2. ed.* II. *p.* 30. Diosma *rubra β. Lam.* foliis ramulisque villosis? D. *purpurea Hortul.*

Caules ramique recti pyramidati; ramuli firmi flavicantes pubescentes toti tecti foliis sessilibus ovato-lanceolatis acutis concavis medio serie pilorum, punctatis, extus pilis albis, 4-5 lin. long., 1-1 1/2 latis! Flores eleganter purpurei, capitulo 12-13-floro. Pedicellus purpureus villosus capillaris. Calycis laciniae apice saturatius purpurascentes; petala longe unguiculata, spathulato-ovata. Filamenta longitudine et colore petalorum. Antherae flavae. Germen bifidum e cujus medio stylus disco cinctus crenato emarginato. *Dum. Cours.* qui sine dubio *Ventenati* plantam descripsit, licet eandem jungat cum *hirta Lam.* *In Promont. b. Spei.* ♄. *Confer.* B. *hirtam Lam.*

9. * B. *pulchella*; foliis ovatis glanduloso-crenatis glabris; floribus axillaribus (sub) geminis. Diosma *pulchella Thunb. Prodr.* I. *p.* 43. *Fl. Cap.* II. *p.* 143. *Willd. Spec.* I. *p.* 1140. *Lam. Enc. meth.* II. *p.* 288. *Sims's bot. Mag. t.* 1357. Hartogia *pulchella Berg. Cap.* 69. *Linn. Syst. Nat. p.* 625.

Flores hermaphroditi. Fructus trilocularis. Cornua terminata glandulis duabus. Polymorphum genus sexu, nectariorum figurâ, capsularum numero, suasit divisionem in *Diosmata* et *Hartogias*, sed utraque demum plures observationes retraxerunt in unum. *Linn.* Frutex erectus totus glaber ramosissimus 3 ped. et ultra. Rami sparsi elongati purpurascentes, ramuli filiformes subverticillato-approximati erecti subfastigiati villosi. Folia sparsa brevissime petiolata, inferiora ovato-oblonga, superiora ovata obtusa, crenis glandulosis, margine revoluta, supra plana, subtus longitudinaliter costata lucida patenti-erecta semiunguicularia. Flores in apicibus ramulorum axillares pedunculati gemini purpurascenti-albidi. Pedunculi capillares flavescentes glabri foliis longiores. Nectaria 5 petaliformia lanceolato-linearia. Caps. tres. *Bukka* Hottentottorum. *Thunb.* *Ad latera fluviorum infra montes Drakenstein et alibi vulgaris.* ♄.

10. * B. *ovata*; foliis oppositis glabris ovatis integerrimis margine revolutis subtus ferrugineo-punctatis, floribus axillaribus solitariis geminisque. Diosma *ovata Sims bot. Mag. t.* 1616. *Thunb. Prodr.* I. *p.* 43. *Fl. Cap.* II.

p. 139. *Willd. Spec.* I. *p.* 1139. *Bot. Repos. p.* 464.
D. *pulchella Houtt. Linn. Pf. Syst.* III. *p.* 288. *t.* 21. *f.* 2.
β. B. *ovata Wendl. Collect. p.* 62. *t.* 20?

Affinis *pulchellae*, sed folia obtusiora, subtus ferrugineo-nec pellucido-punctata, flores magis sparsi, rariores; petala intus alba, extus rubella. *Sims.* Fruticis rami dicho-trichotomi, cinerei, scabridi, flexuoso-erecti, ramulis similibus. Folia decussata subrotunda glabra, tenuissime glanduloso-crenata, subtus punctata, imbricata. Flores in ramulis laterales albi. *Thunb.* *In Promont. b. Spei.; in Zonder. End cls. Lichtenst.* ♄.

Obs. B. *ovata* foliis oppositis ovatis glabris marginatis glandulosis, floribus axillaribus solitariis vel trifloris *Wendl. l. c.* hujus tantum varietas videtur floribus albis, foliis subtus non ferrugineo-punctatis. Arbuscula erecta 2-ped. glabra, trunco gracili debili fusco, ramis alternis similibus fuscis flexuosis scabris, ramulis viridibus. Folia erecto-patentia, subtus pallida, scabra, petiolo brevi glabro. Flores corpusculo proprio basi foliolis pluribus parvis cincto (gemmae) insidentes pedunculo scabro flore longiore. Cal. parvus, laciniis scabris glandulosis erectis. Petala alba, majora ovato-oblonga glabra patentia, minora angustiora erecta ciliata. Stam. corollâ longiora, erecto-patentia, antheris didymis flavis. Nectarium glabrum nitens, ut germen parvum coronatum coronâ parvâ 5-fidâ glabrâ erectâ. Stylus virens glaber stigmate obtuso. Caps.? *Wendl. Poiret Enc. meth. Suppl.* V. *p.* 534 ADENANDRAM esse jubet.

11. B. *betulina Thunb.*; foliis subcuneatis crenatis subtus punctatis, floribus lateralibus solitariis. DIOSMA *betulina Thunb. Prodr.* I. *p.* 43. *Fl. Cap.* II. *p.* 139. *Willd. Spec.* I. *p.* 1140. HARTOGIA *betulina Berg. Cap.* 67. (fide *Willdenow.*)

Frutex erectus totus glaber ramosissimus orgyalis. Rami purpurascentes elongati, sparsi ut ramuli, qui etiam oppositi; hi filiformes, frequentes, virgati, erecti, breves. Folia sparsa et subopposita, breviter petiolata, subinde ovata, obtusissima, supra viridia, subtus pallida, margine obsolete reflexa, utrinque glabra, lucida, erecto-patentia, frequentia, inaequalia, semiunguicularia et unguicularia. Flores in ultimis ramulis axillares solitarii albi, pedunculis folio brevioribus. Cal. villosus. Capsulae punctato-muricatae. Odor fortis et usus idem ac D. *pulchellae* aliorumque. *Thunb.* *In montibus Rode Sand, aliisque.* ♄. Confer sequentem *crenatam.*

Obs. D. *betulinam Lam. Enc. meth.* II. *p.* 288 huc referimus, licet cls. auctor dubitet de sua *betulina*, utrumne *crenata* potius. Parcissima sunt sane et tenuia criteria, quibus e descriptionibus a *Thunberg* datis dignosces *crenatam* a *betulina*; attamen, cum in *crenata Linnaeus* petat expresse calycis folia subulata crenata, et *Lamarck* folia calycis dicat ovata lanceolata, huc potius, silente de calyce in utraque *Thunberg*, plantam *Lamarkii* posuimus, qui petala alba et lilacina, stamina petalis styloque longiora, capsulasque 4-5-gonas, 4-5 cornes describit.

12 * B. *crenata*; foliis ovatis crenatis subtus punctatis, floribus axillaribus solitariis. Diosma *crenata Thunb. Prodr.* I. *p.* 43. *Fl. Cap.* II. *p.* 140. *Willd. Spec.* I. *p.* 140. *Linn. Amoen acad.* IV. *p.* 308.

Calycis folia subulata crenata. *Linn.* Frutex erectus, totus glaber, ped. et ultra. Rami terretes purpurascentes elongati laxi. Ramuli subverticillati, terni vel sparsi, angulati, purpurei, virgati incurvi, laxi. Folia sparsa breviter petiolata, subinde ovato-oblonga, obtusa plana glabra, supra saturate viridia, subtus pallidiora, punctato-glandulosa, costâ mediâ subcarinata, crenis glanduloso-punctatis, lucida, erecto-patula, unguicularia. Flores solitarii albi majusculi. Pedunculi filiformes, foliis breviores. Nectaria 5 petaliformia, lanceolato-linearia. Odor fortis gravis. Usus *pulchellae. Thunb.* *In summitate Tafelberg in praeruptis, in Swartland.* ♄.

Obs. HARTOGIA *betulina Berg.* a *Willdenow* ad praecedentem *betulinam* ducta, a *Murray* huc vocatur. Nisi *Linaeus* calycis folio-la subulata crenata peteret, quod non in BARYOSMATE *odorata* DIOSMAM hanc cum illo crederem eandem.

13. * B. *tetragona*; foliis ovatis carinatis ciliatis quadrifariam imbricatis, floribus terminalibus solitariis. Diosma *tetragona Thunb Prodr.* I. *p.* 43 *Flor Cap,* I. *p.* 133. *Willd. Spec.* I. *p.* 1139. *Linn. Suppl. p.* 155.

Singularis, et a reliquis speciebus facile distinguitur foliis valde approximatis, ut caulis illis totus obtectus, eoque rami formantur tetragoni sursum incrassati et flore terminante magno solitario. Folia cordata latiora quam longa, complicata, erecta, acumine patente. *Linn. fil.* Frutex spithamaeus. Rami subumbellati curvato-erecti inaequales. Folia decussata sessilia vel brevissime petiolata, basi exciso-cordata, convoluto-navicularia s. supra canaliculata apice patula lineam longa. Flores majusculi incarnati. Calycis laciniae 5 ovatae concavae acutae ciliatae. Petala 5 lanceolata acuta glabra alba intus supra basin lanata. Nectaria petaliformia barbata. Filamenta 5 lateribus germinis inserta brevissima. Antherae ovatae basi trifidae. Germen angulatum obtusum. Stylus brevissimus stigmate obtuso. Variat foliis ciliatis et scabris. *Thunb.* *In Promont. b. Spei campis rarior, Hap inter et Paarl.* ♄.

Obs. Descriptionem a *Linnaeo fil.* datam non convenire cum descriptione Thunbergiana abunde patet, in qua etiam flores incarnati et „petala alba" haud facile dictu. Specimen nostrum ex Magna Britannia exactissime convenit cum Descriptione data a clo. *Dumont Courset* in *Bot. Cultiv.* 2. ed. V, *p.* 408., nisi quod in nostra caulis fuscescens potius quam griseus. Folia in nostra, ut apud *Dumont Courset*, 3 *ad* 4 lin. lata, infima tantum, qualia *Thunberg* petit, lineam longa, ovali lanceolata rigida crassa.

14. B. *obtusata Wendl.*; foliis aggregatis subtrigonis ovatis obtusis brevibus punctatis scabris subimbricatis; flori-

bus ramulorum umbellatis, calycibus scabris. *Wendl. Collect.* III. *p.* 7. *t.* 76. (excl. Diosma *obtusatâ Thunb.*)

Arbuscula 2 - 3 ped., trunco erecto fusco tuberculato, ramis copiosis subverticillatis gracilibus erectis patentibus fuscis pilosis. Folia copiosa brevia, (1 1/2 lin.) adultiora patentia, petiolo brevi viridi glabro adpresso. Pedunculi erecti colorati scabri, flore longiores, bracteis 2 oppositis sessilibus coloratis hirsutis. Cal. basi coloratus scaber, laciniis oblongis angustis erectis apice virentibus corollâ brevioribus. Petala dilute carnea, majora cochleariformia, patentia, basi pilosa ut minora angusta erecta, apice cartilaginea. Stamina corollâ parum longiora glabra patentia, antheris didymis luteo-fuscis. Nectarium viride glabrum, nitidum. Germen parvum scabrum coronâ 5-partitâ glabrâ parvâ erectâ. Stylus erectus longitudine fere staminum stigmate obtuso. *Wendl.* *In Promont. b. Spei.* ♄.

Obs. Hanc si quis descriptionem confert cum D. *obtusa Thunb.* multum a se invicem distare plantas hasce patebit abunde. Occurrit passim in Herbariis nomine Diosmae *capensis.*

15. B. *prolifera Wendl.*; foliis aggregatis lanceolatis tres lineas longis pilosis punctatis apice barbatis patulis, capitulis ramulorum terminalibus umbellatis. *Wendl. Collect.* III. *p.* 9. *t.* 77.

Arbuscula 2 ped. erecta prolifera, cortice fusco rimoso; rami sparsi, patenti-erecti, subfastigiati, pilosi; folia subsessilia, petiolo appresso glabro brevissimo. Pedunculus viridi-flavicans pilosus erectus calyce longior. Calycis laciniae lineares virentes glabri erecti corollâ breviores. Petala alba, majora cochleariformia patentia glabra, minora erecta, angusta, pilosa, apice cartilaginea. Stamina corollâ parum longiora glabra patentia, antheris didymis flavis. Nectarium glabrum nitidum. Germen parvum, coronâ 3-5-partitâ parvâ glabrâ. Stylus staminibus brevior, stigmate obtuso. *Wendl.* *In Promont. b. Spei.* ♄.

16. B. *barbata*; foliis lanceolatis acutiusculis glabris imbricatis, floribus terminalibus fasciculatis, calycibus ciliatis, nectarilymate barbato. Agathosma *barbatum Sprengel Pugill.* I. *p.* 20.

Frutex ramis cinereis glabris. Folia exacte lanceolata rigida integerrima subtus punctata, supra venis lineata, basi rotundata. Flores in ramorum divisione sessiles. Cal. 5-partitus, laciniis ciliatis. Petala lanceolata nuda albida. Nectarilyma cum petalis alternans penicillos 5 barbatos constituens. Nectarium glandula 5-loba calyci inserta. *Spreng.* *In Promont. b. Spei* ♄.

Obs. Cls. *Sprengel* huc cum? ducit? Diosmam *barbigeram Thunb.*, mohens tamen haud exacte quadrare ad plantam suam. Et nobis videtur aliena, aeque ac *hirta Lamarck.*

17. * B. *hispida*; foliis trigonis muticis villoso-hispidis patulis, umbellis terminalibus. Diosma *hispida Thunb. Prodr.* I. *p.* 42. *Fl. Cap.* II. *p.* 129. *Willd. Spec.* I. *p.* 1135. Diosma *capensis* fol. linearibus triquetris subtus punctatis *Murr. Syst. Veg.* XIV. *p.* 239. Hartogia *capensis Linn. Spec.* II. *p.* 288. *Mant. p.* 342.

Folia opposita. Stamina huic fere petaloidea. *Linn.* Fruticulus pedalis et ultra, fusco-cinereus; rami sparsi et subumbellati, patentes, frequentes, purpurascentes, tenuissime pubescentes. Folia sparsa, frequentia, brevissime petiolata, supra plana sulcata, subtus carinata sulco duplici, tota tenuissime villoso-hispida et scabra, acuta, mutica, recurvato-patula, semiunguicularia. Flores terminales plurimi umbellati albi. Pedunculi et calyx purpurascentes pubescentes. Variat foliis subtus magis convexis et minus sulcatis. Capsulae, in hoc genere ab una ad quinque variantes, in hac specie saepe tres. *Prope Hap, in arenosis inter Piketberg et Verlooren Valley alibique vulgaris.* ♄. Specim. *Thunb.*

Obs. Collatis speciminibus Thunbergianis defloratis cum aliis florentibus aliunde missis hujus certo esse generis constat.

18. B. *brevifolia*; foliis sparsis sublanceolatis triquetris subtus punctatis, corymbis capitatis terminalibus. Diosma *brevifolia Lam. Enc. meth.* II. *p.* 285.

Fruticulus elegans affinis *hispidae* s. *capensi*, sed folia non opposita. Vix pedalis trunco griseo, ramis suboppositis semel aut pluries trichotomis teretibus albido-pubescentibus. Folia parva oblonga, supra concaviuscula, dorso carinata, saepius ciliata margine serie punctorum, erectiuscula, 1-2 lin. longa, laete viridia. Flores albidi aut pallide violacei pedunculis brevibus hirsutis, 10-15 in apice ramuli singuli. Calycis laciniae lanceolatae erectae concavae. Petala 5 spathulata unguiculata calyce longiora. Stamina longitudine petalorum aut iisdem longiora, antheris ovatis vacillantibus medio sulcatis. Squamae 5 lanceolatae ciliatae albae petaliformes truncatae apice et incrassatae, petalis breviores. Germen trilobum. Stylus simplex staminibus brevior stigmate obtuso. *Lam.* *In Promont. b. Spei.* ♄.

19. B. *hirta*; foliis lineari-subulatis canaliculatis dorso hirtis basi decurrentibus, corymbis terminalibus densissimis subcapitatis. Diosma *hirta Lam. Enc. meth.* II. *p.* 286. *n.* 13.

Plantam hanc minime convenire cum B. *Ventenatiana* s. Diosma *hirta Vent.*, licet div. *Ventenat* pro synonymo habeat eandem, descriptionis utriusque collatio docebit. Est enim Diosma *hirta Lam.* arbuscula reliquis fortior, ramis pedalibus teretibus tuberculatis cinereis sulcatis, apice ramulis foliosis subumbellatis. Folia sparsa imbricata, acutissima, supra canaliculata, dorso scabra, 5-6 lin., petiolo brevi. Flores albi pedunculati 10-40. Calyx prismatico-angulosus laciniis erectis

carinatis margine fortiter ciliatis. Petala oblongâ fere linearia obtusa calyce majora unguibus barbatis. Stamina inaequalia, petalis saepe longiora, filamentis glabris, antheris subovatis. Ligulae angustae lineares apice incrassatae callosae petalis breviores barbatae. Stylus simplex staminibus brevior. Affinis *barbigerae*. *In Promont. b. Spei.*

Obs. Tota haec ill. *Lemarck* descriptio tam ad amussim cadit in DIOS. MAM *bruniadem* divo *Römer* a clo. *Otto* missam, ut, si differret *bruniades* ab *hirta*, differentia sola in foliis inferioribus patentibus ciliatis ponenda esset.

20. B. *Lamarckiana*; ramis erectis glabris filiformibus, foliis linearibus triquetris subtus punctatis, umbellis terminalibus. DIOSMA *virgata Lam. Enc. meth.* II. *p.* 286.

Convenit quidem quibusdam cum D. *virgata Thunb.*, sed recedit pluribus, et adhucdum colitur in *Hort. Paris.* nomine D. *virgatae Enc.* „Arbuscula 1 1/2 ped., trunco gracili griseo, ramis ramulis subcorymbosis. Folia sparsa tenuissima glabra supra canaliculata subtus carinata punctis ad marginem glandulosis, laete viridia, 2 - 3 lin. longa. Flores albi pedunculati 6-12. Calycis laciniae lanceolatae acutae rectae. Petala unguiculata linearia calyce duplo longiora. Stamina longitudine petalorum vel iisdem paulo longiora, antheris parvis subovatis. Ligulae 5 angustae lineares truncatae albae petaliformes. Germen 5-lobum, stylo staminibus breviore stigmate simplicissimo. *Lam.* *In Promont. b. Spei.* ♄.

21. B. *vestita*; foliis ovatis, ovato-lanceolatisque carinatis ciliatis tetragono-imbricatis, capitulis terminalibus. AGATHOSMA *vestitum Willd.* in *Lichtenstein Spicil. Fl. Capens. MS.*

In valle Houtbaay.

Obs. Brevis haec diagnosis quadrat ad amussim in specimen, quod div. F. W. *Schmidt* Herbario Römeriano communicavit nomine DIOSM. *lancifoliae*; utrum descriptio nostra cum speciminibus cli. *Lichtenstein*, nonnisi ipse hic clo. auctor decidere valet. Frustulum speciminis nostri vetustate jam jam flavicans caules ramulosve exhibet flavidos angulatos hirsutos arctissime tectos foliis membranaceis potius quam crassis, 3 circiter lin. longis, 1 1/2 lin. latis acutis, supremis parum angustioribus acutioribus, supernè concavis nitidis, punctis elevatis passim setulâ minimâ exasperatis, subtus convexis rugosulis hinc inde puncto pilove. Flores albi (omnino generis) 20 circiter. Pedunculi glabri, longitudine fere floris, foliorumque suprenorum. Cal. profunde 5-partitus, laciniis erectis lanceolatis glabris margine sub lente ciliatis, corollâ duplo brevioribus (ut videtur purpureis). Petala majora spathulata, unguibus linearibus hirsutulis ut petala minora. Stamina exserta antheris subglobosis fuscis.

22. B. *serpyllacea*; foliis lineari-lanceolatis margine revolutis ramisque hirtis, floribus terminalibus umbellato-

capitatis. Agathosma *serpyllaceum Lichtenstein Spicil. Fl. Cap. MS.*

In montibus Hottentott-Holland.

23. B. *linifolia*; foliis linearibus acutis planis glabris scabriusculis margine pellucido-punctatis, floribus umbellato-capitatis. Agathosma *linifolium Lichtenst. l. c.*

In Duivelsbosch.

24. B. *spicata*; foliis linearibus margine revolutis verticillato-confertis, floribus capitato-spicatis. Agathosma *spicatum Lichtenst. Spicil. Fl. Cap. MS.*

In Promont. b. Spei.

996. BARYOSMA.

1. B. *serratifolia*; foliis lineari-lanceolatis serrulatis. Barosma *latifolium Willd. Enum. H. Berol.* I. *p.* 257. Parapetalifera *serrata*; foliis oppositis lanceolatis serratis glabris glandulosis odoratis, floribus ramulorum axillaribus vel terminalibus unifloris. *Wendl. Collect. pl.* I. *p.* 92. *t.* 34. D. *serratifolia* fol. lanceolatis, glanduloso-serrulatis, pedunculis axillaribus oppositis subunifloris. *Curt. Mag. t.* 356. D. fol. lanceolatis serrulatis trinerviis, pedunculis unifloris, staminibus 5 sterilibus, germinibus basi squamosis. *Venten. Malmais. t.* 77. (uterque fid. *Hort. Kew. 2. ed.* II. *p.* 32.) *Trattinn. Thes. t.* 69.

Fruticulus 2-3 ped., ramis subangulatis purpurascentibus; folia (pollicaria et ultra,) angusta, breviter petiolata, patentia, glandulâ transparente ad dentem singulum, caeterum utrinque glandulosa, indeque scabra. Pedunculi 1/3 poll. (flore longiores glabri). Cal. rubore suffusus, (bracteis ad basin 2 glabris). Petala alba (majora oblonga patentia basi ciliata medio apicem versus glandulosa, minora linearia erecta apice cartilaginea). Filamenta pilosa, serius reflexa, antheris rubris (flavis. Corona viridis e foliolis 5 rotundatis patentibus ciliatis) calycis speciem in apice germinis glandulosi glabri prae se ferentibus. Annulus glandularis ad basin germinis. Stylus albus pilosus (stigmate obtuso. Capsula fusca crassa.) Odor Pulegii. *Sims* et *Wendland.* *In Promont. b. Spei. Hort. Kew. l. c.* (ubi Do. Francisc. *Masson* adscribitur, ad rivulos in *Duyvelsbosch* legit etiam cls. *Lichtenstein* officinalem ad Spirit. *Bucku*) et *Willdenow l. c.* *In Botany Bay Ventenat, Curtis, Trattinnick*; ignorare se patriam *Wendland.* Ad specimina *Wendlandiana.*

Obs. Caules glabros rectos, ramis oppositis, pedunculos rufescentes foliis breviores apice bracteis decussatis petit *Ventenat.*

2. B. *odorata Willd.*; foliis oppositis ovatis crenatis glabris glandulosis odoratis, floribus ramulorum axillaribus

vel terminalibus uni-vel bifloris. PARAPETALIFERA *odorata Wendl. Collect. p.* 50. *t.* 15. (excl syn. DIOSMAE *latifoliae*). B. *odoratum Willd. Enum. Hort. Berol. Suppl.* 12. *Dietr. Nachtr. z. Gärt. Lex.* I. *p.* 449.

Frutex erectus, 4-5-pedalis, glaber trunco ramisque oppositis fuscis, ramulis viridibus tetragonis. Folia breviter petiolata patentia pollicaria, supra saturate subtus pallide viridia et punctata, ad crenas glandulosa. Flores axillares uniflori, raro terminales biflori. Pedunculus corollâ longior, erectus, glaber, bracteis 2-4 sub calyce parvis glabris. Cal. corollâ minor. glandulosus patens, laciniis lanceolatis ciliatis. Petala alba, majora 5 ovato-oblonga patentia, basi ciliata, apicem versus medio glandulosa; minora apice cartilagineâ incurva, basi erecta ciliata. Stamina corollâ breviora, filamentis pilosis, antheris cordatis. Germen glandulosum, 5-sulcatum, coronâ 5 phyllâ patenti ciliatâ coronatum Stylus incurvus pilosus virens. Caps. fusnt coronata. *Wendl.* *In Promont. b. Spei.* ♄. Occurre in Herbariis passim nomine DIOSMAE (BUCCONIS) *crenatae* quam vide et confer.

3. B. *latifolia*; foliis ovatis crenatis pubescentibus, pedunculis lateralibus unifloris, ramis subtomentosis. DIOSMA *latifolia Thunb. Prodr.* I. *p.* 84. *Fl. Cap.* II. *p.* 144. *Willd. Spec.* I. *p.* 1138. *Linn. Suppl.* 154. *Gmel. Syst. Veget. p.* 409. *n.* 16. *Andrews's Repos. t.* 33. D. *odoratissima Montin Act. Lund.* I. 2. *n.* 11. *Gmel. Syst. Veg. p.* 409. *n.* 12.

Frutex ramulis subpubescentibus. Folia petiolata ovata margine punctis pellucidis crenulata laevia, non disco punctata, obtusiuscula, vix acuta. *Linn.* Frutex totus villosus pedalis et ultra, rami alterni erecti, ramuli sparsi rariores flexuosi subtomentosi. Folia sparsa subpetiolata obtusiuscula glandulosa marginata concaviuscula subtus pallidiora tenuissime pubescentia patulo-imbricata unguicularia. Flores versus summitates ramorum racemosi, foliis longiores. (?) Cor. alba. *Thunb. Ad Promont. b. Spei.* ♄.

997. ADENANDRA.

1. A. *uniflora Willd.*; foliis (ovato-) lanceolatis glabris, floribus terminalibus solitariis, calycibus ciliatis. *Willd. Enum H. I. Berol. p.* 256. DIOSMA *uniflora Willd. Spec.* I. *p.* 1139. *Thunb. Prodr.* I. *p.* 43. *Flor. Cap.* II. *p.* 141. *Schrad.* et *Wendl. Sert. Hannov.* I. *p.* 16. *t.* 8. *Bot. Mag. t.* 273. HARTOGIA *uniflora Berg. Cap. p.* 71. GLANDULIFOLIA *uniflora ovata Wendl. Collect. t.* 33.

Calycis foliola ovata magna foliisque fere latiora. *Linn.* Variat ramis glabris et villosis, foliis glabris ciliatisque. Frutex teres, cicatricibus scaber, raro simplex, spithamaeus et pedalis. Rami subumbellati, divaricato-patentes, apice erecti, purpurascentes, glabri vel villosi, inaequales, rarius ramulosi. Fo-

lia ovato-oblonga vel ovato-lanceolata obtusa, sparsa breviter petiolata ovata internodiis longiora unguicularia scabriuscula margine integra (revoluta) punctis marginalibus pellucidis, supra saturate viridia sulco longitudinali obtuso, subtus pallidiora punctis pellucidis plurimis, glabra vel ciliata. Petioli brevissimi adpressi flavescentes subdecurrentes (basi ciliati). Flores terminales solitarii vel plures (2-9) in ultimis ramulis erecti magni. Pedunculi lineam longi vel breviores, bracteis aliquot, uniflori. Cal. fere ad basin 5-partitus: laciniae ovato-oblongae acutae concavae erectae, intus glaberrimae, extus subvillosae, virides, apice purpurascentes punctis diaphanis plurimis corollâ breviores. Nectarii sertum undulatum purpureum fructum cingens brevissimum. Petala 5 obovata lata, obtusa cum acumine, patentia, unguicularia alba lineâ basi purpurascente, extus incarnata, carinâ saturatius purpureâ, margine ciliata. Filamenta 5 filiformia, nectarii lateri inserta, geniculato-inflexa, pilosa, alba, extus apice purpurascentia glandulis antheriformibus truncatis pateriformibus purpurascentibus Filamenta 5 alia subulata incurva pilosa alba brevissima, nectariis duplo breviora, nectarii sertiformis lateribus inserta cum nectariis staminiformibus alternantia. Antherae oblongae majusculae erectae flavescentes, intus profunde trisulcae convexae purpureae, apice glandulâ antheriformi oblongâ subpetiolatâ acutae. Germen glandulis pedicellatis plurimis cinctum. Stylus brevissimus glaber, stigmate perforato nodulis 5 globosis. Odor fortis. Cor. maxima. *Thunb. l. c.* Capsula generis. *Valgaris in collibus omnibus infra Taffelberg circa urbem Kap et orientem versus; in Dayvelsberg, Leuwekopp etc.* ♄.

2. A. *glandulosa Lichtenst.*: foliis oblongo-lanceolatis glabris, floribus terminalibus subsolitariis, calycis laciniis scabris ciliatis. *Lichtenst. Spicil. Fl. Cap. MS.*

Huc potius, quam ad *uniflorum*, referendam esse *tab.* 33 in *Wendl. Collect.* monet cls. *Lichtenstein*, qui *in monte Houthoek* legit suam.

3. A. *umbellata Willd.*; foliis oblongis glabris ciliatis, floribus terminalibus umbellatis, calycibus glabris. *Willd. Enum Hort. Berol.* I. *p.* 257. et, hoc teste: GLANDULIFOLIA *umbellata*, fol. alternis ovali-ellipticis glandulosis ciliatis, floribus ramulorum terminalibus umbellatis. *Wendl. Collect.* I. *p.* 31. (excl. *uniflora Linn. p.* 38., nisi fors *genus* pro *specie* legendum). DIOSMA *cistoides Lam. Enc. meth.* II. *p.* 289. *n.* 22. (qui huc trahit *Plukn. Mant.* 49. *t.* 342. *f.* 5. ad *unifloram* duci solitam.) D. *speciosa Sims*; floribus terminalibus umbellatis, foliis oblongo-ovatis subtus punctatis margine glanduloso-crenulatis subciliatis, petiolis basi biglandulosis. *Bot. Mag. t.* 1271., et, hoc teste: D. *uniflora Banks Herb.* ex *Hort. Kew.* α. umbellis multifloris (1-12) ramis arcuatim adscendentibus. D. *umbellata Hortulan.* β. umbellis paucifloris (1-2) ramis erectis, (glandulis glabris.) D. *rugosa Donn. H. Cantabr.* vix *Thunb.*

Caulis 1-1 1/2 ped., ramis adscendentibus, rubro fuscis, (ramulis glandulosis). Folia sparsa, inferiora reflexa, subacuta, vix revoluta, sed margine parum incrassata, trita aromatica, non fragrantia, petiolis brevibus latis glandulis ad basin obscure coloratis. Flores magnitudine *uniflorae*. Calycis foliola lanceolata intus (et apice) rubra, extus punctata, bracteis pluribus anguste lanceolatis. Petala rotundato-ovata, (ciliata) alba, striis carmesinis, apiceque extus rubris. Stam 5 fertilia, totidem sterilia alternatim posita, annulo glanduloso inserta. Antherae glandulâ viridi (fuscâve) apice, ut filamenta sterilia. Germen hemisphaericum glandulis 5. Stylus staminibus longior, stigmate (viridi) toruloso. Affinis *uniflorae*, in qua folia angustiora, subtus glaucescentia magis, magisque revoluta, rami magis tetragoni, calyx minus punctatus. *Sims.* Caps. fusca, tuberculata, 5-sulca, seminibus 2 solitariisque in loculo singulo. Arillus pallide flavus. *Wendl.* *In Fromont. b. Spei.*

4 A. *fragrans*; foliis ovato-oblongis glandulosis sparsis, pedunculis glutinosis aggregatis subterminalibus, foliis bis longioribus, petalis emarginatis. DIOSMA *fragrans Bot. Mag. t.* 1519.

Fruticulus 2-3 ped., ramis erectis; folia obtusa mucrone cartilagineo, margine glanduloso-denticulata, glabra, profunde viridia, subtus glauca, seriebus duabus macularum, petiolo brevissimo, rudimento stipulae inserto. Flores rosei, majusculi. Pedunculi foliis bis terve longiores, carmesini, bracteis 2 subulatis parvis ad basin. Cal. tectus glandulis, segmentis patentibus obtusis. Petala obsolete crenulata. Filamenta sterilia longiora, terminata, glandulâ. Tota aromatica *Sims. In Promont. b. Spei. Nevin. b.*

5. A. *alba*; foliis linearibus carinatis mucronatis margine cartilagineis scabris, floribus axillaribus solitariis, bracteis calycibusque ciliatis. DIOSMA *alba. Willd. Enum. Hort. Berol.* I. *p.* 257. D. fol. trigonis acutis punctatis, b. c. c. *Thunb. Prodr.* I. *p.* 84. *Fl. Cap.* II. *p.* 126. *Willd. Spec.* I. *p.* 1134.

Folia margine cartilaginea diaphana serrulato-scabra. Puncta glandulosa fere in omnibus hujus generis speciebus. *Willd.* Caulis fruticosus totus glaber erectus, spithamaeus et ultra, ramis ramulisque sparsis flexuosis laxis, divaricato-erectis, virgatis. Folia sparsa integerrima, mucrone glanduloso, subtus bifariam punctata, subimbricata, unguicularia. Flores in ramulorum summitatibus terminales solitarii albi. Cal. ad basin fere 5-partitus, laciniis ovatis connatis viridibus diaphano-punctatis, margine tenuissime ciliatis. Nectarii sertum brevissimum, undulato-denticulatum. Petala ovato-lanceolata acuta concava alba calyce duplo longiora. Filamenta margini nectarii inserta, brevissima alba. Antherae ovatae didymae obtusae, cum acumine minimo flavae. Germen glabrum. Stigma sessile inter acumina capsularum 5 connatarum, obtusarum glabrarum. *Thunb.* *In collibus et montibus Promont. b. Spei. ♄.*

Obs. „Praeter Stamina ordinaria 5 adhuc alia 5 absque antheris, castrata, subulata, alba, petalorum unguibus adnata, vix observanda.“ *Thunb.* l. c. Ergo ADENANDRA. An idem fors in B. *rubra*, (cujus florem ne verbulo descripsit *Thunb.* in *Fl. cap.*) cum addidisset sub *alba* illustris auctor: „differt a *rubra* floribus albis, bracteis et calyce ciliatis?“

6. A. *villosa Lichtenst.*; foliis lanceolatis carinatis imbricatis (subtus) villosis, capitulis terminalibus. D. *villosa Willd. Thunb. Prodr.* I. *p.* 43. *Fl. Cap.* II. *p.* 135. *Spec.* I. *p.* 1136. HARTOGIA *villosa Berg. Cap. p.* 70.

Confer. BUCCONEM *villosam.* „Frutex cinereus subdecumbens, spithamaeus ramulosus, ramis paucis alternis flexuoso-erectis cinereo-fuscescentibus glabris nodulosis aphyllis; ramuli dichotomi et subverticillati cernui foliis tecti subfastigiati. Folia frequentissima sparsa brevissime petiolata acuta mutica integerrima, supra plana costâ mediâ elevatâ glabra, subtus rugosa pilis brevibus albis recurvis semiunguicularia. Flores subsessiles. Corollae incarnatae intus barbatae. Nectaria 5 barbata.“ *Thunb.* *In Promont. b. Spei. In montosis sylvaticis prope Zwellendam Lichtenst.* ♄.

7. * A. *marginata*; foliis cordatis, inferioribus ovatis, superioribus lanceolatis, umbellis terminalibus D. *marginata Willd. Thunb. Prodr.* I. *p.* 43. *Fl. Cap.* II. *p.* 144. *Spec.* I. *p.* 1137. *Linn. Suppl.* 155.

Frutex erectus, ramulis vix pubescentibus. Folia remota marginibus membranaceis. Flores ex summis foliorum alis solitarii aut bini, pedunculis folio longioribus. Stam. 5 vera. Nectaria 5 e filamentis alternis apice glandulâ antherinâ nigrâ majore, basi bifidâ, capitulo luteo. *Linn.* Frutex cinereo-purpurascens spithamaeus et ultra. Rami et ramuli subumbellatim sparsi, filiformes, villosi, flexuosi, patentes. Folia sparsa et subopposita sessilia obtusiuscula integerrima, margine revoluto interdum membranaceo, glabra, supra viridia, subtus pallida, patentia, inferiora majora, ovata, suprema minora lanceolata. Flores majusculi incarnato-albi. Pedunculi filiformes subvillosii bracteis 2 in medio, foliis longiores. Filamenta 5 sterilia barbata. *Thunb.* *In campis inter Kap et Drakenstein prope Fransche Hoek, in Paardeberg* et *alibi communis.* ♄. Specimen *Thunberg.* sed nimis mancum.

8. A. *coriacea Lichtenst.*; foliis ovatis coriaceis supra subenerviis subtus uninerviis, floribus axillaribus solitariis in ramorum apicibus, laciniis calycinis obtusis crenulatis. *Lichtenstein Spicil. Fl. Cap. MS.*

In monte Schurfdeberg, Bokkeveld.

998. DIOSMA.

1. D. *obtusata Thunb.*; foliis trigonis acutis punctatis, calyce petalisque ciliatis, ramulis pubescentibus. *Thunb.*

Prodr. I. *p.* 84. *Fl. Cap.* II. *p.* 126. *Willd. Spec.* I. *p.* 1134.

Frutex strictus flexuosus erectus pedalis et ultra. Rami per intervalla aggregato-subverticillati inaequales flexuosi et retroflexi, tuberculati, pubescentes, fusci, virgati. Folia in caule et parte inferiori ramorum nulla, in apicibus approximata imbricata breviter petiolata integerrima subtus bifariam punctata semiunguicularia. Flores in apice ramorum solitarii. Cor. rubra petalis basi ciliatis. Bracteae margine membranaceae ciliatae. *Thunb.* *In Promont. b. Spei.* ♄.

Obs. *Willdenow*, qui siccam vidit „folia lanceolata obtusa triquetra, sub lente tenuissime ciliata“ dicit.

2. D. *pectinata Thunb.*; foliis trigonis acutis punctatis ciliatis. *Thunb. Prodr.* I. *p.* 84. *Flor. Cap.* II. *p.* 127. *Willd. Spec.* I. *p.* 1135. D. foliis linearibus carinatis mucronatis ciliatis patentissimis, pedunculis unifloris subterminalibus subcorymbosis. *Willd. Enum. Hort. Berol.* I. *p.* 258. *n.* 3.

Cls. *Willdenow* in *Enum. l. c.* cum *pectinata* jungit quidem sequentem D. *subulatam Wendland t.* 8. additque: „pedunculi uniflori in axillis supremis foliorum, et terminales subcorymbosi;“ sed cls. *Lichtenstein Spicil. Fl. Cap. MS.* ait: „folia in *pectinata Willd. Enum.* minime esse patentia, sed erecta, suumque exemplar, ab ipso *Willdenow* determinatum, màxime dissimile esse a sequente *subulata Wendl.*“ Jam cum *Willdenow* duas hic species commutasset, et simul adjunxisset *pectinatae* suae D. *oppositifoliam Hortul.*, nescimus utrum haecce *oppositifolia* ad *pectinatam* spectet, vel ad sequentem *subulatam*. Nos saltem D. *subulatam* saepius nomine *oppositifoliae* tulimus. *Thunberg* D. *pectinatam* sequentibus describit. „Frutex erectus, fusco-sanguineus, glaber, pedalis et ultra. Rami et ramuli filiformes erecti fastigiati pubescentes. Folia in ramulis frequentia, sparsa, brevissime petiolata, subulata, mucrone glandulosa, margine eleganter ciliata ciliis albis, unguicularia. Flores in ramulis terminales.“ *In Promont. b. Spei. In Duivelsbosch prope Zwellendam. Lichtenst.*

3. D. *subulata Wendl.*; foliis alternis oppositisve triangularibus punctatis subulatis canaliculatis ciliatis, floribus ramulorum terminalibus subcymosis. *Wendl. Coll. p.* 31. *t.* 8.

Diosmae *pectinatae Thunb.* proxima. Fruticulus erectus 3-4-ped., trunco gracili fusco laevi. Rami erecto-patentes alterni oppositique terni quini, fusci, pilosiusculi, subfastigiati; rami juniores colorati, subpilosi. Folia petiolo brevissimo glabro appresso, patentia, apice cartilaginea, ciliis sacpe glandulosis. Flores subsessiles pedunculo brevissimo subpiloso bracteâ parvâ subulatâ ciliatâ. Cal. corollâ major, laciniis acuminatis glabris cartilagineis patentibus, angulis ciliatis. Petala ovata alba basi ciliata, erecto-patentia.

Filamenta glabra petalis breviora, antheris didymis fuscis. Stylus virens stigmate capitato, longitudine staminum. Germen glabrum virens coronâ 5 partitâ. Nectarium plicis 5, virens glabrum. Caps. magna fusca cornubus 5 acuminatis. *Wendl.* *In Promont. b. Spei.* ♄ specimina *Wendland.*

Obs. Speciem huic simillimam pro DIOSMA AGATHOSMATE (BUCCONE) *rubra* habitam, cum varietate, aut planta fors adultiore, legit ad pedem montis tabular. occidentem versus cls. *Lichtenstein.*

4. D. *tenuifolia Willd.*; foliis linearibus carinatis mucronati ciliatis strictis, pedunculis uni-bifloris que corymbosis terminalibus. *Willd. Enum. Hort. Berol.* I. *p.* 258. D. *linifolia Hortul.*

Folia angustiora atque longiora quam in praecedente (*pectinata*), et erecto patula stricta. Pedunculi 1-3-flori. *Willd.* *In Promont. b. Spei.* ♄.

5. * D. *hirsuta*; foliis linearibus carinatis mucronatis villosis, pedunculis unifloris terminalibus subcorymbosis. *Willd. Enum. Hort. Berol.* I. *p.* 257. *Spec.* I. *p.* 1134. D. foliis trigonis mucronatis hirsutis, floribus terminalibus subsolitariis. *Thunb. Prodr.* I. *p.* 42. *Fl. Cap.* II. *p.* 128. *Wendl. Collect. t.* 27. *Commel. rar.* III. *t.* 3.

Frutex erectus fusco-cinereus ramulosus, ramis filiformibus sparsis oppositisque cinereis villosis, ramulis subfastigiatis. Folia sparsa sessilia, supra plana subtus convexa punctata hirsuta pilis cinereis integerrima imbricata incurva, unguicularia. Flores subinde cum duobus lateralibus terni, incarnato-albidi. *Thunb* Cultus 3-4 ped., cortice fusco scabro, ramis saepe ternis quaternis. Petiolus brevis pilosus. Flores subsessiles, pedunculo brevissimo hirto. Calycis laciniae erectae obtusae hirtae, corollâ breviores. Petala alba erecto-patentia. Stamina hirsuta corollâ breviora. Germen coronâ 5-fidâ. Nectarium glabrum 5 plicatum. Caps. magna quinquecornis; arillus flavicans. *Wendl.* *In Promont. b. Spei.* ♄. et saepius commutata cum A. *alba.*

Obs. Icon. *Commelyni* supra landata non citatur in *Hort. Kew.*, cum reliquae *Commelyni* icones ibidem laudentur ad species suas. Adducitur a *Lamarck*, qui etiam habet *Seb. Thes.* 2. *t.* 40. *f.* 5.

6. D. *bisulca Thunb.*; foliis trigonis acutis hirsutis, racemis terminali-subumbellatis. *Thunb. Prodr.* I. *p.* 84. *Fl. Cap.* II. *p.* 1136. D. *bifurca Willd. Spec.* I. *p.* 1136. *Pers. Syn.* I. *p.* 247.

Frutex scabridus fuscus erectus glaber pedalis et ultra. Rami villosi, ramulosi, flexuosi ut ramuli frequentes hirsuti. Folia acumine glanduloso supra concava subtus bisulca, tota pilis brevissimis, imbricato-erecta, incurvata, unguicularia. Petioli breves pallidi. Cor. albae antheris exsertis. Differt a D. *hispida* foliis acutioribus curvatis staminibusque longioribus, floribus racemosis. *Thunb.* *In Promont. b. Spei.* ♄.

7. D. *virgata Thunb.*; foliis trigonis obtusis punctatis glabris, floribus subracemosis fastigiatis. *Thunb. Prodr.* I. *p.* 48. *Fl. Cap.* II. *p.* 129. *Willd. Spec.* I. *p.* 1134.

Fruticulus totus glaber spithamaeus et paulo ultra. Caulis filiformis erectus, ramis paucis elongatis superne ramulis aggregato-subverticillatis subfastigiatis saepe iterum similiter ramulosis. Folia in caule ramisque remota, in ramulis frequentiora subimbricata, brevissime petiolata sparsa subtus biseriam glanduloso-punctata, lacte viridia. Petioli nodosi adpressi pallidiores. Flores in ultimis ramulis plurimi albi glabri. *Thunb.* *In Promont. b. Spei.* ♄.

8. * D. *ericoides*; foliis trigonis obtusis glabris, floribus terminalibus subsolitariis. *Thunb. Prodr.* I. *p.* 43. *Fl. Cap.* II. *p.* 130. *Willd. Spec.* I. *p.* 1135. *Mill. Dict. n.* 4. *Ic. p.* 84. *t.* 124. *f.* 2. *Plukn. Amalth.* 236. *t.* 279. *f.* 5.

Haec valde fragrans in Emplastris Hottentottorum. *Linn.* Frutex erectus totus glaber. Rami subtrichotomi et dichotomi. Folia sparsa, ramos et ramulos tegentia, brevissime petiolata, ovato-oblonga, integerrima, supra plana, subtus sulco prope carinam utrinque et praeterea quasi costae duae intra margines, glabra, punctata, apice patula, lineam longa. Flores in ultimorum ramulorum apicibus. *Thunb.* *In Promont. b. Spei.* ♄.

9. D. *aspalathoïdes Lam.*; foliis oblongis (linearibusve) triquetris subtus punctatis, apicibus extrorsum aduncis, floribus terminalibus. *Lam. Enc. meth. p.* 286.

Arbuscula vix pedalis ramosissima cortice fusco aut rufescente, ramis numerosis divisis tuberculatis apice foliosis. Folia supra canaliculata, subtus carinata. Flores albidi subsessiles rari, saepe solitarii geminive. Cal. glaber, laciniis ovatis obtusis concavis. Petala 5 ovata sessilia obtusa calyce parum majora. Stam. petalis breviora. Nectarium coroniforme, coloratum, 5-lobum, germen cingens. Stylus simplex stigmate incrassato. Affinis D. *ericoïdi. Lam.* *In Promont. b. Spei.* ♄.

10. * D. *capitata*; foliis trigonis villoso-hispidis imbricatis, floribus spicato-capitatis. *Thunb. Prodr.* I. *p.* 43. *Fl. Cap.* II. *p.* 130. *Willd. Spec.* I. *p.* 1136. *Linn. Mant. p.* 210. D. *imbricatum Dum. Cours. Bot. Cult.* 2. *ed.* V. *p.* 405. An Genista tinctoria capensis purpurea *Petiv. Gaz. t.* 5. *f.* 11. quaerit *Lam. Enc. meth.* II. *p.* 285.

Caulis prolifer 2-ped., erectus, fuscus, facie Ericae majoris s. Bruniae *nodiflorae.* Folia conferta sparsa octofariam imbricata, extus convexa scabriuscula submarginata subciliata. Flores purpurei sessiles in capitulo terminali. Cal. imbricatus foliolis

(intimis verisque tantum 5) ovatis margine pubescentibus. Petala subrotunda 5 unguibus longitudine calycis. Nectaria admodum parva mutica. *Linn.* Caulis 3-ped.; rami et ramuli per intervalla ramulis subverticillatis brevibus erectis villosis foliis tectis subfastigiatis. Folia sessilia lineâ decurrente lineari-trigona obtusa, supra plana costâ elevatâ, subtus trigono-carinata bisulca undique scabra incurva, lineam longa. Flores in ramulis terminales sessiles. Bracteae exteriores 5, calyci approximatae, aequales concavae, subtus valde carinatae, margine tenui subvillosae, glabrae, calyce breviores, interiores similes 5, duplo latiores longiores. Calycis foliola 5 lanceolato-oblonga obtusa margine villosa extus parum carinata, intus concava, erecta, glabra, longitudine unguium corollae. Petala obovata; ungues lineares concavi incarnati, longitudine petali dimidii, lamina subrotunda integra venosa venis saturatioribus purpurea patula. Filamenta lateri germinis inserta albida petalis paulo breviora. Antherae oblongae, fuscae excisae. Stylus erectus longitudine filamentorum. Stigma subtrifidum. Caps. saepe tantum bilocularis s. capsulae binae. *Thunb.* *In Promont. b. Spei in montibus inter Northoek* et *Bay-Falso.* April. Maj. *Thunb.* Sept. *Linn.*

11. D. *succulenta Wendl.*; foliis linearibus carinatis acutis crassiusculis ciliatis erectis, floribus terminalibus subsessilibus solitariis quaternisve. *Willd. Enum. Hort. Berol.* I. *p.* 258. D. fol. oppositis succulentis acuminatis canaliculatis ciliatis, floribus ramulorum terminalibus uni-quadrifloris sessilibus. *Wendl. Collect.* I. *t.* 1.

Frutex erectus, 2 ped., trunci cortice fusco laevi, ut in ramis oppositis ternis quaternis, patenti-erectis. Ramuli juniores oppositi, lacte virides, setosi. Folia petiolo brevissimo viridi glabro patentia punctata scabra, 1/2 poll., apice cartilaginea. Pedunculus brevis glaber viridi-flavescens bracteolâ parvâ. Calycis laciniae glabrae, erectae, acuminatae obtusae punctatae. Petala erecta suhovata alba glabra, subinde denticulata. Filamenta alba glabra petalis breviora, antheris fuscis. Stylus viridis stigmate obtuso. Corona germinis 5-dentata. Caps. fusca 5-sulcata. *Wendl.* *In Promont. b. Spei.* ħ.

Obs. D. *scabra*, foliis oppositis crassiusculis lineari-subulatis carinatis margine dorsoque scabris *Lam. Enc* II. *p.* 283. nobis hujus potius videtur loci quam sequentis *oppositifoliae*, licet vulgo pro hujus synonymo habeatur. Rami teretes foliosi apice villosi ut ramuli. Folia numerosa approximata decussata crassiuscula: inferiora 7 circiter linearum, superiora breviora, subtus non punctata, tantum scabra. Pedunculi brevissimi. Reliqua exactissime quadrant.

12. D. *longifolia Wendl.*; foliis alternis cuspidatis linearibus longis glabris glandulosis, floribus ramulorum terminalibus. *Wendl. Coll. p.* 61. *t.* 19.

Fruticulus gracilis erectus 2-3 ped.; truncus ramique fusci; hi alterni, 3-4ni, tenues patentes sericei, ut ramuli juniores

virentes. Folia brevissime petiolata, fere pollicaria, patenti-erecta, supra plana et atroviridia, subtus pallida margine revoluta, acumine longo cartilagineo. Flores subsessiles, pedunculo brevissimo glabro, bracteis 2 parvis angustis. Cal. sericeus brevis, laciniis glabris ovato-lanceolatis acuminatis. Petala oblonga apice rotundata erecta reflexa alba glabra. Filamenta glabra antheris didymis flavis corollâ brevioribus. Germen glabrum, corollâ 5-fida. Stylus erectus glaber staminibus brevior. Nectarium 5-plicatum viride glabrum. Capsula? *Wendl.* *In Promont. b. Spei.* ♄.

13. * D. *oppositifolia*; foliis trigonis obtusis ciliatis, floribus terminalibus. D. *succulenta Thunb. Prodr.* I. *p.* 43. *Fl. Cap.* II. *p.* 132. *Berg. Cap. p.* 62. *Gmelin Syst. Veg. p.* 408. *n.* 1. D. *oppositifolia Linn. Spec. p.* 286. *Willd. Spec.* I. *p.* 1133. *Mill. Dict. n.* 1. *Gmel. Syst. Veg. p.* 408. *n.* 2. *Plukn. Alm. p.* 136. *t.* 279. *f.* 4. *Commel. rar. t.* 1. *Seb. Thes.* II. *p.* 41. *t.* 40. *f.* 5.

Frutex erectus fuscus glaber 3 ped. et ultra. Rami tricho- et dichotomi a lapsis foliis nodulosi fusci erecti; ramuli similes subfastigiati. Folia sparsa, sessilia vel omnium brevissime petiolata, decussata, carnosa, supra concava, subtus convexo-carinata, punctato-rugosa glabra, integerrima, margine elegantercriliis albis, imbricata, lineam longa. Flores in ultimis ramulis terminales pauci. Variat ramulis villosis et foliis margine scabridis, etiam in eodem frutice. *Thunb.* *In Promont. b. Spei prope Kap in collibus.*

Obs. Recte monuit cls. *Lamarck* ad D. *scabram* suam (*Enc. meth.* II. *p.* 284.), ad quam *succulentam Berg.* nonnisi cum? adduxit, figuram *Seb.* *vae a Linnaeo* ad *oppositifoliam* ductam multum differre ab illa *Commelyni*, quae simul ad *oppositifoliam* a *Linnaeo* ducitur, et in qua folia breviora, angustiora, magis erecta. Cum interea figura *Commelyni t.* 1. laudetur etiam in *H. Kew.* 2. *ed.* II. *p.* 29 (ubi nulla alia icon adducitur e synonymis Linnaei) et *Lamarck* ad suam D. *decussatam* foliis brevibus crassiusculis carinatis triquetris decussatis patentibus *Enc. meth.* II. *p.* 284. *n.* 2. citet, licet cum? *Commelyni iconem t.* 1., D. *decussata Lam.* hujus nobis videtur loci, quamvis descriptio non conveniat ex integro cum nimium brevi descriptione data ab ill. *Thunberg.* Arbuscula planta *Lamarckii*, parva, ramosissima, paniculata, cortice griseo, ramis brevibus glabris. Folia ovata oblongave opposita patentia subinde ciliata, vix punctata, parum remota. Flores parvi albi 2-3 in pedunculis brevissimis. Cal. turbinatus, glaber, laciniis ovatis acutis, dorso angulatis. Petala ovata obtusa; stamina longitudine fere petalorum. Capsulae 5 compressae, acuminibus divergentibus. Reliqua conveniunt exacte. Occurrit in herbariis passim nomine *capensis* (B. *hispidae*) a qua toto coelo diversa. In utroque tamen specimine nostro folia non unam lineam semper, sed passim 2, 3 lineas longa.

14. D. *ustulata Thunb.*; foliis ovatis trigonis imbrica-

tis, glabris, flore terminali solitario. *Thunb. phytogr. Bl. p.* 25. *Fl. Cap.* II. *p.* 132.

Caulis erectus, rufescens, glaber; rami ramulique sparsi; folia integerrima obtusa, superiora acutiora, nigro-ustulata. *In Promont. b. Spei.* ♄.

15. D. *umbellata Thunb.*; foliis trigonis obtusis punctatis ciliatis, umbellis (multifloris) terminalibus. *Thunb. phytogr. Bl. p.* 24. *Flor. Cap.* II. *p.* 133.

Caulis erectus, nodosus glaber; rami fastigiati, oppositi et verticillati; folia sparsā, approximata, brevissime petiolata, carnosa, subtus punctata, imbricata, vix unguicularia; pedunculi purpurei, corollae albae. Variat foliis inferioribus vix ciliatis. *In Promont. b. Spei.* ♄.

16. * D. *cupressina*; foliis oblongo-lanceolatis carinatis adpressis margine scabris, flore terminali (sub) solitario. *Willd. Enum. H. Berol.* I. *p.* 258. D. fol. ovatis trigonis glabris imbricatis, floribus terminalibus solitariis. *Thunb. Prodr.* I. *p.* 43. *Fl. Cap.* II. *p.* 134. *Willd. Spec.* I. *p.* 1137. *Wendl. Coll.* II. *p.* 59. *t.* 61. D. *dichotoma Berg. Cap.* 63. Brunia *uniflora Linn. Spec.* II. *p.* 289. *Plukn. Alm.* 136. *t.* 279. *f.* 2.

Rami filiformes erecti, tecti foliis imbricatis alternis minutis (*Ericae*) exacte triquetris subscabris sessilibus erectis apice calloso colorato. Flos sessilis. Cal. membranaceus lanceolatus erectus. Petala saepe 4, obovata, calyce duplo longiora, sensim in ungues desinentia. Stam. 5 erecta longitudine calycis. *Linn.* Rami alterni, ut folia. *Thunb.* l. c. Arbuscula 1 *ft.* ped. erecta virgata, ramis fuscis, tuberculis albis. Folia opposita sessilia punctata ciliata. Flos sessilis. Cal. basi bracteis 3, similibus foliis, laciniis brevibus acuminatis cartilagineis punctatis. Petala patentia, dilute carnea. Stamina glabra, apice supra antheras hamulo flavicante. Stylus glaber. Germen coronâ 5-phylla. Caps.? *Wendl.* *In Promont. b. Spei.* ♄. Spec. *Wendl.*

Obs. D. *cupressina* fol. linearibus subscabris erectis imbricatis, floribus solitariis sessilibus subterminalibus *Lam. Enc. meth.* II. *p.* 285. *n.* 8., licet Bruniam *uniſloram Linn.* sine dubio (D. *dichotomam Berg.* cum? habet) huc ducat, hujus esse loci nequit, quamvis, ut monet illeum *Lamarck* exactissime conveniat cum *Plukn. Almag.* 136. *t.* 279. *f.* 2. Arbusculam sistit pedalem, trunco basi simplici tereti fusco calamo scriptorio parum crassiore. Rami plurimi filiformes saepius dichotomi trichotomique tecti foliis cupressoidibus. Folia *capitatā* minora, tenuia, linearia, scabra, subtus convexa, erecta, subincurva, sparsa, imbricata, 2 vix lin., superiora subciliata, apice colorata, callosa. Flores parvi solitarii sessiles videntur terminales licet parum sub apice, positi. Calyx brevis, laciniis rectis acutis margine membranaceis dorso carinatis. Petala alba brevia subtruncata unguiculata. Stamina petalis breviora. An fors *thyoides Willd.*?

17. * D. *ciliata*; foliis lanceolatis carinatis ciliatis, umbellis terminalibus. *Thunb. Prodr.* I. *p.* 43. *Fl. Cap.* II. *p.* 135. *Willd. Spec.* I. *p.* 1135. *Linn. Spec.* I. *p.* 287. (excl. synon.) D. *capitatum Dum. Cours. Bot. Cultiv.* 2. *ed.* V. *p.* 405?

Frutex erectus cinereus 2 ped. et ultra. Rami sparsi et oppositi subverticillatique elongati laxi cinereo-flavescentes glabri; ramuli similes capillares subfastigiati tenuissime pubescentes foliosi. Folia sparsa, brevissime petiolata acuta mutica supra plana, subtus glanduloso-punctata, ciliis albis, imbricato-patula, internodiis longiora, lin. longa. Flores terminales plurimi umbellati albi. Petioli et Calyx purpurascentes villosi. *Thunb. In Promont. b. Spei.* ♄.

Obs. Utrum D. *capitatum Dum. Cours.* non ad BUCCONEM *obtusam* ♃ potius spectet?

18. D. *linearis Thunb.*; foliis linearibus obtusis glabris patulis, floribus terminalibus subsolitariis. *Thunb. Prodr.* I. *p.* 43. *Fl. Cap.* II. *p.* 136. *Willd. Spec.* I. *p.* 1134.

Frutex erectus cinereus totus glaber pedalis. Rami dicho-trichotomi divaricati; ramuli similes filiformes laxi. Folia decussata petiolata mutica integerrima supra plana subtus a marginibus revolutis sulcata, subinde reflexa, unguicularia. Petioli semiteretes pallidi lin. 1/2. Pedunculus filiformis glaber foliis paulo brevior. Differt a *succulenta:* fol. obtusis glabris planis; ab *hirsuta:* fol. glabris obtusis; a *rubra:* fol. planis obtusis impunctatis; ab *ericoide:* foliorum margine revoluto. *Thunb. In Promont. b. Spei.* ♄.

Obs. Specimen nostrum, quod *Herb. Römer.* munificentiae illustr. *Thunberg* debet, ramos superne subhirsutos, flores terminales 6-7 in pedunculis unifloris folio longioribus ostendit.

19. * D. *lanceolata*; foliis (ovato-) lanceolatis obtusis subpilosis, floribus axillaribus (sub-) geminis. *Thunb. Prodr.* I. *p.* 43. *Fl. Cap.* II. *p.* 137. *Willd. Spec.* I. *p.* 137. *Mill. Dict. n.* 5. Hartogia *lanceolata Syst. nat. p.* 625.

Caulis fruticosus cinereo-fuscus glaber pedalis et ultra. Rami et ramuli similes, dichotomi subverticillatique, virgati patentes. Folia sparsa brevissime petiolata ovata obtusa margine reflexo marginate et undulato-subcrenata, obsolete rugosa, subtus glanduloso-punctata, glabra, erecto-patentia, semiunguicularia. Flores in summitatibus ramulorum pedunculati, solitarii et gemini, rarius plures. Pedunculi filiformes purpurascentes foliis breviores. *Thunb. In montibus Lange Kloof prope Wolwekraal.* ♄.

Obs. An fors BUCCO?

20. D. *rugosa Thunb.*; foliis rugosis ovatis (subtus)

villosis reflexis, umbellis terminalibus. *Thunb. Prodr.* I. *p.* 43. *Fl. Cap.* II. *p.* 138. *Willd. Spec.* I. *p.* 1139.

Frutex erectus pedalis et ultra. Rami et ramuli subverticillati terni quaterni purpurascentes pubescentes erecti. Folia sparsa brevissime petiolata ovato-oblonga obtusa integerrima, supra plana concava glabra, subtus leviter carinata utrinque rugosa patentia et reflexa, frequentia, internodiis longiora, semiunguicularia. Flores plurimi albi, pedunculis valde hirsutis; calyces pubescentes. Filamenta capillaria alba corollâ longiora. *Thunb.* *In Promont. b. Spei.* ♄.

21. D. *oblonga Thunb.*; foliis oblongo-lanceolatis glanduloso-crenatis rugosis, floribus lateralibus. *Thunb. phytogr. Bl. p.* 23. *Fl. Cap.* II. *p.* 139. Diosma *lanceolata β. γ. Prodr. Capens.* (fid. *Thunb.* in *Phyt. Blätt.*)

Caulis erectus, purpureus, glaber, 2 ped.; ramuli subverticillati, filiformes, subpubescentes; folia ovato-oblonga, erecto-patentia, obtusa, punctata, glabra, lineam longa et unguicularia; flores pedunculati, solitarii, inter folia lateralia-axillares. *Thunb.* *In Promont. b. Spei.* ♄.

22. D. *glandulosa Thunb.*; foliis ovatis acutis integris rugosis, subtus villosis, umbellis terminalibus. *Prodr. p.* 187. *Fl. Cap.* II. *p.* 145.

Fruticis rami teretes cinerei glabri flexuoso-erecti; ramuli subumbellati, erecto-incurvi, pubescentes, iterum ramulosi. Folia in ramulis sparsa margine revoluta patula. Flores incarnati. Pedunculi villosi unguiculares. *Thunb.* *In Promont. b. Spei.* ♄.

Obs. Willdenow neglexit. *Thunberg* posuit D. (Adenandr.) *marginatam* inter et D. (Bucconem) *imbricatam*. An ergo Adenandra vel Bucco?

23. * D. *barbigera*; foliis cordatis acutis glabris, umbellis terminalibus. *Thunb. Prodr.* I. *p.* 43. *Fl. Cap.* II. *p.* 146. *Willd. Spec.* I. *p.* 1139. *Linn. Suppl.* 155.

Frutex ramosus. Folia sessilia opposita amplexicaulia mucronata laevia subtus punctata. Corymbi terminales subsessiles. Cal. pentagonus. Petala 5 albo-barbata parva. Stam. 5. Pistillum unum flore longius. *Linn. fil.* Frutex flexuosus, erectus cinereus totus glaber pedalis et ultra; rami ramulique sparsi, flexi, curvati, cinerei. Folia sparsa, sessilia vel omnium brevissime petiolata, integerrima, margine revoluta, supra subrugosa, subtus punctata, patula, inaequalia, subunguicularia. Flores plurimi pedunculati. Pedunculi, uti et calyces, angulati, glabri, purpurascentes, foliis longiores. Petala apice intus barbata. *Thunb.* *In Promont. b. Spei, Swartland.* ♄. Confer. B. *barbatam.*

24. D. *orbicularis Thunb.*; foliis orbiculatis, ramis

villosis. *Thunb. Prodr.* I. *p.* 84. *Fl. Cap.* II. *p.* 146. *Willd. Spec.* I. *p.* 1140.

Fruticulus erectus ramosissimus 2 ped. vel paulo ultra. Rami filiformes flexuoso-erecti tenuissime pubescentes. Ramuli subverticillati breves incurvati per intervalla remoti. Folia sparsa subsessilia, subinde parum ovata (subinde etiam reniformia) integra glabra reflexa subrugosa, minima, vix 1/2 lin.. Flores versus summitates racemosi albi. Pedunculi villosi uniflori foliis longiores. Stam. corollâ duplo longiora. *Thunb. In Promont. b. Spei.* ♄. Specimina *Thunbergiana* s. fl. perfecto, ut circa genus dubii haereamus.

25. D. *bifida Jacq.*; foliis lanceolatis mucronatis (punctatis glabris) imbricatis, (floribus capitatis), pedunculis aggregatis terminalibus, petalis bifidis. *Jacq. Collect.* III. *p.* 278. *t.* 20. *f.* 1. *Willd. Spec.* I. *p.* 1136.

Frutieosa ramulis teretibus glabris a foliis deciduis exasperatis. Folia sparsa erecta anguste lanceolata utrinque acuminata brevissime petiolata integerrima rigidula, dorso ad nervum punctata, ad oras cartilaginea scabra pellucido-punctata, 1/2 poll.. Pedunculi proprii filiformes fere longitudine foliorum, unde flores omnes capitulum formant subrotundum 2 poll. diametri, densissimum, albens. Calycis foliola oblonga obtusa concava erecta. Petala calyce duplo longiora ungue capillari erecto, laminâ bipartitâ patentissima, laciniis lineari-lanceolatis obtusis. Filamenta petalis paulo breviora. Germen parvum trilobum obtusum lobo singulo apice glandulâ. Stylus superne incrassatus longitudine staminum. *Jacq. In Promont. b. Spei.* ♄.

26. D. *rosmarinifolia Lam.*; foliis lanceolato-linearibus margine revolutis glabris, pedunculis axillaribus et terminalibus. *Lam. Enc. meth.* II. *p.* 286.

Arbuscula 1 1/2-2-ped., trunco gracili griseo ramis attenuatis adscendentibus a petiolis decurrentibus subsulcatis. Folia sparsa, subpetiolata, 4-6 lin. Flores pedunculati videntur rubelli. Calycis laciniae ovatae, ut petala calyce paulo majora. Stamina petalis breviora. Capsulae 5 obtusissimae, apice latiores. *Lam. In Promont. b. Spei.* ♄.

27. D. *graveolens Lichtenst.*; foliis ovatis integerrimis imbricatis glabris, floribus axillaribus pedunculatis solitariis. *Lichtenst. Fl. Capens. Spicil. MS.*

In Duivelsbosch. ♄.

28. *D. punctata Lichtenst.*; foliis orbiculatis integerrimis quintuplinerviis subtus punctatis. *Lichtenst. Spicil. Fl. Cap. MS.*

In Duivelsbosch. Prom. b. Sp. ♄.

29. D. *lycopodioides Willd.*; foliis ovatis acutis tomen-

tosis dense imbricatis, caule dichotomo, floribus terminalibus capitatis. *Reliqu Willd. MS.*

In Promont. b. Spei. ♄.

30. D. *thyoides Willd.*; foliis lineari-subulatis glabris adpressis, ramis verticillatis, floribus terminalibus umbellatis, pedunculis pubescentibus. *Reliqu. Willd. MS.*

In Promont. b. Spei. ♄.

31. D. *squamosa Willd.*; foliis ovatis obtusis imbricatis, caule dichotomo, floribus terminalibus capitatis. *Reliqu. Willd. MS.*

Folia minuta subrotunda glabra, superficie parum tuberculata, margine ciliata, adpressa. *Willd.* *In Promont. b. Spei.* ♄.

32. D. *parviflora Willd.*; foliis subulato-triquetris acutis, floribus umbellatis terminalibus. *Reliqu. Willd. MS.*

Folia glabra, carinato-triquetra; flores minuti albi, pedicellis pubescentibus. *In Promont. b. Spei.* ♄.

33. D. *thymifolia Willd.*; foliis ovatis ciliatis patentibus, floribus terminalibus umbellatis. *Reliqu. Willd. MS.*

Folia margine revoluto carinâque pilosa obtusa; pedunculi glanduloso-pubescentes. *Willd.* *In Promont. b. Spei.* ♄.
Anne fors Linconia *thymifolia?*

34. D. *stricta Willd.*; foliis lineari-lanceolatis strictis, floribus capitatis. *Reliqu. Willd. MS.*

Folia pilis distantibus rigidis ciliatis. *Willd.* *In Promont. b. Spei.* ♄.

35. D. *asiatica Lour.*; foliis lanceolatis alternis, racemis subterminalibus. *Lour. Fl. Cochinch. p.* 200.

Arbor parva 6 ped. expansa ramosissima. Folia integerrima glabra. Flos flavus racemis compositis subterminalibus. Cal 5-phyllus, foliolis ovato-oblongis patentibus. Petala 5 oblonga obtusa calyce longiora, nectario coronaeformi crasso germen 5-lobum cingente nec imposito. Antherae 5 sessiles lineares ad latera nectarii, apice conniventes. Stylus aequalis staminibus, stigmate simplici. Caps. 5 subreniformes, seminibus solitariis nec calyptratis. Capsulae pedunculis propriis *Lour. In monte Hon-Chen ex adverso urbis Haaeae Cochinchinae metropolis.* ♄. — An generis?

Quid? D. *corymbosa Montin.*; foliis ovato-lanceolatis carnosis integerrimis. *Mont. Act. Lund.* I. 2. *n.* 11.?

D. *cordata H. Carlsruh.* foliis subcordatis oblongis acutis ciliatis recurvato-imbricatis. *Martius Enum. H. Erlang. p.* 67.?

Dumont Courset etiam D. *cordatam H. Lond.* sine diagnosi vel descriptione adducit *Bot. Cult.* 3. *p.* 150. An eadem?

D. *decussata Dum. Cours. Bot. Cult.* V. *p.* 407.

Caulis erectus griseus cicatrisatus. Rami pubescentes pallide flavi firmi rigidissimi tecti foliis sessilibus decussatis ovato-oblongis sublinearibus crassis virentibus glabris, subtus pallidis punctatis ciliatis, 2-3 lin., 1-1 1/2 lin. latis, horizontaliter patentibus. Flores ut plurimum solitarii terminales; calycis foliola lanceolata acuta rubra punctata ciliata; corollâ fere pollicis diametro stellato-patens, supra alba, subtus rosea, petalis ovato-rotundatis, medio lineâ purpureâ. *Dum. Cours. l. c.?* An *alba?*

Quid: D. *rigidula* — *tenuissima* } *Willd. Enum. H. Berol. Suppl. p.* 12.

— *purpurea* — *reflexa* } *Desfont tabl. de l'Ecole* 1814 *p.* 180.

999. CALODENDRON.

C. *capense Thunb. Nov. pl. gen. P.* 2. *p.* 41—43. *Prodr. p.* 44. *Flor. Cap.* II. *p.* 74. *Willd. Spec.* I. *p.* 1148. *Lamarck Journ. d'Hist. nat. p.* 56. *t.* 3. *Dahl obs. bot. circa Syst. Veget. ed* XIV. DICTAMNUS *capensis Linn. Suppl. p.* 232. *Syst. Veg.* XIV. *p.* 397. *Vahl Symb.* III. *p.* 58. PALLASIA *capensis Houtt. Pfl. Syst.* X. *p.* 319. *t.* 22.

Arbor excelsa valde crassa (sempervirens); rami ramulique oppositi ternique, cicatricibus foliorum scabri, striati, teretes, fusci, divaricati. Folia decussata petiolata ovata obtusa integerrima parallelo-nervosa sempervirentia supra viridia subtus pallida, palmaria (et 3 poll.) Petioli crassi breves supra plani subtus convexi lineam longi. Flores paniculati terminales, (albo-rosei). Pedunculi breves, villosi, oppositi cum impari. (Petala undulata velutina pollicaria.) *Thunb.* *In Promont. b. Spei.* ♄

Obs. An etiam in Zeylona, cum haberetur pro CHIONANTHO *Zeylanica?*

1000. *FLINDERSIA.

1. F. *australis*; *R. Brown gen. Remarks on Bot. of Terra Austr. in Flinders's Trav.* II. *p.* 595. *Tab.* 1. *Poiret Enc. Suppl.* IV. *p.* 649.

Arbor mediocris, (ramis junioribus subumbellatis) foliis alternis ad apicem ramuli confertis, petiolatis, ternatis, vel cum impari opposito-pinnatis 2-3-jugis: foliolis oblongo ellipticis (quandoque lanceolatis) integerrimis glaberrimis planis pellucido-punctatis, 2-3 poll., 12-15 lin. latis. Paniculae terminales confertae, ramis ramulisque alternis patentibus, subpubes-

centibus. Flores parvi, albi, odorati. Calyx extus pubescens. Petala sessilia. Ovarium liberum. Capsula lignea oblonga obtusa, fere triuncialis, undique echinata processubus suberosoligneis confertis subconicis. *In sylvis et dametis ad promont. Broad-Sound in littore orientali novae Hollandiae sub* 23° *lat. merid.*

Obs. „Arborem raduliferam *Rumph Amb.* III. *p.* 201. *t.* 189 hujus esse loci (β fecit *Poiret*) vix dubitandum tam ex figura capsulae, quam ex descriptione rationeque quâ dehiscit, dissepimentorumque et seminum structurâ." R. *Brown.* Cls. *Poiret l. c.* FLIND. *australem* R. *Brown* „foliis ternatis impari pinnatisque, foliolis integerrimis lanceolatis glabris, paniculâ confertâ terminali" —; et *arborem raduliferam*, quae illi primum β, dein potius species propria videtur, nomine FLIND. *amboinen is*: „foliis impari pinnatis, foliolis lanceolatis 3-6-jugis, floribus lateralibus, pedunculis simplicibus" distinxit. Flores in hac *amboinensi* non terminales, cum fructus solitarii ad basin ramorum depicti; pedunculi simplices breves; capsulae ovatae, magis elongatae pentagonae. *Poiret.*

1001. CEDRELA.

1. * C. *odorata*; calycibus corollisque nudis. *Willd. Act. Am. N. C. Berol.* IV. *p.* 198. C. floribus paniculatis *Linn. Spec.* 289. *Willd. Spec.* I. *p.* 1147. *Lam. Enc. meth.* II. *p.* 660. *Ruiz et Pav. Fl. peruv.* III. *p.* 9. C *Cedro Löffl. it.* 183. CEDRUS *odorata Mill. Dict.* n. 1. *Plukn. Alm.* 92. *t.* 157. *f.* 1. *Sloane jam.* 182. *Hist.* II. *p.* 128. *t.* 220. *f.* 2. *Brown jam.* 158. *t.* 10. *f.* 1.

Arbor procera frondosissima, junior *Allium* spirans, infesta, affinis SWIETENIAE; folia alterna, pedalia et ultra, impari-pinnata, foliolis ovato-lanceolatis, acuminatis, integerrimis, glabris. Flores parvi, albido-flavicantes (carneive?) numerosi in racemis paniculatis. *Lam.* *In America meridionali.* ♄.

2. *C. Toona Roxb.*; foliis pinnatis: foliolis ovali lanceolatis, longius acuminatis, basi inaequalibus, obliquis, subserratis, paniculâ dichotomâ, divaricatâ, ramosissimâ, pedicellis subcorymbosis. *Roth nov. pl. Spec. MSS.* C. calycibus corollisque ciliatis. *Willd. Act. Am. Nat. Cur. Berol.* IV. *p.* 198.

A C. *odorata Linn.* facile distinguitur foliolis obliquis, hinc latioribus, basi valde inaequalibus. *Roth. Willdenow* l. c. folia pinnata 8-10-juga integerrima undulata glabra racemos terminales compositos dicit. *H. in India orientali.* B. *Heyne. Rottler.*

1002. EUONYMUS. *)

1. * E. *europaea*; pedunculis compressis trifloris, flori-

*) Confer de genere hocce HELLENII *Dissertationem* in *Useri Delect.* I. *p.* 93.

bus (plerisque) tetrandris, capsulis acute? pentagonis glabris; foliis oblongo-lanceolatis glabris. (ramis laevibus, stigmatibus subulatis, petalis acutis.) *Willd. Enum. H. Berol.* I. *p.* 1130. *Smith Brit. p.* 262. *Engl. bot. t.* 362. *Hall. Helv. n.* 829. *Fl. Dan. t.* 1089. *Bulliard Herb. t.* 135. *Schmidt oets. Baumz. t.* 71. *Sturm Fl. Germ. Fasc.* 27. *Mayrhoffer Fl. monac. h.* 18. *Abel et Reit. c.* 45. *E. vulgaris Mill. Dict. n.* 1. *Scop. carn. n.* 267.

Frutex vel arbor 20ped.; folia opposita; petiolata (nec sessilia ut *Gmel. Sib.* IV. *p.* 116.) tenuissime serrata. Pedunculi dichotomi. Flores albo-virentes, primarii pentandri. Capsulae angulis rotundatis, roseae; arillus seminum aurantiacus. *In Europae, Caucasi, Sibiriae, sepibus.* ♄.

Obs. Utrum E. *europaea* floribus subquadrifidis, foliis ovatis acutis serratis *Thunb. Japon. p.* 101. re verâ cum *europaea* eadem? Variare eandem foliis majoribus, minoribus, floribus paucis et paniculâ trichotomâ compositâ, capsulis 3-5-locularibus observat *Thunb.* l. c. monens ramos semper esse laeves. An E. *europaea Gmel.* re verâ eadem?

2. * E. *verrucosa*; pedunculis filiformibus teretibus subtrifloris, floribus (plerisque) tetrandris, capsulis obtuse pentagonis foliisque ovatis acuminatis glabris; ramis verrucosis. (petalis rotundatis.) *Willd. Enum. H. Berol.* I. *p.* 256. *Spec.* I. *p.* 1131. *Jacq. Austr. t.* 49. *Schmidt oestr. Baumz. t.* 72. E. *europaeus* γ. *leprosus Linn. Suppl.* 154.

Europaeo gracilior, humilior, vix 8 ped.; glandulae verrucosae copiosae in ramis. Folia petiolata. Calycis laciniae margine purpurascentes; petala purpureo-fusca, capsulae impressae ochroleucae et rubrae. *In Carnioliae et Tyrolis montosis Caucasique dametis asperis.* ♄.

Obs. Linnaeo fil. videtur varietas *europaei* esse, a quo vero mirifice differt. In E. *verrucoso* calyx planus, adpressus, transversim rugosus; petala orbiculata fusca; filamenta staminum brevissima; item pistillum; pedunculi longissimi capillares horizontales ternati vel biternati, pedicello medio breviori. In E. *europaeo* calyx distans vel reflexus foliolis concavis; petala oblonga ad latera revoluta luteo-viridia; filamenta longa, duplo tantum corollâ breviora; stylus exsertus dimidiae staminum longitudinis; pedunculi breviores crassiores patentes, incerti numeri et proportionis, saepe 4-5-flori." *Murray Syst. Veg. ed.* XV. *p.* 249.

3. E. *latifolia Scop.*; pedunculis filiformi-teretibus multifloris, floribus pentandris, capsulis pentagonis alatis; foliis ovato-oblongis acuminatis, (aequaliter serratis, glabris,) ramis laevibus, petalis subrotundis. *Willd. Enum. H. Berol.* I. *p.* 256. *Spec.* I. *p.* 1132. *Scop. carn. n.* 266. *Jacq. Austr. t.* 289. *Schmidt oestr. Baumz. t.* 74.

Sturm Fl. Germ. 27. *Fasc.* *Reit. u. Abel t.* 16.
EUON. *europaeus β. latifolius. Spec.* 286.

Arbor humilis; folia petiolata, duplo quam in *europaea* latiora; petala viridi-flava, extus rubella; capsula rosea, arilli luteo-fusci. *In Europae mediae* et *Caucasi sylvis.* ♄.

4. E. *atropurpurea Jacq.*; pedunculis (divaricatis) compressis multifloris, floribus tetrandris, stigmatibus tetragonis truncatis, capsulis obtuse pentagonis glabris, foliis (ovatis petiolatis) oblongis acuminatis subtus pubescentibus, (supra nitidulis, serrulatis, ramis laevibus, tetragonis.) *Willd. Enum. H. Berol.* I. *p.* 256. *Spec.* I. *p.* 1132. *Lam. Enc. meth.* II. *p.* 567. *Pursh Flor. Amer. Sept.* I. *p.* 168. *Jacq. Hort. Vind.* II. *p.* 55. *t* 120. *Schmidt oestr. Baumz. t.* 73. E. *carolinensis Marsch. p.* 76.

15 ped.; folia petiolata, argute serrata. Petala atropurpurea. Stigmata 4-gona, truncata. Fructus rubri. *In Kentucky et Tennassée et a New-York ad Carolinam.* ♄.

5. * E. *americana*; pedunculis teretibus subtrifloris, floribus (5-fidis) pentandris, capsulis rotundato-pentagonis verrucosso-muricatis, foliis oblongo-lanceolatis glabris, subsessilibus, acutis, serratis; ramis laevibus, tetragonis. *Willd. Enum. H. Berol.* I. *p.* 256. *Spec.* I. *p.* 1132. *Schmidt oest. Baumz. t.* 75. *Commelyn Hort.* I. *p.* 157. *t.* 81.

Arbor humilis; folia pollice paulo longiora, obsolete serrata. Flores flavi, rubro tincti. Fructus coccinei. Subsempervirens. *In sylvis umbrosis, ad margines paludum rupesque a Nova Anglia ad Carolinam. Burningbush incol.* ♄.

6. E. *angustifolia Pursh*; ramis quadrangulatis, foliis subsessilibus elongato-lineari-ellipticis subtalcatis subintegerrimis, pedunculis plerumque unifloris, floribus omnibus quinquefidis, fructibus verrucoso-muricatis. *Pursh Fl. Am. Sept.* I. *p.* 168.

Flores et fructus E. *americani*, cui quamvis affinitate proximus; tamen satis characteres, monente D. *Lyon*, diagnosticos servat suos. *In sylvis umbrosis Georgiae.* ♄.

7. * E.? *japonica*; floribus quadrifidis, (?) foliis subrotundo-ovatis dentatis. *Willd. Spec.* I. *p.* 1130. *Linn. Suppl.* 154. *Thunb. Fl. Jap.* 1000. *Banks icon. select. Kaempf t.* 8. *Hellen Diss.* in *Ust. delect.* I. *p.* 89. *t.* 4. Iso-*Kuroggi. Kaempf fasc.* 5. *p.* 790.

Folia 2 poll., fere aeque lata ac longa serrata venosa rigida utrinque glaberrima. Cor. 4-petala. Stam. 4. *Linn.* Caulis fruticosus strictus cinereus nudus orgyalis. Rami oppositi erecto-patentes virides parum foliosi. Ramuli decussati breves foliosi. Folia in ultimis ramis opposita approximata ovata ob-

tusa serraturis obtusis inferne integra crassa subtus pallidiora, nervosa glabra erecto-patentia pollicaria. Petiolus glaber semiteres lineam longus. Flores axillares, panieulâ trichotomâ decompositâ divaricatâ subfastigiatâ. Pedunculus et pedicelli angulati glabri compressi. Cal. 4-phyllus persistens inferus, subinde triphyllus, laciniis lato-ovatis obtusis concavis glabris pallidis corrollâ duplo brevioribus. Petala 4 alba patula rotundata concava integra lin longa. Filamenta 4 germini inserta subulata apice inflexa alba patentia longitudine calycis. Antherae didymae flavae. Germen superum tetragono-conicum glabrum stylo persistente filiformi longitudine corollae, stigmate simplici truncato. Caps. subglobosa 4-sulcata, glabra, 4-valvis, 4-locularis, 4-fariam dehiscens. Sem. 4-3 oblonga cortice externo rubra, intus alba, centro viridia. Variat foliis albo maculatis. *Thunb.* Nobis vix generis videtur. *In Japonia. Papenberg, Kofido, Nipon et alibi.* b.

8. E? *chinensis Lour.*; caules scandente, foliis trilobis, pedunculis multifloris. *Lour. Fl. Cochinch. p.* 194.

Caulis herbaceus cirrhis scandens, longus. Folia cordata, medio acuto, lateralibus obtusis, denticulata, aspera. Flos albus, pedunculis lateralibus, calyce 5-fido patente. Petala 5 oblongo-ovata patentia, calyce longiora. Stam. 5. Bacca supera ovata utrinque subattenuata decagona unilocularis polysperma evalvis, seminibus ovatis compressis calyptrâ succosâ vestitis. EUONYMO non satis convenire agnosco. *Lour.* An CELASTRUS? *Willd.* *Extra suburbia cantonensia in China.* b.

Quid: E. *inermis Forsk.*; foliis alternis ovatis serrulatis. *Forsk. Suppl. Aegypt. p.* 204.

Caulis fruticosus. Folia parva sessilia nitida venis reticulata. Cal. 5-partitus campanulatus ruber. Baccae 3-5 intra calycem, maturae nigrescentes. *Forsk.* *In Arabia. Hadie.*

1003. GERUMA.

G. *alba Forsk. Fl. aegypt. arab. p.* 62.

Folia alterna ovali-oblonga subserrata. Petala alba. Stigmata rubra. Semina pulpae albae inserta. *Forsk.* *Hadie Arabiae. Forsk.*

1004. BUTTNERIA.

1. * B. *scabra*; foliis lanceolatis dentatis (glabris, subconduplicatis) basi subhastatis, rhachi, petiolis cauleque angulato-aculeatis. *Willd. Spec.* I. *p.* 1117. *Linn. Syst. Veg.* 197. *Lam. Enc. meth.* I. *p.* 522. (uterque excl. syn. *Jacq.*) *Aubl. Guj. t.* 96. *Loefll. it.* 313. *Cavan. Diss.* V. *p.* 291. *t.* 148. *f.* 1.

Frutex sarmentosus RUBI *idaei* aculeis recurvis. Folia alterna oblonga petiolo costâque aculeata. Racemi axillares aggregati.

Linn. 4-5 ped., erectus, ramis angulatis, aculeis brevibus cartilagineis. Folia lanceolato-linearia acuminata glabra 4-8 poll., inferiora basi parum dilatata, superiora subsessilia. Flores parvi albidi pedunculati in racemis axillaribus duobus ad octo, pedicelli umbellati 1-4. *Loeffl.* *In America meridionali.* ♄.

2. B. *carthagenensis Jacq.*; foliis ovatis costâ petiolisque aculeatis. *Jacq. Amer. pict. p.* 41. *Linn. Syst. Veg. ed.* XIV. *n.* 2. B. *aculeata Jacq. Amer. p.* 76. Chaetaea *aculeata Jacq. Enum. Amer.* 17.

Sarmentosa, diffusa, habitu Rubi *frutticosi.* Caules perennes sublignosi sulcis angulisque 5 obtusis, aculeis recurvis sparsis numerosis; ramusculi juniores teretes. Folia glabra, integerrima vel incisurâ unâ alterâve, in senioribus ovata, 4 poll. et ultra, juniora lanceolato-ovata. Racemi breves aggregati axillares. Flores inodori parvi albicantes. *Jacq. Amer. pict. p.* 41. diversam dicit a *scabra Linn.* Ergo *Loeffling it. hisp.* 313 *in Jacq. l. c.* excludendus. *Carthagenae Americae calidioris in monte Popa.* ♄.

3. B. *tereticaulis Lam.*; foliis ovato-lanceolatis acuminatis integerrimis, ramis aculeatis teretibus, (rhachi, petiolis, cauleque tereti aculeatis) *Lam. Enc. meth.* I. *p.* 523. *Cavan. Diss.* V. *p.* 292. *t.* 149. *f.* 2. *Willd. Spec.* I. *p.* 1118.

Rami subpubescentes, aculeis recurvis sparsis. Folia petiolata, 2 poll., 6-9 lin. lata. Capsulae parvae, caeteris omnibus maxime muricatae, echinis 5-6 lin. divergentibus. *Lam.* *In Peru.* ♄. *Jos. de Jussieu.*

4. * B. *microphylla*; foliis ellipticis integerrimis (apiceve dentatis) emarginatis, aculeis stipularibus (ramis flexuosis laevibus.) *Willd. Spec.* I. *p.* 1118. *Linn. Mant.* 209. B. fol. ovatis obtusis petiolatis etc. *Lam. Enc. meth.* II. *p.* 523. *Cavan. Diss.* V. *p.* 292. *t.* 148. *f.* 2. *Jacq. Hort. t.* 29.

Spinae caulis (ramorum potius) solitariae, laterifoliae, horizontales. Folia alterna remota ovalia obtusissima subsessilia alterna s. gemina patentia. Pedunculi laterales axillares foliorum capillares plures foliis aequales. Cal. 5-phyllus patens. Petala linearia, basi utrinque lobata. Fructus undique spinosus. *Linn.* Truncus cortice cinereo. Rami distichi horizontales. Folia 1/2 circiter pollicis. Pedunculi uniflori 3-9. Flores albi purpureo varii. *Jacq.* *In America;* in Domingo *Port au Prince Jacq.* ♄.

5. B. *ovata Lam.*; foliis ovatis (dentato-) serratis, petiolis inermibus, ramis quinquangularibus cauleque erectis, aculeatis. *Lam. Enc. meth.* I. *p.* 522. *Cavan. Diss.* V. *p.* 291. *t.* 149. *f.* 1. *Willd. Spec.* I. *p.* 1118. Avenia *spinosa Hort. reg. paris.*

Arbuscula 4-5-ped., cortice griseo. Rami graciles virides glabri, angulis aculeati. Folia pollicaria glabra reflexa ad petiolum Flores axillares pedunculati, 3-6 in corymbo parvo vel umbellula breviter pedunculata. Calycis laciniae acutae patentes. Petala apice trifida, laciniâ intermediâ filiformi purpureâ aut violaceâ. Stylus brevis stigmate quinquangulari. Caps. fere sphaerica. *Lam.* *In Peru, ubi Chin a-Cacha. ♄. Jos. de Jussieu.*

6. B. *cordata Lam.*; foliis cordatis acuminatis (dentato-) serratis subtus (uniglandulosis) pubescentibus; petiolis inermibus, caule aculeato, (pedunculis subternis inaequalibus septemfloris.) *Lamarck Enc. meth.* I. *p.* 523. *Cavan. Diss.* V. *p.* 291. *t.* 150. *Ruiz* et *Pav. Fl. Peruv.* III. *p.* 9. B. *herbacea Willd. Spec.* I. *p.* 1119. B. *aculeata Dombey Herb. Peruv.*

Arbuscula sarmentosa 8 ped. et ultra, caule quinquangulari, aculeis ad angulos, recurvis. Folia 3 poll. lata, subtus pubescentia. Flores albidi in umbellis parvis pedunculatis axiliaribus. *Lam.* *In Peru*, circa *Lima*, *in sepibus Chancay: incolis ad aranearum morsus.* ♄.

7. B. *sulcata Ruiz et Pav.*; foliis cordato-ovatis serratis, costâ petiolisque aculeatis, pedunculis geminis 3-5-floris. *Flor. Peruv.* III. *p.* 10.

Caulis angulatus quinquesulcatus, aculeis recurvis. Folia sparsa petiolata pubescentia, acumine obliquo, stipulis oppositis caducis subulatis. Pedunculi declinati bracteolis deciduis involucrati. Cal. ante anthesin pentagonus, intus purpureus, laciniis reflexis. Petala linearia, basi viridia, apice atropurpurea. Antherae sessiles. Semina ovata. *Ruiz* et *Pav*, *In Peruviae praeruptis calidis.* ♄.

8. B. *hirsuta Ruiz et Pav.*; foliis cordatis acutis crenatis, costâ petiolisque aculeatis, pedunculis congestis compositis. *Flor. Peruv.* III. *p.* 10.

Caules lignosi ramosissimi angulis aculeatis; folia alterna petiolata, subtus hirsuta. Pedunculi laterales, floribus subumbellatis, involucratis foliolis parvis caducis. Petala basi flavicantia, apice purpurea. *Fl. Peruv.* *In montibus Andium.* ♄.

9. B. *herbacea Roxb.*; foliis cordatis acuminatis dentatis eglandulosis, caule inermi herbaceo. B. *cordata Willd. Spec.* I. *p.* 1119. B. *herbacea Roxb. Corom.* I. *p.* 28. *t.* 29. *Pers. Syn.* I. *p.* 262. *n.* 8.

Planta erecta, herbacea. Folia alterna, petiolata, serrata, tomentosa, 2 1/2 poll. longa, 1 1/2 lata. Stipulae reflexae, parvae, acutae. Pedunculi axillares, solitarii v. plures triflori. Calycis foliola magna, reflexa. Nectarium monophyllum, 5-dentatum: dentibus super pistillum convergentibus. Filamenta

brevissima, ex fissuris nectarii, reflexa. Antherae duplices, ovales. *Roxb.* *Coromandel in montibus.* 2.

10. B. *catalpifolia Jacq.*; tota inermis, caule scandente, foliis cordatis integerrimis. *Jacq. Hort. Schönbrunn.* I. *t.* 46. *Willd. Spec.* I. *p.* 1119.

Folia grandia. Pedunculi ramosi axillares fere paniculati, petiolis parum longiores. Calycis laciniae lanceolatae, petalis parum breviores. Germen hispidum. *Jacq.* *Ad Caracas.* ♄.

11. B. *acuminata Bredemeyer*; caule tereti aculeato, foliis ovatis acuminatis inermibus, petiolis subaculeatis. *Reliqu. Willd MS.*

In Caracas. ♄. *Bredemeyer.*

12. B. *salicifolia Humb.* et *Bonpl.*; foliis lanceolatis glabris, caule angulato, petiolis rhachique foliorum aculeatis. *Reliqu. Willd. MS.*

In Cumana. ♄. *Humb.* et *Bonpl.*

13. B. *corylifolia Humb.* et *Bonpl.*; foliis oblongis subcordatis serratis acutis, caule aculeato. *Reliqu. Willd. MS.*

In America merid. ♄. *Humb.* et *Bonpl.*

1005. D'AYENIA.

1. * D. *pusilla Mill.*; foliis cordatis glabris. Ayenia *pusilla Linn. Sp.* 1354. *Act. holm.* 1756. *p.* 23. *t.* 2. *Löffl. iter. p.* 200. *Cavan. diss.* V. *p.* 289. *t.* 147. *Willd. Spec.* I. *p.* 1119. Dayenia *Mill. dict. t.* 118. *Sloane Hist.* I. *p.* 209. *t.* 132. *f.* 2. *Vogel Suppl. pl. select. Fasc.* 2. *Trattinn. tabular. t.* 197.

Flores varii abortiunt, an sexu (distincti)? Caulis 5-12 poll., gracilis, teres, subsimplex et ramosus, herbaceus, duriusculus. Folia ovato-cordata, serrata, superiora ovato-lanceolata. Flores parvi purpurascentes axillares, pedunculo simplici 1-2 lin., 3-6. Capsulas male sessiles a *Cavanilles* depictas monet *Swartz Fl. Ind. occid.* II. *p.* 1131. *In Jamaica, Cumana, Peru in depressis paludosis.* ☉.

Obs. *Dietrich Gärt. Lexik.* II. *p.* 111. D'AYENIAM *inermem Mill.* adducit, quae, in *Milleri Dict.* hoc nomine non occurrit.

2. D. *laevigata Swartz*; foliis ovatis integris glaberrimis, germine pedicellato, nectario decemfido radiato. Ayenia *laevigata Swartz Prodr. p.* 97. *Fl. Ind. occid.* II. *p.* 1131. *Willd. Spec.* I. *p.* 1120.

Frutex ramis subdivisis flexuosis teretibus glabris. Folia alterna obtusa basi rotundata nervosa sublaurina utrinque glabra poll. et 1 1/2 poll., petiolis teretibus brevibus. Stipulae minutissi-

mae subulatae ad basin petiolorum. Pedunculi axillares solitarii filiformes, petiolis longiores uniflori sanguinei. Flores D. *pusillae* atro-sanguinei. Cal. 5-phyllus, foliolis ovatis pallidis. *Swartz.* *In Jamaica.* ♄.

3. * D. *tomentosa*; foliis ovato-subrotundis tomentosis. AYENIA *tomentosa Linn. Spec.* I. *p.* 1354. A. fol. ovat. subrot. toment., germine pedicellato, nectario plano. *Löffl. it.* 200. *Willd. Spec.* I. *p.* 1120.

Cal. 5-partitus, foliolis lanceolatis acutis persistentibus. Pet. nulla Nectar. quinquefido-campanulatum. Filamenta 5 extra nectarium, e regione sinuum calycis, eôque longiora arcuata inflexa, apice lato membranaceo nectarii margini adfixa. Antherae 3 subrotundae, subtus in membrana latiore filamentis conferta connatae, vel triloculares. Germen subrotundum sessile vel columellâ filiformi elevatum. Stylus cylindricus brevis, stigmate capitato 5-angulari. Caps. subrotunda 5-loba, 5-locularis, loculis integris deciduis, intus dehiscentibus. Sem. solitaria oblonga ovata hinc convexa, inde plana. *Löffl. l. s.* *In Cumana.* Nil addit de loco natali *Löffl.*

Obs. Citat quidem *Linnaeus* ad AYEN. *tomentosam* etiam *Löffl. it.* 197 ubi AYENIAM *eidaefoliam* invenies plantam, ut videtur, distinctam: caule simplici, foliis ovato-oblongis duplicato-serratis subtus tomentosis. Caulis huic suffrutescens teres tomentoso-pubescens.

4. * D. *magna*; foliis cordatis (acuminatis crenatis) pubescentibus, florum germine sessili, nectario concavo. AYENIA *magna Linn. Spec.* I. *p.* 1354. *Löffl. it.* 199. *Willd. Spec.* I. *p.* 1120. *Jacq. Amer. pict. p.* 112. BÜTTNERA (fide *Cavanill.* 1034.)

AYENIAE florem qui intelligat separet petala a basi germinis. *Linn.* Rad. fibrosa. Caules erecti, 2-3 ped., inferne suffruticosi teretes molliter pubescentes, ramulis brevibus, alternis. Folia alterna, petiolo filiformi, longitudine fere foliorum, stipulis subulatis minimis. Flores axillarum pedunculati in paniculа ramorum inaequali. Pedunculus communis solitarius vel bini, medium axillae occupante ramuli rudimento, sursum bi-trifidus: bracteolae acutae ad pedicellum singulum. Cal. 5-phyllus, leviter reflexus, lanceolatus acutus persistens. Nectarium calyce minus sessile campanulato-patens, ore 5-fido, laciniis emarginatis bifidis, sinubus inflexis, glandulâ acutâ. Filamenta superius inflexa, dilatata in membranam transverse oblongam vel reniformem, extus convexa. Antherae 3 vel triloculares sessiles sublongae. Germen pilosum sessile globosum. Stylus filiformis, nectario paulo altior. Stigma convexum lineis 5, capitatum. Caps. convexa, pilis copiosis. Flores herbacei coloris. *Löffl.* *In Cumana ad viam versus Ipane.* 2.

1006. GLUTA.

* G. *Benghas Linn. Mant.* 293. *Willd. Spec.* I. *p.* 1120.

Arbor ramis apice foliosis. Folia alterna sessilia latius lanceolata subpedalia venosa nuda, in ramis floriferis tantum palmaria obtusiora confertiora. Panicula terminalis pedunculata, floribus magnitudine *Brassicae*. Fructificatio singularis. Germen pedicellatum. Stamina ad basin germinis inserta, sed petala pedicello toti germinis quasi adglutinata. Supponas petala more aliis consueto separata a pedicello hocce, et habebis stamina germini proxima ut in *Passifloris*. *Linn.* l. c. *In Java.* ♄.

1007. CERANTHERA.

1. *C. dentata* P. *de Beauv.*; foliis lanceolato-ovatis dentatis, floribus spicatis (racemosis) subterminalibus, petalis lanceolato ovatis. *Pal. de Beauv. Fl. Owar.* et *Benin* II. *p.* 11. *t.* 65.

Arbuscula ramis glabris foliisque alternis, his petiolatis acuminatis nervosis utrinque glabris sinuatis aut vix dentatis, 4-5 poll. et ultra, 2 poll. latis, denticulis obtusis. Flores ad basin pedunculorum et pedicellorum bracteâ lanceolatâ. Pedunculi partiales umbellati. Cor. calyce duplo longior. *P. de Beauv.* *Circa Buonopozo in Oware.* ♄.

2. C. *subintegrifolia* P. *de Beauv*; foliis lanceolato-oblongis, raro et irregulariter margine sinuosis; floribus spicatis (racemoso-spicatis) subterminalibus, petalis ovatis. P. *de Beauv. Fl. Owar.* et *Ben.* II. *p.* 11. *t.* 66.

Maxime affinis praecedenti *dentatae*. Folia angustiora longiora, flores minores, in pedicellis saepe alterni; petala breviora ovalia, non lanceolata. *P. de Beauv.* *In ambitu urbis Oware.* ♄.

1008. PILOCARPUS.

P. *racemosus Vahl Eclog. Amer.* I. *p.* 29. *t.* 10. *Willd. Spec.* I. *p.* 1133. *Euonym.* latifolius racemosus fructu pentagono atropurpureo. *Plum. Spec.* I. *p.* 18. *ic.* I. *p.* 119. *t.* 127.

Frutex humilis. Rami penduli teretes glabri cortice cinereo: ramuli alterni fusco-purpurascentes, breves. Folia in ramulis petiolata, approximata alterna ultima duo subopposita, 2-3-poll., elliptica, obtusissima plerumque emarginata, basi acutiora, integerrima, membranacea glabra venosa, utrinque minutissime punctata. Petioli unguiculares glabri, supra plani, fusco-purpurascentes. Stipulae nullae. Racemi ex apice ramorum cum ramulo ad latus ulterius excrescente, solitarii, pedales et ultra, pedunculo glabro fusco purpurascente, pedicellis sparsis subpollicaribus patentissimis unifloris. Bracteae 2 supra medium pedicelli, minutissimae, ovatae, alternae, remotae. Flores laete purpurei. *Vahl.* *In montibus altis ad margines clivosos in insula Montserrat.* ♄. *Ryan.*

1009. JASIONE.

1. * J. *montana*; foliis lineari-lanceolatis, basi angustioribus, hispidis undulato-crispis. J. *undulata Lam. Enc. meth.* III. *p.* 215. J. *montana Willd. Spec.* I. *p.* 888. *Smith Brit.* I. *p.* 241. *Engl. Bot. t.* 882. *Pers. Syn.* II. *p.* 215. *Fl. Dan. t.* 319. *Curt. Fl. lond.* IV. *t.* 58. *Sturm Fl. Germ. Fasc.* 9. *Hall. Helv. n.* 678. *β. littoralis;* caulibus prostratis simplicissimis, foliis planis glabratis. *Fries novit fl. Suec.* II. *p.* 29. *γ. fl. albo.* δ. *Prolifera. Bellard. Act. Taur.* V. *p.* 247. *Latour Chlor. lugd.* 25.

Rad. sublignosa. Caules plurimi erectiusculi spithamaei et pedales, teretiusculi, scabri, foliosi, apice subramosi. Folia caulina alterna, scabra, radicalia maxima. Capitula terminalia erecta solitaria hemisphaerica. Flores pedicellati caerulei. Cor. profunde 5-partita. Stylus staminibus longior. *Smith*, *β.* rad. fusiformis; caules caespitosi simplicissimi glabri prostrati, apice adscendentes; folia sessilia, caulina majora sparsa, obtusa, uninervia, integerrima; capitulum multo minus, foliolis involucri ovatis obliquis obtusis integerrimis. In steriliori caules toti nudi, rarius solitarii et hispidi. *In collibus Europae siccissimis; in Olympo bithyno Sibth. β. Nunquam nisi in maritimis arenosis Hollandiae in Suecia.* ⊙.

Obs. Confer. *Poiret Enc. meth. Suppl.* III. *p.* 130.

2. J. *perennis Lam.*; foliis linearibus sublaevibus planis obtusiusculis. *Lam. Enc. meth.* III. *p.* 216. *Illustr. t.* 724. *f.* 2. *Pers. Syn.* II. *p.* 215. *n.* 2. I. *montana β.* radice perenni *Linn. Suppl.* I. *p.* 392. I. *montana Vill. Delph.* II. *p.* 670. I. *montana β. humilis Pers. Syn.* II. *p.* 215. *n.* 1. JASIONE *montana γ. Decand. Fl. franç. n.* 2872. I. *undulata β. humilior*, caulibus unifloris *Lam. Enc. meth.* III. *p.* 215. I. *laevis Lam. Fl. fr.* II. *p.* 3, PHYTEUMA crispa *Poiret Act. Tolos.* III. *p.* 324.

In *β.* radix perennis, caulis I. *montanae annuae* altior, capitula florum majora. Variat foliis glaberrimis et hirsutissimis in eâdem radice, etiam integris et serratis. *Linn. Suppl. l. c.* Cls. *Lamarck* per decennium varietatem *β.* observavit et distinctam speciem esse contendit. Ego in specimine imperfecto sicco nullum discrimen, quo apte a varietate *α.* distingui possit, inveni. *Willd. Spec* I. *p.* 888. Caulis rectus, simplex vel a basi ramosus, pilosus in spontanea, in culta glaber, inferne valde foliosus, pedalis et ultra. Folia numerosa sparsa, 1-1/2-2 1/2 poll. long., 2 lin. lata, integerrima, culta glabra. Capitula solitaria caerulea *montanâ* parum majora, pedunculo nudo 6-8 poll. Involucrum e foliolis 12-15 planis horizontalibus, dentibus aliquot acutis. *Lam.* Nobis et etiam clo. *Dumont-Courset*, qui eandem coluit, dis-

tincta species. *In Gallia australi* (Averniae *Mont-d'Or Monier*) *et in Hispania.* 4.

3. J. *corymbosa Poiret*; caule striato folioso apice ramoso, ramis simplicibus corymbosis. *Poiret Enc. meth. Suppl.* III. *p.* 130. *An Dalechamp. Hist.* I. *p.* 864.

Caules crassi sulcati villosi glabrique; folia linearia undulata crispa dentata hirsuta glabraque. Rami uniflori breves corymbosi, capitulo florum terminali caeruleo. *Poiret.* *In Marocco vel in Hispania. Poiret.* 4.

Obs. Eandem crederemus cum *foliosa*, nisi et hanc tanquam speciem propriam enumerasset *Poiret* l. c.

4. J. *foliosa Cav.*, radice crassâ perenni, foliis glaberrimis lineari-ovatis, infimis rosaceis dentatis, caulibus striatis foliosis. *Cavan. Icon.* II. *p.* 38. *t.* 148. *f.* 1.

In Orospedae et *Idubedae cacaminibus in Hispania.* 4.

1010. LIGHTFOOTIA.

1. L. *oxycoccoides L'Hérit.*; foliis petalisque lanceolatis. *L'Hérit. Sert. Angl.* 4. *t.* 4. *Ait. Hew.* I. *p.* 217. *Willd. Spec.* I. *p.* 887. *Smith exot. bot.* 2. *t.* 69. *Tratt. tabular. t.* 127. LOBELIA *tenella* caulibus prostratis filiformibus fruticulosis, fol. ovato-lanceolatis glabris utrinque bidentatis. *Mant.* 120. 518. LOBELIA *parvifolia Berg. cap.* 345.

Caules perennantes ramis filiformibus prostratis facie Oxycocci. Folia alterna subsessilia ovato-lanceolata minuta reflexa glabra, utrinque serraturis duabus, alterâ ad basin, alterâ in medio. Pedunculi filiformes ad apices ramorum unus alterve, longitudine folii. Cal. 5-fidus; laevis. Germen superum inferumque simul. Fructus apice trivalvis. *Linn.* *In Promont b. Spei.* ♄.

Obs. Confer CAMPANULAM *tenellam*, quam cum LIGHTFOOTIA *oxycoccoide* eandem esse plantam etiam *Thunberg Fl. Cap.* II. *p.* 16 monet cum *Poiret.* Auctoritate cli. *Smith* et novissimae editionis *H. Kew.* hic interea retinuimus.

2. L. *subulata L'Hérit.*; foliis subulâtis, petalis linearibus. *L'Hérit. Sert. Angl.* 4. *t.* 5. *Ait. Kew.* I. *p.* 217. *Willd. Spec.* I. *p.* 888. CAMPANULA *capillacea* herbacea erecta, foliis filiformibus glabris, paniculâ terminali, floribus alternis. *Linn. Suppl.* 139.? *Thunb. Prodr.* 38. *Fl. Cap.* II. *p.* 20. *Mem. de Petersb. T.* IV. *p.* 364. *t.* 5. 6. 7.

„CAMPANULA *capillacea* forte est eadem planta.“ *Willd.* Hujus tantum descriptio ex *Thunb. Fl. Cap.* l. c. (qui sine dubio eandem esse asserit) suppetit: *L'Héritier* ad manus non

est. „Caulis brevissimus teres prope radicem ramosus, totus glaber, erectus. Rami subradicales plures filiformes flexuoso-erecti glabri simplices pedales. Folia sparsa filiformi-linearia integra margine revoluta erecta, in axillis foliolis onusta patula unguicularia. Flores terminales subracemosi caerulei. Pedunculi capillares cernui uniflori. Cal. glaber laciniis setaceis. Stigma trifidum. *Thunb.* l. c. *In Promont. b. Spei.*

1011. CYPHIA.

1. * C. *volubilis Willd.*; foliis integris dentatisque linearibus, caule volubili. *Willd. Spec.* I. *p.* 952. LOBELIA *volubilis Linn. Suppl.* 396. *Thunb. Prodr.* I. *p.* 39. *Act. Gorenk.* *Fl. Cap.* II. *p.* 38. *Burm. Prodr.* 25. *Lam. Enc. meth.* III. *p.* 591. *n.* 43.

Caulis filiformis volubilis contrarius herbáceus. Folia alterna remota linearia, denticulis obsoletis subcallosis, superne saepe trifidis, laciniis lateralibus brevissimis, laevia. Flores latera-les solitarii pedunculati. Antherae distinctae. *Linn.* Tota glabra; caulis vix ramosus; folia alterna sessilia remota margine revoluto-incrassata, axillis minoribus foliolis onusta patentia pollicaria. Pedunculi axillares capillares flexuosi uniflori. Cor. ringens subpentapetala. Stem. filamentis coalitis, antheris liberis. *Thunb.* *In Promont. b. Spei.* ☉.

2. C. *digitata Thunb.*; foliis digitatis glabris, caule volubili. *Willd. Spec.* I. *p.* 953. LOBELIA *Cyphia Thunb. Prodr.* I. *p.* 39. LOBELIA *digituta Thunb. Act. Gor.* et *Fl. Cap.* II. *p.* 50.

Rad. bulbosa (esculenta) carnosa. Caulis filiformis glaber simplex striatus. Folia alterna sessilia digitato-pinnata. Pinnae lineares supra sulco subtus costà longitudinali marginibusque reflexis patentes, 1/3 lin. latae, pollicares. Flores in summo caule alterni pedunculati. Pedunculi filiformes patentes striati glabri purpurascentes uniflori semiunguiculares. Bractea sub pedunculo foliacea ovata foliis similis, longitudine pedunculi. Perianthium monophyllum 5-partitum, laciniae ovatae convexae acutae erectae glabrae persistentes, lin. 1/2. Cor. monopetala ringens. Labium inferius fere ad basin superioris divisum, laeviter cohaerens basi, tripartitum, laciniae lanceolatae acutae concavae patentes, a medio ad basin cohaerentes divisibiles; labium superius a basi ad medium divisibile, cohaerens limbo bipartito, laciniae reflexae, reliquis similes, unguiculares. Cor. albido-caerulea vere pentapetala est, sed petala 3 inferiora et 2 superiora cohaerent invicem facile separanda usque ad basin. Filamenta basi connata in unum corpus, apice subulata, alba, longitudine dentium calycis. Antherae separatae oblongae olivaceae dorso albo-pilosae erectae. Germen superum glabrum. Stylus filiformis brevis longitudine filamentorum, erectus, virens, stigmate simplici obtuso barbato.

Caps. subrotunda angulata glabra. *Thunb.* *In Promontorii b. Spei. arenosis Kap inter et Drakenstein, in collibus infra Dayvelsberg.*

3. * C. *bulbosa Berg.*; foliis digitatis, follolis pinnatifidis, caule erecto. *Willd.* Spec. I. *p.* 953. *Berg. cap.* 172. Cyphium *capense Gmel.* S. V. *p.* 370. Lobelia *bulbosa* caule erecto, fol. inferioribus pedatis. *Linn.* Spec. 1319. *Linn. Suppl.* 396. *Lam. Enc. meth.* IV. *n.* 42. *Gmel. Syst. Veg. p.* 356. L. fol. pinnatis, pinnis linearibus. *Thunb. Prodr.* I. *p.* 39. *Fl. Cap.* II. *p.* 49. *Burm. afr.* 99. *t.* 38. *f.* 1. Lobelia *Cyhia Gmel. S. V.* I. *p.* 357.

Rad fibrosa annua descendens terminata bulbo. Caulis saepe simplex, raro ramosus, ramis parvis ex inferiori caule, saepe versus apicem aggregatis, erectus, palmaris, usque spithamaeus. Folia pinnatifida glabra. Pinnae inaequales lanceolatae; suprema folia saepe simplicia. Corollae petala cohaerentia, facile tamen separanda. Filamenta coalita antheris liberis. *Thunb.* *In Promont. b Spei, collibus infra Tafelberg occidentem versus, in Leuweberg* etc. 4.

4. C. *cardamines Willd.*; foliis pinnatis, pinnis ovatis dentatis scapo erecto. *Willd. Spec* I. *p.* 953. Lobelia *Cardamines Thunb. Prodr.* I. *p.* 39. *Fl. Cap.* II. *p.* 49.

Caulis scapiformis simplex striatus villosus erectus palmaris et ultra. Folia radicalia petiolata pinnatifida digitalia. Pinnae utrinque attenuatae dente uno alterove, ultima trilobâ, villosae. Flores racemosi pedunculis brevissimis. Filamenta connata. Antherae liberae hirsutae. *Thunb.* *In Promont. b. Spei. sabulosis extra urbem Kap.* 4.

5. C. *incisa Willd.*; foliis inciso-subpinnatifidis, scapo erecto. *Willd. Spec.* I. *p* 953. Lobelia *incisa Thunb. Prodr.* I. *p.* 39. *Fl. Cap.* II. *p.* 50.

Rad. descendens. Caulis scapiformis simplex sulcatus villosus spithamaeus et ultra. Folia radicalia petiolata villosa, pollicaria, longitudine petioli. Flores racemosi pedunculis, brevissimis. Cor. bilabiata, albo-incarnata. Petala 3 superiora cohaerentia, facile separanda, apice recurvo patentia, 2 inferiora pendulo-reflexa, omnia lanceolata. Filamenta ad medium connata villosa brevissima. Antherae ovatae extus villosae non connatae. Stylus longitudine filamentorum. Stigma laterale capitatum obtusum pateriforme. *Thunb.* *In Promont. b. Spei. extra urbem in collibus* ☉.

6. C. *Phyteuma Willd.*; foliis oblongis crenatis, scapo erecto. *Willd. Spec.* I. *p.* 953. Lobelia *Phyteuma*, fol. ovato-oblongis crenatis, caule subnudo spicato, antheris hirsutis distinctis. *Linn. Spec.* I. *p.* 1319. *Thunb. Prodr.* I. *p.* 39. *Fl. Cap.* II. *p.* 47. Lob. *nudicaulis Lam. Enc. meth.* III. *p.* 591. *n.* 41.

Caulis scapiformis teres striatus glaber simplex flexuoso erectus, palmaris usque pedalis. Folia radicalia breviter petiolata, s. inferne attenuata obtusa villosa patentia pollicaria et ultra. Flores subspicati plurimi alterni. Bracteae sub singulo flore ovatae acutae dentatae reflexae, supremae ciliatae. Filamenta connata antheris liberis hirsutis. *Thunb.* *In Promont. b. Spei.* ☉.

7. C. *pinnata*; caule fruticoso erecto superne ramoso, foliis pinnatis laevibus, foliolis angustissimis subcapillaceis. LOBELIA *pinnata Lam. Enc. meth.* III. *p.* 591. *n.* 44.

Arbuscula lactescens, foliis fere IPOMOEAE *Quamoclit*, 3 ped. et ultra. Caulis rectus lignosus teres nudus crassitie digiti, apice divisus in ramos plures foliosos simplices alternos. Folia laevia lucida, pinnulis divaricatis, apice saepe revolutis, 5 4 poll., pinnulis 1 1/2 poll.. *Lam. l. c.* *In Canariis alii, alii in Antillis.* ♄.

8. C. *Botrys Willd.*; foliis bipinnatifido - laciniatis, caule sulcato. *Reliqu. Willd. MS.*

Auctor et patria incognitia. ♃.

1012. ARGOPHYLLUM.

* A. *nitidum Linn. Suppl.* 156. *Forst. Prodr.* *n.* 115. *gen. p.* 29. *t.* 15. *Willd. Spec.* I. *p.* 1178.

Caules, petioli, folia subtus et paniculae unacum calycibus sericeo tomento splendentes. Folia alterna petiolata ovata, utrinque acuminata integerrima, supra viridia, subtus albo splendentia. Pedunculi axillares solitarii elongati terminati in paniculam. *Linn.* *In Nova Caledonia.* ♄.

1013. PHYLICA.

1. P. *glabrata Thunb.*; foliis lanceolatis subtus tomentosis, capitulis lanatis. *Thunb. phytogr. Bl.* I. *p.* 18. *Flor. Cap.* II. *p.* 77.

Caulis teres, fruticosus, cinereo-fuscus, vix villosus; rami et ramuli sparsi approximati subfastigiati, superne pubescentes; folia acuta, brevissime petiolata, supra obsolete scabra, viridia, subtus tomentosa, margine revoluto, unguicularia; capitula terminalia globosa magnitudine pisi; corollae albae lanatae. *In Promont. b. Spei.* ♄.

Obs. PHYLICAM possidet *Herb. Römer.* inscriptam nomine PH. *spicatae*, in quam exactissime cadit diagnosis et descriptio *glabratae Thunb.*, nullaque alia. Folia tamen in nostra superiora patentissima, inferiora reflexa, conferta, ut fere imbricata, mucronata mucrone parvo pungente. Capitula magnitudine pisi minoris. A *spicata* toto coelo diversa.

2. * P. *ericoides*; foliis lineari - lanceolatis - obtusiusculis margine revolutis glabris subtus tomentosis exstipulatis,

ramis subumbellatis, capitulis terminalibus hemisphaericis tomentosis, *Sprengel Mag. Berlin. naturf. Freund.* 8. *B. p.* 193. *f.* 1. *Thunb. Prodr.* I. *p.* 44. *Fl. Cap.* II. *p.* 78. *Willd. Spec.* I. *p.* 1108. *Enum. Hort. Berol.* I. *p.* 252. *Lam. Illustr. t.* 127. f. 1. *Curt. Mag. t.* 224. *Commelyn Hort. Amst.* II. *p. t.* 1.

Frutex erectus cinereo-fuscus tenuissime subvillosus 3 ped. et ultra. Rami et ramuli per intervalla umbellato-aggregati, fastigiati, erecti. Folia sparsa, in ramulis frequentissima breviter petiolata, lanceolata, supra plana subtus sulcata erecta lineam longa. Capitula albo-tomentosa, piso minora. *Thunb. In Aethiopia et Promont. b. Spei. campis sabulosis extra Hap vulgaris.* ♄.

Obs. Nos nunquam folia lineam tantum longa, semper 2-3 at minimum, saepe 9 lin. longa vidimus: folia floralia ovato-lanceolata.

3. * P. *parviflora*; foliis subulatis acutis scabris subpilosis, ramis paniculato-multifloris. *Linn. Mant.* 209. *Berg. Cap.* 48. *Willd. Spec.* I. *p.* 1113. PH. fol. lanceolatis *Thunb. Prodr.* I. *p.* 44. *Fl. Cap.* II. *p.* 78.

Frutex 2 ped., simillimus *ericoidi*; sed rami multiflori, flores minores *Linn.* Frutex erectus fuscus scaber glaber spithamaeus, pedalis et ultra. Rami sparsi aggregati virgati ramulosi, ramulis sparsis, ultimis brevissimis filiformibus pubescentibus. Folia sparsa breviter petiolata subtus sulcata margine reflexa, patentia, vix lineam longa. Capitula terminalia in ramis ultimis albo-tomentosa, minima. *Thunb. In arenosis Promont. b. Spei cum praec. ericoide; pone montem tabulae prope Hampsbay Lichtenstein.*

4. P. *acerosa Willd.*; foliis linearibus acutis, margine revolutis, subtus villoso-tomentosis, ciliatis, ramis (umbellato-) verticillatis, capitulis terminalibus tomentosis *Sprengel l. c. f.* 2. *Willd. Enum. p.* 252. Elichrysum aethiop. frutescens *Plukn. t.* 445. *f.* 1. (*fide Sprng.* nec ad PH. *Eriophorum.*)

A simillima *ericoide* differt foliis angustioribus, magis pilosis magisque ciliatis et acuminatis. Similis *parviflora* differt involucro universali, nec, ut in *acerosa* et *ericoide*, bracteâ coloratâ sub flosculo singulo. *Spreng l. c.* Rami umbellati teretes pubescentes, juniores incani. Folia margine valde revoluta, ut superficies inferior tomentosa non visibilis; supra glabra, juniora pilis strigosis. Capitula pauciflora. Differt ab *ericoidi* ramis verticillatis, ramulis in verticillo ad 12, cum in *ericoide* 3-4, fol. linearibus margine valde revolutis, junioribus strigosis. *Willd. In Promont. b. Spei.* ♄.

Obs. Occurrit passim in Herbariis nomine *pinifoliae.*

5. P. *lanceolata Thunb.*; foliis sparsis (lineari-) lan-

ceolatis subtus tomentosis, capitulis terminalibus hirsutis. *Thunb. Prodr.* I. *p.* 41. *Fl. Cap.* II. *p.* 79. *Willd. Spec.* I. *p.* 1108.

Suffruticosa suberecta teres foliosa glabra apice ramosa palmaris, ramis brevibus alternis caulis similibus. Folia sessilia vel breviter petiolata; supra convexa viridia glabra subtus alba marginibus reflexa, erecto-patentia, ad alterum latus flexa, frequentia, internodiis multo longiora, pollicaria; petioli adpressi pallidi semiunciales. Capitula alba magnitudine pisi, bracteata. Cor. monopetala tubulosa, extus albo-hirsuta intus glabra, persistens; tubus ovatus brevis; limbi 5 fidi laciniae ovatae acutae aequales erectae longitudine tubi, intus carinatae, extus apice valde hirsutae. Nectarium squamulae cucullatae ore obliquo laciniis limbi insertae. Differt ab *eriophora*, cui similis. *Thunb.* *In Promont. b. Spei. collibus, inter frutices extra Kap.* ♄.

6. * P. *bicolor*; foliis linearibus pubescentibus, calycibus communibus corollâ brevioribus. *Linn. Mant.* 208. *Willd. Spec.* I. *p.* 1108. PH. *strigosa Thunb. Prodr.* I. *p.* 44. (sine dubio fide) *Thunb. Fl. Cap.* II. *p.* 80.

Caulis determinate ramosus, ramis virgatis rufescentibus albopubescentibus. Folia sparsa, lanceolato-linearia (*Taxi*), margine revoluta, patula, subpubescentia, subtus albo-tomentosa. Capitula terminalia solitaria. Calyx communis corollâ brevior, reticulato-venosus, squamis lanceolatis, rubro carinatis, extus pilis heluolis pilosus. Cor. pilis albis pilosa. Stigma obtusum. *Linn.* Frutex erectus fuscus nodoso-scaber inconspicue pubescens, bipedalis et ultra. Rami et ramuli per intervalla subumbellati erecti subfastigiati hirsuti. Folia obtusiuscula, erecto-patentia, unguicularia, brevissime petiolata. Capitula cinereo-albida, valde hirsuta s. lanata, magnitudine pisi majoris. *Thunb.* *In campis arenosis Promont. b. Spei.* ♄.

7. P. *Eriophora Berg.*; foliis linearibus pilosiusculis subtus tomentosis margine revolutis, capitulis terminalibus, floribus tomentosis. *Ait. Hew.* I. *p.* 268. *Berg. Cap.* 52. *Willd. Spec.* I. *p.* 1109. (excl. *Plukn.* monente *Sprengel*) *Thunb. Prodr.* I. *p.* 44. *Fl. Cap.* II. *p.* 80. PH. *nitida*, fol. linearibus brevibus patulis superne nitidis, floralibus lanuginosis, capitulis ovatis. *Lam. Illustr. n.* 2613. *Poiret Enc. meth.* V. *p.* 291.

Caulis fruticosus cinereo-fuscus erectus ramosus, ramis flexis cauli similibus ramulosis, ramuli sparsi et subverticillati fastigiati pubescentes. Folia brevissime petiolata sparsa lanceolata acuta scabriuscula, supra sulcata viridia, patula, unguicularia. Cal. albo-subtomentosus. *Thunb.* *Poiret* folia linearia obtusa angusta superne glabra valde approximata patentia, suprema tantum pubescentia dicit; capitula ovata magnitudine

pisi, bracteis lanceolatis villosissimis, tribus lineari-subulatis sub flore singulo; flores sessiles; cal. ovatum, laciniis ovatis acutis erectis longitudine tubi; antheras trigonas; stylum longitudine staminum stigmate obtuso. *In Promont. b. Spei.* ♄. Specimen cli. *Poiret* in Herb. Lamarck. lectum a *Sonnerat.*

Obs. Hort. Kew. 2. ed. p. 20. iconem *Plukeneti* a clo. *Sprengel* exclusam tamen laudat iterum, et *Poiret* PH. *eriophoram* nonnisi cum? adducit.

8. * P. *stipularis*; foliis linearibus margine revolutis punctato-scabris subtus incanis, stipulis filiformibus coloratis, capitulis terminalibus (squarrosis) lanatis, bracteis bifidis nudis. *Spreng. l. c. p.* 104. *f.* 3. PH. fol. linearibus stipulatis, floribus quinquecornibus *Linn. Mant.* 208. *Willd. Spec.* I. *p.* 1110. *Enum. Hort. Berol.* I. *p.* 253. *Thunb. Prodr.* I. *p.* 44. *Fl. Cap.* II. *p.* 80. *Poiret Enc. meth.* V. *p.* 288. *Burm. Afr. t.* 43. *f.* 2. (folia nimis lata, et stipulae desunt.) *Wendl. Collect. t.* 32.

Laciniae corollae longiores, extus lanâ albâ. Squamulae nectaria tegentes vix manifestae. *Spreng.* Caulis prolifer nudus s. scabriusculus a casu foliorum. Folia sparsa subulata teretia obtusiuscula laevia patula subtus canaliculata s. marginibus revolutis. Stipulae geminae subulatae minimae. Capitula calyce polyphyllo a squamis nudis obovatis bipartitis lanâ contextis. Corollae infundibuliformes tubo brevi, limbi laciniis 5 linearibus longis extus albo-lanatis. Stamina 5 in fauce, et Stylus brevissimus, stigmatibus 5 globosis. Differt a P. *ericoide* corollae (?) laciniis corniformibus, corollâ luteâ brevioribus. *Linn.* Erecta, cinerea, 2 ped. et ultra. Rami sparsi et oppositi, teretes, albo-tomentosi, erecto patentes. Folia brevissime petiolata, acuta subtus tomentosa unguicularia patentia. Petioli adpressi tomentosi. Capitula saepe terna tomentosa piso majora. *Thunb.* *In arenosis Promont. b. Spei. In collibus infra Tafelberg* et *alibi Thunb.* Cum *capitata Lichtenstein.* ♄.

Obs. Calycis laciniae tubo multo longiores, subulatae, extus pilosae, intus glabrae purpureae. Nectaria purpurea, glabra, rotunda. Antherae flavae. Stipulae tantummodo fuscae.

9. * P. *imberbis*; foliis linearibus obtusis scabris, floribus terminalibus pubescentibus. *Linn. Mant.* 209. *Berg. Cap.* 51. *Willd. Spec.* I. *p.* 1109. PH. fol. lanceolatis villosis etc. *Thunb. Prodr.* I. *p.* 44. *Fl. Cap.* II. *p.* 81. PH. *brunioides Lam. Illustr. n.* 2520. *Poiret Enc. meth.* V. *p.* 288. *Breyn Cent.* 18. *t.* 7. *Seb. Mus.* 2. *t.* 49. *f.* 5.

Folia compressiuscula punctis minutis, subhirsuta patula subpetiolata, subtus sulco tomentoso. Flores sessiles magnitudine pisi. Cal. foliolis ciliatis. *Linn.* Frutescens erecta,

rami et ramuli subumbellati pubescentes. Folia subsessilia sparsa margine revoluta imbricato-erecta unguicularia. Capitula tomentosa magnitudine pisi. *Thunb.* Foliola 3 inaequalia sub calyce ciliata, 2 opposita ciliata, tertio lanceolato majore. Cal. pubescens subhirsutus, laciniis rectis ovatis acutis. Petala brevissima concava. Stylus longitudine staminum, stigmate acuto. *Poiret.* *Ad Promontor. b. Spei.* ♄. *Thunb.* et *Sonnerat* in *Herb. Lamarck.*

10. P. *trichotoma Thunb.*; foliis trigonis obtusis glabris, capitulis terminalibus hirsutis, caule trichotomo. *Thunb. Fl. Cap.* II. *p.* 82.

Frutex 3 ped. et ultra, erectus, hirtus, trichotomusque, ut rami trichotome ramulosi, erecto-patuli, laxi. Folia sparsa, breviter petiolata patulo imbricata lineam longa. Capitula terminalia hirsuta magnitudine pisi. *Thunb.* *In campis rarior.* ♄.

11. P. *secunda Thunb.*; foliis linearibus mucronatis glabris, capitulis terminalibus hirsutis. *Thunb. Prodr.* I. *p.* 44. *Fl. Cap.* II. *p.* 82.

Caulis fruticosus suberectus teres foliosus vel aphyllus, apice ramosus, fuscus, glaber, spithamaeus vel palmaris. Rami subverticillato-terni vel alterni, cauli similes, ramulis brevibus subfastigiatis, floriferis. Folia sparsa, supra convexa viridia, subtus albo-tomentosa, margine reflexa, erecto-patentia, subsecunda, internodiis multo longiora, 1/2 poll. Petioli breves adpressi pallidi, lin. 1/2. Capitula albo-tomentosa, magnitudine pisi. Cor. turbinata persistens extus villosa, limbo semiquinquefido, laciniis sublanceolatis erectis acutis aequalibus longitudine tubi, intus carinatis, extus valde hirsutis. Tubus ovatus brevis. Squamulae 5 cucullatae ore obliquo, laciniis limbi insertae. Diversa a P. *eriophora* foliis inferne attenuatis, mucronatis et magis planis. *Thunb.* *In collibus prope urbem Hap inter frutices; infra Constantiam et alibi.* ♄. Mirum speciem hancce in *Spec. pl. ed. Willd.* non fuisse receptam.

12. P. *pinea Thunb.*; foliis lanceolatis mucronatis subtus (albo-) tomentosis, floribus (terminalibus) spicatis. *Thunb. Fl. Cap.* II. *p.* 83.

Frutex flexuoso-erectus, ramulosus, ramis ramulisque sparsis tomentosis. Folia sparsa, brevissime petiolata, supra viridia, glabra, marginibus revolutis, unguicularia, superioribus sensim minoribus. *Thunb.* *In Promont. b. Spei.* ♄.

13. P. *villosa Thunb.*; foliis linearibus, superioribus villosis, floribus racemosis. *Thunb. Prodr.* I. *p.* 44. *Fl. Cap.* II. *p.* 83. *Willd. Spec.* I. *p.* 1109.

2 ped. et ultra, nodulosa, fusco-cinerea. Rami et ramuli subumbellati fastigiati erecto-patentes, supremi tenuissime pubescentes. Folia sparsa margine revoluta subtus sulcata, inferiora glabra scabriuscula patentia semiunguicularia, petiolis

tomentosis. Pedunculi uniflori villosi foliis breviores. Cal. extus valde hirsutus. *Thunb.* *Ad Promont. b. Spei. in Piket berg.* ♄.

14. P. *hirsuta Thunb.*; foliis lanceolatis acutis hirsutis, racemo folioso. *Thunb. Prodr.* I. *p.* 44. *Id. phytograph. Bl. p.* 19. *Fl. Cap.* II. *p.* 85.

Caulis fruticosus, pilis mollibus longis hirsutus, rufescens, 3 ped.; rami sparsi valde hirsuti virgati; folia alterna, inermi acuminata, supra convexiuscula, viridia, subtus tomentosa margine revoluta, erecto-patentia, brevissime petiolata, unguicularia; racemi axillares, flores spicati a medio ad apices ramorum in axillis foliorum. *In Promont. b. Spei.* ♄.

15. * P. *pinifolia*; foliis acerosis utrinque planis glaberrimis, floribus paniculato-racemosis. *Linn. Suppl.* 153. *Vahl Symbol.* III. *p.* 41. *Willd. Spec* I. *p.* 1110. *Lam. Illustr. n.* 2616. *Poiret Enc. meth* V *p.* 293. *Thunb. Prodr.* I. *p.* 44. *Fl. Cap.* II. *p.* 84. BECKEA *africana Burm. Prodr.* 12.

Orgyalis, foliis linearibus obtusis nullo sulco exaratis. Inflorescentia simillima P. *racemosae*, *Linn.* Rami sparsi, superne bifidi vel terni, teretes, elongati, glabri, purpurascentes, apice ramulis floriferis racemoso-paniculati. Folia sessilia linearia, pollicaria et ultra, frequentia, fere PINI *abietis*, obtusa, laevia, integerrima, avenia, flexilia, basi pallida. Spicae ex alis supremis et ramulis summis interdum 1 ½ poll., tenues. Flores sessiles alterni approximati simplices. Bracteae lineares, inferiores floribus longiores, praeterea squamae 3 ad basin singuli floris ovatae, ferrugineae concavae obtusae flore breviores. Corollae fundus villosus, petala 5 alba linearia obtusa. Nectarium nullum video. Germen turbinatum ferrugineum. Stylus unicus *Vahl.* Stigma bifidum *Poiret*, cujus descriptio exactissime convenit cum illa *Vahli.* Minus quadrat sequens *Thunbergi:* Caulis fruticosus cinereus erectus glaber; rami ramulique alterni, cauli similes, supremi filiformes, erecto patuli, tenuissime villosi, foliosi. Folia sparsa, sessilia lineâ decurrente, trigona, obtusa, apice nigra, integra, glabra, supra plana, leviter sulcata, subtus obsolete carinata, patula et reflexa, unguicularia. Flores spicati, spicis unguicularibus. Cal apice membranaceus. Cor flavescens. *In summis montibus Promont. b. Spei. ad rivulos* ♄. *Poiret* ad *Herb. Lamarck.*

16. * P. *racemosa*; foliis ovatis glabris, floribus simplicibus paniculato-racemosis. *Linn. Mant.* 209. *Willd. Spec* I. *p.* 1112. *Thunb. Prodr.* I. *p.* 45. *Fl. Cap.* II. *p.* 84. BECKEA *cordata Burm. Prodr.* 12. (fide *Vahl Symb. bot.* III. *p.* 41.)

Caulis frutex 5 ped.; ramis determinatis rufescentibus subpubescentibus. Folia alterna conferta, sessilia acuta integerrima, similia PENEAE *mucronatae.* Panicula terminalis e spicis com-

positis, floribus alternis, sessilibus, simplicibus, minutis, exceptis bracteâ cordatâ. Cal. inferus triphyllus proprius (nec communis) longitudine germinis. Cor supera 5-partita, petalis ovatis planis, laevibus, albis. Nectarium non perspicio, sed in fundo quid obscuri haeret. Stamina 5 longitudine corollae. Germen turbinatum calycem inter et coroilam. An distincti generis? Fructus mihi ignotus. *Linn.* Erecta fusco-cinerea tota glabra 2 ped. et ultra; rami sparsi aggregati caulisimiles, ramulis frequentissimis erecto-patentibus virgatis; folia omnium brevissime petiolata, obtusa plana laevia imbricato-erecta, suprema minora, lineam longa. Flores albi glabri, racemulis ovatis. *Thunb.* qui BECKEAM *cordatam* ad sequentem vocat *imbricatam*. *Vahl* hanc et *pinifoliam* ab ipso *Burmann* habuit. *In Promont. b. Spei ad fossas; in cacumine montis Rode-Sand juxta Waterfall ad ipsum rivum.* ♄.

17. P. *imbricata Thunb.*; foliis cordato-ovatis glabris, floribus racemosis. *Thunb. Prodr.* I. *p.* 45. *Fl. Cap.* II. *p.* 85. *Willd. Spec.* I. *p.* 1112. BECKEA *cordata Burm. afric. Prodr. p.* 12. fide *Thunberg.*

Frutex erectus fusco-ferrugineus hirtus pedalis et ultra. Rami et ramuli filiformes, aggregato-subverticillati, hirti, erecto-patuli, virgati. Folia sparsa, brevissime petiolata, obtusiuscula, rarius subciliata, imbricata, lineam longa. Flores in ultimis ramulis paniculato-racemosi albidi glabri. *Thunb. In Promont. b. Spei.* ♄.

18. * P. *plumosa*; foliis lineari-subulatis villosissimis, floribus terminalibus axillaribus, corollis patulis. *Sprang. l. c. p.* 105. *f.* 7. *Willd. Spec.* I. *p.* 1109. *Poiret Enc. meth.* V. *p.* 291. (uterque excll. pll. synonn. monente *Sprengel l. c*) *Lam. Illustr. t.* 127. *f.* 4. *Ricinus arboresc. african. tomentos. capit. Sebae Thes.* I. *p.* 38. *t.* 23. *f.* 4. 5.?

Clo. *Sprengel* citari hic solitus *Plukn. t.* 342. *f.* 3 ad PH. *imberbem Berg.*, et *Breyn Cent. ex.* 7. ad LACHNAEAM *conglomeratam* spectare videtur *Plukeneti icon* vero in *H. Kew. edit.* 2. II. *p.* 20 adhuc dum laudatur, et *Thunberg Fl. cap.* 2. *p.* 85 ad suam PH. *plamosam* foliis lineari-lanceolatis subpubescentibus, bracteis lanatis, spicâ oblongâ *Prodr. p.* 45., nullo excluso synonymo, ducit PH. *plamosam Linn. Spec.* 283. *Syst. Veg.* XIV. *p* 235. *Willd. Spec.* I. 2. *p.* 1109., et sequentibus describit: Frutex erectiusculus debilis cinereo-fuscus pedalis et ultra. Rami et ramuli alterni pauci remoti flexuoso-erecti. Folia sparsa approximata breviter petiolata acuta, supra obsolete sulcata viridia, subtus albo-tomentosa marginibus reflexis, subsecunda, patentia, unguicularia vel paulo longiora. Flores in ramulis terminales spicati bracteis cinoti. Bracteae s. folia suprema lineari-lanceolata, villo cinereo albo, floribus multo longiora, (eosque abscondentia) patentia, unguicularia. *Thunb. In Aethiopia Linn.; in collibus infra Taffelberg et alibi. Thunb.* ♄.

19. P. *capitata Thunb.*; foliis lineari-lanceolatis villosis, bracteis lanatis, capitulis terminalibus. *Thunb. Prodr.* I. *p.* 45. *Fl. Cap.* II. *p.* 86. *Willd. Spec.* I. *p* 1109. (excl. Syn. *Ait.*) P. foliis lineari-lanceolatis margine revolutis villosis subtus albidis horizontaliter patentibus, floribus terminalibus capitatis bracteis longissimis villosissimis obvallatis, calycis laciniis ovato-lanceolatis patentibus. *Willd. Enum. H. Berol.* I. *p.* 252. (auctoritate ipsius *Willd.*) *Wendland. Collect.* II. *t.* 50. *Burm. afr.* 121. *t.* 44. *f.* 3.

Frutex flexuoso-erectus subsimplex, vel rarius ramosus rufescens, infra pubescens, supra hirsutus, ramosus, pedalis et ultra. Rami pauci alterni cauli similes breves. Folia subsessilia lanceolata acuta imbricata apice patula subtus tomentosa margine revoluta sesquiunguicularia. Capitula terminalia globosa magnitudine Castaneae. Bracteae capitulum obvallantes lanceolatae pollicares. *Thunb. Willdenow* in *Enum. l. c.* citat suam *capitatam Spec.* I. *p.* 1109, non tamen excludendo exclusam recte a *Sprengel* et *Towns. Ait. pubescentem Hort. Kew.* Nec convenit diagnosis correcta in *Enum.* cum descriptione a *Thunberg* data. *In Promont. b. Spei, in collibus montium rarior. Thunb.; in planitie prope Lisbeck's rivier. Lichtenst.* ♄.

Obs. Wendland cujus descriptio inter diagnosin *Willdenowianam* et descriptionem *Thunbergianam* quasi ambigit, folia inferiora semipollicaria glabra erecta petit. Stigma capitatum, viride. *Poiret* recte jam olim de synonymo *pubescentis Ait. Kew.* dubitaverat.

20. P. *Commelini Spreng.*; foliis lineari lanceolatis acutis patulis villosis subtus incanis, floribus terminalibus aggregatis, laciniis corollae erectis, bracteis subcoloratis villosissimis longissimis. *Spreng. l. c. f.* 6. P. *pubescens* fol. lin.-lanc. margine revolutis villosis, subtus albidis, patentibus, floribus terminalibus capitatis bracteis longissimis villosissimis obvallatis, calycis laciniis ovatis acutiserectis. *Willd. Enum. p.* 252. P. *strigosa Berg. Cap. p.* 50.? Alaternoides africana rorismarini latiore et pilosiore folio. *Commelyn. praelud.* 63. *t.* 13. (huc, nec ad *plumosam*, monente *Sprengel.*)

Proxime affinis *capitatae Thunb. Burm. afr. t.* 44. *f.* 3., sed folia duplo breviora, capitula minora, et calycis structura diversa. PH *pubescens Wendl.* hujus loci, auctore *Willdenow*, ut ergo dubium nullum sit, PH. *capitatam Wendl.* esse genuinam *capitatam Linn.*, licet non laudetur a *Willdenow* ad suam *capitatam.* *In Promontor. b. Spei.* ♄.

Obs. Ut cls. *Sprengel* PH. *strigosam Berg.* cum? ad PH. *Commelyni* duxit, sic *Poiret Enc. meth.* V. *p.* 290 ad PH. *strigosam* fol. lineari-lanceolatis, ramorum glabris, ramulorum hirsuto-substrigosis, capitulis terminalibus sessilibus solitariis strigosis *Berg. plant. cap. p.* 50. *n.* 3 cum? duxit PH. *strigosam Thunb.*, quae ex-

cludenda, utpote eadem cum PH. *bicolore Linn.*, ipso monente *Thunb. Fig.* 5. *tab.* 23 apud *Seba Thes.* I. *p.* 38. (a clo. *Sprengel* ad *plumosam* cum? ducta) ad *strigosam Berg.* hic quidem ducitur, sed *mala* salutatur, iterumque ad *plumosam* ducitur. Chamelaea africana rosmarini foliis majoribus lanuginosis *Herm. afr.* 6. sola intacta hic remanet. Dolendum sane illustriss. *Thunberg* dubia haecce nobis non solvisse, ut etiam editâ *Florâ capensi* tam exoptatâ continuo inde premamur! Descriptio *strigosae Berg.* ab ipso *Bergio* concinnata, et nulli nobis notae conveniens, sequens: Caulis frutescens in ramos divisus glabros, teretes, subpurpurascentes, pubescentes, superne cinereos, cicatricibus e foliis lapsis, ramulis brevibus simplicibus tomentosis subumbellatis. Folia brevia acuta margine revoluta vix petiolata valde approximata fere disticha. Capitula alba magnitudine Cerasi. Praeter bracteas capituli arum flos singulus stipatus foliolis 2-3 linearibus angustissimis acutis villosissimis calyce brevioribus. Cal. strigosus cylindrico-turbinatus, tubo ovali-oblongo, laciniis lanceolatis acutis erectis tubo brevioribus, intus glabris. Petala minima squamiformia basi connivентia in laciniis calycis latentia. Antherae ovatae trigonae. Germen rotundatum superne truncatum stylo brevi cylindrico, stigmate obtuso.

21. P. *reclinata Wendl.*; foliis alternis reclinatis lanceolatis margine revolutis sericeis apice barbatis, floribus suburnbellatis pedunculatis tomentosis. *Wendl. Collect.* II. *p.* 49. *t.* 56.

Caulis erectus virgatus tenuis. fuscus tuberculatus 2-3 ped., ramis inaequalibus patenti-erectis fuscis. tomentosis. Folia frequentia, apice tantum erectiuscula, superne atro-viridia, subtus albida, petiolo brevi albido sericeo erecto adpresso. Folia floralia floribus breviora, acuminata. Pedunculus calyce longior, tomentosus albus. Cal. cyathiformis, 2-1/2 lin., albus, tomentosus, ore erecto 5-partito, obtusus. Nectaria oblonga fuscescentia parva, antheris flavis didymis. Germen parvum albidum stylo vix distinguendo, stigmate duplici. *Wendl. In Promont. b. Spei.* b.

22. P. *rosmarinifolia Lam.*; foliis linearibus planiusculis subtus incanis erectis, capitulis (globoso-) ovatis tomentosis. *Lam. Illustr. n.* 2614. *Poiret Enc. meth. V. p.* 289.

Caules frutescentes erecti pubescentes; rami breves subfasciculati; folia sparsa subimbricata valde approximata sessilia obtusa, supra atro-viridia pilosiuscula margine parum revoluta, in ramis erecta Folia floralia (bracteae) breviores subovatae acutiusculae. Flores terminales sessiles. Capitula albida, flore singulo bracteis 3 intus rufescentibus, extus maxime tomentosis. Cal. brevis, subtubulosus, laciniis 5 parvis. Petala vix discernenda. *Poiret. In horto parisino colebatur olim* (nunc non amplius extat) patriâ ignotâ. b.

23. P. *axillaris Lam.*; foliis lineari lanceolatis margine (vix) revolutis subtus incanis, floribus axillaribus solitariis subracemosis. *Sprengel t. c. f.* 4. *Lam. Ill. n.* 2615.

Poiret Enc. V. *p.* 289. P. *rosmarinifolia Willd. Enum.* I. *p.* 253.

Affinis *rosmarinifoliae* foliis, sed differt floribus axillaribus solitariis. Caules duri lignosi pubescentes albicantes, in ramis praecipue junioribus; rami laxi patenti-divaricati; folia planiuscula subpatentia, supra glaberrima lucida rugosa atroviridia obtusa, latiora quam in *rosmarinifolia.* Flores ad apices ramorum in spica laxa brevi, pedunculo brevi tomentoso subflavicante extus, ut calyces (campanulati), quorum laciniae ovatae acutae intus, ut petala, ferrugineae. *Poiret.* *In Promont. b. Spei. Willd.* In hort. parisino culta patriâ ignotâ. ♄

Obs. PH. *rosmarinifolia Thunb.* foliis ellipticis subtus tomentosis, floribus racemosis, *Thunb. phytogr. Bl. p.* 19. *Fl. Cap.* II. *p.* 87. huc omnino spectare videtur, licet non omni ex parte respondeat descriptio nimis brevis, quâ: caulis fruticosus pubescens 2 ped., ramis brevibus filiformibus sparsis tomentosis virgatis; folia alterna brevissima petiolata acuta supra glabra subtus alba; patentia, margine revoluta, inaequalia, unguicularia et pollicaria; flores in axillis foliorum sessiles.

24. P. *paniculata Willd.*; foliis ovatis mucronatis superne glabris nitidis subtus (albo-) tomentosis, racemis foliosis paniculatis. *Willd. Spec.* I. *p.* 1112. *Thunb. Fl. Cap.* II. *p.* 87. *Pers. Syn.* I. *p.* 245. *n.* 20. P. fol. ellipticis acutis supra nitidis glabris, subtus tomentosis, racemis foliosis paniculatis. *Willd. Enum. Hort. Berol.* I. *p.* 253. P. *myrtifolia Poiret Enc. meth.* V. *p.* 293. (fide *Desfont. tabl.* de L'école 1815. *p.* 232.) *Pers. Syn.* I. *p.* 245.

Accedit ad *callosam*, distincta tamen foliis superne non scabris et floribus racemosis paniculatis. *Willd.* Frutex basi decumbens, dein erectus ramosus. Rami flexuoso-erecti, laxi, interdum reflexi, supremi virgati. Folia breviter petiolata acuta reflexa inaequalia unguicularia. Flores in ultimis ramulis axillares inter folia. *Thunb.* Flores fere terminales axillares solitarii ebracteati. Cal. subturbinatus villosus, laciniis 5 ovatis brevibus acutis. Germen subpubescens ovatum. Capsulae ovales obtusae glabriusculae subbaccatae calyce coronatae. *Poiret.* *In Promont. b. Spei.* ♄. Colebatur primum in horto de *Mousseau.*

Obs. Planta, ut ex plurimis speciminibus siccis cultis videmus, admodum polymorpha; occurrit enim floribus subsolitariis subsessilibus, quam nomine *myrtifoliae* et *sessiliflorae* (nescimus unde) tulimus; et floribus pedunculatis solitariis, ternisque quinisque terminalibus; haec colitur nomine *paniculatae*, (genuinam enim *paniculam* sistit) *oblongifoliae Hort. di Negro*, et *longerostratae* nescimus ubi. In hac re vera etiam folia magis oblonga grandiora subinde fere pollicaria. An haec *eleifolia Vent.*? *Paniculata* videtur junior planta, *myrtifolia*, in qua rami minus tomentosi, annosior.

25. P *globosa Thunb.*; foliis ovatis (supra) concavis glabris, capitulis solitariis. *Thunb. Fl. Cap.* II *p.* 87.

Frutex erectus ramosus. Rami pauci alterni simplices villosi. Folia sparsa breviter petiolata subtus carinata imbricata lineam longa. Capitula terminalia solitaria magnitudine pisi. *Thunb. In Promont. b. Spei.* b.

26. * P *buxifolia*; foliis ovatis sparsis oppositis ternisque subtus reticulato-venosis tomentosis. *Willd. Enum. H. Berol.* I. *p.* 293. *Willd. Spec.* I. *p.* 1111. P. fol cordato-ovatis obtusis subtus tomentosis, capitulis terminalibus. *Thunb. Prodr.* I *p.* 45. *Fl. Cap.* II. *p.* 87. *Mill. Dict. n.* 3. *Kniphof Cent.* 2 *n.* 56. *Wendl. Collect. t.* 26. *Burm. Afr.* 119. *t.* 44. *f.* 1. (?*Poiret* ad *cordatam* laudat)

6 ped. *Lichtenst.*; 2 ped. et ultra, fruticosa erecta cinereofusca. Rami et ramuli sparsi, saepe verticillati erecto patentes subfastigiati infra villosi supra tomentosi. Folia sparsa frequentia, supra plana muricata pubescentia, subtus margine revoluta albo tomentosa, inferiora majora, superiora minora, subunguicularia. Petioli foliis multoties breviores tomentosi. Capitula nuce avellanâ majora tomentosa. PHYLICA *cordata*, *dioïca et buxifolia* valde similes et affines. *Thunb.* PH. *cordatam* et *dioïcam* interea non enumerat ill. *Thunberg*, et hanc suam *buxifoliam* facile *cordatam* diceremus, nisi ipse laudaret *buxifoliam Linn. Spec. p.* 285. *Syst. Veg.* XIV. *p.* 235. *Willd. Spec.* I *p.* 1111; *Wildenow buxifoliam Thunb.* non datat ad suam. *In Aethiopia.* b. *Linn. In Prom. b. Spei in collibus infra montem Tafelberg et in ipso monte, Leeuweberg et Duyvelsberg. Thunb. Frequentisime in Roode Zand Kloof, Taaygbosch. Lichtenst.*

Obs. PH. *buxifolia Willd.* et *Poiret* (*Enc. meth.* V. *p.* 292) differt praecipue a *cordata* tomento caulis flavicante, foliis obtusis subundulatis subtus tomento flavicante. Caps. in *buxifolia* coronata calycis dentibus brevissimis ovatis acutis, subgloboса, tomento flavicante, magnitudine pisi parvi. Capitula parva terminalia et lateralia petit *Poiret*. *Wendland* calycem campanulatum viridi-flavicantem laciniis erectis obtusis extus tomentosum describit, nectaria (i. e. petala) unguiculata, lamina ovatâ viridi glabrâ, stylum stigmate capitato viridi.

27. * P. *coradata*; foliis cordato-ovatis patentibus, caule prolifero. *Linn. Spec.* 283. *Willd. Spec.* I. *p.* 1111. Alaternoides africana chamaemespili folio. *Commelyn* var. 6. *Int.* 12.

Differt a *buxifolia*, quod folia non ovata, sed cordata exquisite attenuato apice. Caulis prolifer, nec capitula lateralia. *Linn.* PH. *oleaefolia Vent.*, quam foliis oblongis basi non emarginatis, floribus in ramis junioribus axillaribus agglomeratis in capitula parva magnitudine seminis Coriandri racematim dispositis distinxit a *buxifolia* divus auctor, clo. *Poiret* huc spectare videtur in *Enc. meth. Suppl.* IV. *p.* 400. *Observ.*; sed non

conveniunt characteres hic adducti cum *cordata Poiret Enc. meth.* V. *p.* 293. (ubi *Burm. afric.* 129. *t.* 44. laudatur) quae praecipue foliis majoribus acutis, subinde mucronatis, pube ramorum albidâ distincta. Calyces extus pubescentes, intus, ut petala minimâ, flavicantes. *In Promont. b. Spei.* ♄. *Herb. Lamarck.*

Obs. Specimen possidemus, quod nomine PH. *axillaris* a D. *Bivoli Herb. Römer.* communicatum, a qua toto coelo distat, et quod medium quasi tenet locum *buxifoliam* inter et *dioïcam*, ab ill. *Thunb.* non descriptas. *Dioicam* diceremus, si viva ante oculos haberemus specimina, cum, *Linnaeus* de *dioica* dicat variare hanc speciem etiam foliis linearibus, et in specimine nostro folia linearia cordatis intermixta sint, cumque, quales *Linnaeus* in *dioica* petit, pili glauco-grisei in calycibus. Interea reliquos omnes *cordatae* characteres, et etiam illam foliorum cum *callosa* indigitatam affinitatem, in nostra invenimus. Caulis cinereus pubescens, ramuli apice griseo-tomentosi. Folia glaucescentia crassa rigida, revoluta supra glabra, subtus tomentosa, dimidii pollicis et ultra, latiora 3-4 lin. lata, exquisite acuminata, suprema cordato-linearia, vix lin. lata, patentia imbricata. Capitula in ramulis terminalia, magnitudine pisi in primariis, grani piperis in secundariis lateralibus. Calycis laciniae parvae, flavicantes.

28. * P. *dioïca*; foliis cordatis, floribus dioïcis. *Linn. Mant.* 342. *Willd. Spec.* I. *p.* 1111.

Calycis squamae hirtae pilis glauco-griseis. Corollae pilis albis. Variat foliis revoluto-linearibus. *Linn.* *In Promont. b. Spei.* ♄. *Burm.*

26 * P. *callosa*; foliis oblongis cordatis acuminatis pilosis subtus (albo-) tomentosis, floribus subcapitatis. *Ait. Kew.* I. *p.* 269. *Willd. Spec.* I. *p.* 1112. *Linn. Suppl.* 153. P. fol. cordato-ovatis acutis subtus tomentosis, capitulis terminalibus. *Thunb. Prodr.* I. *p.* 45. *Fl. Cap.* II. *p.* 88. P. *reflexa Lam. Illustr. n.* 2625. *Poir. et Enc. meth.* V. *p.* 291.?

Dinstinctissima a *cordata*, qua cum figurâ foliorum convenit. *Linn.* Frutex erectus pedalis et ultra; rami sparsi flexuosoerecti virgati pubescentes. Folia subsessilia supra scabra, fusca, margine revoluta, patenti-reflexa, unguicularia. Capitula terminalia magnitudine pisi. *Thunb.* PH. *reflexa Lam.* plurimis sane notis cum *callosa* convenit, sed folia omnino obtusa, nec acuta. Rami annosiores glabri, juniores hirsuto-tomentosi. Folia viridi-flavicantia petiolis reflexis folio duplo brevioribus, superiora vix petiolata, vix reflexa. Capitula terminalia maxime tomentosa. Cal. subturbinatus, laciniis brevissimis, pilis flavicantibus. Petala minima acutissima saturate flava. *Poiret.* Specimen nostrum *Willdenowianum* capitula magnitudine Cerasi exhibet, calyces pilis albis, bracteas villis flavicantibus. Reliqua exacte cum descriptione *Thunbergi* quadrant. *In Promont. b. Spei.* ♄. Specimen cli. *Poiret* in *Herb. Lamarck.* lectum a *Sonnerat.*

30. * P. *spicata;* foliis oblongis cordatis acuminatis subtus (albo-) tomentosis, spicis cylindraceis, floribus longitudine bractearum. *Ait. Hew.* I. *p.* 269. *Willd. Spec.* I. *p.* 1111. P fol. cordato-sagittatis lanceolatis subtus tomentosis supra glaberrimis acuminatis pungentibus, spicis lanatis. *Linn. Suppl.* 153. *Lam. Illustr. n.* 2624. *t.* 127. *f.* 3. P. fol. ovatis etc. *Thunb. Prodr.* I. *p.* 45. *Fl. Cap.* II. *p.* 88.

Differt ab omnibus inflorescentiâ, seu capitulo elongato in spicam villosam. *Linn.* Frutex erectus cinereo-villosus, pedalis et ultra. Rami pauci, versus summitates aggregati, subumbellati, subsimplices, purpurascentes, cinereo-pubescentes. Folia sparsa breviter petiolata sagittato-ovata, supra viridia tenuissime villoso-scabra margine revoluta imbricato erecta unguicularia. Spicae digitum crassae pollicares. *Thunb.* Spicae albidae lanuginosae. Cal. brevissimus turbinatus, dentibus 5 minimis. Fructus globulosus nigricans formâ baccae siccae magnitudine pisi calyce coronatus persistente. *Poiret Enc. meth.* V. *p.* 292. *In Fromont. b. Spei, in Faardeberg. Thunb.* ♄. *Sonnerat* in *Herb. Lamarck.*

31. P. *cylindrica;* *Wendl.* foliis lineari-lanceolatis margine revolutis strigoso-villosis subtus albidis erectis, demum patulis, floribus cylindraceo spicatis, bracteis villosissimis florem subaequantibus, calycis laciniis oblongo-lanceolatis patulis extus lanatis. *Willd. Enum. H. Berol.* I. *p.* 253. P. foliis alternis lanceolatis villosis margine revolutis, supra viridibus, subtus albis tomentosis, interioribus reflexis, mediis patentibus, superioribus imbricatis lanatis albis. *Wendl. Coll. t.* 7. *Spreng. Mag.* d. *Gesellsch. naturf. Freund. Berl.* 8. *Jahrg.* 2. *Quart. p.* 104. *t* 9. *f.* 5. Et., hoc teste, videtur: P. *pubescens* fol. linearibus pilosis acutis subtus tomentosis, floribus spicatis, bracteis villosis, foliiformibus. *Ait. Hew.* I. *p.* 268. 2. *ed.* II. *p.* 19. *Lam. Illustr.* I. *p.* 78. *n.* 2621. *t.* 127. *f.* 2.

Fruticulus erectus gracilis 3 ped., caule fusco tuberculato. Rami verticillati patentes fusci pilosi. Folia copiosa, breviter petiolata. Folia floralia rameis breviora, albida, lanuginosa. Pedunculus longitudine floris; flores inferiores cincti foliolis 12-8, exterioribus 4 brevioribus albidis plumosis; superiores bracteis 2. Cal. tubulosus flavicanti-viridis ad medium usque quinquefidus, laciniis pilosis patentibus. Nectaria nulla. Antherae parvae didymae flavae. Stylus brevis stigmate capitato. *Wendl.* *In Fromont. b. Spei.* ♄.

32. P. *pumila Wendl.*; foliis lineari-lanceolatis margine revolutis strigoso-villosis, subtus albidis patulis, floribus axillaribus subcapitatis, calycis laciniis lanceolatis reflexo-patentibus. *Willd. Enum. H. Berol.* I. *p.* 252.

Flores in axillis foliorum superiorum solitarii capitulum quasi format. *Willd.* *In Promont. b. Spei.*

33. P. *excelsa Wendl.*; foliis alternis lanceolatis subrevolutis villosis, inferioribus patentibus, superioribus erectis subimbricatis, spicarum ramulis villosis erectis viridi luteis, floribus terminalibus spicatis tomentosis. *Wendl. Collect.* III. *p.* 3. *t.* 4.

Caulis erectus virgatus 3-4 ped, caule gracili fusco tuberculato. Rami ramulique verticillati patenti-erecti albidi fusciique, fastigiati, tomentosi; folia 3/4 poll., atro-viridia, infima reflexa, petiolo parvo laete viridi piloso. Spicae pollicares, flores bracteis 2 sessilibus filiformibus pilosis albidis flore breviori-bus, praeter bracteas majores s. folia floralia tenuia 3 lin., acuminata, erecta, pilosa, flavo-viridia. Cal. campanulatus 2 lin., flavo-viridis, pilosus, ore erecto obtuso 5-partito. Nectaria parva oblongo-ovata fusca glabra. Antherae didymae flavae. Germen pubescens albidum. Stylus brevis stigmate obtuso. *Wendl.* *In Promont. b. Spei. b.*

34. P. *papillosa Wendl.*; foliis alternis linearibus acerosis papillosis hirtis, erectis revolutis, floribus terminalibus pluratis tomentosis. *Wendl. Collect.* III. *p.* 5. *t.* 71.

Caulis erectus tenuis virgatus 2-3 ped.; caulis gracilis fuscus glaber; rami inaequales, bini terni quaternive, patenti-erecti, tomentosi, fusci subfastigiati, ramulis flavo-virentibus. Folia frequentia apice patentia 3/4 poll., petiolo brevi albo piloso. Folia floralia 3 lin., parum latiora rameis, flaviantia, tomentosa, patentia, petiolo plano albido tomentoso duplo longiora. Flores in axillis sessiles bracteis 2 minutis. Cal. campanulatus, lineam longus, viridi flavus, tomentosus, ore 5-partito obtuso erecto. Nectaria parva fusca. Antherae didymae. Germen parvum tomentosum album, stylo glabro stigmate obtuso. *Wendl.* *In Promont. b. Spei.* b.

35. P. *atrata Lichtenstein.*; foliis cordatis lineari-lanceolatis margine revolutis glabriusculis subtus tomentosis, capitulis terminalibus villoso-lanatis, ramulis atro-villosis. *Lichtenst. Spicil. Fl. Capens. MS.*

In montibus Hottent. Holland.

36. P. *thymifolia Vent.*; foliis lanceolatis margine revolutis subtus tomentosis; capitulis pusillis terminalibus pauciflоris; stigmate triplici. *Vent. Malmais. t.* 57. *Poiret Enc. meth. Suppl* IV. *p.* 400.

Arbuscula elegans sempervirens, habitu CEANOTHUM inter et PHYLICAM. Caules glabri, superne ramosi, fusco-rubri, juniores pubescentes; folia alterna petiolata approximata patentissima parva acuta, supra glabra lucida; petioli articulati pubescentes brevissimi. Flores sessiles albidi, capitulo bracteis ovatis acutis. Cal. tubulosus pubescens. Petala minima. Antherae

bilobae. Germen disco carnoso cinctum; stylus brevissimus stigmatibus 5 obtusis. *Vent.* *in insulis maris antarctici.* ħ.

37. P. *elongata Willd.*; foliis lanceolatis glabris, capitulo terminali tomentoso. *Reliqu.; Willd. MS.* ⊙

In Promont. b. Spei, ut reliquae omnes; sine auctore. ħ.

38. P. *squamosa Willd.*; foliis oblongis obtusis adpressis hirtis, capitulis terminalibus. *Reliqu. Willd. MSS.*

39. P. *squarrosa Willd.*; foliis linearibus ciliatis arcuato-patentibus, capitulo terminali. *Reliqu. Willd. MS.*

40 P *rubra Willd.*: foliis lanceolatis acutis subtus tomentosis, capitulis terminalibus. *Reliqu. Willd. MS.*

41. P. *microcephala*; foliis linearibus patulis, revolutis, capitulis terminalibus. *Reliqu. Willd. MS.*

Quid: P. *orientalis Willd. Enum. H. Berol. Suppl.* I. *p.* 12?

P. *linearis Desfont. Tabl. de L'Ecole* 1815. *p.* 232.?

1014. PAYPAYROLA.

P. *gujanensis Aublet Guian. p.* 349. *t.* 99. *Gmel. Syst. Veg. p.* 419. PAYROLA *gujanensis Lam. Illustr. t.* 125. *Poiret Enc. meth.* V. *p.* 119. WIBELIA *gujanensis Persoon Syn.* I. *p.* 210.

Caules solitarii pluresve lignosi, ramosi, 12-15 ped. Caules ramique apice foliis alternis integerrimis laevibus firmis ovatis mucronatis. Petioli breves canaliculati basi stipulis 2 brevibus acutis caducis. Flores ad apicem caulium ramorumque foliorumque axillas, spicis densis. Glandulae 3 ad basin floris singuli. Cor. flava. *Aubl.* *In immensis Guyanae nemoribus ad fluv. Sinamari, ad millaria 25 ab ostio.*

1015. GRONOVIA.

1. * G. *scandens*; cirrhosa. *Linn. Hort. Cliff.* 74. *Lam. Enc. meth.* III. *p.* 47. *Willd. Spec.* I. *p.* 1176. *Martyn* C. I. *t.* 40. *Jacq. Collect.* III. *p.* 197. *Ic.* II. *t.* 338.

Planta cucurbitacea graveolens; caulis scandens cirrhis, ramosissimus, altissimus. Folia urentia pampinea. Flores parvi tristes. *Linn.* Caulis herbaceus, setis hamatis subpungentibus. Folia alterna petiolata subpalmata angulosa, fere Vitis, basi cordata. Flores parvi, flavo-virentes, pedunculis subcorymbosis, folio brevioribus. Calycis laciniae erectae. Petala parva rotundata. Filamenta longitudine petalorum, stylo stigmate obtuso breviora. *In Vera Crux.* ⊙. *Houstoun.*

⊙ plurimis cultoribus. ♃ dicitur in *H. Kew.* et *Dum. Cours.*

Obs. Satis distincta nobis a *Humboldtiana* videtur.

2. G. *Humboldtiana*; cirrhis nullis. GRONOVIA *scandens Humb.* et *Bonpl. nov. Gen. et Spec.* II. *p.* 94. (excl. omni synonymiâ.)

Herba scandens; ramis alternis, pilis bihamatis dense obsitis. Folia *Bryoniae*, alterna, petiolata, angulato-quinqueloba, lobis acuminatis, basi profunde sinuato-cordata, reticulato-venosa, membranacea, utrinque pilis urentibus? conspersa, 3 1/2 pollices longa et lata. Petioli bipollicares et longiores, pilis bihamatis dense obsiti. Cirrhi in speciminibus nostris nulli. Pedunculi suboppositifolii, dichotomi, petiolum subaequantes, hamato-pilosi; ramis divaricatis. Flores spicati, sessiles, unilaterales, bracteis linearibus pilosis suffulti, magnitudine floris LIGUSTRI *vulgaris*. Calyx superus, campanulato-infundibuliformis, flavescens, externe pilis rigidis urentibus? laciniis lanceolato-oblongis, acutis, aequalibus. Squamae quinque petaliformes, (stamina sterilia?) lineari-spathulatae, unguiculatae, diaphanae, albidae, hispidulae, summo tubi calycis insertae, laciniis dimido fere breviores. Stamina summo tubi inserta, squamis petaliformibus paullo longiora. Filamenta filiformia, hispidula. Antherae lineari-oblongae, erectae, biloculares, glabrae; loculis longitudinaliter interne dehiscentibus. Ovarium inferum, obovato-globosum, hispido-pilosum. Stylus filiformis, simplex, staminibus paullo brevior, glaber. Stigma subcapitatum. Bacca quinquangulata, magnitudine pisi, in speciminibus nostris vacua. *Crescit in littore Campechensi.* ♃. GRONOVIA *scandens Linn.?*

*) 1016. RIBES.

a. *Inermia*: RIBESIA.

1. * R. *rubrum*; racemis glabris pendulis, floribus planiusculis, petalis obcordatis, foliis obtuso-quinquelobis, caule erecto. *Willd. Spec.* I. *p.* 1153. *Smith. brit.* I. *p.* *Engl. Bot.* *t.* 1280. *Flor. dan. t.* 96. *Schmidt* östr. *Baumz. t.* 92. *Abel. u. Reit. t.* 66. *Sturm* *Fl. germ. Fasc.* 4. *Plenck off. t.* 146. *Svensk* *Bot.* 199. *Poiteau* et *Turpin arb. fruit. t.* 23.

---

*) Sunt qui RIBES generis feminini faciunt. Verum est, nomen *Ribes* neque in *Glossariis latinis* aureae et mediae, nequidem infimae latinitatis, occurrere, et fors, ut doctissimus me monuit rev. *Mall*, Prof. lingu. orient., arabicae esse originis ἀπὸ τῦ ريباس (Ribasch), quod in *Golii Lexic.* 930 *Ibn Beithar Rob. de Ribes* vulgo dici affirmat. Itali *Ribes negro*, rosso dicunt; hinc praeplacet genus nostrum in nomine neutrius linguae.

Grossularia *rubra Scop. carn. ed.* 2. *n.* 269. R. *vulgare Lam. Enc. meth.* III. *p.* 47. R. *officinarum Dum. Cours.* III. *p.* 215. γ. R. *sylvestre*; lobis foliorum breviusculis petiolis pedunculis floribusque pubescentibus. *Lam. l. c.* β. R. *hortense Lam. l. c.* a. baccis rubris. b. baccis carneis. c. baccis albis vel flavicantibus.

Cls. *Smith.* tanquam β habet R. *vulgare fructu dulci Raii Syn.* 456. et ut γ, R. *fructu parvo. Merr. Pin.* 104. *Dill.* in *Raii Syn. p.* 458. — Petala bifida. Stylus bipartitus reflexus. *Leers. Per omnem Europam ad borealem usque Sueciam, et in Sibiria.* ♄.

Obs. Dumont-Courset Bot. Cultiv. III. *p.* 216. R. *vinosum* in vicinâ sibi regione frequens spontaneum et a se cultum immutatum persistens adductum persistens ab omnibus reliquis distinctum. Frutex magnus, caulibus ramisque numerosis, his junioribus cortice cinereo-flavicante. Folia alterna triloba, lobis rotundatis, dentatis, parva glabra, basi in caulem (petiolum?) decurrentia. Flores virentes 3-5 in racemis parvis axillaribus pedunculatis. Fructus rotundi parvi glaberrimi rubri acido-dulces. Incolis ad fretum gallo-britannicum *Corinthe* dicitur.

2. R. *carpathicum Kit.*; racemis pendulis calycibusque pubescentibus, corollis planiusculis calyce majoribus, foliis quinquelobis cordatis, caule erecto. *Schult. östr. Fl.* 2. *ed.* I. *p.* 432. R. *acerrimum Rochel.*

Etiam divo *Willdenow* MS. species propria videbatur. An fors R. *vulgare a sylvestre Lam.*? *In alpibus carpathicis.* ♄.

3. R. *petraeum Wulf.*; racemis pilosiusculis, florentibus erectis, demum pendulis; bracteis flore brevioribus; floribus planiusculis, petalis ovatis obtusis, foliis acuminato-lobatis inciso-dentatis, caule erecto. *Schult. Fl. austr.* 2. *ed.* I. *p.* 433. *Jacq. Misc.* II. *p.* 36. *ic. rar. t.* 49. *Lam. Enc. meth.* III. *p.* 48. *Willd. Spec.* I. *p.* 1153. *Smith Brit.* I. *p.* 265. *Engl. bot. t.* 705. *Schmidt östr. Baumz. t.* 94. R. *alpinum Delarb. Auvergn.* 166. β. cultum, petiolis ramulisque omnino glabris, foliis latioribus. *Lam. l. c.*

ℓ 2-3 ped.; folia magna 3-5-loba; calyx roseus aut purpureus; petala majora quam in reliquis; baccae rubrae acerrimae. *In alpibus Carinthiae, Styriae, Bohemiae, Averniae, in Angliae montosis.* ♄.

4. R. *multiflorum Kitaib.*; racemis spicatis pendulis, petalis oblongis, bracteis flore brevioribus. R. *spicatum Schult. östr. Fl.* 2. *ed.* I. *p.* 433. (*excl. Robson* et *Smith.*)

Specimen a divo *Kitaibel* nobiscum communicatum tam exacte conveniebat cum diagnosi et descriptione data a cls. *Robson* et *Smith*, ut nec minimum subvenire potuisset dubium, plantam nostram croaticam eandem esse cum britannica. Monuit

interea divus *Hitaibel in litt.* racemos esse pendulos. Hoc ergo, et quod calycis laciniae e flavo virent, discrimen unicum videtur quoad descriptionem a *Robson* et *Smith* datam, quorum specimina non vidimus. Petioli in nostro longitudine folii, 2-2 1/2 poll, hirsuti. Folia saepe latiora quam longa. Racemi 1 1/2-3 poll. Pedicelli in floribus inferioribus longitudine calycis reflexi. Filamenta capillacea, glabra, calyce quidquam longiora. *In Croatia* ħ.

5. R. *spicatum Robson*; spicis erectis, petalis oblongis, bracteis flore brevioribus. *Robson in Trans Linn. Soc.* III. *p.* 240. *t.* 21. *With.* 265. *Sym.* Syn. 62. *Smith Fl. Brit.* I. *p.* 264. *Engl. Bot. t.* 1290.

Frutex erectus, 4-5 ped. Caulis ramosissimus, ramis alternis erectis. Cortex fusco-cinereus. Folia alterna, erecto-patentia, petiolata, subcordata, 3-5-loba, rugosa, inaequaliter serrata, acuta, supra subglabra, subtus tomentosa, juniora tomentosiora, inodora. Spicae solitariae laterales numerosae erectae bracteatae, 1-1 1/2 poll. Flores numerosi sessiles patentes. Bractea sub flore, germine brevior, ovata, concava, apice reflexa. Calycis laciniae cuneato-subrotundae, rubido-fuscae praeter margines virides. Bacca globosa, laciniis calycis colorata, colore et gustu R. *rubro* similis. *In sylvis prope Richmond in Yorckshire, Piersbridge et Gainford in Ducham.* ħ.

Obs. Differt a R. *rubro* foliis subtus tomentosis, serraturis lobisque acutioribus; floribus rubido-fuscis; spicis erectis. *Rob.* Flores brevissime pedicellati, bracteâ vix pedicellum superante. Petala cuneato-oblonga. Semina fertilia. *Smith* l. c.

6. R. *trifidum Mich.*; foliis (supra) glabriusculis modice lobatis, (subtus pubescentibus,) racemis laxe multifloris pubescentibus, floribus (planiusculis) parvis, laciniis calycinis subtrifidis, (petalis spathulatis obtusis,) baccis hirsutis rubris. *Mich. Fl. bor. Amer.* I. *p.* 110. *Poiret Enc. meth. Suppl.* II. *p.* 853. *Pursh Fl. Septentr. Amer.* I. *p.* 163.

Foliorum lobi 3-5 subacuti, inferne non angustati, sed basi quidquam emarginati, supra glabri. Racemi debiles, fere *rubri*, sed flores minores. Cal. e viridi-pallens. Petala purpurea. *Mich.* Baccae rubrae. *Pursh.* *Juxta Quebec, et ad sinum Hudsonis. Mich; in montibus Pensylvaniae. Pursh.*

7. R. *rigens Mich.*; ramis rectis, foliis supra glabris, subtus pubescentibus reticulato-rugosis, lobis dentibusque acutis, racemis laxiuscule multifloris etiam fructiferis rigescenti-erectis, baccis (erectis) hispidulis rubris. *Mich. Fl. bor. Amer.* I. *p.* 110. *Pursh Flor. Amer. Sept.* I. *p.* 163.

In Canada ad Mistassins. Mich.; in montibus Pensylvaniae. Parsh. ħ.

8. R. *procumbens Pall.*; racemis erectis, floribus pla-

niusculis, foliis obtuse lobatis, caule procumbente (floribus pluriusculis monogynis) *Willd. spec.* I. *p.* 1154. *Hall. Hels.* II. *p.* 35. *t.* 65. R. caule procumbente, racemis pendulis, baccis maximis. *Gmel. Sibir.* III. *p.* 173. R. *polycarpon Gmel. Syst. Veg. p.* 419. *Amman. ruth. p.* 197. *n.* 275.

Trunci latentes in musco calamo cygneo vix crassiores, ramis filiformibus, procumbentibus, spithamaeis demum assurgentibus, herbaceis. Folia alterna, longe petiolata, triloba, latiora quam longa, basi rectilineâ fere integra, lobis serratis, lateralibus subincisis. Racemi florentes erecti, 5.6, septemflori, nudi, pedunculis florum longis setaceis. Flores formâ et structurâ fere R. *rubri*, sed minores, laciniis limbi livido-purpurascentibus pubescentibus, acutis. Antherae vix e calyce prominentes. Baccae R. *nigro* saepe majores, e racemis suberectis pendulae globosae viridi lutescentes vel rufescentes, gratissimae. *Pall.* *In Davuriae muscosis umbrosis paludosis.* ♄

9. R. *prostratum L'Hérit.*; ramis reclinato-prostratis, foliis lobatis glabriusculis, junioribus pubescentibus, racemis suberectis, calycibus planiusculis, petalis deltoideis, bracteis minutis, baccis hispidis. *Pursh Fl. Septent. Amer.* I. *p.* 163. *L'Hérit. Stirp.* I. *p.* 3. *t.* 2. *Lam. Enc. meth.* III. *p.* 50. *Pers. Syn.* I. *p.* 251. *n.* 7. R. *glandulosum Ait.*: racemis (florentibus) erectis (calycibusque) piloso-glandulosis, floribus planiusculis, foliis acuminato-lobatis dentatis, caule adscendente. *Willd. Spec.* I. *p.* 1154. *Ait. hew.* I. *p.* 279. *Weber Dec. pl. min. cognit.* *p.* 2. *Schmidt Arboret. t.* 95.

Humile, ramis laxis, radicantibus; folia fere palmata quinqueloba, inaequaliter dentato serrata, rugosula, 3 poll. lata. Petioli pilis glandulosis. Racemi 2 poll. Flores patentes purpurascentes. Bracteae pedicellis breviores. Baccae rubellae. *Lam.* *In insula Newfoundland s. Terre Neuve, Canada, Pensylvania* ♄.

10. * R. *alpinum*; racemis erectis, bracteis flores aequantibus vel superantibus (pedunculisque piloso-glandulosis), foliis subtus lucidis. *Smith Brit.* I. *p.* 264. *Engl. bot.* 704. *Lam. Enc. meth.* III. *p.* 49. *Willd. Spec.* I. *p.* 1154. *Hall. Helv. n.* 817. *Jacq. austr. t.* 47. *Fl. Dan.* t. 968. *Schmidt ostr. Banmz. t.* 96. *Reit.* *n. Abel t.* 64. *St. Hilaire Fasc.* 40. *t.* 1. *Gunner norveg.* II. *t.* 2. *f.* 1. 2. R. *dioïcum Mönch meth.* 683. *β.* floribus dioïcis, *Grim. isenac.*

2-8 ped., erectus; folia duplo fere, quam in *rubro*, minora, serrata; flores breviter pedicellati; petala viridi-flavescentia; bracteae lanceolatae, albicantes; baccae suborbiculatae, rubrae,

mucilaginoso - acidulae. *In alpibus totius Europae et Sibiriae.* ♄.

Obs. „Frutex constanter in nostra regione dioïcus.“ *Grim. Isenae.*

11. R. *fragrans Pall.*; racemis (fructiferis) erectis, corollis campanulatis, foliis (subquinquangulo-) obtuse trilobis, caule adscendente, (surculis ramosis erectis.) *Willd. Spec.* I. *p.* 1155. *Pall. Nov. Act. Petrop.* V. *p.* 377. *t.* 9.

Frutex erecto-procumbens 1 1/2 ped., facie amoenus, cortice subtestaceo, ramis alternis annuis resinâ exsudante flavissimâ prominulo punctatis. Folia alterna longius petiolata glabra coriacea, subinde subquinqueloba, serrata, subtus valde venosa, magis glauca, supra viridiora, exsudant in superficie inferiore guttulis luteis creberrimis resinam balsamicam fragrantissimam odore *Melissae* graviore, ad R. *nigrum* subaccedente, cui et totâ facie admodum simile. Racemi florentes breves subdecemflori conferti erecto-rigidi, floribus campanulatis albis profunde 5-fidis odoratissimis. Petala lanceolata acuta patentia. Bracteae deciduae minores quam in R. *procumbente.* Racemi fructiferi elongati, itidem erecti, nisi quod nonnulli ob gravitatem fructus declinati. Fructus magnitudine summâ R. *rubri.* Baccae rubicundae suavissimi saporis. *Pallas.* *In montibus Sibiriae altioribus ubi nulla sylva viget ad fines Mongoliae.* ♄.

12. R. *triste Pall.*; racemis pendulis, corollis planiusculis, foliis quinquelobis, (surculis simplicissimis virgatis superius foliiferis racemiferisque). *Willd. Spec.* I. *p.* 1156. *Pall. Nov. Act. Acad. Petrop.* X. *p.* 378.

Frutex e radice reptante surculis pluribus, 2-3 ped., erectis. Folia in summitatibus surculorum rara, formâ ut in R. *rubro.* Racemi florentes et fructiferi penduli glabri. Corollae planiusculae, extus rubicundae intus flavescentes, petalis revolutis. Baccae parvae nigrae insipidae scatentes succo atro rubro ad tingenda vina praestantissimo. *Pall.* *In Siberia circa summa montium cacumina jugi Jablennoi, et in finitimis Mongoliae montibus altioribus.* ♄.

13. R. *macrobotrys Ruiz et Pav.*; racemis longissimis pendulis hirsutis, foliis cordatis lobatis inciso-serratis, petiolis basi ciliatis. *Ruitz et Pav. Fl. peruv.* III. *p.* 12. *t.* 232. *f.* a.

Caules glabri, rami diffusi; folia vitis foliis similia, denticulo singulo setulâ glandulosâ rubellâ terminata, utrinque pubescentia, subtus nervis 5 rubris. Petioli subimbricati amplexicaules 2 poll. ciliis glandulosis. Racemi solitarii fere pedales purpurascentes; bracteae lineares subulatae pilosae longitudine fere pedicellorum. Calyx rufescens, pubescenti-glandulosus; petala rubra minima; baccae hirsutae virentes pisi ad minimum magnitudine. *Fl. peruv.* *In nemoribus Andium.* ♄.

14. R. *albifolium Ruiz et Pav.*; racemis folio duplo longioribus pendulis, foliis subcordatis (sub) trilobis inciso-serratis, petiolis ciliatis. *Fl. peruv.* III. *p.* 12. *t.* 132. *f.* 6.

Affine *macrobotryi*, parum ramosum, ramis brevibus sparsis; folia fasciculata, subovata glabra lucida, supra atroviridia, subtus pube alba, dentibus pilo glanduloso terminatis; nervi purpurascentes; petioli hirsuti foliis duplo breviores; racemi solitarii filiformes terminales villosi glandulosi foliis duplo longiores; bracteae spathulatae ciliatae longitudine pedicellorum; calyx purpurascens hirsutus intus flavicans; petala rotundata purpurascentia, antherae subsessiles; bacca globulosa subhirsuta. *Fl. peruv.* *In nemoribus Peruviae Munnae, locis frigidis.* ♄.

15. R. *punctatum Ruiz et Pav.*; racemis pendulis brevibus, foliis trilobis serratis, subtus punctatis. *Ruiz et Pav. Fl. peruv.* III. *p.* 12. *t.* 233. *f.* a.

Rami elongati teretes; folia sparsa fasciculata laevia subpubescentia trinervia subtus punctis flavidis resinosis, lobis obtusis, intermedio productiore, dentibus obtusis; racemi simplices solitarii axillares 2 poll.; bracteae oblongae ciliatae punctatae; cal. flavicans; petala flava minima; baccae rubrae punctatae. *Fl. peruv.* *In collibus Chili.* ♄.

16. R. *albinerve Mich.*; foliis abbreviatis acute lobatis glabriusculis, nervis albidis, racemis recurvatis, baccis glabris. *Mich. Fl. bor. Amer.* I. *p.* 110. *Poiret Enc. meth. Suppl.* I. *p.* 855. *Pursh Fl. bor. Amer.* I. *p.* 163.

Caules glabri. ramosi; folia petiolata; flores parvi viridi flavescentes. Baccae rubrae. *Pursh.* *Ad lacum Mistassins Canadae.* *Michaux.* *In montibus Catskill Novi Eboraci.* etc. *Pursh.*

17. R. *sanguineum Pursh*; foliis cordatis trilobis serratis venoso-lineatis supra glabris, subtus tenui tomento albicantibus, racemis laxis pubescentibus, foliis duplo longioribus, calycibus tubulatis, petalis oblongis longitudine calycis, bracteis obovato-spathulatis longitudine pedicellorum, germinibus hirsutis. *Pursh Fl. Am. Sept.* I. *p.* 164.

Flores speciosissimi sanguinei s. purpurei ut rami. Proxime accedit ad R. *albinervium (albifolium) Fl. peruv.* III. *p.* 12. *t.* 232. *f.* b. *Ad flumen Columbiam.* M. *Lewis.* ♄.

18. R *aureum Pursh*: glaberrimum foliis trilobis, lobis divaricatis inciso-pauci-dentatis, petiolo basi ciliato brevioribus, racemis laxis, dense multifloris; calycibus tubulatis pedicellis longioribus, tubo gracili, laciniis oblongis obtusis; petalis linearibus laciniis calycis duplo brevioribus,

bracteis linearibus longitudine pedicellorum; baccis glabris. *Pursh Fl. Am. Sept.* I. *p.* 164.

Flores in racemis densis, speciosi, pulcre aurei. Baccae rubrae vel fuscae, saporis prae ceteris exquisiti, multoque solito grandiores. Frutex ante florescentiam speciem Crataegi prae se fert. *Ad ripas fluviorum Missouri* et *Columbiae.* ♄. M. *Lewis.*

19. R. *recurvatum Mich;* inerme, ramis recurvatis, foliis latiusculis acute-lobatis pubescentibus glanduloso-punctatis, racemis reflexis, calycibus tubulatis glabris, baccis nigris. *Mich. Fl. bor. Amer.* I. *p.* 110. *Pursh Fl. Am. Sept.* I. *p.* 164.

Ad Hudson's Bay, in Canada ad ripas lacuum. Mich.

20. * R. *nigrum*; foliis subtus punctatis, racemis pilosis laxis, floribus campanulatis, bracteis pedicellis brevioribus, pedunculo simplici ad basin. *Schult. Fl. Austr. 2. ed.* I. *p.* 433. *Willd. Lam. Enc. meth.* III. *p.* 49. *Engl. Spec.* I. *p.* 1156. *Smith Brit.* I. *p.* 265. *Fl. Dan. t.* 556. *Bot.* 1291. *Hall. Helv. n.* 819. *Abel et Reit. t.* 65. *Schmidt östr. Baumz. t.* 91. *Poit.* et *Turp. Plenck t.* 147. *Svensk Bot. t.* 169. *arb. fruit.* 2. R. *olidum Mönch meth.* 683.

Stylus simplex vix sulco semidivisus. Stigma bifidum. *Leers Herborn. n.* 170. 4-5 ped.; folia olentia, subtus glandulosa; cal. tubulosus purpurascens; petala obtusa, albida, subinde in stamina mutata. Baccae nigrae. *In Europae et Sibiriae sylvis.* ♄.

Obs. Hanc inter speciem et sequens *floridum*, vel potius fors *laxiflorum* alia videtur delitescere hucusque neglecta, licet adducta a *Pallas Fl. ross.* ed. in 8. *T.* 1. *P.* II. *p.* 61. nomine R. *americanae. Pallas* fruticem hunc non vidit, et e *Steller Mant. MS.* „Grossulariam americanam non spinosam, fructu nigro majore in racemis longissimis erectis, folio non olente" addit. Synonymon subjungit Rib. *inermis*, racemis suberectis pubescentibus *Medic. Soc. oecon. palat.* 1764. *) *p.* 268, quod R. *floridum* est, et a planta *Stelleri* diversum, quae lecta in littore Americae ad promontorium Eliae, et cui similem observavit *Steller* circa Kovyma, Indigirka et Anadyr fl. „Formâ et modo crescendi" *Steller* scribit „per omnia coincidit exacte cum R. *nigra*; differt, quod racemi dodrantales sint, erecti, non pendentes, pariter ac baccae in racemo uncialibus crassiusculis pedunculis; dein quod nec folia, nec cortex, neque baccae ullum odorem spirent." Baccas immaturas vidit *Steller* sed nigras evasuras ex colore viridi-opaco concludit.

---

*) Leg. rectius: Bemerkungen d. Kuhrpfälzisch. physikal. oekonom. Gesellsch. v. J. 1774. (non enim extiterat ao. 1764. societas haecce) p. 268.

21. R. *floridum L'Hérit.*; foliis utrinque punctatis, racemis pendulis, floribus subcylindricis, bracteis germine longioribus. *Willd. Spec.* I. *p.* 1156. *L'Hérit. stirp. nov.* I. *p.* 4. *Pursh Fl. sept. Amer.* I. *p.* 164. *Schmidt östr. Baumz. t.* 92. R. *nigrum β. Linn. Syst. ed. Reich.* I. *p.* 565. R. *pensylvanicum Lam. Enc. meth.* III. *p.* 49. *Pers. Syn.* I. *p.* 251. *n.* 17. R. *americanum nigrum Mönch Verz. p.* 104. *t.* 7. R. *nigrum pensylvanicum Marsch. p.* 257. *Dillen eltham.* 324. *t.* 244. *f* 315.

4-5 ped.; rami grisei; folia triloba, 2 1/2 poll., lobis distantibus. Racemi 2-4 poll. Corollae viridi-flavescentes. Bracteae lanceolatae. Petala albida. Bacca oblongo-globosa, nigra, dulcescens, olida. „In hoc et nigro folia punctis glandulosis flavis nitentibus sub lente tantum conspicuis tecta." *Willd. In sepibus a Canada ad Virginiam.* ♄.

22. R. *laxiflorum Pursh*; foliis cordatis quinquelobis inciso-dentatis glabris, petiolis gracilibus, racemis laxis erectis, longitudine foliorum, bracteis subulatis, pedicellis elongatis, calycibus campanulato tumidis, baccis globosis hispidis. *Pursh Fl. Am. Sept.* II. *p.* 731.

Flores lutescentes videntur statura R. *floridi*. *In littore Americae occidentalis Boream versus.* A. *Menzies.* ♄. *Herb. Banks.*

23. R. *resinosum Pursh*; piloso-(resinoso-)glandulosum, racemis erectis, calycibus planiusculis trinervibus, (petalis obtuse rhomboideis) bracteis lingulatis pedicello longioribus, foliis subquinquelobis obtusis (subrotundis) crenatis (baccis hirsutis) *Sims bot. Mag. t.* 1583. *Pursh Flor. Sept. Amer.* I. *p.* 163.

Stipulae latae ad petiolos, uti bracteae, deciduae. Cal petalis flavis triplo major An dioicum? *In montibus Americae borealis.* ♄. *Fraser.*

Obs. Hujus fors loci R. *viscosum Ceis* apud *Dum. Cours. Bot. Cultiv.* III. *p.* 226, quam dicit arbusculam ramosissimem 2 ped., caule erecto, cortice cinereo, in ramis junioribus viscosis glanduloso pilosis flavicante. Folia villosa, glanduloso-pilosa, alterna, triloba, basi cordata, regulariter dentata, longitudine petiolorum. Folia digitos agglutinantia odore R. *nigri*, sed minus ingrato.

24. R. *glandulosum Feuillée* et *Pav.*; racemis brevibus, foliis cordatis obtuse trilobis duplicato-serratis rugosis. *Pers. Syn* I. *p.* 251. *n.* 18. *Fl. peruv. t.* 233. *f. b.* *Poiret Enc. meth. Suppl.* II. *p.* 856.

Frutex biorgyalis glandulosus. Cal. glandulosus pubescens. *In collibus sylvaticis Chili.* ♄.

25. R. *viscosissimum Pursh*; omnibus partibus pilis

viscidis tectum, foliis cordatis obtuse trilobis serratis, racemis erectis brevibus, calycibus tubulatis, petalis oblongis, bracteis lineari-spathulatis pedicello duplo brevioribus, germinibus hirsutis. *Pursh Fl. Am. Sept.* I. *p.* 163.

Corollae majusculae luteae. Tota planta pilis viscosis tecta. Differt a R. *glanduloso Fl. peruv.* III. *p.* 12. *t.* 233. *f.* b. cui perquam similis, foliis aequaliter lobatis, nec lobo medio productiore, pedicellis longis tenuioribus, et petalis. *In Rocky mountains in interioribus Americae septentr.* ♄. M. *Lewis.*

26. R. *viscosum Ruiz et Pav.*; racemis brevibus, foliis cordatis, quinquelobis, serratis, asperis, viscosis. *Fl. peruv.* III. *p.* 13.

Rami subpendentes e caule scabro; folia alterna 5-nervia venosissima; petioli pollicares; racemi simplices solitarii terminales; bracteae lanceolatae longitudine calycis flavi. Cor. flava. Baccae parvae dilute purpureae. *Fl. peruv.* *In rupibus Peruviae.* ♄.

27. R. *cuneifolium Ruiz et Pav.*; pedunculis bi-trifloris que, foliis cuneiformibus incisis. *Fl. peruv.* III. *p.* 13. *t.* 235. *f.* c.

Arbuscula ramosissima ramis junioribus elongatis angulatis subpubescentibus; folia fasciculata parva lucida supra, utrinque glabra, margine subpubescentia, trifida, trinervia, crenis obtusis; petioli ciliati foliis duplo breviores; pedunculi solitarii axillares pubescentes longitudine petiolorum; bracteae ciliatae lanceolatae; calyx ruber pubescens; baccae laete rubrae, magnitudine pisi; semina lenticularia. *Ruiz et Pav. In altis Andium Peruviae.* ♄.

28. R. *magellanicum Poir.*; caulibus subprostratis, foliis trilobatis crenato-undulatis subtus glabris pallidioribus, racemis suberectis crassis, bracteis pedicello longioribus. *Poiret Enc meth. Suppl.* II. *p.* 856.

Caules glabri cinerei, ramis brevibus diffusis. Folia petiolata supra rugosa viridia, lobis obtusis. Racemi breves, vix penduli cylindrici. Cor. patens, petalis apice reflexis. Bracteae pedicellis longiores. *Poiret.* *In freto magellanico.* ♄. *Commerson* in *Herb. Desfont.*

29. R. *campanulatum Humb.* et *Bonpl.* racemis erectiusculis, corollis campanulatis, foliis quinquelobis incisodentatis, petiolis hirtis. *Reliqu. Willd. MS.*

In America meridionali cum sequentibus. *Humb.* et *Bonpl.* ♄.

30. R. *ciliatum Humb. et Bonpl.*; racemis nutantibus, floribus campanulatis, petiolis glanduliferis pilosis, foliis ciliatis. *Reliqu. Willd. MS.*

31. R. *hirtum Humb. et Bonpl.*; racemis pendulis, corollis campanulatis, foliis trilobis ciliatis, petiolis hispido-tomentosis, baccis aculeatis. *Reliqu. Willd. MS.*

b. *Aculeata.* Grossulariae:

32. R. *rotundifolium Mich.*; spinâ subaxillari, foliis minutissime puberulis suborbiculatis modice lobatis, lobis subrotundo-obtusis, pedunculis unifloris, limbo calycis tubuloso, baccâ glabrâ. *Mich. Fl. bor. Amer.* I. *p.* 111. *Pursh Fl. Amer. Septentr.* I. *p.* 165.

In montibus excelsis Carolinae. ♄. *Mich.*

33. R. *hirtellum Mich.*; spinulâ subaxillari, ramis subhispidis, foliis parvis semitrifidis, lobis subdentatis, pedunculis unifloris, baccis glabris rubris. *Mich. Fl. bor. Amer.* I. *p.* 111. *Pursh Fl. Amer. Septr.* I. *p.* 165.

In saxosis ad flum. Sagney Mich.; in montibus Alleganis a Canada ad Virginiam Pursh. ♄.

34. R. *gracile Mich.*; spinâ subaxillari brevissimâ, foliis graciliter petiolatis utrinque pubescentibus, lobis acutis incisis et acute dentatis, pedunculis capillaribus erectis subbifloris calycibus glabris tubulato-campanulatis (baccis glabris.) *Mich. Fl. bor. Amer.* I. *p.* 111.

Baccae purpureae caeruleaeve exquisitae. *Pursh.* *In montibus Tennassée, Mich.; in saxosis et pratis montosis a New-Yorck ad Carolinam, Pursh.* ♄.

35. R. *triflorum Willd.*; aculeis solitariis, pedunculis bi-trifloris, baccis laevigatis. *Willd. Enum. H. Berol. p.* 263. *Ejusdem H. Berol.* I. *t.* 61. *Ejusdem wild. Baumz. t.* 371. *R.* spinâ subaxillari, fol. glabris 3-5-lobatis inciso-dentatis, pedunculis subtrifloris, pedicellis elongatis, bracteis brevissimis, petalis spathulatis undulatis, stylo hirsuto semibifido exserto, baccis glabris. *Pursh Amer. Septentr.* I. *p.* 165. R. *staminem*, corymbis erectis 2-3-floris, bracteis minimis subamplexicaulibus, staminibus, corollâ triplo brevioribus, baccis laevigatis. *Hornem. Enum. H. havn. p.* 237.

3-4, ramis arcuato-deflexis, aculeis brevibus subulatis. Folia pollicaria, rotundato-5-loba, lobis obtusis ut plurimum tridentatis, basi truncatis, glabris, subtus ad venas pilis raris ut petiolus. Flores tubulosi, rubro-virentes. Bractea vaginans bifida ciliata ad basin petioli singuli. Calyx flavo-virens, petala alba. *Pursh.* Bacca (pallide) rubra, parva. *In America septentrionali; in montibus caeruleis a Pensylvania ad Virginiam.* ♄.

36. R. *saxatile Pall.*; aculeis sparsis, foliis cuneiformi-

bus obtuse trilobis, racemis erectis. *Willd. Spec.* I. *p.* 1157. *Pall. Nov. Act. Petropol* X. *p.* 276.

Medium *alpinum* inter et *Diacantham*, habitu *Grossulariae*, fructu *Ribesii* Frutex erectiusculus. Aculei solitarii setaceo-rigidi recti a gemmis remoti, in antiquiore ligno detriti. Folia longius petiolata basi cuneiformia obtuse triloba, lobis incisurâ una alterâve. Racemi floriferi et fructiferi erecti, 7 8flori, pedunculis longiusculis, bracteis linearibus pedunculi longitudine. Florum petala exigua patula livido virescentia. Baccae globosae maturae rubrae acidulae, mole vix R. *rubri*. *Pall. In Sibiria in montibus Songariae granitosis.* ♄.

37. R. *orientale Hort. paris.*; subaculeatum, foliis orbiculatis inciso-lobatis hirsutis, racemis brevibus, baccis tuberculato-pilosis. *Poiret Enc. meth. Suppl.* II. *p.* 856. *Desfont. Arb.* II. *p.* 88.

Rami breves diffusi, nonnisi spontanei spinosi. Folia mediocria, subtus inprimis hirsuta, lobis parum profundis obtusis. Petioli villosi. Racemi suberecti. Baccae rubrae, magnitudine RIBIS *rubri*, subtuberculato-pilosae. *Poiret.* *In Syria.* ♄. *Delabillardière.*

38. * R. *Diacantha*; aculeis geminis stipularibus, foliis cuneiformi-tripartitis (obsolete trilobisque) dentatis, floribus racemosis (erectis.) *Willd. Spec.* I. *p.* 1157. *Lam. Enc. meth.* III. *p.* 51. *Pall. ross.* II. *p.* 36. *t.* 66. *Pall. it.* 3. *app. n.* 79. *t.* 1. *f.* 2. *Schmidt östr. Baumz. t.* 97. β. foliis triplo-majoribus profunde incisis, spinis pluribus. *Pall. Fl. ross. ed. in* 8 *p.* 66.

„Aculei tantum gemini ad gemmas, caeterum inermes et medium RIBESIA inter et GROSSULARIA. Quotannis in horto upsaliensi floruit, sed nondum baccas habuit. *Linn.* Habitus R. *alpini*, sed abunde distinctum foliis et aculeis.“ *Willd.* 5 6 ped., rigidum; rami griseo-fusci, juniores e fusco flavicantes. Folia 1/2-1 poll., lobis obtusis, firma, nitida, petiolis utrinque appendice unâ alterâve. Racemi 1/2 poll., e flavo virentes, similes *alpino*; calyx patens, laciniis ovato-oblongis; petala minima, bracteae vero pedicello longiores. Baccae globosae rubrae glabrae dulcescentes, notante *Pallas.* Videtur neque in Gallia fructus ferre. An dioicum? Spontaneum nunquam flores steriles ferre *Pall.* l. c. *In glareosis saxosis salsis Davuriae.* ♄.

39. * R. *reclinatum*, ramis subaculeatis reclinatis, pedunculi bracteâ triphyllâ. *Linn. Spec. p.* 291 *Willd. Spec.* I. *p.* 1158. GROSSULARIA *reclinata Mill. Dict. n.* 1.

Nonnisi varietatem esse GROSSULARIAE *Lam.* colitur tamen, tanquam distincta species, adhucdum in *Hort. Kew.* *In Germania, Helvetia.* ♄.

40. * R. *Grossularia*; petiolis pilosis, pedunculis uni-

floris, bracteis binis, fructu hirsuto. *Smith brit. p. 266. Engl. Bot. 1292. Linn. Spec. 291. Willd. Spec. I. p. 1158. Schmidt arb. t. 99. Sturm Fl. germ. Fasc. 4. Plenck off. t. 150. Svensk bot. t. 133. R. *Uva crispa Fl. dan. t. 546. fide Smith. R. *Uva crispa β. Decand. Fl. fr. n.* 3646. R. *Uva crispa a. Lam. Enc. meth.* III. *p.* 50. Grossularia *hirsuta Mill. Dict. n. 2.* β. fructibus glabris.

„Fruticulus ramosus; aculei sub gemmis solitarii binati vel ternati; folia triloba incisa subpubescentia; petioli pilosi foliis saepius longiores; pedunculi uniflori nutantes, medio bracteis 2-3 oppositis ovatis ciliatis. Germen villosum. Baccae pendulae, hispidae." *Smith l. c.* *In Europae et Caucasi sepibus.* ♄.

Obs. Nullibi tantâ solertia tantâque industriâ Ribes *Grossularia* quam in Magna Britannia colitur, praecipue circa *Manchester*, ubi varietates plus quam CCCC nutriri affirmant, quarum quaedam ovi columbini dicuntur excedere magnitudinem. Liceat hic nomina 326 saltem transcribere e *Garten-Magaz.* 1810. *p.* 175.

A. Baccae *rubrae*: *Ackerley's* Rodney, Seedling; *Adam's* Cheshire sheriff; *Alcock's* King, Duke of Yorck; *Alexander the Great; Andrews's* Conqueror; *Ashton's* Seedling, red globe; *Astley's* Seedling. *Beaufremont*; *Beggar lad; Black Wallnut; Black eagle; Black bull; Black ram; Black king; Black virgin; Black dragon; Blackley's* Swing'em; *Boardman's* royal oak; *Bradshaw's* redkop; *Brundrit's* Atlas, (e maximis, ponderis 18 *pennw*). *) *Calderbank's* Seedling; red; *Carpenter; Carthington's* conqueror; *Champaign; Chapman's* incomparable; *Cheadle's* Surprise; *Cheetham's* bright Venus; *Chelmerdine's* Cheshire; *Clarke's* Seedling; *Clyton's* Britannia; *Coe's* Annibal; *Crimson Wallnut. Damson; Dien's* glory of England; *Down's* Cheshire round; (*Garten-M. I. Jahrg. t. 8. f. 1.*) *Dickinson's* Sapphir. *Elliot's* red hot ball. *Fairlow's* Lord Hood; *Fisher's* conqueror, (fere maxima, ponderis 20 *pennw.*); *Fok's* jolly Shmoker, royal. *Gerriot's* Achilles; *Gill's* first Seedling, second Seedling; *Gorton's* Emperor, non such; *Gregory's* perfection, supreme, great Britain conqueror. *Hall's* Porcupine; *Halmon's* dumpling; *Heart of oak; Hector; High sheriff; Hippard's* attractor; *Hoghean's* King; *Hott's* regulator; *Hulton's* great Caesar. *Jackson's* hero, slim, scarlet seedling; *Jared's* Achilles, Admiral Hepple; *Johnson's* twig'em (*Sickler's Obstgaertner Bd. 15. t. 9.*). *Johnny lad. Kenyon's* Sampson; *Knight's* Col Tarleton, scarlet seedling. *Lancashire farmer; Late red; Late damson; Layforth's* Seedling; *Lee's* red lion, black; *Lincolnshire tup; Little John; Livesey's* Duke William; *Lomack's* Victory. *Malkin wood; Mason's Hercules, Mather's* Admiral, Alexander, black lady; *Monk's* Charles Fox, Watkin; *Mongrel; Morello; Moss weather; Murrey; Mussey's* black Prince. *Nero; New Champaign. Old rough red; Ostrich's egg; Oswego sylvan. Pendleton's* Mogul, Mateless, bullock's heart; *Pine apple, Plum; Proctor's* scarlet non such. *Raf.*

*) A Pennyweight = 24 grains.

fold's beauty; *Raspberry*; *Ratcliff's* red lion; *Rawlinson's* favourite, King; *Raymond's* red; *Read's* jolly red nose; *Red mogul*; *Red Orleans* (*Sickler's Obstgaertn.* 15. T. 9.); *Red supreme*; *Red Wolf*; *Red lion*; *Richmond red*; *Rider's* black Prince, old England, King's Sheriff, Governor Penn, Free bearer; *Rambouillon*. *Shaw's* billy Dean; *Shelmardine's* red rose; Cheshire stag; *Siddal's* tup; *Singleton's* Mogul; *Stanley's* Earl of Derby, Oronocco; *Stappletone's* black Prince; *Stuckeley's* red. *Taylor's* red rose, Voluntary; *Thorpe's* Master tup, Master Wolfe; *Tilletson's* st. John, Seedling; *Tom of Lincoln*; *Trop's* pretty Betty (*Gart. Mag.* I. Jahrg. S. 468. *t.* 33 *f.* 1.); *Twamblow's* Seedling; *Two Pounders*. *Victory*. *Wareham russet*; *Warrington red*, *Welchman's* red; *Whiteley's* plentyful bearer; *Whitington's* royal Princess; *Wild's* red walnut; *Worthington's* defiance, Emperor of Marocco, glory of Eccles, Seedling, Conqueror, Hero, Cornwallis.

B. Baccae flavae: *Adern's* Seedling. *Bangen*; *Barley's* Seedling; *Bell's* bright farmer; *Blackley's* ecclipse; *Bradshew's* yellow top; *Brundrit's* Sir Sidney. *Cartenden's* Goliath's Champion; *Caton's* canary; *Cheadle's* golden lion; *Chetham's* brandy yellow; *Clyton's* canary; *Coe's* Diogenes; Washington; *Cooke's* golden champion. *Davenport's* Defender, creeping Ceres. *Early brown*. *Goldfinch*; *Golden ball*; *Golden drop*, *Goliah*. *Hamnet's* Kilton; *Hill's* golden Pumpion, royal governor; *Honey comb*; *Hulm's* dumpling. *Jackson's* golden drop. *Kershaw's* yellow willow. *Large amber*; *Leigh's* Prince of Orange. *Maddock's* drop of gold; *Mason's* jolly gibsey, golden conqueror. *Nixon's* golden eagle. *Oswego sylvan*. *Parkinson's* Goldfinder; *Pendleton's* Nonsuch. *Rawlinson's* yellow amber (*Garten-Mag.* III. Jahrg. *t.* 10.); *Ridder's* Speel-scendel Lemon, (Garten-Mag. 1806. t. 10. f. 8. *Rider's* Goliath, brandy yellow; *Robin Hood*; *Robinson's* Crudus. *Smith's* Sparkels (*Gart. Mag.* I. Jahrg. t. 14. *f.* 2.); *Stanley's* golden ball, independent, golden griffin, mullion, dolphin; *Sweet Amber*. *Taylor's* Nimrod; *Thorp's* lamb. *Unsworth's* primerose. *Williamson's* yellow hornet; *Withington's* golden sceptre; *Wrigley's* melon. *Yellow Seedling*.

C. Baccae Viridis: *Blackley's* green Chissel; *Boardman's* green oak; *Brundrit's* Tickle Toby. *Chadwick's* hero; *Creping's* Germings; *Cucumber*. *Dean's* Lord Hood. *Early green hairy*. *Fok's* green goose. *General Carlton*; *Green* globe, gage, chancellor, dragon, fig, dorrington, gascoign, griffin, gros berry, Nonsuch, Wallnut, Suggar. *Harrisonn's* favourite, Caesar; *Heilton's* Caesar *Jackson's* green John, green dizart; *Jay's* wing; *Johnson's* green willow. *Lee's* victory. *Mill's* Langley green; *Monk's* Joseph. *Nield's* gage; *Nixon's* Myrtle. *Old ball*; *Oswego Sylvan*. *Pomme-water*. *Rawlingson's* Royal George; *Read's* Pleasure; *Royal George*; *Robinson's* Stump. *Sharret's* green guge; *Shelmardine's* gentilly green; *Shipley's* Unicorn; *Smith's* green Mask; *Spronson's* St. David; *Stanley's* Reine Claude, green Margill, Syringe. *Taylor's* rainbow, green lined; *Trial*; *Triumph*. *Winning's* green; *Wothington's* Patrick, van Guard; *Wrigley's* favourite. *Yate's* Duke of Bedford; *Yearsley's* blackly Lion.

D. Baccae Albae: *Adam's* Snow ball; *Atkinson's* White-Hall. *Boardman's* Higland queen; *Button's* silver-heels. *Calderbank's*

White; *Chapman's* Highland White; *Cheshire* White Wallnut; *Crawford's* Seedling. *Davenport's* Lady. *Extra White*. *Gibson's* Apollo; *Gregory's* Highland King, Mount Pleasant. *Heroine*; *Holding's* white Muslin. *Joye's* white groat (*Garten-Mag.* I. Jahrg. t. 14. f. 1.) *Johnson's* white globe (*Garten-Mag.* 1. *Jahrg. t.* 33. *f.* 2.) *Kenyon's* white gentilly, white Lion. *Liptrot's* Duke of Bedford. *Mather's* white Mogul; *Mill's* white champion; *Milk-maid*; *Miss Bold*; *Moore's* white bear. *Nayden's* rule all; *Nield's* white rose, white stag (*Garten Mag.* I. *t* 8. *f.* 2.) *Nixon's* heart. *Pigeon's egg*; *Platt's* white. *Redford's* lilly; *Rider's* white hellebore; *Royal-White*. * *Squire Haughton's* Barradine; *Stafford's* white imperial (e maximis); *Sugar loaf*; *Swan's egg*; *Thin skinned Chrystal*; *Thorp's* white Wreen. *White Chrystal*; *white belmount*; *white imperial*; *white lion*; *white mogul*; *white olive*; *white Orleans*; *white Wallnut*; *Whitington's* rose; *Woodward's* white Smith (e maximis, 18 pen.) Confer quae D. *Cludius* circa Grossularies in doctissimo *Sprengel Garten Zeit.* 1804 339 — 60. Ibidem 181 — 189. Galli fructus Grossulariae spernunt Conf. *Duham. Trait. d'arb. fruit.* I. p. 270.

41. * R. *uva crispa*; pedunculis unifloris, bracteis connato-tubulosis, fructu glabro. *Smith Fl. brit.* p. 265. *Engl. bot. t.* 2057. *Linn. Spec.* 292. *Willd. Spec.* I. p. 1158. (*excl. Fl. dan*) *Hall. Helv. n.* 820. *Reit. et Abel t.* 67. *Schmidt Östr. Baumz. t.* 100. *Schmidel ic.* 5. *t.* 1. *Sturm Fl. germ. Fasc.* 4. *Pleuck off. t.* 149. Grossularia *Uva crispa Mill. Dict. n.* 3. R. *spinosum Lam. Fl. fr.* III. *p.* 470.

„A *Grossularia* vix differt nisi baccis glabris, bracteis basi in tubum connatis pilisque petiolorum glandulosis, notis lubricis reverà et incertis.“ *Smith l. c.* *In Europa boreali et in Sibiria.* ♄.

Obs. Cum GROSSULARIA saepe commutatur et videtur quoque a clo. *Willd. wild. Baumz.* I. *p.* 370. cum eâdem confusa in descriptione. Cls. quoque *Lamarck* hanc nonnisi *β varietatem cultam* RIBIS *Uvae crispae* foliis latioribus subglabris nitidulis, baccis nudis majoribus dicit. *Afzelius* et *Wadberg* (De vegetabil. suecanis observatt. et experimenta apud *Römer Archiv* III. *p.* 103.) affirmant: „certas stabilesque notas, quibus distinguantur RIBES *reclinatum*, *Grossularia* et *Uva crispa*, nullo modo, quidquid tentaverint, invenire potuisse. In eodem frutice se vidisse baccas hirsutas et glabras; ramos medios erectos, ambientes recurvatos, vel omnes erectos omnesve recurvatos, hosque maxime aculeatos. Caeterum baccas hasce glabras nunc, nunc hirsutas invenisse majores et minores, rotundas et oblongas, rubras, virides, et albidas, bracteas vero plerumque diphyllas, rarissime monophyllas vel triphyllas, quas triphyllas saepius tamen in fructibus ramis recurvatis. Frutices baccis hirsutis etiam pedunculos, bracteas, gemmas calycesque pilis glandulosis capitatis viscidis vestitos ferre, cum partes hae omnes aut omnino glabrae aut leviter tantum pubescentes sint in illis, quibus baccae glabrae, in quibus bractea superior interdum diphylla, superior monophylla. Etiam cls. *Besser* in *Fl.*

gal. I. *p* 186. RIB. *hybridum* ramis aculeatis, pedunculis subuniflo-ris, germine pubescente setis glanduliferis intermixtis, petiolorum ciliis glanduliferis subnudis, profert tanquam subspeciem limites *Grossulariam* inter et *Uvam crispam* turbantem, et hybridam utriusque prolem, folia enim supra lucida *Grossulariae* et hujus petiolos, bracteas vero 2-3-phyllas *Uvae crispae* et hujus calycem laciniis elliptico-oblongis exhibet.

42. * R. *oxyacanthoides*; ramis undique aculeatis. *Linn. Hort. Upsal.* 51. *Willd. Spec.* I. *p.* 1159. *Lam. Enc. meth.* III. *p.* 51. R. aculeis majoribus et subsolitariis ad gemmas, minoribus undique sparsis foliis glabris, lobis dentatis, pedunculis brevibus subbifloris, baccis glabris. *Pursh Fl. Amer. Sept.* I. *p.* 165. GROSSULARIA *oxyacanthoides Mill. Dict. n.* 4. *Dill. Eltham.* 166. *t.* 139. *f.* 166.

3 ped. Aculei tenues, rami graciles. Folia petiolata, pollices 2 et ultra lata, subtriloba, lobis inciso-serratis, demum glabris. Petioli subinde spinulosi. Flores axillares solitarii geminive, nutantes, albo-flavidi, pedunculo brevi. Baccae globosae glabrae purpureo caerulescentes subacidae. *Lam.* *In Canadae et Novi Eboraci rapibus.* ♄.

43. R. *lacustre Poiret*; spinâ subaxillari multiplici, caule undique hispidulo, foliis ultra medium lobatis, petiolis villosis, baccis racemosis hispidis. R. *oxyacanthoides Mich. Fl. bor. Amer.* I. *p.* 111. R. *oxyacanthoides* β *lacustris Pers. Syn.* I. *p.* 252. R. *lacustre Poiret Enc. meth.* II *p.* 856. R. *lacustris Pursh Fl. Amer. Sept.* I. *p.* 165.

Folia longe petiolata, pollicaria et ultra, glabra, subtus albida, lobis 3 obtusis, inciso-crenulatis. *Poir.* Flores parvi flavo-virentes; baccae succineae fuscaeve *Pursh.* *In uliginosis montosis a Canada ad Virginiam Pursh; ad lacum Mistassins Mich.* ♄.

44. * R. *Cynosbati*; aculeis subaxillaribus, baccis aculeatis racemosis. *Mill. Dict. n.* 5. *Jacq. Hort. t.* 123. *Willd. Spec.* I. *p.* 1159. R aculeis? passim subgemmis biaculeatum, foliis brevilobatis inciso-dentatis molliter pubescentibus, racemis nutanti-pauciflоris, calycibus erecto-campanulatis, baccis aculeatis. *Pursh Fl. Sept.* I. *p.* 166. *Mich. Fl. bor. Amer.* I. *p.* 111. *Schmidt östr. allg. Baumz. t.* 98. GROSSULARIA *Cynosbati Mill. Dict. n.* 5.

Facies praecedentium (*Grossularia, Uva crispa, oxyacanthoides*). Folia parum fissa. Aculeus instar spinae sub alis. Pedunculi saepius triflori. Germen in flore hispidum nec aculeatum. Corolla R. *Grossularia.* Bacca magnitudine nucis Coryli, undique armatae aculeis robustis. *Linn.* Flores virides, baccae obscure fuscae. *In Canada Kalm, ad latera colliam ad rupes in montibus Alleganis, in Japonia Thunb.* ♄.

45. R. *speciosum Pursh*; sub gemmis triplicato-aculeatum: foliis cuneato-subrotundis inciso-crenatis glabris nervosis subtus pallidioribus, petiolis brevibus, pedunculis subtrifloris foliis longioribus, pedicellis germinibusque glandulosopilosis, calycibus tubulàtis pedicellis longioribus, staminibus longissime exsertis. *Pursh Fl. Am. Sept.* II. *p.* 23.

Ramuli juniores hispidi. Flores magni, purpurei. Folia parva, aliquatenus folium THALICTRI mentientia. *Ad littus occidentale Americae Boream versus.* A. *Menziés.* ♄. *Herb. Banks.*

46. R *Menziesianum*; sub gemmis triplicato-aculeatum; ramis hispidissimis, foliis basi truncatis subquinquelobis inciso-dentatis, lobis lateralibus brevioribus, subtus tomentosis, pedunculis subbifloris foliis subaequantibus, calycibus tubulosis: limbo patente, staminibus longitudine calycis, stylo exserto, baccis globosis aculeatis. *Pursh Fl. Am. Sept.* II. *p.* 732.

Flores magnitudine et colore R. *sanguinei.* *Ad littus occidentalis Americae Boream versus.* *A. Menzies.* ♄. *Herb. Banks.*

47. R. *caucasicum Adams*; aculeis stipularibus ternis, pedunculis unifloris erectis, foliis quinquelobis inciso-dentatis. *Reliqu. Willd. MS.*

Ad Caucasum. ♄. *Adams.*

Quid: R. *frigidum Humb. Reis. ed. germ.* I. *p.* 75?

1017. STRUMPFIA.

* S. *maritima Jacq. Amer.* 218. *Pict. p.* 107. *Linn. Spec.* 1316. *Willd. Spec.* I. *p.* 1152. *Plum. Spec.* 17. *t.* 251 *f.* 1. *Pers. Syn.* II. *p.* 211.

Frutex erectus 3 ped. Rami teretes subcinerei, a casu foliorum articulati. Folia terna, similia foliis Rorismarini. Stipulae parvae acutae nigricantes. Pedunculi communes axillares foliis duplo breviores 5-flori circiter. Flores albi parvi pedicellis brevibus. Baccae molles magnitudine piselli albi. Ingrate spirat. *Jacqu.* l. c. *In Caraçao in rupibus maritimis, suburbio de Klip.* ♄.

1018. PLECTRONIA.

1. * P. *ventosa Willd. Spec.* I. *p.* 1152. *Thunb. Prodr.* I. *p.* 44. *Fl. Cap.* II. *p.* 70. P. *corymbosa Burm. Prodr. Afr.* 257. *t.* 94. *Pers. Syn.* I. *p.* 246.

Arbor ramis tetragonis. Folia opposita (et alterna, saepe obtusa) petiolata lanceolato-ovata integerrima laevia internodiis

longiora, Corymbi capillares brachiati foliis breviores. *Linn. Ad Promont. b. Spei in Grootvadersbosch.*

2. P. *chinensis Lour.*; aculeata, foliis ternatis, floribus umbellatis. *Lour. Fl. Cochinch. p.* 201.

Arbuscula 5-ped. ramosissima, aculeis ternatis recurvis brevibus. Folia lato-lanceolata subcrenata glabra, petiolo communi longo. Flores albi terminales, umbellis densis hemisphaericis, pedunculo communi longo, partialibus brevibus. Corollae petala 4 (in charact. generico 5 habet) acuta sessilia patentia insistentia ori calycis turbinati subtruncati. Antherae 5 biloculares subsessiles. Stigma sessile bifidum? Bacca calycina disperma, seminibus oblongis. *Lour.* *Spontanea in provincia Cantoniensi Sinarum.* ħ.

1019. CARPODETUS.

C. *serratus Forst. Prodr. n.* 111. *gen. p.* 33. *t.* 17. *Willd. Spec.* I. *p.* 1113. *Spreng. Pugill.* I. *p.* 20.

Arbor ramis teretibus cortice cinereo striato. Petioli alterni pubescentes canaliculati 3 lin. Folia oblonga utrinque attenuata serraturis glandulosis, superne saturate viridia pilis brevibus sparsis appressis, inferne pallida, venoso-reticulata, glabra. Pedunculi oppositifolii, petiolis breviores pubescentes, cymosi, cymâ 8-10-florâ. Calyx dentibus patentiusculis. Petala alba patentia glabra. Antherae subsessiles. *In nova Zeelandia.* ħ.

1020. HEDERA.

1. * H. *Helix*; foliis ovatis 3-5-angularibus 3-5-lobisque, floralibus ovatis acuminatis venosis, umbellis erectis. *Willd. Enum. H. Berol.* I. *p.* 266. *Spec.* I. *p.* 1119. *Smith Brit. p.* 267. *Engl. Bot. t.* 1267. *Hall. Helv. n.* 826. *Fl. Dan. t.* 1027. *Curtis lond. Fasc.* I. 16. *Bull. t.* 133. *Dreves et Hayne t.* 66. *Plenck t.* 150. *Schöllenbach Wolf* Ill. *t.* 40. *Reiter et Abel t.* 86. β. *poëtica. Bauh. pin.* 305 γ. major sterilis *Bauh. l. c.* — δ. humi repens *Bauh l. c.*

30 ped. et ultra; folia utrinque glabra, carnosa subinde variegata: pedunculi tomento e pilis stellatis; petala virentia; baccae nigrae, farinosae, aromaticae. *Ad arbores putrescentes, sepes, maros totius Europae et Caucasi; in Japonia Thunb.* ħ.

2. H. *canariensis Willd.*; foliis floralibus subrotundo-cordatis acutis nervoso-venosis, umbellis erectis. *Willd. in Berl. Mag.* II. *p.* 170. *t.* V. *f.* 1.

Rami teretes glabri; folia alterna 2-3 poll. subrotunda acuta basi cordata integerrima glabra supra nitida, inferiora suban-

gulata. Petioli 1 1/2 poll., semiteretes, glabri. Umbella multiflora simplex terminalis pedunculis incrassatis. Baccae rubrae? *Willd.* *In Canariis.* ♄. *Broussonnet.*

3. H. *pendula Swartz;* foliis ovato lanceolatis integris, umbellis subcapitatis, pedunculis longissimis pendulis. *Swartz Prodr.* 51. *Fl. Ind. occident.* I. *p.* 512. *icon. t.* 9. *Willd. Spec.* I. *p.* 1179.

Arbuscula 10-12 ped., cortice laevi, ramis patentibus subdivisis, ramulis erectis teretibus apice compressiusculis. Petioli longi angulati glabri. Folia sparsa alterna et opposita ternave obtusa vix nervosa glabertima rigidiuscula. Pedunculi axillares inter ramulos terminales solitarii 1-2-pedales, teretes, glabriusculi, nodo in medio inaequali. Umbellae simplices terminales diametro saepe 1 1/2 poll., receptaculis convexis, inferne concavis, pedicellis brevibus numerosis. Dentes calycis obtusi. Petala oblonga acuta patentia pallida, apicibus incurvis. Filamenta erecta patentia corollâ breviora. Antherae bifidae ovatae. Germen obtuse pentagonum. Stylo brevissimo. Bacca pentasperma. *Swartz.* *In montibus altis Jamaicae occidentalis.* ♄.

4. H. *nutans Swartz;* foliis ellipticis coriaceis, umbellis nutantibus hemisphaericis, pedunculis erectiusculis. *Swartz Prodr.* 51. *Fl. Ind. occid.* I. *p.* 514. *Willd. Spec.* I. *p.* 1179.

Differt a simillima *pendula* praeter characteres datos pedunculis abbreviatis, umbellis minoribus, staturâ elatiore, subinde 15 ped., foliis suboppositis vix acutis, 2 poll.; petiolis longitudine foliorum teretibus; pedunculis 3-4 poll. angulatis; receptaculo subtus valde concavo, margine dentato, pedicellis 1/2 poll.; capitulis vix unciam latis; calycis dentibus obsoletis; petalis ovatis acutis reflexis deciduis; stylo brevi pentagono. Ex *Swartz l. c.* *In cacumine montium caeruleorum Jamaicae australis.* ♄.

5. H. *terebinthinacea Vahl;* foliis septenatis ellipticis integerrimis, racemo terminali, pedunculis umbellatis. *Willd. Spec.* I. *p.* 1179. *Vahl Symb.* III. *p.* 42. *Burm. Zeyl.* 28.

Differt a VITE (AMPELOPSIDE) *heptaphyllâ:* racemorum pedunculis umbellatis calycibusque glabris, cum in illa flores verticillati sessiles in spica tomentosa. Valde ad *Unjalam Rheed. Hort. Malab. T.* VII. *p.* 55. *t.* 23. accedit; folia vero in illa latiora, et petioli partiales ad insertionem foliolorum articulati apparent. Tota glabra. Rami teretes subherbacei crassitie pennae cygneae. Folia petiolata; foliola umbellata, 3-4 poll., lateralia sensim minora, obtusa vel acuta, interdum acumine brevi, subvenosa. Petiolus spithamaeus teres basi dilatatus amplectens; pedicelli intermedii 2 poll., laterales minores. Racemus terminalis ad latus rami foliosi compositus. Pedunculus universalis, crassitie pennae anserinae; partiales quini alterni, ultimi duo conjugati,

1/2 ped., patentes. Umbellae 16-17 in singulo pedunculo partiali; radii umbellae 6-8, semiunguiculares. Cal. margo integer, brevissimus. Petala 6 linearia. Filamenta 6 longitudine corollae. Antherae basi bifidae. Stylus unicus attenuatus longitudine filamentorum. Stigma acutum. *Vahl.* *In sylvis et nemorosis Zeylonae.* ♄.

6. H. *capitata Smith*; foliis ellipticis integris, racemis compositis terminalibus, floribus sessilibus capitellatis. *Smith ic. rar.* I. *t.* 4. *Swartz Fl. Ind. occid.* 516. ARALIA *capitata Swartz Prodr.* 55. *Jacq. Amer.* 89. *t.* 61. *Ait. Hew.* I. *p.* 382. *Willd. Spec.* I. *p.* 519.

Polygama. Arbuscula 10-12 ped., trunco erecto determinate ramoso teretí, cortice cinereo fusco; rami patentes teretes foliosi saepe subdivisi, rugosi. Folia versus apicem ramulorum confertim sparsa, obovata et rhombea, acuminata, 3-4 poll., nervosa, venosa, rigidiuscula, nitida, petiolis longissimis laxis teretibus glabris. Racemus erectus ultimis ramulis subangulatis, pedicellis teretibus. Bracteae ad basin pedicellorum solitariae concavae acutae minutae. Flores albidi parvi numerosi calyculis monophyllis difformibus minutis receptaculo quasi paleaceo aggregati. Cal. margo subinteger vix 5-dentatus, persistens. Pet. 5 margini perianthii inserta oblonga acuta patula albida, lin. longa, decidua. Filamenta margini inter petala insidentia, subulata, alba. Antherae ovatae flavae. Germen turbinatum glabrum. Styli 3-5 basi coaliti contigui breves erecti, demum reflexi, rigidi. Bacca oblonga glabra immatura 5 locularis. Numerus stylorum inconstans. *Swartz.* *In subalpinis Antillarum, Jamaicae.* ♄.

7. H. *Sciodaphyllum Swartz*; foliis digitatis, (foliolis) umbellatis, aliis minoribus centralibus; racemis compositis longissimis nutantibus. *Swartz Fl. Ind. occid.* I. *p.* 519. ARALIA *Sciodaphyllum Swartz Prodr. p.* 55. *Willd. Spec.* I. *p.* 1519. *Brown jam.* 195. *t.* 19. *f.* 1.

Arbuscula 8-10 ped., diametro unciali, cortice sulcato inaequali cinereo, substantiâ fragili suberosâ, ramis subdivisis patulis laevibus, ramulis versus apices foliosis, vaginatis, crassiusculis. Folia sparsa alterna, foliolis 8-10, petiolulatis, ovato-lanceolatis acuminatis integris nervosis utrinque glabris, interioribus triplo minoribus. Petioli communes 5-10 unciar., basi appendiculati vel vaginis adnati, teretes, striati, glabri, petioli partiales unc. vel 1 1/2 unc.. Vaginae semiamplexicaules liberae ovatae obtusae coriaceo-membranaceae fuscae. Racemi terminales axillares solitarii pedales, basi vaginantes crassi, tereti-sulcati, viridi rubri, incani, umbellulis pedunculatis sparsis numerosissimis approximatis patentibus 6-10-floris. Pedunculi umbellularum 1/2 poll., teretes, crassiusculi, horizontaliter racemo insidentes. Involucellum squamis 6 8 sub umbellulis imbricatis minutis ovatis acutis adpressis in-

canis. Flores pedicellati, pedicellis brevissimis, unifloris. Calycis dentes acuti, minuti. Cor. obverse campanulata inter dentes calycis et stamina, calyptrae instar circumscissa, juxta florescentiam decidua pallide viridis. Filamenta brevissima, margini calycis inserta, antheris purpureis. Germen glabrum; styli 5 contigui. Bacca oblonga subrotunda, 5-gona, 5-sulcata, 5-locularis. Sem. oblonga compressa fusca. *Swartz.* *In sylvaticis montium altissimorum Jamaicae in montibus caeruleis.* ♄.

Obs. Hanc et sequentem etiam *arboream* HEDERIS junxit cls. *Smith.*

8. H. *arborea Swartz*; foliis ovatis, racemis terminalibus, floribus umbellulatis. *Swartz Fl. Ind. occid. p.* 518. ARALIA *arborea* caule arboreo, fol. simplicibus, umbellae universalis radiis uniglanduiosis. *Linn. Amoen. acad.* V. *p.* 369. *Willd. Spec.* I. *p.* 1518. *Swartz obs.* 119. *Lam. Enc. meth.* I. *p.* 225. III. *p.* 512. *Enc. meth. Suppl.* I. *p.* 418. *Jacq. Hort. Schoenbr. p.* 26. *t.* 51. *Ejusd. Amer. pict. p.* 47.

Rami glabri alterni, apice inprimis foliis alternis sparsis amplis ovato-oblongis utrinque glabris acuminatis membranaceis 6-8 poll., 4 poll. latis. Panicula ex umbellis patentissimis. Involucrum bracteae scariosae concavae ovato-lanceolatae acutae, pedicellis multo breviores. Stylus 5 fidus. Bacca magnitudine pisi hexagona. *Poiret.* Stylus saepe unicus. *Plum. Jacq. Lam.* *In Jamaica.*

1021. LAGOECIA.

L. *cuminoides. Linn. Hort. Cliff.* 73. *Willd. Spec.* I. *p.* 1184. *Schkuhr Handb.* I. *t.* 48. *Sibthorp Fl. graec. t.* 243. *Smith Prodr. Fl. graec.* I. *p.* 162.

Caulis gracilis herbaceus parum ramosus; folia alterna pinnata glabriuscula pinnulis brevibus inciso-dentatis mucronulatis. Umbellae pedunculatae ante anthesin nutantes, lanato-villosae. Involucra pinnato-dentata. *In arvis et vineis Graeciae frequens in Creta, Lemno, Lybia, Galatia.* ☉.

1022. ODONTANDRA.

O. *acuminata Humb.* et *Bonpl.*

Arbor 30 ped. *In America merid. Humb.* et *Bonpl.* ♄.

1023. COLLETIA,

a. *Floribus petalis instructis:*

1. C. *obcordata Vent.*; foliis obcordatis integerrimis trinerviis, ramis flexilibus virgatis, petalis squamiformibus.

Vent. Hort. Cels. t. 92. *Poiret Enc. meth. Suppl.* II. *p.* 312.

Spartium refert, caule erecto tereti ramosissimo; rami elongati rigidi, superne flexiles. cinerascentes, ramulis decussatis nodosis spinosis fere glabris, basi squamulosis, unde folia opposita petiolata, pubescentia, pallida, caducissima; spinae axillares decussatae e ramis abortivis. Flores sordide flavicantes pubescentes parvi subodori axillares primum in fasciculis parvis, demum oppositi abeuntes in spicam. Cal. extus pubescens, intus basi hirtus, laciniis rectis acutis. Squamae concavae petaloideae rotundatae cum laciniis calycis alternantes. Fructus tricoccus cortice primum molli, demum coriaceo, valvis duabus elastice dehiscente. Semina ovata nitida fusca. *Poiret.* *In Peruvia.* ♄.

2. C. *Ephedra Vent*; aphylla, ramis erectis implexis apice spinosis, floribus in ramulorum nodis conglomeratis. *Vent. Choix. t.* 16. RHAMNUS *Ephedra Herb. Domb.*

Ephedram mentitur. Caules lignosi erecti teretes ramosissimi; rami decussati approximati, basi et hinc inde passim muniti squamis parvis ovatis oppositis acutis intus hirtis, extus pilosis, brevissimis ferrugineis. Flores in glomerulis parvis oppositis basi squamis cinctis, exteriores sessiles, inferiores pedunculati. Cal pubescens. Squamae glabrae concavae ovato-rotundatae antheras obtegentes. Germen globulosum villosum, sulcis 3 obsoletis. *Vent.* *In Peruvia.* ♄.

b. *Floribus apetalis:*

3. C. *serratifolia Vent.*; foliis ellipticis argute serratis. *Venten. Hort. Cels. p.* 92. *Choix. t.* 15. RHAMNUS *spartium Herb. Domb.*

Habitu LYCII. Caules lignosi, ramis numerosis oppositis, patentissimis, spinosis, spinis subinde foliosis, longitudine internodiorum. Folia petiolata opposita glabra oblonga obtusa, 1/2 ut plurimum poll., basi squamis aliquot munita. Flores laterales axillares subsolitarii in pedunculis simplicibus filiformibus subcurvatis longitudine folii. Cal. glaber, laciniis brevibus ovatis reflexis. Plicae 5 squamiformes. Germen glabrum pyriforme. Fructus tricoccus dilute fuscus. Semina lucida nigricantia. *Vent.* *In Peruvia.* ♄.

4. C. *spinosa Lam.*; foliis integerrimis ellipticis. *Lam. Illustr.* II. *p.* 90. *t.* 129. *Poiret Enc. meth. Suppl.* II. *p.* 313. C. *spinosissima Gmel. Syst. Veg. p.* 408. C. *horrida Willd. Spec.* I. *p.* 1113. *Vent Hort. Cels. p.* 92. *Pers. Syn.* I. *p.* 245.

Caules glabri lignosi teretes, ramis numerosissimis, spinis oppositis horridissimis. Folia parva petiolata opposita glabra apice subinde denticulata caducissima, ut arbuscula saepe aphylla

videatur. Flores laterales solitarii aut subfasciculati, pedunculis brevibus simplicibus reflexis. Cal. urceolatus, laciniis brevibus ovatis obtusissimis reflexis, intus plicis-squamiformibus. Cor. nulla. Germen trigonum. Stigma trilobum. Cocculi fere reniformes. *Poiret.* *In Peruvia et Brasilia.* ♄. Jos. de *Jussieu* et *Commerson.*

Species dubiae:

5. C. *polyacantha Humb.* et *Bonpl.*; pedunculis unifloris, foliis obovatis, ramis spinosissimis. *Reliqu. Willd. MS.*

In Peruvia. ♄. *Humb.* et *Bonpl.*

6. C. *spicata Humb.* et *Bonpl*; spicis axillaribus, foliis lanceolatis subsessilibus reflexis caducis, ramis distichis spinosis. *Reliqu. Willd. MS.*

In Peruvia. ♄. *Humb.* et *Bonpl.*

1024. CONDALIA.

C. *microphylla Cav.*; spinis terminalibus et axillaribus, fol. ovatis subsessilibus. *Cav. ic.* VI. *p.* 16. *t.* 525. ZIZYPHUS *myrtoides Ortega Dec. plant. p.* 119.

ZIZYPHO affinis, sed stylo 1 et petalis nullis distincta. Caulis tripedalis ramosissimus, ramis pendulis, spinâ terminatis validâ durâ rubellâ. Folia minima acuta glabra solitaria et terna, spinis axillaribus subulatis, folia excedentibus. Flores saepe 4-partiti, 4-andri, axillares, congesti in pedunculo simplici foliis longiore. Calycis laciniae intus flavae. Stamina calyce breviora, stylo stigmate emarginato terminato longiora. Drupa glabra, subcarnosa. *Cavan.* *In Chili.* ♄.

1025. CERVANTESIA.

C. *tomentosa Ruiz* et *Pav.*; foliis linearibus oblongis, floribus racemosis subsessilibus. *Flor. peruv.* III *p.* 19 *t.* 241. *f.* 6. *Poiret Enc. meth. Suppl.* II. *p.* 170. et, hoc teste: C. *bicolor*, caule arboreo, foliis oblongis ferrugineo-tomentosis, floribus racemosis. *Cavan. icon.* V. *p.* 49-50. *t.* 475.

Arbuscula 12-15-ped., ramis sparsis flexuosis, junioribus tomento fusco. Folia subovato-oblonga subinde, integerrima, margine parum revoluta, sparsa, utrinque tomentosa, supra aetate demum glabra, 2-3 poll., poll. lata. Petioli breves, crassi, tomentosi. Flores parvi in racemis sublanatis; pedicelli brevissimi demum elongati penduli. Bracteae lanceolatae caducae. Cal. tomentosus, cum fructu increscens. Corollae loco squamae 5 albidae (cor. monopetala, calyce triplo brevior, laciniis 5

rotundatis. *Cavan.*) Stigma simplex obtusum obsolete umbilicatum. (Stigma emarginatum et veluti bicorne *Cavan.*; hinc clo. *Persoon Syn.* I. *p.* 235. planta Cavanillesiana fors alius esse generis videtur.) Nux glabra. *Ruiz* et *Pav. In Peruviae praeruptis circa Acobamba, in imis calidis provinciae Cantae.* ħ.

1026. GLAUX.

* G. *maritima Linn. Hort. Cliff.* 43. *Roth. germ.* I. 109. II. 280. *Willd. Spec.* I. *p.* 1210. *Smith brit. p.* 268. *Engl. Bot. t.* 13. *Guertn. fil. t.* 184. *f.* 11. *Schkuhr t.* 50. *Fl. dan. t.* 548. *Loesel pruss. t.* 3. *Plukn. t.* 53. *f.* 3.

Rad. e fibris longis tortuosis subcarnosis. Caulis erectus palmaris subramosus teres dense foliosus. Folia opposita oblonga integerrima glabra subtus pallidiora. Flores axillares solitarii subsessiles incarnati. *Smith.* *In Europae maritimis salsis. Linn.*; in Austria ad Danubium; in Bohemia ad Albim; in Ungaria ad aquas minerales. 2.

1027. ILLECEBRUM.

1. * I. *verticillatum*; caulibus (procumbentibus) filiformibus glabris, foliis subrotundis, calycibus pentagonis aristatis. *Villars* apud *Schrad. Journ.* 1801. *p.* 409. *c. fig. Linn. Spec.* 298. *Willd. Spec.* I. *p.* 1205. (excl. β.) I. fol. ovatis petiolatis glabris, floribus verticillatis nudis, calycibus aristatis, caulibus prostratis. *Willd. Enum. H. Berol.* I. *p.* 272. *Smith brit. p.* 268. *Engl. Bot. t.* 895. PARONYCHIA *verticillata Decand. Enc. meth. Suppl.* IV. *p.* 302. et *Fl. franç.* III. *n.* 2286. *Fl. dan. t.* 335. *Vaill. t.* 15. *f.* 2. *Petiv. t.* 10. *f.* 7.

Rad. subrepens. Folia carnosa, obovato-lanceolata. Stipulae lacerae 4 parvae fuscae. Cal. 5-sulcatus, aristis multo minoribus quam in praecedente, foliolis basi excavatis. Flores nivei verticillati numerosi. *In Europae pascuis udis.* 2.

Obs. Inter omnes Linnaei species solum D. *verticillatum* characteri generico Linnaeano respondet, reliquae ad PARONYCHIAM, ACHYRANTHEM et CELOSIAM debent referri. *Gaertn. de Fruct. Sem.* II. *p.* 218. — Cl. *Decand Enc. meth.* V. *p.* 83. *n.* 1. huc ut synonymon dueit PARONYCHIAM *argenteam Lam. Fl. fr.* 836, quam iterum l. c. *p.* 84. *n.* 7. tanquam distinctam habuit speciem, et quae a *Poiret* vocatur ad *hispaniceam.*

2. * I? *cymosum*; caule ramoso erecto, (divaricato;) foliis (linearibus) subteretibus glabris aristatis, floribus cymosis, bracteis brevissimis, (capitulis terminalibus echinatis.) *Villars in Schrad. Journ.* 1801. *p.* 408. *t.* 4. *Linn.*

Spec. I. *p.* 299. *Willd. Spec.* I. *p.* 1206. (excl. Syn. ad ILL. *echinatum* spectantt. et ad PARONYCHIAM *polygonifoliam*, ut *Dalecham p.*) *Smith Prodr. Fl. graec.* I. *p.* 163. *Sibthorp Fl. graec. t.* 245. PARONYCHIA *cymosa Decand.* in *Lam. Enc. meth.* V. *p.* 26. *n.* 15. *Decand. Fl. fr.* III. *p.* 402. *n.* 2284.

Planta facie *Sedi* aut *Polygoni*. Caulis filiformis brachiatus. Folia subquaterna linearia crassiuscula. Flores digesti in spicas secundas. Spicae in cymas tam laterales quam terminales. Calyces pentaphylli colorati apice forniçati aristati. In viva generis certitudinem inquirant Autoptae. *Linn.* 2-3 poll. caule tereti pubescente, apice ramis oppositis s. verticillatis corymboso. Folia sub ramis fere verticillata, stipulis minimis. Rami apice plerumque trifidi, seu pedunculis 3 brevibus, terminatis capitulo florum parvi. Folicla calycis albida, poroso-punctata, aristâ in hamum inflexâ, basi membranulâ reflexâ, intus excavatâ, semen oblongum acutum fuscum minimum. *In Gallia meridionali*, in *Cevennis*, *circa Orange*, *in arenosis maritimis Hispaniae*, *Graeciae*. ☉.

Obs. Cls. *Smith* l. c. hue ducit: PARONYCH. *lusitan.* polygoni folio, capitulis echinatis *Tournef. Inst.* 508., quae a *Villars*, *Brotero*, *Desfontaines* ad ILLECEBRUM *echinatum*.

3. I. *echinatum*, *Poiret*; caule ramoso prostrato, floribus glomeratis axillaribus nudis, calycibus inferne ventricosis, hirsutis, apice longe aristatis rigidis. *Brotero Fl. lusit. p.* 302. *Poiret Voy. en Barb.* II. *p.* 128. *Desfont. Atlant.* I. *p.* 204. *Villars* apud *Schrad. Journ.* 1801. *p.* 409. *t.* 4. PARONYCHIA *echinata Lam. Fl. fr.* III. *p.* 232. (excl. syn. *Linn.*) *Decand. Enc. meth.* V. *p.* 23. *n.* 3. Paronychia lusitanica Polygoni folio, capitulis echinatis. *Tournef. J. R. H.* 508. (fide *Brotero*, *Desfont.* et *Villars*) *Boccone sic. t.* 20. *f.* 3. *Morison Sect.* V. *t.* 29. *f.* 5.

Caules 4-8 poll., graciles, articulati, lutescentes, subpubescentes, foliosi. Folia parva, ovata, acuta, vel obovato-acuminata, scabra, subinde etiam obtusa, glabra, margine pilosa, sessilia vel subpetiolata, opposita, et saepe in axillis foliis minoribus. Fasciculi florum breves seu verticilli, saepius secundi bracteis pilosis, parvis. *In arenaceis circa Conimbricam*, *in Barbaria et in maritimis Galloprovinciae*. ☉.

Obs. Ill. *de Jussieu* ILL. *cymosum* dubitans ad ILLECEBRA vocat; suadent alii, et ut videtur natura. Si vero *cymosum*, etiam et *echinatum* erit ILLECEBRUM.

4. I. *leucurum Lichtenst.*; foliis ovatis basi angustatis setâ terminatis pubescentibus, spicis cylindraceis basi interruptis. *Lichtenst. Spicil. Fl. capens. MS.*

In terra Coranarum. *Culta in Hort. Helmstaedt.*

Species dubiae, fors PARONYCHIAE.

5. I? *tenuifolium Willd.*; caule ramoso diffuso pilosiusculo, foliis lineari-lanceolatis subciliatis, floribus axillaribus stipulis longioribus. *Willd. Enum. H. Berol. Suppl. I. p.* 12.

Habitat — *Berolini in Frigidario.* ☉.

6. I? *sibiricum de Vest*; caule decumbente, foliis oblongis petiolatis, capitulis nitidis axillaribus sessilibus, petiolo brevioribus. *De Vest in litt.* I. *sessile Pall. Herb.* in *Johanneo.*

Radiculae nullae e nodulis caulis debilis. Folia pollicaria, satis longe petiolata, glabra, opposita. Capitula candida, nitida. Descriptio *sessilis* (quod non vidi) non convenit cum nostra. *De Vest.* An ALTERNANTHERA fors haec Sibiriae incola? *In Sibiria.*

Species dubiae e Reliquiis Willdenowianis ab ill. de Schlechtendal communicatae. Anne PARONYCHIAE potius?

7. I. *Orva Vahl*; foliis alternis obovatis spicisque paniculatis tomentosis. *Reliqu. Willd. MS.*

In Aegypto, unde attulit Forskål. Vahl.

8. I. *mauritanicum Brouss.*; foliis oblongis utrinque acutis, floribus congestis axillaribus, bracteis ovatis, caule filiformi procumbente. *Reliqu. Willd. MS.*

In Mauritania. ♃. *Broussonet.*

9. I. *gomphrenoides Humb.* et *Bonpl.*; foliis ovatis acutis pilosis, capitulis florum pedunculatis globosis. *Reliqu. Willd. MS.*

In America merid. Humb. et *Bonpl.* — An fors ALTERNANTHERA *gomphrenoides?*

10. I. *glommeratum Hoffmannsegg*; foliis obovatis denticulatis strigosis, glomerulis florum sessilibus axillaribus. *Reliqu. Willd. MS.*

In arenosis Brasiliae. Com. ab *Hoffmannsegg.*

11. I. *villosum Humb.* et *Bonpl.*; foliis ovatis caulequeque villosissimis, floribus capitatis. *Reliqu. Willd. MS.*

In America merid. Humb. et *Bonpl.* An ALTERNANTHERA *villosa?*

12. I. *diffusum Humb.* et *Bonpl.*; foliis oblongis petiolatis, spicis aggregatis sessilibus, ramulis pilosis. *Reliqu. Willd. MS.*

Ad Orinoccum. ♃. *Humb.* et *Bonpl.* An IRESINE *diffusa?*

13. I. *Humboldtianum*; foliis linearibus, spicis axillaribus oblongis sessilibus, caule procumbente. I. *maritimum Reliqu. Willd. MS.*

In Cumana. 2. *Humb.* et *Bonpl.*, Nomen mutandum, cum jam *Villars* habuisset *maritimum*.

14. I. *peploides Humb.* et *Bonpl.*; foliis ovato-spathulatis, caule procumbente, floribus glomeratis axillaribus. *Ielliqu. Willd. MS.*

In S. Domingo. Humb. et *Bonpl.*

15. I. *congestum Rudolphi*; ramosum, diffusum, foliis lanceolatis pubescentibus, floribus capitatis tomentosis. *Reliqu. Willd. MS.*

In S. Domingo. Rudolphi.

16. I. *densum Humb.* et *Bonpl.*; foliis oblongo-lanceolatis glabris, floribus capitatis sessilibus, caulibus ramosis procumbentibus, ramis lanatis. *Reliqu. Willd. MS.*

In America merid. Humb. et *Bonpl.*

1028. PARONYCHIA.

1. P. *brasiliana Decand.*; caulibus diffusis, foliis pubescentibus, aristatis. *Decand.* in *Enc. meth.* V. *p.* 23. *n.* 2.

Habitus ILLECEBRI *verticillati*, sed radix lignosior. Caules numerosi, simplices ramosique in rosulam expansi. Folia opposita, singulo basi stipulis 2 lanceolatis, scariosis. Folia oblonga. Axillae foliorum glomerulis parvis florum vestitae, non verticillis; flores exsiccati fusci, bracteis argenteis. *Decand. Ad vias in Montevideo. Commerson.* Specimina ab eodem lecta *ad Bonariam* et *fretum magellanicum* clo. *Decandolle* eadem videntur species, licet minora, magisque ramosa: characteres reliqui iidem.

2. P. *polygonifolia Juss.*; caulibus prostratis, foliis ovato-lanceolatis glabris, floribus lateralibus terminalibusque. *Illecebrum polygonifolium Villars hist. delph.* II. *p.* 557. *t.* 16. *Idem apud Schrad. Journ.* 1801. II. *p.* 410. *t.* 4. I. fol. lanceolatis margine scabris, floribus lateralibus terminalibusque, caulibus prostratis scabriusculis. *Willd. Enum. H. Berol.* I. *p.* 272. *Ill. verticillatum* β. *Willd. Spec.* I. *p.* 1205. *Ill. Paronychia* β. *Pers. Syn.* I. *p.* 261. *n.* 6. PARONYCHIA *polygonifolia Decand. Fl. fr.* III. *p.* 403. et *Enc. meth. Suppl.* IV. *p.* 303., et, hoc teste: ILLECEBRUM *alpinum Vill. delph.* I. *p.* 296. *p.* 324. et 379.

Videtur *Villarsio* genuinum ILLECEBRUM *Paronychia Linn.* ob calycem cucullatum et characteres reliquos; sed, teste *Willdenow l. c.*, species propria est, *verticillato* proxime affinis.

Affinis *serpyllifoliae*, sed distincta foliis perfecte glabris nec ciliatis; floribus bracteâ longioribus, nec iisdem occultatis; ab ILLECEBRO *verticillato* staturâ torosiore, et calyce non mucronato differt praeter characteres generis. Caules teretes elongati flexiles nodosi; rami fere filiformes, ramosi, cespitosi. Folia parva, obtusa; bracteae lanceolatae acutae lucidae argenteae, longitudine fere foliorum. Calyces vix acuti. *Decand* *In aleibus et circa hortos Delphinatns Vill.*; *in Pyrenaeis Ramond*, (cùjus specimina) *in Lusitaniae monte Estrella Link.*

Obs. Huc, teste *La-Peyrouse*: Paronychia hispanica *Clus Hisp.* II. p. CLXXXII. Paron. hisp. Clus. s. Anthyllis nivea. *J. Bauh.* III. p. 379. Polygoni hispanici genus Clusii. *Dalechamp Lugd.* II. p. 1125 (quod in *Spec.* cum? ad ILLECEBR. *cymosum*). Polygon. montanum *Tabernaem. ic.* 234. Detestable! *Vaill. Herb.* — Annon huc potius ILL. *Kopela Hacquet*, quod a *Villars* ad *serpyllifoliam*?

3. P. *italica*; foliis glabris oblongo-lanceolatis subtus bracteisque appressis, ramis erectis, floribus lateralibus terminalibusque. ILLECEBRUM *paronychia italica Vill. l. c. c. tc. p.* 410. ILLECEBRUM *paronychia Pers. Syn.* I. *p.* 261. *n.* 7.

Villarsio narbonensis varietas videbatur, quae nunc *hispanica*, et, ut nobis videtur, *β Decand.* calyce pariter mucronato, sed ut petala Umbelliferarum, inflexa; attamen calycis foliola dorso mucronata. *In Italia, et circa Massiliam.* 4.

Obs. Mirum hujus nequidem in synonymis factam fuisse mentionem in *Flora gallica.*

4. P. *hispanica Decand.*; floribus bracteis nitidis obvallatis, caulibus procumbentibus, foliis laevibus. ILLECEBRUM *Paronychia Mill. Dict. n.* 2. *Kniph. Cent.* I. *n.* 46. *Willd. Spec.* I. *p.* 1206. *Pers. Syn.* I. *p.* 261. *n.* 6. *Smith Prodr. Fl. graec.* I. *p.* 163. *Sibth. Fl. graec. t.* 246. Ill. fol. lanceolatis hirto-scabris, floribus aggregatis axillaribus, caulibus prostratis hirtis. *Willd Enum. H. Berol.* I. *p.* 272. et, hoc teste: ILL. *narbonense* caulibus prostratis hirsutis, fol. lanceolatis acutis margine scabris, floribus lateralibus. *Villars* in *Schrad. Journ.* 1801. II. *p.* 411. *t.* 4. (cujus fide ILL. *argenteum Pourr. Chlor. p.* 321.) *Pers. Syn.* I. *p.* 261. *n.* 8. P. *hispanica*; caulibus prostratis pubescentibus, foliis laevibus mucronatis. *Decand. Enc. meth.* V. *p.* 24. P. *argentea Lam. Fl. franç* III. *p.* 230. P. *argentea α. hispanica Decand. Fl. fr.* III. *p.* 404. *n.* 2290. P. *glomerata Mönch meth.* 315. P. *vulgaris Desfont. tabl. de l'Ecole* 1815. *p.* 53. PARONYCHIA *hispanica Clus. Hist.* II. *p.* 183. *Tournef. Inst.* 507. (fide *Smith.*)

Decandolle Fl. fr. III. *p.* 404. *n.* 2290 et *Poiret Enc. meth. Suppl.* IV. *p.* 305 monet: PARONYCHIAM *argenteam*, caulibus prostratis ramosissimis fruticosis, foliis muticis glabris *Decand. Enc. meth.* V. *p.* 24. *n.* 7. *hispanicae* tantum varietatem esse foliis minus acutis, caulibus fere glabris, bracteis albido-argenteis lucidis, et ad hanc varietatem citat P. *hispanicam Tournef. Inst. p.* 507. *Linnaeus* videtur species plures sub ILLECEBRO suo *Paronychia* habuisse, plantâ sane polymorphâ, cujus caules plus minus frutescentes, plus minus procumbentes ramosique. Folia oblonga; stipulae scariosae argenteae aristatae, 2-4 ad nodum singulum. Flores parvi axillares, bracteis tecti argenteis. Hujus varietates 3 distinxit *Decandolle Enc.* V. *p.* 24. *α. fratescentem*, caule fruticoso ramosissimo suberecto 2-3 poll., foliis angustis mucronatis; *β. oblongam*, caule herbaceo, magis prostrato, foliis angustioribus, mucronatis, quae affinis *serpyllifoliae*; *γ. rotundatam*, foliis latis, subrotundis mucronatis, caulibus prostratis elongatis. *Villars* de *narbonensi* sua ait: Bracteae quam in *italica* duplo majores; calyx margine subdiaphanus, subtus s. extus hirsutulus, intus nervis 5. Foliola calycis non aristata cucullatave, nec basi foveolata. Antherae rubrae. *Vill.* *In Gallia meridionali; α in arenosis siccis Ungariae et insul. Archipelag. graec.; β et γ. in Hispania.* ♄. 24.

5. P *pubescens Decand.*; caulibus prostratis ramosis, foliis ovato-oblongis hirsutis, floribus axillaribus, hirsutis. *Decand. Fl. franç.* III. *p.* 403. *n.* 2283. *Idem Enc. meth.* V. *p.* 303. et hoc teste:

α. J. *maritimum*; caulibus prostratis, foliis oblongis acutis (fere acuminatis) margine scabris, floribus lateralibus. *Villars* apud *Schrad. Journ.* 1801. *p.* 412. *c. ic. Pers. Syn.* I. *p.* 261. *n.* 9.

β. J. *lugdunense*; caulibus prostratis ramosissimis hirsutis, foliis lanceolatis binis, bracteis quaternis semilanceolato-linearibus. *Vill. l. c.* *Pers. l. c. n.* 10.

Stipulae breves obtusae subargenteae. Flores parvi axillares, a bracteis non occultati, similes HERNIARIIS. *Decand.* Et fors generis quoque HERNIARIAE. De *maritima α* divus monuit *Villars:* Habitus *polygonifoliae*, caule simplici; bracteae duplo breviores quam in *hispanica*, et calycis foliola oblonga obtusa, apice fimbriata. Caps. triangularis, conica. *β* subjecit: Haec species et 2 praecedentes (*hispanica* scilicet, et *pubescens α maritima*) habitum HERNIARIAE prae se ferunt, et dubitanter hic referuntur. *In Pyrenaeis; α ad Rhodani ostia circa Aix, β in hort. bot. schol. veterin. Lugdun.*

6. P. *serpyllifolia Juss.*; caulibus nodosis ramosis prostrato-repentibus, foliis obovato-lanceolatis margine ciliatis subcarnosis, floribus bracteis occultatis terminalibus. ILLECEBRUM *serpyllifolium Vill. Hist.* II. *p.* 558. et apud *Schrader l. c. cum ic. p.* 413. ILL. *Hopela. Hacq. pl. alp.*

carn. 8. *T.* II. *f.* 1. PARONYCHIA *serpyllifolia Decand. Enc. meth.* V. *p.* 24. *Fl. franç* III. *p.* 404. *n.* 2289. *Poiret Enc. meth. Suppl.* IV. *p.* 303. ILL. *Paronychia* β. *Gmel. S. V. p.* 427. (?) β. *herniarioides Pourr.* caulibus nodosis repentibus prostratis, foliis ovato-cordatis ciliatis, floribus terminalibus. *Vill. l. c. Pourret Chlor. p.* 321.

Habitus THYMI Serpylli; foliola calycis pubescentia, intus striata, margine subdiaphana, fimbriata, acuminata, non cucullata. Stamina 10, quorum 5 sterilia. *Vill.* Stipulae breves latae argenteae saepe ciliatae. Bracteae magnae argenteae numerosae. In β. Folia bracteaeque majora; foliola calycis oblonga, obtusa, ciliata, intus striata. stamina tantum 5. Germen conicum, stylus simplex *Ad ripas Durantiae circa Grènoble, Gay, in Gallo-Provincia.* 4.

Obs. Decandolle Fl fr. l. c. jubet excludi synonymon a *Villaro* allatum. ILL. *Kopela Haeq.* bracteis obtusis nec apiculatis differt.

7. * P. *capitata Juss.*; cauliculis surrectis, foliis carinato-oblongi apice ciliatis bracteisque appressis, permixtis floribus terminalibus. ILLECEBRUM *capitatum Vill. Hist.* II. *p.* 358 et apud *Schrad. l. c. p.* 414. *Linn. Spec.* I. *p.* 299. ILL. floribus bracteis nitidis occultantibus capitula terminalia, caulibus erectiusculis, fol. ciliatis subtus villosis, *Mill. Dict. n.* 3. *Willd. Spec.* I. *p.* 1207. *Smith Prodr. Fl. graec.* I *p.* 163. *Sibth. Fl. graec. t.* 247. PARONYCHIA *capitata Lam. Fl. fr.* III. *p.* 229. *Decand Fl. fr.* III. *p.* 404. *n.* 2291. PARONYCH. *rigida Mönch. Meth.* 315. *Lobel. Ic.* 420. Paronych. narbon. erecta, *Tournef. Inst.* 508. (fide *Smith.*)

Folia pubescentia, (parvicula) bracteis membranaceis ejusdem magnitudinis. Calycis foliola oblonga, acuta, fimbriata. Antherae fuscae. Germen trigonum. Stipulae lineares longitudine foliorum obtusorum. Bracteae terminales acuminatae. *Decand. In acclivibus Montelimard; in Gallia Narbonensi, Hispania, Ungaria, Oriente, ins. Rhodo.* 4.

8. P. *arragonica Vest* capitulis terminalibus axillaribusque, bracteis nitidis ovatis flores superantibus, foliis lanceolatis acutis pubescentibus, caulibus ramosis erectiusculis. ILLECEBRUM *arragonicum de Vest in litt.*

Differt a P. *capitata* bracteis ovatis (nec lanceolatis) magnis fere 1/2 poll., flores fere duplo superantibus; capitulis majoribus; foliis vix longitudine bracteae multo angustioribus; stipulis angustissimis folio paulo brevioribus (nec longitudine foliorum). Cauliculi ramosi subnodosi firmi distorti. *De Vest. In Arragonia.* 4. *Herb. Joannei styriac.*

9. P. *nivea Decand.*; caulibus suberectis ramosissimis, foliis patentibus villosis, bracteis maximis flores occul-

tantibus. *Decand. Enc. meth.* V. *p.* 25. ILLECEBRUM *niveum Pers. Syn.* I. *p.* 261. *n.* 13. *Barrel. Icon.* 687. et 725?

Habitus P. *hispanicae*, sed minus diffusa. Caules numerosi ramosi subascendentes, pubescentes, articulati. Folia opposita, ovato-oblonga, pilis albis, magis remota, quam in *hispanica* et huic simillima. Bracteae magnae, lanceolatae, numerosissimae in apice caulis, ubi capitula formant parva argentea, splendida, in quibus absconditi flores. *Decand.* *In Gallia meridionali et Hispania. In Fl. gall. non recepta; nequidem ut synonymon.*

10. P. *subulata Decand.* radice crassa, caule erectiusculo, foliis subulatis longis, floribus terminalibus. *Enc. meth.* V. *p.* 25. ILLECEBRUM? *subulatum Pers. Syn.* I. *p.* 261. *n.* 14.

Caules parum ramosi, hirsuti. Folia quasi pulvere glauco inspersa, opposita, numerosa, basi stipulis scariosis albis lanceolatis, folio brevioribus. Flores rari, elongati, bracteis calycibusque acutissimis. *Decand.* *In India? Herb. de Juss.*

11. P. *striata Decand.*; caule erecto cymoso ramoso, calycibus striatis. *Enc. meth.* V. *p.* 25. ILLECEBRUM *striatum Pers Syn.* I *p.* 261. *n.* 17. ILLECEBRUM *alsinefolium Herb. Commerson.*

Rami magis quam in reliquis denudati. Folia subspathulata, basi in petiolum attenuata, mucrone parvulo. Folia parum numerosa, basi stipulis 2 parvis oppositis basi dilatatis aristatis, in ramis superioribus saepè foliorum loco. Flores cymosi aut corymbosi, bracteis minimis, vix apparentibus. *Decand.* *In Herbar. europaeo. Commersoni.*

12. P. *dichotoma Decand.*; caule erecto pluries dichotomo, foliis distantibus oblongis muticis, floribus cymosis. *Enc. meth.* V. *p.* 25. ILLECEBRUM *dichotomum Pers. Syn.* I. *p.* 261. *n.* 18.

Caules elongati subnudi. Folia obtusa, pubescentia, singulo basi stipulis 2 latis lanceolatis folio brevioribus. Cymae foliis bracteisque parvis intermixtae, sed non argenteae generis. *Decand.* *Patria? Herbar. de Jussieu.*

13. P. *linearifolia Decand.*; caule recto villoso, foliis linearibus longis, capitulis terminalibus. *Enc. meth.* V. *p.* 26. ILLECEBRUM? *linearifolium Pers. Syn.* I. *p.* 261. *n.* 19.

Habitus *Caryophyllacearum*; caulis ramosus, nodosus; folia opposita, glabra vel pubescentia; stipulae ad basin folii singuli lanceolatae, quarum aliquae ciliatae. Bracteae capitulorum argenteae, lanceolatae, acutae. Capitula plus minus grandia, subinde sphaerica. *Decand.* *Patria? Herb. de Jussieu.*

14. P. *bengalensis Juss.*; caule erecto herbaceo, foliis

alternis oppositisque lanceolatis pubescentibus. ILLECEBRUM *benghalense Linn. Mant.* 213. *Willd. Spec.* I. *p.* 1207. ACHYRANTHES *bengalensis Lam. Enc. meth.* I. *p.* 549. *Pers. Syn.* I. *p.* 259. *n.* 23.

Caulis erectus subpubescens minime albus pedalis s. sesquipedalis. Folia passim alterna, passim opposita, subsessilia, lato-lanceolata, acuminata, pubescentia utrinque viridia. Spicae parvae hirsutae albae, non modo e singulis foliorum alis, sed etiam in summitate, ubi absque foliis glomeratae. *Linn.* *In India orientali, Bengala, Java.* ☉.

15. P. *arabica Juss.*; floribus sparsis congestis bracteas nitidas aequantibus, caulibus procumbentibus. ILLECEBRUM *arabicum Linn. Mant.* 51. *Willd. Spec.* I. *p.* 1207. *Gmel. Syst. Veg.* I. *p.* 427. *n.* 14. *Pers. Syn.* I. *p.* 261. *n.* 16. CORRIGIOLA *albella Forsk. descript. p.* 207. *Gmel. Syst Veg. p.* 505. *n.* 3. P. *arabica Descr. de l'Egypte t.* 18.

Simillima ILL. *Paronychiae* (P. *hispanicae*); at flores non in capitula terminalia, sed per totum caulem sparsi congestique, bracteis non flore longioribus. Stamina basi connexa urceolo 2-dentato, dentibus staminibus interpositis. Styli 5. Folia PARONYCHIAE, (*hispanicae*) sed angustiora. *Linn. H. V. Decandolle Cat. H. Monsp. p.* 130. distinguit hanc speciem caule dichotomo diffuso, foliis oblongo-linearibus aristato-mucronatis, floribus subcongestis sessilibus, bracteis argenteis perigoniisque aristato-mucronatis longitudine inter se acqualibus. *In Arabia. Forsk.* ☉.

16. P. *canariensis Juss.*; fruticosa, foliis ellipticis acutis, stipulis bracteisque ovatis brevioribus, paniculis terminalibus dichotomis. ILLECEBRUM *canariense Linn. Suppl.* 161. *Willd. Spec.* I. *p.* 1206.

Caule arboreo lignoso, et paniculis indicatis a reliquis satis distinctum. *Linn.* *In Teneriffa.* ♄. *Masson.*

17 * P. *alsinifolia Juss.*; caulibus diffusis, foliis ovatis, floribus congestis, bracteis nitidis. ILLECEBRUM *alsinefolium Linn. Mant.* 51. *Willd. Spec.* I. *p.* 1209. *Pers. Syn.* I. *p.* 261. *n.* 21. *Scop. delic. insub.* III. *t.* 13. ILLECEBRUM *frutescens Herb. Commers.* (fide *Decand. Enc. meth.* V. *p.* 25.) Paronych. hisp. supina alsinifolia, capitulis minoribus. *Tournef. Inst.* 508.

Caulis primo erectus, dein depressus, teres, glomerulis pilorum asperus, mox supra terram ramosus, 2-5 ped. Rami primum oppositi, dein alterni. Folia brevipetiolata, opposita, deflexa utrinque, aetate rubentia, glomerulis pilorum adspersa, ut caulis, ramea obtusiora. Capitula parva lateralia ovata obtusa sessilia, bracteis oblongis villosis acutis albis. Flores parvi foliolis calycinis 5 oblongis cartilagineis, supra medium luteis, apice truncatis aut inciso-dentatis. Filamenta alba

antheris luteis. Stylus brevis rectus, stigmate rotundato, convexo. Semen unicum. *Scop.* *In Hispania? Semina tulit divus Scopoli a Thouin, et ex India ferunt allata.*

Obs. An fors LAHAYA *alsinifolia*? Character specificus vix abludit.

18. P. *lanuginosa Poir.*; caule ramosissimo prostrato lanuginoso; foliis ovatis subsessilibus villosis vix stipulaceis, floribus axillaribus glomeratis lanuginosis. *Poiret Enc. meth. Suppl.* IV. *p.* 303.

Radix fere lignosa; caules numerosi, vix adscendentes, graciles, articulati, foliis oppositis vix petiolatis obtusis, 3 circiter lin.; stipulae minimae; flores tomento albo densissimo; bracteae lanceolatae acutae ex albo cinerascentes. *Poiret.* *In S. Domingo.* 4. *Herb. Desfont.*

19. P. *sedifolia Salt it. abyssin. ed. Germ.* I. *p.* 476.

PARONYCHIAM inter et CARISSAM videmus a clo. Rob. *Brown* in *Salt* it. l. c. genus novum conditum, cui SALTIA nomen. Utrum vero illi vel huic sit propinquius, nescimus ob characterem generis desideratum.

1029. ANYCHIA.

1. A. *herniarioides Mich.*; humifusa, confertа, undique pubens, foliis oblongo-ovalibus ciliatis, setulâ terminatis, laciniis calycis subulatis, acumine setaceo patuloque. *Mich. Fl. bor. Amer.* I. *p.* 113. *Pursh Fl. Amer. Sept.* I. *p.* 176. A. *Herniariae Pers. Syn.* I. *p.* 261.

In arenosis aridis Carolinae septentrionalis.

2. A. *argyrocoma Mich.*; cespitosa, procumbens, caulibus minutim puberulis, foliis linearibus acutissimis subpilosis, capitulis fasciculato-terminalibus argenteis, calycis pilosi apicibus barbatis longius acuminatis. *Fl. bor. Amer.* I. *p.* 114. *Pursh Fl. Amer. Sept.* I. *p.* 176.

Habitus ILLECEBRI *Paronychiae.* s. PARONYCHIAE *hispanicae.* *In rupibus superioris Carolinae* et *Virginiae.* 4.

3. A. *dichotoma Mich.*; caule (patulo) dichotomo (ramosissimo), foliis lanceolatis (glabris erectis), caulinis oppositis, rameis alternis, floribus solitariis alaribus axillaribusque, (stipulis floralibus calyce glabro subaequalibus.) QUERCIA *canadensis Willd. Enum. H. Berol.* I. *p.* 137. *Spec.* I. *p.* 132. *Gronov. virg.* 14. *Orteg. Dec. t.* XV. *f.* 2. ANYCHIA *dichotoma Mich. Fl. bor. Amer* I. *p.* 113. *Juss. Annal. du Mus.* II. *p.* 133. *Pursh Fl. Amer. Sept.* I. *p.* 176.

Rad. fibrosa; caulis strictus, spithamaeus, teres, filiformis, erectus. Herba LINI *cathartici.* Folia lanceolato ovata, integer-

rima, utrinque punctis fuscis aspersa. Stipulae geminae, utrinque acutae membranaceae. Flores subpedunculati parvi virides ex singulâ dichotomiâ. Cal. 5-partitus, foliolis obtusiusculis, subfornicatis. Antherae flavae, 2-3, (in spontanea semper 5). Germen subrotundum. — Spontanea altior caule capillari; culta crassior, et foliis minime punctatis. *In Virginia, Canada, Nov. Eboraco, Kentucky in collibas calcareis siccis.* 2. ♂. in *Hort. Kew.*, uti apud nos. In hortis saepius nomine QU. *multiflorae* occurrit, fors ob flores, antequam dichotomia absolvitur, conglomeratos. Etiam in culta stamina tantum 2 saepissime vidimus.

1030. GYMNOCARPON.

G. *decandrum Forsk. descr.* 65. *t.* 10. *Gmel. S. V. p.* 429. *Desf. Atl.* I. *p.* 203. G. *fruticosum Pers. Syn.* I. *p.* 636. TRIANTHEMA *fruticosa*, fruticosa monogyna, filamentis alternis antheriferis. *Vahl Symb.* I. *p.* 32. *Willd. Spec.* II. *p.* 636. *Poiret Enc. meth.* VIII. *p.* 43.

Fruticulus ramosus glaberrimus. Rami patuli, articulis superne parum incrassatis, fusco-punctatis, inferne cinereis. Folia opposita sessilia carnosa teretia 2 lin, mucrone pungente. Interdum fasciculis foliorum in axillis. Stipula utrinque ovata acuta foliis triplo brevior hyalina. Flores terminales in ramulis 4-5 sessiles, interjectis bracteis hyalinis. Cal. 5-fidus (intus violaceus) tubulosus, laciniis lincaribus margine membranaceis obtusis, infra apicem mucronatis. Filamenta ad basin laciniarum capillacea. Germen oblongum. Stylus stigmate acuto. Semen (immaturum licet) membranâ cum stylo secedente tectum. Hinc TRIANTHEMIS junxit divus. *Vahl. In Aegypti desertis Kahirinis inque regno Tunetano.* ♄.

1031. TRIANTHEMA.

a. *Floribus pentandris:*

1. * T. *monogyna*; floribus monogynis. *Linn. Mant.* 69. *Willd. Spec.* I. *p.* 635. T. *Portulacastrum Linn. Spec.* II. *p.* 635. *Kniph. Orig.* 4. *praef. Trattinn. tabular.* 702. *Herm. parad. t.* 213. *Plukn. Alm. t.* 95. *f.* 4.

Caules depressi subdichotomi articulati laeves, latere superiore pubescentes. Folia petiolata opposita ovalia obtusa integerrima margine rubra, folio altero semper minore. Petioli bidentati, folio breviores. Flores axillares sessiles. Cal. perianthium diphyllum, foliolis subulatis persistentibus, vel potius Bracteae. Petala 5 ovalia, sub apice mucronata, quasi ex calyce et petalis simul nata. Filamenta 5-10, corollâ breviora. Antherae ovales didymae. Germen semiinferum retusum bicorne. Stylus filiformis, hinc hispidus, longitudine corollae. Stigma simplex.

Genus vix aliud magis difforme, ideoque nisi specialis character habeatur, facile species confunduntur. *Linn. H. U.* *In Jamaica, Curassao.* ☉.

2. T. *crystallina Vahl*; floribus monogynis congestis, foliis ovalibus, caule fruticoso. *Vahl Symb.* I. *p.* 32. *Willd. Spec.* I. *p.* 635. PAPULARIA *crystallina Forsk. descr.* 69. *Gmel. S. V. p.* 429.

Caules ramosi procumbentes diffusi. Rami filiformes glabri, obsiti papulis hyalinis aeque ac folia, teretes, articulati. Folia opposita integerrima avenia crassiuscula, vix semiunguicularia, altero latere breviora, folio altero minore. Petiolus longitudine folii, basi bidentatus. (stipulis membranaceis utrinque adnatis, lanceolatis, *Forsk.*) Flores congesti alterni minuti. Cal. 5-fidus, laciniis sub apice mucronatis. *Vahl.* Cor. calycina monopetala, 5-fida, viridis, laciniis extus infra apicem mucronatis. Cal. nullus. Antherae extus rubrae, polline flavo. Stam. cum corolla alternantia. Germen supra excavatum cylindricum. Stylus filiformis brevis. *Forsk.* *In Arabia et India orientali.* ♄.

3. * T. *pentandra*; floribus digynis. *Linn. Mant.* 70. *Poiret Enc. meth.* VIII. *p.* 43. RACOMA *digyna Forsk. Aegypt. p.* 71. ROCAMA *arabica Gmel. Syst. Veg.* I. *p.* 455. *Plukn. Alm.* 304. *t.* 120. *f.* 3.

Caulis pedalis erectus teres scabriusculus. Folia opposita petiolata elliptica obtusiuscula integerrima erecto-patentia oleracea. (pollicaria) Rami alterni breviores. Flores axillares alterius s. alterius alae inter ramum et caulem: subsessiles, plures, congesti, intus pallidi, extus virentes. Cal. monophyllus campanulatus 5-partitus intus purpurascens, laciniis lanceolotis, sub apice mucronatis, persistens. Cor. nulla. Filamenta 5 setacea erecta distantia longitudine corollae. Germen superum obtusissimum rubrum. Styli 2, longitudine germinum recurvati, supra longitudinaliter pubescentes. Stigma simplex. Fructus ut in congeneribus. *Linn. H. U.* *In Arabia.* ♄.

4. * T. *decandra*; floribus subdecandris digynis. *Linn. Mant.* 70. *Willd. Spec.* II. *p.* 636. T. *decandra* (*glinoides*) *Pers. Syn.* I. *p.* 487. ZALEIA *decandra Burm. Ind.* 110. *t.* 31. *f.* 3.

Herba staturâ *Glini*. Caulis herbaceus alternatim diffusus. Folia opposita petiolata elliptica integerrima glabra. Petioli utrinque membranacei. Bracteae membranaceae. Flores axillares breviter pedunculati. Cal. 5-phyllus persistens, foliolis ovalibus margine membranaceis, intus alis exterioribus sub apice mucronatis. Cor. nulla. Filamenta 10, rarius 1, capillaria, longitudine calycis. Antherae subrotundae. Germen superum retusum. Styli 2. filiformes patuli. Stigmata obtusa. Fructus ut in congeneribus *Linn.* *In India.* ☉.

5. T. *humifusa Thunb.*; monogyna, foliis lanceolatis

caule frutescente tereti. *Thunb. Prodr.* I. *p.* 80. *Willd. Spec.* II. *p.* 636.

Ad Promont. b Spei. ħ.

6. T. *anceps Thunb.*; monogyna, foliis lanceolatis, caule frutescente ancipiti. *Thunb. Prodr.* I. *p.* 80. *Willd. Spec.* II. *p.* 636.

Ad Promont b. Spei. ħ.

1032. CELOSIA.

1. * C. *argentea*; foliis lineari-lanceolatis, stipulis (sub) falcatis, pedunculis angulatis, spicis scariosis ovato-cylindricis. *Hornem Hort. H. Havn.* I *p.* 240. *Willd. Spec.* I. *p.* 1197. *Thunb. Jap. p.* 106. *Lour. Fl. Cochinch.* I. *p.* 203. *Kniph. Cent.* 6. *n.* 22. *Knorr Del.* I. *t.* H. *Mart. Cent. t.* 7. β. fol. linearibus. *Rheed. t.* 39.

Folia sunt linearia. Possideo varietatem indicam foliis angustissimis. *Willd.* Caulis angulatus, ramis rectis adscendentibus. Folia integerrima, subtus tomentosa, alterna, petiolis brevibus. Spicae oblongo-conicae, albo-rubrae, solitariae, terminales. Cal. exterioris foliola 3 lanceolata membranacea erecta persistentia, interioribus lanceolatis erectis breviora. Filamenta subulata, superius libera. Antherae oblongae incumbentes. Germen rotundum tubo staminum saepe inclusum. Stylus longitudine corollae stigmate crassiusculo, plano. Caps. globosa. Semina pauca lenticularia nigra nitida. *Lour.* *In Chinae et Cochinchinae agris; in Japonia.* ☉.

2. C. *pyramidalis Burm.*; foliis lineari-lanceolatis, caule exstipulato, spicis (elliptico) ovatis, bracteis longitudine corollae. C. *albida Willd.* I. *p.* 1197. *Pers. Syn.* I. *p.* 259. C. *pyramidalis Burm. Ind.* 65. *t.* 25. *f.* 1. C. *pallida H. Vind.* (fide *Balb. Append.* I. ad *Catalog. taurin.* 1813.)

Similis *argenteae*, sed distincta defectu stipularum, spicis, bracteis angustioribus albidis membranaceis, nec scariosis nitidis. *Willd.* *In India orientali* ☉.

3. * C. *margaritacea*; foliis oblongis acuminatis basi valde angustatis, pedunculo communi angulato, spicis oblongo-cylindraceis subsessilibus, in ramulis (sulcato-) angulatis approximatis. *Humb.* et *Bonpl. Nov. Gen.* et *Spec.* II. *p.* 157. C. foliis ovatis, stipulis falcatis, pedunculis angulatis, spicis scariosis. *Mill. Dict.* 1. *Willd. Spec.* I. *p.* 1198. (nec 1168 ut sphalmate, et excluso, fide *Hort. Kew. 2. ed.* II. p. 58. synonym. *Mart.*) *Rheed.*

Malab. X. *p.* 75. *t.* 38. (fide *Willdenow*, *Poiret Enc.* V. *p.* 36. eandem ad *argenteam* α. ducit).

Simillima *argenteae*, ut fere varietas, sed folia fere ovata. Stamina purpurea. *Linn.* C. *argentea* ab hac differt foliis linearibus apice attenuatis. Variat C. *margaritacea* foliis latioribus et angustioribus, spicis niveis et rubicundis. *Willd. Enum. H. Berol. p.* 270. *In Malabaria.* ☉.

Obs. Mirum hanc CELOSIAE speciem desiderari in *Hort. New. ed.* 2. C. *margaritacea Lour.* ex agris Cochinchinae et Chinae (*Cochinch. p.* 203), adductâ licet diagnosi Linnaeanâ et *Rheed.* X. *t.* 38., alia videtur species tum ait: caulis cespitosus, 2-ped., erectus, stipulis subfalcatis; folia oblongo-ovata, *subrepanda, opposita, petiolis brevibus.* Spicae oblongae subteretes densae fulvae erectae *solitariae*, terminales. In nostram cultam quadrat ad amussim descriptio data a clo. *Hunth* in *Humb. et Bonpl. nov. gen.* l. c.: „rami glabri. Folia *alterna, integerrima*, reticulato-venosa glabra membranacea cum petiolo subsemipollicari 5 poll., 15-16 lin. lata. Stipulae ad basin petioli oblongae acutae subfalcatae aut lineari-subulatae, petiolum subaequantes. Spicae axillares et terminales approximatae acutae, breviter pedunculatae, subsessiles, 1 1/2-2 pollicares, crassitie digiti minoris. Flores densi subsessiles, 5 lineas longi, tribracteati. Bracteae ovato-lanceolatae, acuminato-subulatae albido-diaphanae, uninerviae, glabrae, exterior major, rhachi insidens; 2 interiores oppositae, basi calycis insidentes eoque dimidio breviores. Calyx 5-partitus; laciniis oblongo-lanceolatis, submucronato-acutis, substriatis, margine diaphanis glabris, nitentibus, subaequalibus. Stamina 5 calyce dimidio breviora. Filamenta basi connata in urceolum membranaceum 5-dentatum ovarium aequantem, superne libera subulata, glabra; dentibus cum staminibus alternantibus, obtusis. Antherae lineares, incumbentes, biloculares. Ovarium subrotundo-ovatum, glabrum. Stylus rectus, glaber, indivisus, stamina superans. Stigma capitatum. Capsula ovato-subrotunda, compressiuscula, laevis, glabra stylo coronata et calyce vestita, polyperma, circumscissa. Semina lenticularia laevia nigra nitida. Culta prope Havanam. An haec fors C. *marylandica Retz Obs.* 3. *p.* 17; quae *margaritacea* β *Gmel. S. V. p.* 425? *Poiret l. c.* C. *margaritaceam* nonnisi varietatem esse *argenteae* asserit, cum *Burmanno* sentiens *Ind. p.* 64?

4. * C. *gnaphaloides*; fruticosa lanata, foliis oppositis ovatis subtus albis, capitulo globoso pedunculato. *Linn. Suppl.* I. *p.* 161. *Willd. Spec.* I. *p.* 1202. *Pers. Syn.* I. *p.* 260. *n.* 16.

Simillima lanatâ albâ superficie ILLECEBRIS *lanatis*, a quibus differt foliis oppositis et capitulo solitario globoso terminali. *Linn.* An ILLECEBRUM? quaerit *Persoon* et *Poiret.* *In Monte-Video in Brasilia. Thouin.*

5. * C. *cristata*; foliis ovatis acuminatis, stipulis falcatis, pedunculo communi striato, spicis oblongis compressis. *Willd. Enum. H. Berol. p.* 271. *Willd. Spec.* I. *p.* 1203. *Rumph Amb.* V. *t.* 84. α. spicis rubris dilatatis pli-

catis. *Knorr Delic.* I. *t.* H. 5. 6. *a.* coccineis. *b.* purpureis, cernuis. *β.* spicis oblongis compressis abbreviatis rubris. *γ.* spicis flavis (fulvisve) comprestis abbreviasis oblongis. *δ.* spicis flavis paniculatis.

Variat praeterea foliis angustis et latis. *Rumph* adducit varietatem purpurascentem; *Burmann* flavescentem. *In India orientali. Linn.* Semina vero e Japonia fuisse Bataviam delata manifeste dicit *Rumph* l. c.

Obs. Confer *Obs.* D. *Deleuze* in *Poiret Enc. meth. Suppl.* IV. *p.* 318.

6. C. *comosa Retz*; spicis cylindricis comosis, foliis lanceolatis. *Retz obs.* VI. *p.* 26. *Willd. Spec.* I. *p.* 1198.

Caulis erectus nudus ramosus. Folia lanceolata integerrima nuda. Spicae cylindricae, superne steriles, et saepius plurimum divisae, comosae evadunt e bracteis minutis imbricatis. Has inter hinc inde flos solitarius emergit. Flores bracteis subulatis corollâ nonnihil brevioribus distinguuntur. Corollae colorem in sicca planta distinguere non potui. Stamina generis. Stylus et stigma leviter trifidum corollâ fere duplo longiora persistunt. Caps. operculata, disperma. *Retz.* l. c. *In India orientali.*

β. C. *nitida Vahl*; foliis ovato-deltoidibus attenuatis, spicis terminalibus ramosis, floribus distinctis, caule suffruticoso. *Vahl Symb.* II. *p* 44. *Willd Spec.* I. *p.* 1199. *Sloane Hist.* I. *p.* 142. *t.* 91. *f.* 5. (? secundum *paraphrasin potius f.* 1.)

Caulis teres erectus ramosus. Rami alterni angulati glabri, uti tota planta. Folia alterna 1 1/2 poll., valde attenuata, basi acuta, vix repanda. Petiolus unguicularis. Spicae compositae, raro simplices in axillis supremis, palmares et ultra; spiculae alternae 1 1/2 poll., simplicissimae. Rhachis flexuosa angulata. Flores distincti, contigui. Cal. triphyllus, foliolis ovatis acutis hyalinis carinatis. Petala 5 lanceolata nitida sordide flavescenti-fusca. Sem. plura nitida. Quamvis ACHYRANTHI *sarmentosae* affinis, ob calycem tamen et corollam et seminum numerum CELOSIIS jungo. *Vahl.* *In India occientali.* *b.* D. *Martfelt.* Confer LESTIBUDESIAM *paniculatam.*

8. * C. *coccinea*; foliis ovatis strictis inauriculatis, caule sulcato, spicis multiplicibus cristatis. *Mill. Dict. n.* 4. *Willd. Spec.* I. *p.* 1199. *Poiret Enc. meth.* V. *p.* 37. An C. *purpurea St. Hilaire* 38. *t.* 5.

Differt a C. *cristata* foliis triplo crassioribus, fragilibus, floribus penitus purpureis, nec rubicundis carinâ purpureâ; staminibus corollâ brevioribus nec longioribus. *Linn.* Caulis profunde sulcatus 4-5 ped.; folia longe acuminata subundulata decidua. *In India.* ☉.

9. * C. *castrensis*; foliis lanceolato-ovatis, lineatis, acuminatissimis, stipulis falcatis, spicis cristatis *Mill. Dict. n.* 5. *Willd. Spec.* I. *p.* 1200. *Lour. Flor. Cochinch.* I. *p.* 202. *Camerar. Epitom.* 792. *Rumph Amb. l.* 8. *c.* 45. *t.* 84. (fide *Lour.*). *Barrel. rar. t.* 1195. *Boccone Mus.* II. *t.* 66.

Rami laterales ex alis singulis. Folia subtus venis rubris striata, inferiora saepe terna. Stipulae dimidiatae falcatae. *Linn.* Caulis 1 1/2 ped. ruber striatus crassus, ramis simplicibus assurgentibus. Folia integerrima glabra sparsa, lineis rubris obliquis, subtus, petiolis brevibus. Flos sanguineo-ruber, spicis terminalibus magnis, axillaribus oblongis parvis. Sem. compresso-globosa, nigra, nitida. *Lour.* *In India; passim culta in China et Cochinchina.* ⊙.

10. * C. *Monsoniae Retz*; foliis subulatis (pungentibus) verticillatis, caule ramoso divaricato (tomentoso), spicis compactis (ovato) cylindricis. *Willd. Spec.* I. *p.* 1200. *Retz Obs.* II *p.* 13. *Ait. Hew.* I. *p.* 288. ILLECEBRUM *Monsoniae Linn. Suppl.* I. *p.* 161. *S. V. ed.* XV. *p.* 260. ACHYRANTHES *pungens Lam. Enc. meth.* I. *p.* 546. ACHYRANTHES *Monsoniae Pers. Syn.* I. *p.* 258. *n.* 8. *Plukn. Alm.* 11. *t.* 334. *f.* 4. *Amalth.* 13. *t.* 357. *f.* 4.

Caules prostrati, terminati ramis magis elongatis spithamaeis canescentibus. Folia inferiora conferta fere in cespitem, reliqua verticillata subulata. Spicae oppositae et terminales oblongiusculae cylindricae subincarnatae albicantes pulcherrimae, (tomentosae). *Linn.* *In India orientali.* ⊙.

11. C. *caudata Vahl*; foliis ovatis, racemis compositis laxis longissimis, pistillo bifido, caule exstipulato. *Vahl Symb.* I. *p.* 21. *Willd. Spec.* I. *p.* 1201. ACHYRANTHES *paniculata* capitulis lateralibus paniculatis. *Forsk. Descript.* 48.

Caulis herbaceus sulcatus glaber. Folia alterna acuminata integerrima glabra 1 1/2 pollicaria. Petiolus folio duplo brevior. Racemus pedalis, racemulis alternis, remotis. Flores alterni distincti. Bracteae scariosae glabrae oblongae. Cal. et Cor. scariosa hyalina. Caps. disperma. Semina subrotunda emarginata nitidissima nigra. Habitu proxime accedit ad CELOSIAM *trigynam. Vahl.* Stipulae binae lunatae. Pedunculi terminales longissimi. Filamenta basi lata. *Forsk.* Hujus fors varietatem esse *Poiret Enc. meth.* V. *p.* 39. *In Arabia felici.*

12. * C. *nodiflora*; foliis cuneiformibus acutiusculis, spicis globosis lateralibus. *Linn. Fl. Zeyl. p.* 101. *Poiret Enc. meth. Willd. Spec.* I. *p.* 1202. C. fol. oblongis utrinque acuminatis pubescentibus, spicis globosis

subsessilibus lateralibus terminalibusque. *Meyer Fl. Essequeb. p.* 126. *Jacq. Hort. Vind. t.* 98. *Burm. Zeyl. p.* 16. *t.* 5. *f.* 2. *Plukn. Alm. p.* 27. *t.* 133. *f.* 2.

1 1/2 - 2 ped. teres suberectus flexuosus punctis paucis albidis. Rami alterni horizontaliter patentes, infimi saepe longitudine caulis. Folia obverse lanceolata glabra acuta subundulata integra in petiolum attenuata glauco-viridia. Pedunculi communes solitarii breves crassi. Flores ex albo virentes membranacei in capitulo subrotundo. Calycis foliola 5 extus hirsutula setâ terminata. Germen ovatum pedicellatum. Stigma capitato-bifidum antheraeque purpurascentes. Semen nitidum ferrugineum. *Jacq. Barrmanno l. c.* videtur COMPHRENA. Folia in spontanea sua pubescentia, nec glabra esse, antherasque luteas, nec purpurascentes. *Meyer l. c.* An vero re verâ eadem? *In Zeylona Burm.* et *Jacq.; in arenosis insulae Wacanama Meyer.* ☉.

13. C. *dichotoma Roth;* foliis ovato-oblongis mucronatis, pubescentibus, tenuissime ciliatis, spicis globosis, lateralibus, brevissime pedunculatis, perianthiis carinâ scabris. α. *pubescens.* β. *pilosa. Roth nov. pl. Spec. MSS.*

Caulis in α.) pilis brevissimis pubescens; in β.) pilis articulatis flexilibus, in caule sparsis, ad nodos et in ramis copiosioribus. Spicae globosae, in α.) magnitudine Pisi majoris, e viridi flavescentes: in β.) magnitudine Cerasi mediocris, ferrugineoflavescentes. A C. *nodiflora Linn.* recedit figurâ foliorum et perianthiis carinâ scabris. *H. in India orientali.* B. *Heyne.*

14. C. *aspera Roth;* caule adscendente ramosissimo aculeolis aspero, foliis oblongis, mucronatis, remote dentatis, spicis axillaribus, fastigiatis, pedunculatis, ovato-subrotundis, perianthiis laevibus. *Roth nov. pl. Spec. MSS.*

H. in India orientali. B. *Heyne.*

15. C. *patula Willd.;* foliis oblongis acutis; spicis filiformibus axillaribus folio brevioribus, ramis divaricatis. *Willd. Act. Am. n. c. Berol.* IV. *p.* 198.

Caulis herbaceus diffusus, folia breviter petiolata, glabra, venosa, glauca; *Rottler.* *In India orientali.*

16. C. *polygonoides Retz;* foliis cordatis caule hispido, racemo spicato laxo, floribus trigynis. *Retz Obs.* II. *p.* 12. *Willd. Spec.* I. *p.* 1202. *Poiret Enc. meth.* V. *p.* 39.

Caulis herbaceus erectiusculus striatus hispidus. Folia obtusa petiolata alterna scabra. Racemi simplices, glomerulis alternis remotis sessilibus subbifloris laevibus. Flores trigyni calycibus scariosis. Capsula urceolata, ore contracto operculata, calyce longior, polysperma. *Retz l. c.* An non potius LE-

STIBUDESIA? Folia in ramis striatis parva, subrotunda, obtusa, scabriuscula. Spicae subterminales longae angustae. Flores agglomerati bini terni, sessiles laeves alterni, calycibus corollisque? membranaceis. Caps. pyriformis corollâ longior. *Poiret* ad specimen in *Herb. Lamarck.* *In Malabaria.* ♄.

17. C. *madagascariensis Poir.*; caulibus subsarmentosis, foliis lanceolatis sinuatis obtusis, floribus racemoso-spicatis. *Poiret Enc. meth.* V. *p.* 39. *n.* 14.

Caules sulcati, flexuosi, ramis divaricatis; folia petiolata alterna glabra. Flores in fasciculis remotis spicas sistentibus erectas axillares terminales solitarias racemumve. Flores parvi albocinerei. An ACHYRANTHES? *Poiret.* *In Madagascar. Commerson* et *Martin* in *Herbar. Lamarck.*

18. C. *melanocarpos Poir.*; glaberrima foliis ovatis integerrimis, floribus terminalibus agglomerato-spicatis, interruptis; caule subtetragono. *Poiret Enc. meth. Suppl.* IV. *p.* 319.

Caules herbacei recti ramosi angulosi glabri, ut tota planta; folia alterna petiolata, superiora ovata, subinde sublanceolata, pollicaria et ultra, saepe foliis axillaribus stipularum ad instar. Flores argenteo-lucidi in spica recta cylindrica plus minus interrupta. Foliola calycis ovata obtusa. Semina minima, nigro-lucida. *Poiret.* *Ad Senegal flav.* ⊙?

19. C. *glauca Wendl.*; foliis alternis lineari-lanceolatis carnosis canis, corollâ urceolari, limbo 5-dentato, stylo tripartito. *Wendl. Hort. Herrenhus. p.* 4. *t.* 2. *Pers. Syn.* I. *p.* 260. *n.* 19.

Videtur generis distincti, cum corolla 1- nec 5-petala; capsula perpendiculariter nec transversim dehiscat in partes 2; styli fere 3. Sem. plura. An LESTIBUDESIA? *In Promont. b. Spei.* ♄.

20. C? *humifusa Humb.* et *Bonpl.*; foliis oblongis utrinque acutis petiolatis, spicis axillaribus sessilibus, caule procumbente. *Reliqu. Willd. MS.*

Pili caulis et florum sub lente scabri. *Ad Caracas. Humb.* et *Bonpl.*

21. C. *echinata Humb.* et *Bonpl.*; foliis ellipticis petiolatis utrinque acutis, spicis axillaribus ovatis echinatis, caule procumbente. *Reliqu. Willd. MS.*

Ad Orinoccam. ♃. *Humb.* et *Bonpl.*

22. C. *tomentosa Humb.* et *Bonpl.*; foliis ovatis acutis subtus tomentosis, spicis axillaribus cylindraceis sessilibus. *Reliqu. Willd. MS.*

In America merid. Humb. et *Bonpl.*

1033. CHAMISSOA.

1. C. *altissima Humb.* et *Bonpl.*; caule fruticoso; foliis ovato-oblongis, acuminatis, subtus pubescentibus; capsulis globoso-compressis. *Humb.* et *Bonpl. nov. Gen. et Spec.* II. *p.* 158. *t.* 125. ACHYRANTHES *altissima* caule suffruticoso scandente, paniculis terminalibus axillaribusque ramosis. *Swartz Prodr.* I. *p.* 51. *Ejusd. Hor. Ind. occid.* I. *p.* 522. (auct. herb. hort. Paris.) *Jacq. Am. p.* 81. *Vahl Symb.* II. *p.* 43. *Loefl. it. ed. Germ. p.* 395. *Willd. Spec.* I. *p.* 1195. *Pers. Syn.* I. *p.* 259. *n.* 14.

Tota glabra. Caulis superne augulatus. Folia alterna 2 poll., subtus pallidiora. Petiolus pollicaris. Spicae sessiles ramosae, ramis 2-3-poll., saepe simplices, 1 1/2 poll. Flores glomerulis confertis. Bracteae ovatae acuminatae parvae. Cal. flavescens. Stylus bifidus. Sem. unicum. *Vahl.* Jam *Persoon* olim dubitavit, anne potius CELOSIA? *In sylvis montium Jamaicae et in regno novogranatensi.* ♄.

Obs. Descriptio data a clo. *Poiret* ad specimina sicca ACHYRANTHIS *altissimae* ita ambigit CH. *altissimam* inter et *macrocarpam*, ut dubius haereas utrum ad hanc vel ad illam sit vocanda. Nobis propior tamen videtur *macrocarpae*, licet cls. *Poiret* omnem supra adductam synonymiam laudet ad suam.

2. C. *macrocarpa Humb.* et *Bonpl.*; caule herbaceo; foliis oblongo-ovatis, acuminatis, glabris; capsulis lagenaeformibus; calyce duplo longioribus. *Humb.* et *Bonpl. nov. Gen. et Spec.* II. *p.* 159.

Caulis scandens, sulcato-angulatus, glaber. Folia alterna, basi in petiolum breviter angustata, reticulato-venosa, integerrima, membranacea, 3-4 poll., 1 1/2-2 poll. lata. Petioli pollicares, canaliculati, glabri. Flores glomerati; glomeruli spicati; spicae axillares solitariae, 1 1/2-2 poll.; rhachi pubescente. Bracteae ovatae, acuminato-subulatae, carinato-concavae, albido-diaphanae, uninerviae, glabrae, calyce breviores. Calyx laciniis lanceolato-oblongis, acutis, planiusculis, uninerviis, albido-diaphanis, glabris, subaequalibus. Stamina inclusa. Stylus indivisus. Stigmata patentia, ubique glandulosa. Capsula conico-lagenaeformis, calyce persistente cincta styloque coronata, albido-virescens, glabra. Semen lenticulari-reniforme, nigrum, nitidum, endocarpio succulento demum sicco et membranaceo involutum. *Crescit in ripa obumbrata fluvii Magdalenae prope Mompox.* ♃.

1034. LESTIBUDESIA.

1. L. *arborescens R. Br.* caule fruticoso volubili, foliis elliptico-oblongis subacuminatis glabris, paniculis terminalibus axillaribusque, floribus trigynis. *R. Brown Prodr.* I. *p.* 414.

Ad littora nov. Holland. intrà tropicum.

Obs. A reliquis facie parum diversa; secundum b. *Soland.* stigmata profunde emarginata; fructus dehiscentia nondum observata.

2. L. *spicata Anb. d. Pet. Thouars*; (caule lignoso), foliis alternis ovatis integerrimis, floribus spicatis. *Poiret Enc. meth.* I. *p.* 541. A. *Pet. Thouars Vegét. des îles d'Afrique p.* 53. *t.* 16. et *Nov. gen. Madagasc. p.* 5. *n.* 17. apud *Röm. Collect. p.* 199.

Rami debiles herbacei patentes, juniores foliis distantibus glabris acutis acuminatisve 2 poll. et ultra, petiolo supra canaliculato, 4-5 lin. Flores parvi herbacei bini terni in spica gracili elongata erecta lineari terminali. Calycis lobi 5 rotundati, basi squamis 3 parvis. Filamenta basi in urceolum 5-dentatum connata, dentibus calycis lobis oppositis. Antherae latere dehiscentes. Germen obsolete-tetragonum compressum, stylis 4 s. stigmatibus sessilibus elongatis tomentosis. Caps. 1-locularis subinflata, basi calyce cincta, seminibus plurimis basi affixis, parvis subreniformibus nigris laevissimis. *Pet. Th.* *In Madagascaria.* ♄. A. *du Pet. Thou.*

Obs. Mirum clm. *Poiret l. c.* reliquarum a *R. Brown* huc delatarum specierum ne verbulo quidem fecisse mentionem.

3. L. *virgata;* fruticosa glabra, foliis caulinis spathulatis, rameis lanceolatis, floribus aggregatis spicatis. CELOSIA *virgata Jacq. Collect.* II. *p.* 279. *Icon* II. *t.* 539. C. foliis ovatis acuminatis undulatis, caule suffruticoso, racemo laxo, bracteis membranaceis, pistillo trifido. *Willd. Spec.* I. *p.* 1201. C. *trigyna Hort.*

„Non esse eandem cum *trigyna*, ut cls. *Dryander* suasit, „(sub cujus nomine etiam obtinuit eandem *Jacquin*)“ et facillime esse distinguendam notis indicatis.“ *Willd. l. c.* Semperviresens, 4-pedalis, erecta, caule ramisque virgatis, ramulis fructificantibus solis depereuntibus. Caulis striatus crassitie calami, medullâ albâ, basi fuscescens. Folia alterna petiolata acuminata integerrima interdum undulata, 4-5-unc.; stipulae falcatae acutae integerrimae. Flores viriduli in spiculis brevibus, axillaribus terminalibusque. Cal. 3-phyllus scariosus, foliolis lanceolatis acuminatis patentissimis corollâ brevioribus albidis cum mucrone fusco. Petala 5 longe lanceolata, acuminata patentissima viridula. Cal. et Cor. in fructu connivent. Filamenta petalis duplo breviora. Antherae didymae. Stigma trifidum filiforme patens. Sem. circiter 6. *Jacq.*

Habitat?

4. L. *paniculata R. Br.*; foliis ovato-oblongis, caule assurgente paniculato, spicis alternis terminalibus remotis. CELOSIA *paniculata Linn. Spec.* I. *p.* 298. *Swartz Obs. p.* 100. *Willd. Spec.* I. *p.* 1199. *Poiret Enc. meth.* V. *p.* 37. *n.* 7. *Sloane Hist.* I. *t.* 91. *f.* 2.

Caulis teres prostratus ramosus. Folia *alterna* ovata acuminata. Rami terminati paniculâ e spicis alternis saepe ramosis. Flores alterni distincti. Stamina corollâ breviora. Stigma trifidum *Linn* Caulis 3 4 ped. Folia alterna, (ad nodos opposita *Miller*). Flores lucidi sericei pallide flavi, staminibus corollâ brevioribus. *Poiret.* *In Jamaicae occidentalis saxosis aridis.* ⊙. ♂ *H. Hew. 2. ed.*

Obs. Mira in synonymia plantae hujus confusio. *Linn. Spec.* 298. ad C. *paniculatam* suam ducit *Blitum album majus scandens Sloane Hist.* I. *p.* 142. *t.* 91. f. 2.; *Willdenow* vero ad eandem ducit Amaranthum fruticosum erectum, spica viridi laxa et strigosâ *Sloane Hist.* I. *t.* 91. f. 1., quem *Amaranthum frut. Sloane* iterum, 11. lin. infra, citat ad C. *nitidam Vahl* sub *Sloane t.* 91. *f.* 5., quae fig. 5, monente *Poiret*, non existit in *Sloane*, licet etiam a *Vahlio* ipso laudetur. *Miller Dict.* n. 3. ad C. *paniculatam* suam ducit *Amaranthum paniculâ flavescente gracili holosericeâ Sloane Hist.* I. *p* 142. *t.* 90. et plantam describit caule debili 4 ped., foliis ad articulos oppositis, spicis compositis e spiculis teneris flavicantibus axillaribus terminalibusque flavicantibus sericeis. In *Hort. Kew. ed.* 2. II. *p.* 58. laudatur iterum C. *paniculata Mill.*, nullo excluso synonymo, et adducitur simul *Amaranth. frut. Sloane Hist.* I. *p.* 142. *t.* 91. *f.* 2., longe diversus tam a citato a *Miller Amarantho paniculâ flavescente Sloane Hist.* I. *p.* 142. *t.* 90, quam a *Blito albo maj. scand. Sloane* I. *p.* 142. *t.* 91. *f.* 2., quod Linnaeus addpxerat. Quid ergo statuendum, nisi quod *Sloane t.* 91. *f.* 2. aut hic aut in *nitida* sit excludendus.

5. L. *trigyna R. Br.*; foliis ovatis acuminatis (acutisve) planis (caulequc herbaceo glabris), racemo laxo, (stipulis lunatis), bracteis scariosis, pistillo trifido. CELOSIA *trigyna Willd. Spec.* I. *p.* 1201. *Hornemann H. reg. havn.* I. *p.* 241. *Jacq. H. vindob.* III. *t.* 15.

Caulis erectus herbaceus simplex subangulatus striatus strictus 1 1/2 ped. Folia alterna petiolata ovata s. ovato-oblonga, laevia, acuta. Stipulae binae lunatae horizontales amplexantes. Racemus terminalis laxus; floribus aliquot passim congestis albis subpedicellatis. Bracteae scariosae argenteae ovatae distantes. Cal. diphyllus, petalis similis. Cor. (?) 5- petala ovata acuta scariosa alba persistens. Stam. 5 subulata, purpurascentia, basi fere connata, petalis breviora. Germen globosum. Stylus unicus brevissimus. Stigmata 3, (nec ut in reliquis simplex) stylo longiora, purpurea. Capsula globosa, circumscissa. Semina 3 subglobosa. *Linn. H U.* *In Senegalia.* ⊙.

Obs. Culta 3-5-ped.; ramis longis adscendentibus, foliis subtus lineatis, petalis subinde carneis, antheris luteis, seminibus circiter 8 atris nitidissimis. Confer *Jacquin* l. c. qui nobiscum etiam ♂ vidit.

1035. DEERINGIA.

D. *celosioides R. Brown Prodr. nov. Holl.* I. *p.* 413. et hoc teste: CELOSIA *baccata*, foliis cordatis acuminatis,

racemo spicato laxo, floribus trigynis, fructibus baccatis. *Retz obs.* V. *p.* 25. *Willd. spec.* I. *p.* 1202.

Cls. *Brown* addit: frutices glabri debiles, supra arbores et frutices decumbentes; folia alterna; spicae terminales et e summis alis. Flores tribracteati. Pericarpium baccatum inflatum, et monet: „planta novae Hollandiae ab indica forsan distincta floribus fere duplo majoribus, seminibusque pluribus.“ *Retzius* describit indicam suam caule erecto foliis alternis petiolatis integerrimis, ramis axillaribus solitariis longis, numerosis, tectis floribus parvis subpedunculatis; cal. e foliolis 2 parvis; Cor. e foliolis 5 ovatis concaviusculis; filamentis basi dilatatis germen ex integro cingentibus; stigmatibus 3 germen coronantibus; baccâ nigrâ seminibus 3 majusculis splendidis altero latere convexis. *In portu Jackson, et in nova Hallandia tropica. In India Retz.*

1036. DIGERA.

D. *arvensis Forsk.*; caule decumbente tetragono, foliis ovato-cordatis (lanceolato-ovatis), spicis laxis brevibus. ACHYRANTHES *polygonoides Retz Obs.* II. *p.* 12. *Willd. Spec.* I. *p.* 1195. *Pers. Syn.* I. *p.* 258. *n.* 13. DIGERA ACHYRANTHES *Digera Poir. Enc. meth. Suppl.* II. *p.* 11. DIGERA *arvensis Forsk. descr.* 65.

Variare foliis ovatis obtusis cordatis et lanceolato-ovatis. *Willd.* — Caules perennes striati saepe cubitales. Rami et folia alterna, petiolo semipollicari subtus elevato striato superne canaliculato, margine ciliato, laminâ 1 1/2-poll. lanceolatâ plana integra rugoso-venosâ viridi margine rufescente. Pedunculi erecti axillares spithamaei, basi per 2 poll. nudi, dein spicati, floribus sessilibus alternis. Cal. foliolis inaequalibus margine membranaceis ovato-lanceolatis patentibus concavis persistentibus: laciniae 3 exteriores breviores, una sub flore, 2 ad latera; 2 majores oppositae ad latus superius floris, patentes, virides, margine rufescentes, calyci vel corollae adnumerandae; petala 3 ovalia rubra erecta in cylindrum connumerandae; petala 3 ovalia rubra erecta in cylindrum conniventia, calyce breviora obtusa persistentia. Nectar. utrinque unum viride inter calycis laciniam parvam et corollam, breve planum subrotundum apice bilobum lobis emarginatis. Filamenta rubra erecta filiformia opposita petalis 3 et calycis laciniis majoribus. Antherae didymae rubrae eminentes. Germen globosum, viride. Stylus filiformis ruber, stigmate bidentato connivente. *Forsk.* *In Arabia felici; India.*

1037. TRICHINIUM. *) †)

1. * T. *fusiforme R. Br.*; foliis angustissime linearibus

*) TRICHINIA PTILOTIS junxit *Poiret Enc. meth. Suppl.* IV. *p.* 619, ut sub PTILOTO eadem quaeras.

†) Herbae, radice saepius perenni. Folia alterna. Flores terminales, ca-

ramisque glabris, caule multiplici, radice fusiformi, capitulis obovatis, bracteis acutis uninervibus. *R. Brown Prodr.* I. *p.* 415.

Ad littora nov. Holland. intra tropicum.

2. T. *gracile R. Br.*; foliis angustissime linearibus glabris, caule subsimplici, capitulo subglobo o, bracteis obtusis enervibus, filamentis inaequalibus. *R. Brown l. c.*

Ad littora nov. Holland. intra tropicum.

3. T. *distans R Br.*; foliis angustissime linearibus ramisque glabris, spicâ elongatâ: floribus distinctis. *R. Brown l. c.*

Ad littora nov. Holland intra tropicum.

4. T. *spathulatum R. Br.*; foliis radicalibus obovato-spathulatis planis glabris, spicâ cylindraceâ. *R. Brown l. c.*

In insula van Diemen.

5. T. *macrocephalum R. Br.*; foliis caulinis lanceolatis undulatis ramisque glabris angulatis; spicâ oblongâ: rachi lanatâ. R. *Brown l. c.*

Ad oram meridion. nov. Holland.

6. T. *incanum R. Br.*; foliis lanceolatis ramisque incano-tomentosis teretibus, spicis subovatis lateralibus terminalibusve. *R. Brown l. c.*

Ad oram occident. nov. Holl. a Promont. Leuwin ad terram de Wit.

1038. PTILOTUS. *)

1. P. *conicus R. Br.*; capitulis solitariis conico-subrotundis, filamentis apice obcordatis medio constrictis, foliis linearibus. *R. Brown Prodr.* I. *p.* 415.

Ad littora nov. Holland. intra tropicum.

2. P. *corymbosus R. Br.*; capitulis corymbosis, filamentis filiformibus, foliis inferioribus lanceolatis: superioribus linearibus. *R. Brown l. c.*

Ad littora nov. Holland. intra tropiam.

---

pitati v. spicati, tribracteati bracteis scariosis, nitentibus, villi perianthii primum adpressi, dein patuli.

*) Herbae annuae, glabrae. Folia alterna angusta. Flores terminales, subcapitati, tribracteati, bracteis scariosis, nitentibus, post lapsum perianthii persistentibus.

1039. GOMPHRENA.

1. * G. *globosa;* caule erecto piloso, foliis oblongis pubescentibus, capitulis globosis solitariis (terminalibus) diphyllis, bractearum carinis alatis; calyce lanato, bracteis breviore, tubo stamineo dentato. *Humb.* et *Bonpl. Gen.* et *Spec.* II. *p.* 162. *Willd. Spec.* I. *p.* 1321. *Lour. Fl. Cochinch.* I. *p.* 218. *Kniph. Cent.* V. *n.* 39. *Commel. Hort.* I. *t.* 45. *Rumph Amb.* V. *p.* 289. *t.* 100. *f.* 2. *Rheed. Malab.* X. *t.* 37. β. floribus albis. *Breyn Cent. p.* 109. *t.* 51.

1 1/2 ped., ramis oppositis inaequalibus. Folia ovato-lanceolata, integerrima mollia pubescentia. Capitula in α. eleganter purpurea. *In India. Prope Havanam cultam Humb.* et *Bonpl.* ☉.

Obs. 1. Est varietas in Cochinchina flore albo, capitulis ovatis, in quibus flosculi omnes fertiles, cum in purpurea plures inveniantur steriles. *Lour.* Hujus generis genuinas esse species *globosam, perennem, serratam, arborescentem* cum suis; Quid vero reliquae, non dixit cls. *R. Brown l. c. Decumbens* certe genuina.

Obs. 2. *Poiret Enc. meth. Suppl.* I. *p.* 315. monet se non distinguere a *globosa Linn.* GOMPHRENAM *prostratam Hort. paris*, utpote vix diversam nisi caulibus magis elongatis prostratis, floribus minoribus albo-rubroque plerumque variegatis. Nos G. *prostratam H. paris.* non invenimus in *Tabl. de l'Ecole par Desfont.* 1815. *decumbens* vero *Jacquini*, quae ibidem occurrit, frustra a nobis in *Enc. meth. Suppl.* quaesita. Hanc *decumbentem* si intellexit vir de scientia amabili meritissimus, nos, utramque per annos colentes, ab ille dissentire debemus.

2. * G. *perennis*; foliis lanceolatis, capitulis diphyllis, flosculis perianthio proprio distinctis. *Mill. Dict. n.* 3. *Willd. Spec.* I. *p.* 1321. *Dill. Eltham. t.* 20. *f.* 22.

Caules debiles erectiusculi vel reclinati plures, 1-2 ped. et ultra, geniculis tumidiusculis, ramis decussatis. Folia opposita incana ovato lanceolata, acuminata, pubescentia, ciliata. Flores pallide flavicantes, in capitulis subverticillatis, terminalibus. Bracteae s. perianthii proprii laciniae 5, patentes, demum involutae; squamae sub calyce plures candidae lanuginosae. Antherae rubrae. Stylus bifidus. *Dillen.* *In Bonaria.* 4. *Mylam.*

3. * G. *serrata;* caule erecto brachiato, capitulis solitariis terminalibus sessilibus, calycibus serratis. *Linn. Spec.* I. *p.* 326. *Willd. Spec.* I. *p.* 1322.

An eadem cum *hispida* quaerit *Lamarck. Enc. meth.* I. *p.* 120. Confer. GOMPHR. *decumbentem.* *In America.*

4. * G. *arborescens;* pilosa, subvolubilis. *Linn. Suppl.* 173. *Willd. Spec.* I. *p.* 1323.

Caulis arborescens teres simplex pilosus. Folia opposita breve petiolata ovalia obtusa coriacea integerrima, pilis adspersa. Bracteae sub flore plures acutiores longitudine floris. Flos aggregatus terminalis magnitudine fructus Juglandis. Flosculi sessiles innumeri. Cal. 5-phyllus, foliolis planis inferne lanatis pollicaribus. Corollula cylindrica longitudine calycis. Germen superum ovatum minutum. Stylus filiformis bipartitus. Planta a congeneribus valde diversa, tamen genuina. *Linn.*
In nova Granada. b. D. *Mutis.*

5. G. *lanata R. Br.* *); bracteis perianthio fere ad apicem lanato paulo brevioribus, carinâ simplici, tubo staminео dentato, capitulo aphyllo, foliis linearibus villosiusculis, caule lanato. *R. Brown Prodr.* I. *p.* 416.

Ad littora nov. Holland. intra tropicum.

6. G. *humilis R. Br.*; bracteis perianthio fere ad apicem lanato subdimidio brevioribus, carinâ simplici, tubo staminео edentulo, capitulo aphyllo, foliis linearibus villosiusculis, caule tomentoso. *R. Brown l. c.*

Ad littora nov. Holland. intra tropicum.

7. G. *flaccida R. Br.*; bracteis acutis perianthio obtuso vix ad medium lanato 1/3 brevioribus, carinâ simplici, tubo staminео edentulo, capitulo subdiphyllo, foliis linearibus glabris, ramis lanatis. *R. Brown l. c.*

Ad littora nov. Holland. intra tropicum.

8. G. *canescens R. Br.*; bracteis acuminatis perianthio acuto vix ad medium lanato 1/3 brevioribus, carinâ simplici, tubo staminео dentato, capitulo subdiphyllo, foliis linearibus pubescentibus, caule lanato. *R. Brown l. c.*

Ad littora nov. Holland. intra tropicum.

9. G. *decumbens Jacq.*; caule procumbente foliisque oblongis subtus lanato-pubescentibus; capitulis subgeminis, di-aut triphyllis; bractearum carinis nudis; calyce lanato, bracteis breviore; tubo staminео dentato. *Humb.* et *Bonpl. nov. Gen.* et *Spec.* II. *p.* 162. G. caule decumbente, foliis ovato-ellipticis, capitulis ellipticis subternis basi diphyllis *Willd. Enum. H. Berol.* I. *p.* 293. *Jacq. H. Schönbrun. t.* 482. G. *bicolor Hortulan.*

Caulis ramosus, diffusus, ramique subteretes, purpurascentes. Folia opposita, sessilia, oblonga, ovata, mucronata, basi angustata, reticulato-venosa, supra glabra, margine ciliata, vix pollicaria, quatuor lineas lata. Capitula in apice ramorum ramulorumque sessilia, solitaria aut gemina, subglobosa, magni-

*) Species hae quatuor *Brownianae* a clo. *Poiret* PHILOXERIS adnumerantur in *Enc. meth. Suppl.* IV. *p.* 392.

tudine fructus PRUNI *spinosae*. Flores densi, sessiles, tribracteati. Bracteae tres, quarum duae oppositae ovatae, acuminatae, carinatae, diaphanae, glabrae, dorso purpurascentes, aequales, calyce paulo longiores; tertia exterior ovata, acuminato-subulata, concava, diaphana, albida, glabra. reliquis fere dimidio brevior. Calyx externe densé albo-lanatus; laciniis lanceolatis, acuminatis, coriaceis, clausis, enerviis, albidis, aequalibus. Stamina quinque. Filamenta connata in tubum diaphanum, ovario duplo longiorem. Antherae unilocularis? Stigmata duo, ubique glandulosa. Capsula circumscissa, subglobosa, filamentorum tubo calyceque persistente coriaceo inclusa. Semen compresso-globosum, laeve, fuscum, nitidum. *Crescit juxta urbem Mexico, alt.* 1160. *hex.* ☉.

Obs. Nomine G. *serratae* tulimus quondam a clo. *Bernhardi* semina, quibus adscripserat: simillima *decumbenti*, sed diversa. Nos interea in plantis e seminibus hisce natis nullam observavimus differentiam.

10. * G. *hispida*; caule erecto, capitulis diphyllis, foliis crenatis. *Linn. Spec.* I. *p.* 326. *Willd. Spec.* I. *p.* 1321. Nin-Angani *Rheed. Mal.* IX. *p.* 141. *t.* 72.

Flores caerulescentes. *Linn.* — 1 1/2 cubitalis. Rad. fibrosa, capillata, nigricans. Caules quadranguli geniculati lignosi, pilis longiusculis albicantibus, ramis decussatis. Folia ad genicula 2 parva, oblongo-angusta, tenuiter crenata molliter pilosa. Flores candidi, dein caerulescentes. Antherae flavicantes, dein nigricantes. Semina 3-4 parva, ex albo nigricantia. Male olet. *Rheede.* *In Malabariae arenosis.*

11. * G. *flava*; pedunculis oppositis bifidis tricapitatis, capitulo intermedio sessili. *Linn. Spec.* 326. *Hort. Cliff.* 87. *Willd. Spec.* I. *p.* 1323.

Ad singulum geniculum folii prodeunt e caule duo pedunculi oppositi foliis longiores, summo trifidi, singulis laciniis imposito capitulo globosa absque subjectis foliis (ut in antecedenti) ullis. *Linn. H. Cliff.* *In Vera Cruce. Houst.*

12. G. *angustifolia Vahl*; folis lineari-lanceolatis glabris, capitulis terminalibus oblongis subtriphyllis. *Vahl Symb.* III. *p.* 45. *Willd. Spec.* I. *p.* 1321.

Habitus omnino GOMPHRENAE, diversa tamen stylo unico. Caulis herbaceus erectus tetragonus pilis brevibus adpressis adspersus ramosus. Rami oppositi simplicissimi, caule altiores, subfiliformes, diphylli. Folia sessilia angusta attenuata, 1 1/2 poll., sub lente adspersa pilis minutis adpressis, pallida, integerrima. Pedunculi ramos terminantes elongati. Capitula primum oblonga, dein cylindrica, unguicularia, obtusa. Folia plerumque 3 ad basin capituli singuli, rarissime 2, structurâ foliorum caulis, capitulis longiora. Calycis folioia ovata concava, mucronata, carinâ pilis rarioribus subciliata. Petala 5, lanceolata concava extus pubescentia subaequalia. Filamenta basi membrana con-

nata. Germen oblongum glabrum. Stylus stigmate simplici. *Vahl.* *In India orientali. Hönig.*

13. G. *lactea Decand.*; caule suffruticoso erecto, foliis ovatis pubescentibus subtus albidis, floribus in spicas numerosas ramoso-paniculatas continuas digestis. *Decand. Cat. H. bot. monsp.* I. *p.* 113. *Hort. monsp. ined. t.* 93.

Valde affinis *interruptae*, sed habitu proceriore, floribus niveis numerosioribus nec interruptis, foliis pube canescentibus non vero sericeis differt. *Decand.* *In America hispanica. Semina olim ex horto Matritensi.* ♄.

14. * G. *interrupta*; caule adscendente, foliis oblongis subtus sericeis, spicis glomeratis paniculatis terminalibus interruptis, floribus monogynis. *Willd. Enumer. H. Berol.* I. *p.* 294. *Willd. Spec.* I. *p.* 1323. : G. caule erecto, spicâ interruptâ. *Linn. S. V. ed.* XV. *p.* 278. G. caule erectiusculo, floribus spicatis sessilibus interruptis monogynis. *Swartz Obs. p.* 108. *Gmel. S. V.* I. *p.* 455. *n.* 4. *L'Hérit. stirp.* I. *p.* 5. *t.* 3. G. *spicata Lam. Enc.* I. *p.* 120. *n.* 7. *Poiret Enc. meth. Suppl.* I. *p.* 315. CELOSIA *procumbens* caulibus decumbentibus, pedunculis longissimis aphyllis, spicis ovatis approximatis, capsulis compressis cristato alatis. *Murray Comment. Gott.* 1782. *t.* 5. *Gmel. S. V. p.* 425. *n.* 11. C. caule hirsuto procumbente, fol. oblongis in petiolum attenuatis, spiculis oblongis subpaniculatis. *Jacq. in litt. ad Murray. Misc. austr.* II. *p.* 344. *icon. rar. t.* 51. (fide *Murray in S. V. ed.* XV. *p.* 259. *n.* 11.)

Stigma capitatum *Murr.*; bifidum *Jacq.* Caulis subflexuosus tetragonus, pilis albis, a basi ramosus, ramis inferioribus horizontalibus. Folia sublineata acuta patentissimâ, glaucescentia, sursum tomentoso aspera. Pedunculi longissimi, spicis sessilibus. Cal. diphyllus, corollâ dimidio brevior, foliolis ovatis concavis obtusis. Cor. monopetala *Murr.* 5-petala *Jacq.* virescens. Nectarium simile corollae. Caps. cinerea, basi dilatata quinquangulari, angulis oppositis cristatis. *Murr.* *In arenosis aridis Jamaicae, Hispaniolae.* ⊙. ♂ *Hort. Kew.*

Obs. Species anomalas GOMPHRENAE spicis oblongis in apice caulis sessilibus oppositis, bracteis concavis, calycibus ventricoso-tubulosis, limbo 5-fidis, stigmate capitato, forsan genus sistere distinctum *Juss. gen. p.* 83.

15. G. *Humboldtiana*; caule foliisque subtus lanatis, supra pubescentibus, oblongo-lanceolatis; spicis in apice caulis sessilibus, oppositis, nudis, inferioribus distantibus; bracteis concavis, calyce ventricoso-tubuloso quinquefido brevioribus; stigmate multifido-capitato. G. *lanata Humb.* et *Bonpl. nov. Gen.* et *Spec.* II. *p.* 162. G. *lanata*

caule erecto superne nudo, spicis terminalibus remotis, fol. lanceolatis subtus lanatis. *Reliqu. Willd. MS.*

Caulis simplex?, teres tenuiter lanatus. Folia inferiora ignota, superiora opposita, subsessilia, distantia, acuta, basi angustata, integerrima, membranacea, subtus cano-lanata, 15 lin., 4 lin. lata. Spicae crebrae, superiores approximatae, oblongae, subsemipollicares. Flores densi, sessiles, tribracteati. Bracteae duae interiores oppositae subrotundae, obtusae, tenuissimae, diaphanae, albidae, glabrae, calyce arcte adpressae; exterior duplo brevior, subrotundo-ovata, concava, acuto-subulata, diaphana, glabra, cum rhachi persistens. Calyx tubulosus, basi ventricosus, externe lanatus, demum coriaceus; limbo patulo; laciniis lanceolatis, acutis, diaphanis, glabris, patentibus, aequalibus. Stamina quinque, exserta. Filamenta connata in tubum cylindraceum, calyce vix breviorem, quinquedentatum?; dentibus lanceolatis, acutis. Antherae summo tubi interne affixae?, lineares, uniloculares?. Ovarium ovato-subrotundum, compressum, glabrum, monospermum. Stylus brevissimus. Capsula ovata, compressiuscula, tenuissime membranacea, glabra, monosperma, evalvis, calyce coriaceo et tubo staminco tecta. Semen lenticulare, laeve, glabrum, fuscum. *In ripa arenosa Orinoci prope* ***Hato del Capuchino.*** ☉.

Obs. GOMPHRENAE *interruptae* proxima, differt praesertim foliis angustioribus, calycibus bracteisque albidis, nec coloratis, dentibus calycis longioribus et stigmate multifido-capitato. — Nomen mutandum erat ob antiquiorem *lanatam R. Br.*

16. G? *Poiretiana;* caule basi prostrato suffruticoso, foliis ovatis acutis supra pubescentibus subtus incano-tomentosis; capitulo terminali solitario longe pedunculato. *Poiret Enc. meth. Suppl.* I. *p.* 315. sub G. *lanata.* β. foliis multo minoribus rotundatis.

Caules albi, villosi, foliis distantibus oppositis vix petiolatis, pollicaribus circiter, inferioribus minoribus. Capitulum ovato-globosum, pubescens, squamis exterioribus rufescentibus; cal. hirsutissimus splendide albus. ***Poiret.*** *Ad Bonariam.* 4? *Commerson. Herb. Desfont.*

Obs. Nomen mutandum erat ob synchronam licet, genuinam tamen et indubiam GOMPHRENAM *lanatam R. Brown.*

17. G. *amaranthoides Roth;* caule angulato, flexuoso, foliis alternis, ovato-acuminatis, breviter mucronatis, glabris, spicis terminalibus, filiformibus, interruptis, nudis, floribus glabris, stigmatibus subquinis. *Roth nov. pl. Spec. MS.*

H. in India orientali B. *Heyne* sub nomine ACHYRANTHAE *scandentis.*

Obs. Nomine ACHYRANTHIS *scandentis Roxb.* occurrit etiam in *Herb. Willd.* ex India orientali planta, quae eadem cum nostra videtur, licet ex diagnosi brevissima: „foliis oblongis acuminatis, spicis cylindricis subaggregatis paniculatis" certi quid statui nequeat.

Species dubiae e Reliquiis Willdenowianis a clo. de Schlechtendal communicatae:

18. G. *strigosa Iser t*; caule erecto, foliis ovato-lanceolatis acutis strigosis, capitulis solitariis ovatis triphyllis. *Reliqu. Willd. MS.*

In Guinea. Iser t.

19. G. *elongata Willd.*; caule subtetragono, ramis trifidis, foliis oblongis, capitulis pedunculatis. *Reliqu. Willd. MS.*

In America merid. ♄. *Humb.* et *Bonpl.*?

20. G. *brachiata Humb.* et *Bonpl.*; caule erecto, foliis oblongis acutis, capitulis nudis globosis. *Reliqu. Willd. MS.*

In *Camana.* ♄. *Humb.* et *Bonpl.*

21. G. *gnaphaloides Vahl*; foliis oblongis tomentosis, capitulo nudo terminali solitario pedunculato. *Reliqu. Willd. MS.*

In Brasilia. Vahl.

22. G. *sericea Hoffmannsegge*; foliis lineari-lanceolatis subtus sericeo-villosis, spicis oppositis pedunculatis in racemum elongatis. *Reliqu. Willd. MS.*

In Brasilia. 2. Comes ab *Hoffmannsegg.*

1040. PHILOXERUS.

1. P. *conicus R. Br.*; spicis conicis, ternis solitariisve, perianthio lanato, foliis linearibus margine recurvis, caule erecto. R. *Brown* l. *p.* 416.

Ad littora nov. Holland. intra tropicam.

2. P. *diffusus R. Br.*; spicis pedunculatis solitariis, perianthio glaberrimo, foliis lanceolatis utrinque pubescentibus, caule prostrato lanato. *R. Brown. l. c.*

Ad littora nov. Holland. intra tropicam.

3. P. *brasiliensis R. Br.*; caule erecto fruticoso, foliis ovato-oblongis acuminatis, capitulis globosis pedunculatis aphyllis. GOMPHRENA *brasiliensis Willd. Enum. H. Berol.* I. *p.* 294. *Spec.* I. *p.* 1322. *Jacq. Collect.* II. *p.* 278. *ic. rar.* 2. *t.* 346. *Breyn Cent. t.* 52.

Caulis 3-ped. obsolete tetragonus glaber ramosus digitum crassus ad genicula incrassatus perennis debilis, ramulis villosis. Folia integerrima opposita breviter petiolata glabra nervis ad lentem villosulis, 3-6 poll. Stipulae nullae. Capitula axillaria solitaria, terminalia aggregata, pedunculis nunc brevibus nunc

2 poll. Bracteae 2 laterales sub calyce inordinate et acute incisae. Petala serrato-ciliata, externe villosula, albida. Stigma capitatum, magnum. Semen subovatum, *Jacq.* *In Brasilia.* ♄.

4. * P. *vermicularis R. Br.*; caulibus repentibus, foliis subteretibus, carnosis, capitulis solitariis terminalibus oblongis. GOMPHRENA *vermicularis Swartz obs. p.* 101. *Willd. Spec.* I. *p.* 1323. *Vahl Eclog.* I. *p.* 32. *Pers. Syn.* I. *p.* 257. *n.* 5. *Poiret Enc. Suppl.* I. *p.* 315. ILLECEBRUM *vermiculatum Linn. Spec.* II. *p.* 300. *S. V. ed.* XV. *p.* 261. *n.* 18. *Herm. parad. t.* 15. *Plukn. Alm. t.* 75. *f.* 9. *Perexxil Marcgr. hist. pl. p.* 14. (fide *Herbar. Marcgravii* apud *Vahl l. c.*)

Caules glabri articulati, ramis ad nodos brevibus numerosis geniculis incrassatis. Folia sediformia obtusa. Capitula subinde gemina, altero sessili. *Poiret.* In *arenosis maritimis Americae calidioris.* 2.

5. P. *crassifolius Humb.* et *Bonpl.*; caule procumbente; foliis spathulatis, obtusis, carnosis, glabris; capitulis subsolitariis, ovatis; calyce glabro. *Humb.* et *Bonpl. nov. Gen.* et *Spec.* II. *p.* 163.

Caulis ramosissimus, subrepens, teretiusculus, glaber; ramis oppositis. Folia opposita, sessilia, integerrima, 3-4 lin. Capitula terminalia, sessilia, solitaria aut rarius gemina, foliis duobus suffulta, magnitudine pisi majoris. Flores densi, tribracteati. Bracteae 2 oppositae, ovatae, acutae, carinatae, diaphanae, albidae, glabrae calyce paulo breviores; tertia exterior paulo brevior, subrotundo-ovata, acuta, concava, diaphana, glabra. Calyx laciniis exterioribus ovato-oblongis, emarginatis, scariosis, basi inversus obsolete trinerviis, albidis; duabus interioribus paulo brevioribus, oppositis, oblongis, obtusiusculis, carinatis. Stamina quinque, inclusa. Stigmata duo, glandulosa. Fructum non observavi. *Crescit ad litus maris Antillarum prope Havanam.* 2. PHILOXERO *vermicalari* (ILLECEBRO *vermicalato* L.) affinis.

6. P. *aggregatus Humb.* et *Bonpl.*; caule procumbente, (suffruticoso); foliis lanceolatis, acutis, basi angustatis, subcarnosis, glabris; capitulis solitariis, geminis aut ternis, suboblongis; calyce basi albo-lanato. *Humb.* et *Bonpl. nov. Gen.* et *Spec.* II. *p.* 163. GOMPHRENA *aggregata Willd. Enum. H. Berol.* I. *p.* 294.

Caulis ramosus, teretiusculus, glaber. Folia opposita, subsessilia, integerrima, 14-15 lin., 5 lin. lata. Capitula terminalia, solitaria pedunculata, nuda aut gemina ternave sessilia, foliis duobus suffulta, magnitudine fructus PRUNI *spinosae* et minores. Flores densi, tribracteati. Bracteae 2 oppositae aequales, ovato-oblongae, acutae carinatae, glabrae, diaphanae, albidae, calyce duplo breviores; tertia exterior reliquis paulo brevior,

ovata, acuta, diaphana, glabra. Cal. laciniis 3 exterioribus lineari-oblongis, obtusis, planiusculis, basi obsolete trinerviis, albidis, scariosis, subaequalibus, duabus interioribus linearilanceolatis, acuminatis, carinatis, exterioribus brevioribus. Stamina 5 inclusa. Antherae uniloculares? Stylus indivisus. Stigmata duo glandulosa. Capsula globoso-compressa, evalvis, glabra, calyce persistente cincta styloque coronata. Semen lenticulare, fuscum, nitidum. *Crescit in salsis maritimis prope Camana.* ♃. *Vicho incolarum.*

1041. ACHYRANTHES.

1. * A. *argentea Lam.*; foliis subrotundo-ovatis (pubescentibus subtus argenteis) acuminatis, calycibus reflexis (glabris) spicae adpressis. *Willd. Spec.* I *p.* 1191. *Lam. Enc. meth.* I. *p.* 545. *Sibth. Fl. graec. t.* 244. A. *aspera α sicula Linn. Spec.* I. *p.* 295. A. *sicula Roth Abhdl.* 22. *Bocc. sic.* 16. *t.* 9. *Plukn. phytogr.* 260. *f.* 2.

Caules plures nodosi ramosi foliosi angulati apice pilis brevibus. Folia opposita petiolata albida. Spicae terminales, graciles, Flores parvi, scariosi. *In Sicilia.* ♃ *Willd.*; ⊙ *Lam.* et *Desfont.* nobiscum; ♄ *Linn.* et *Schousb.*

2. * A. *aspera*; foliis obovatis (pubescentibus) acutiusculis basi attenuatis, calycibus reflexis spicae adpressis. *Willd. Spec.* I. *p.* 1191. *Mill. Dict. t.* 11. *f.* 2. A. *obtusifolia Lam. Enc. meth.* I. *p.* 545. A. *indica. Roth Abh.* 22. *Mill. Dict. n.* 2. *t.* 11. *f.* 2. *Burm. Zeyl. t.* 5. *f.* 3. *Plukn. Alm.* 26. *t.* 10. *f.* 4. *Cadelari Rheed. Malab.* X. *p.* 155. *t.* 78.

Arabica varietas foliis utrinque glabris viridibus, similibus PLUMBAGINIS *zeylanicae*, quam *sicula* (*argentea*) latioribus, subtus punctatis. *Linn. Lamarck* l. c. ad specimina sicca a clo. *Sonnerat* subministrata vix *argentea* lignosiorem credit; folia subtus albida, non argentea; flores inferiores reflexos addit. — *Auricula canis mas Rumph* VI. *p.* 27. *t.* 12. *f.* 1. huc ducta a *Willdenow* ad *fruticosam* potius spectare videtur. *In Zeylona, Jamaica, et Promont. b. Spei.* ♄.

Obs. Utrum ACH. *aspera Forsk.* hujus, vel cujus loci sit, dubii haereo. „Folia ovali acuta, 3 poll., integra. Nectaria palmata intra stamina. Germen obconicum viride, annulo rubro lato. Stigma simplex subcapitatum. Nondum florebat; tamen spiculae erectae vel patentes, ad spicae fructiferae reflexae appressae.“ *Forsk. descript. p.* 48. Arabibus *Uekkee* vel *Höllem* vel *Mahot.*

3. A. *crispa Hort. Paris.*; caule fruticoso pubescente; foliis ovatis obtusis utrinque pubescentibus crispis, spicâ longissimâ terminali. *Poiret Enc. meth. Suppl.* II. *p.* 10.

Arbuscula 2-3-ped., affinis *asperae*; a qua praecipue foliis crispis differt. Rami patentes, cinerei, pubescentes. Folia petio-

lata, pollicaria circiter, basi attenuata Spicae similes *virgatae*. *Poiret*. *In America*, ut fertur in *H. Paris.* ubi colitur. ♄. *Herb. Desfont.*

4. A. *fruticosa Lam.*; caule erecto, foliis ovatis calycibusque glabris. *Lam. Enc. meth.* I. *p.* 545. *Persoon Syn.* I. *p.* 258. (tanquam subspecies). An *Rumph Amb.* VI. *t.* 12. *f.* 1. quaerit *Lamarck.*

Frutex 5-6 ped., ramis erectis nodosis subteretibus, ad nodos rufescentibus, fere glabris. Folia opposita, petiolata, acutiuscula, mollissima. Spicae longae (1-2 ped.), gracillimae, terminales. Flores scariosi, lucidi, ad pedunculum communem reflexi. Squamae purpureae duae inter stamina, ciliato barbatae. Stylus et stigma simplicissimum. *Lam.* *In India* ut fertur in *H. reg. parisin.* ubi colitur. ♄.

5. A. *virgata Hort. paris.*; caule fere glabro fruticoso, foliis ovatis acutis subtus pubescentibus, spicâ simplici longissimâ laxâ. *Poiret Enc. meth. Suppl.* II. *p.* 10.

Ab A. *argentea* caule fruticoso, foliis acutis nec acuminatis, subtus minime argenteis, a *fruticosa* foliis subtus pubescentibus, nec utrinque glabris, differt. Caules lignosi, tetragoni, striati. Folia plana integerrima, 2 poll. et ultra. Rami terminati spicâ unicâ, vel pluribus geniculatis basi incrassatis subpubescentibus subcylindricis strictissimis pedalibus. Flores solitarii sessiles post anthesin cernui. Foliola calycina albo virentia lucida subulata acutissima. Bracteae breves setaceae. *Poiret.* *In Porto-Ricco.* ♄. *Herbar. Desfont.*

6. A. *sarmentosa Vahl*; foliis ovatis acuminatis alternis, spicis axillaribus, caule suffruticoso. *Vahl Symb.* II. *p.* 44. *Willd. Spec.* I. *p.* 1194.

Tota glabra. Rami triquetri. Folia remota 1 1/2 poll., valde attenuata, integerrima, parum undulata. Petiolus unguicularis. Spicae solitariae longitudine fere foliorum, superiores minores. Flores conferti, per intervalla aggregati. Bracteae ovatae acuminatae membranaceae, calyce triplo breviores. Cal. subdide flavescens, foliolis lanceolatis acutis, dorso lineâ elevatâ. Filamenta lanceolata, calyce duplo breviora. Stylus bifidus persistens. Caps. calyce longior, oblonga. Semen unicum nigrum nitidum reniforme. *Vahl.* In *India orientali.* ♄.

7. A. *Linchiana*; foliis ovatis subacuminatis alternis, paniculis terminalibus, caule suffruticoso. A. *sarmentosa Herb. Linck.*

Tota glabra, rami subtriquetri; folia petiolata, alterna, (in nostro specimine supersunt tantum superiora, quae) 3 poll., 1 1/2 poll. lata, apice parum attenuata, subundulata. Petiolus fere pollicaris. Panicula terminalis fere spithamaea, e ramis alternis, sesquipollicaribus, pubescentibus, densissime spicatopaniculatis. Flores conferti. Bracteae lineari-lanceolatae, longitudine fere calycis, cujus foliola lanceolata, obtusa, stria-

ta lineâ dorsal, elevata. Filamenta non vidimus. Stylus bifidus, exsertus, persistens. Capsula calyce longior oblonga. Semen 1, nitidum, nigrum, reniforme. *In Brasilia.* ♃?

8. A. *nivea Ait.*; foliis verticillatis ovatis tomentosis, corymbis compactis dichotomis, floribus corollatis. *Ait. Kew.* I. *p.* 286. 2. *ed.* II. *p.* 57. *Willd. Spec.* I. *p.* 1195. *In Canariis.* ♄. *Masson.*

9. A. *pubescens Roth*; caule erecto tereti, foliisque elliptico-oblongis pubescentibus, spicis lanceolatis, axillaribus terminalibusque pedunculatis, villosis, floribus mucronatis. *Roth nov. pl. Spec. MSS.* Illecebrum *pubescens* fol. oppositis oblongis subtus pubescenti-canis, spicis axillaribus terminalibus pedunculatis subgeminatis, caule fruticoso. *Willd. Enum. Hort. Berol.* I. *p.* 271.

Caulis 1 1/2 ped. ramosus. Folia petiolata 1 1/2 poll., utrinque attenuata, supra viridia pubescentia, subtus canescentia. Spicae albae quadrilineares lanceolatae, axillares plerumque geminae in apice pedunculi brevis communis, terminales 2, 3, 4 5, in pedunculis communibus tribus. Cal. 5-phyllus, foliolis margine membranaceis, externe pilosis. Filamenta subulata viridia. Antherae ovatae albae. Germen ovatum Stylus subulatus. Stigma capitatum. *Willd.* l. c. Utriculus evalvis. *Roth.* *Habitat in Caldario berolin.* ♄.

10. * A. *sanguinolenta*; caule (frutescente) ramoso, foliis oppositis petiolatis ovato-acutis, spicis terminalibus (compositis) congestis. *Linn. Spec.* II. *p.* 294. *Lam. Enc. meth.* I. *p.* 546. *Pers. Syn.* I. *p.* 258. *n.* 9. Illecebrum *sanguinolentum Linn. S. V. p.* 205. *ed.* XV. *p.* 259. *n.* 2. *Willd. Spec.* I. *p.* 1204. Verbena rubra *Rumph Amb.* VII. *p.* 60. *t.* 27. *f.* 2.

Caulis saepius prostratus ramosissimus. Spicae sessiles alternae laxae tomentosae. Cal. viridis pubescens. Antherae luteae. Pistillum purpureum. Folia utrinque rubra, supra obscuriora. *Linn.* *In India Linn.* ♄.

11. * A. *brachiata*; caule erecto, (herbaceo), brachiato, ramosissimo, laevi; foliis oppositis, oblongo-ovalibus, glabris; spicis cylindraceis, axillaribus, aggregatis, sessilibus, villosis; floribus mucronatis. *Roth nov. pl. Spec. MS. Linn. Mant. p.* 50. *Lam. Enc. meth.* I. *p.* 547. *Pers. Syn.* I. *p.* 258. *n.* 10. Illecebrum *brachiatum Linn. Mant. p.* 213. *Willd. Spec.* I. *p.* 1203. *Linn. S. V. p.* 259. *ed.* XV. *n.* 1. *Plukn. Almag.* II. *t.* 334. *f.* 5.

Caulis nudus obsolete angulatus. Folia petiolata lanceolato-ovata, laevia. Spicae plures parvae villosae albae glomeratae ex om-

nibus alis foliorum, etiam ramorum. *Linn.* Utriculus evalvis *Roth.* *In India orientali.* ☉.

12. A. *nervosa Roth*; caule decumbente, anguloso; foliis alternis, subrotundo ovatis, grosse nervosis, utrinque scabriusculis: spicis ovatis axillaribus, aggregatis, sessilibus, villosis; floribus subulatis. *Roth nov. pl. Spec. MSS.*

Notis indicatis facile dignoscitur ab antecedente simili. *H. in India orientali.* B. *Heyne.*

13. A. *radicans Roth*; caule radicante? tereti, foliisque alternis, ellipticis, mucronatis pubescentibus; ramis patulis; spicis axillaribus et terminalibus laxissime spicatis, ovato-oblongis, sessilibus, lanatis; floribus subulatis. *Roth nov. pl. Spec. MSS.*

Spicae in axillis foliorum plerumque solitariae, ad caulis ramorumque apicem per longa intervalla in spicam laxissimam, attenuatam dispositae, plerumque binae aggregatae. *H. in India orientali.* B. *Heyne.*

14. A. *setacea Roth*; caule erecto lanato, foliis oppositis, linearibus, angustissimis subulatis, villosis, margine revoluto-setaceis; spicis terminalibus, brevissimis, ovatis; floribus subulatis lanae immersis. *Roth nov. pl. Spec MSS.*

Habitus SALSOLAE. Caulis a basi ramosus, foliosus, et cum lana densa alba vestitus. *H. in India orientali.* B. *Heyne.*

15. A. *debilis Poir.*; glabra, caule debili, foliis distantibus subpetiolatis ovatis subacutis, spicâ simplici (ternatâve) terminali, floribus subsessilibus minimis obtusis subpubescentibus. *Poiret Enc. meth. Suppl.* I. *p.* 10.

Caules graciles herbacei tetragoni. Folia basi subinde emarginata. Spicae graciles elongatae. Flores albo-virentes. Bracteae et laciniae calycis acutae. Fructus mucronati. *Poiret.* *In Java.* *Commerson. Herb. Desfont.*

16. A. *serpyllifolia Poir.*; caule ramisque filiformibus pubescentibus, foliis ovatis (utrinque) acutis subvillosis, floribus spicato-capitatis axillaribus sessilibus. *Poiret Enc. meth. Suppl.* II. *p.* 11.

Rami diffusi filiformes elongati subvillosi. Folia opposita subpetiolata parva, demum glabra. Spicula brevis albida. Calycis foliola bracteaeque ovatae acutae, margine pilosiusculae *Poiret.* *In S. Domingo.* ☉? *Poiteau. Herb. Desfont.*

17. A. *australis R. Br.*; foliis ovatis acutis v. obtusis pubescentibus subtus cinereis rugosiusculis, bracteis perianthio brevioribus, basi subrotundâ aristâ parum breviore. R. *Brown Prodr.* I. *p.* 417.

Ad littora nov. Holland. intra tropicum.

18. A. *canescens R. Br.*; foliis ovalibus obtusiusculis

tomentosis subtus cinereis mollibus, bracteis perianthio brevioribus, aristâ basi subrotundâ fere duplo longiore. *R. Brown l. c.*

Ad littora nov. Holland. intra tropicum.

Obs. Videtur per hasce species transitus fieri ad DESMOCHAETAS.

19. A. *porrigens Jacq.*; foiis ovato-lanceolatis oppositis, spicis ellipticis subcorymbosis longissime pedunculatis, caule fruticoso. *Willd. Enum. H. Berol.* I. *p.* 270. A. caule frut. pubescente, fol. ovatis acutis subtus pubescenti-cinereis, floribus axillaribus terminalibusque, capitulis ovatis. *Poiret Enc. meth. Suppl.* II. *p.* 9. *Jacq. Hort. Schönbr.* 3. *t.* 350. *Curt. Mag. t.* 830. *Bot. Repos. t.* 380. CELOSIA *elongata*, fol. ovalibus basi attenuatis incanis, spicis terminalibus longe pedunculatis nudis subcapitatis. *Spreng.* in *Schrad. Journ.* 1800. *p.* 196. *Pers. Syn.* I. *p.* 260. *n.* 18. CELOSIA *peruviana Zuccagn. Obs. Cent. n.* 51. GOMPHRENA *nova* et Peruvia *Sem. Hort. paris.* GOMPHRENA *fruticosa Hort. Gallicor.*

Fors proprii generis, habitu diversa. Caules plures 2 ped., basi fruticosi, erecti, subancipites, tomentoso-cinerei, articulati, subdichotomi. Folia opposita, ramea lanceolata, 2 circiter poll., in petiolum brevem decurrentia. Pedunculi albidi, simplices et apice trifidi. Bracteae 3 sub singulo flore inaequales, margine scariosae albae. Laciniae calycis ovatae purpureae conniventes. Filamenta basi nectario conjuncta. Stylus villosus brevis stigmate capitato. *In Peru.* ♄.

20. * A. *dichotoma*; caulibus suffruticosis, foliis oppositis linearibus planis acutis, cymâ dichotoma. *Linn. Mant.* 51. *Willd. Spec.* I. *p.* 1197.

Caules articulati teretes diffusi. Folia margine scabra, articulis caulinis duplo longiora, stricta, patula. Stipulae oppositae membranaceae lanceolatae foliis latiores, longitudine articulorum, persistentes, intrafoliaceae. Cyma una alterave terminalis quadripartita. Calyces monophylli 5-partiti, foliolis subulatis striatis rigidis, extra apices aristatis. Cor. nulla. Stam. intra singula foliola calycis singula. Stylus simplex. Caps. monosperma. Similis ACHYR. *corymbosae*, (LAHAYAE). *Linn.* An ergo LAHAYA? *In Virginia.*

21. A. *verticillata Thunb.*; foliis verticillatis ellipticis, floribus verticillatis sessilibus. *Thunb. phytogr. Bl. p.* 26.

Caulis hirsutus; folia circiter 6, glabriuscula, reflexa, unguicularia; flores sessiles bracteis scariosis albis. *In Promont. b. Spei.* ♄.

Obs. In *Fl. cap.* ill. auctor hujus, saltem sub ACHYRANTHE, nullam fecerat mentionem.

Species minus bene notae:

22. A. *decumbens Forsk.*; caule decumbente, paniculis terminalibus axillaribus. *Forsk. descript. p.* 47. *n.* 58.

Caules decumbenti-diffusi, rubentes, angulati. Rami erectiusculi spithamales angulati glabri. Folia alterna remota. Petiolus pollicaris canaliculatus, lamina 1 1/2 poll., ovato-lanceolata integra glabra. Pedunculi paniculae saepe 2 poll., ramulis parvis alternis paniculatis, in quibus flores conglomerati, squamulis bracteati, albido-membranacei glabri. Nectaria nulla, sed filamenta basi dilatantur in laminas triangulares rubras connatas, ut fit *Monadelpha*. Germen globoso-ovatum. Stylus filiformis. Stigma multifidum pilosum. *Forsk.* *In vallibus umbrosis Surdud, Hadie.*

23. A. *polystachya Forsk.*; spiculis axillaribus confertis brevibus albis, caule decumbente. *Forsk. descr. p.* 48.

Spicae axillares et terminales alternae. Flores capitati. Cal. 5-phyllus. Cor. nulla. Stamina rubro violacea, glandulis s. punctis nigris interjectis. *Forsk.* Circa *Surdud.*

24. A. *capitata Forsk.*; foliis oppositis petiolatis ovato-oblongis, capitulis terminalibus confertis inermibus. *Forsk. descr. p.* 48.

Circa *Surdud.*

25. A.? *borbonica Willd.*; foliis oppositis oblongis utrinque acutis sericeo pubescentibus, caulibus tomentosis, calycibus patulis laxe spicatis. *Reliqu. Willd. MS.*

In insula Borboniae. — Sine auctore.

26. A.? *filifolia Humb.* et *Bonpl.*; foliis filiformibus verticillatis, floribus corymbosis. *Reliqu. Willd. MS.*

Rami geniculati ramosi pubescentes; stipulae subulatae scariosae aristatae ad genicula, e quibus folia pollicaria capillacea. Flores terminales sessiles scariosi. *Willd.* *In arenosis ad Angosturam Humb.* et *Bonpl.*

1042. DESMOCHAETA.

1. D. *atropurpurea Decand.*; caule suffruticoso patulo glabrato, foliis oppositis ovatis acuminatis asperiusculis, florum fasciculis extus glabratis erectis demum patentibus, setis longis atropurpureis. *Decand. Cat. Hort. monsp.* 1813. *p.* 102. ACHYRANTHES *atropurpurea Lam. Enc. meth.* I. *p.* 546. ACH. *lappacea Linn. Spec. ed.* 2. *p.* 295. *Willd. Spec.* I. *p.* 1192. (excl. syn. *Fl. Zeyl.* monente *Decand.* et *Linn. Spec. ed.* I. *p.* 204.) *Pers. Syn.* I. *p.* 258. *n.* 3. Wellia Codiveli *Rheed. Mal.* X. *p.* 117. *t.*

50. *Burm. Zeyl. t.* 18. *f.* 1. (mala *Decand.* Anne potius ad sequentem?

Spicae longae solitariae interruptae; ad singulos dentes pedunculi flores 3 transverse positi, ad latera florum lateralium utrinque purpureus penicillus e setis rigidis uncinatis, sensim se expandentibus in pilulam lappaceam, maturo fructu discedentem et adhaerentem. *Linn.* Rami obsolete tetragoni purpurascentes. Caulis pedalis et ultra. In *H. paris.* olim colebatur nomine ACH. *prostratae*, monente *Lamarck.* l. c. *In Malabaria et Zeylona.* 4.

Obs. Ill. *de Jussieu* (*Annal. Mus.* II. *p.* 132.) ducit *Pupalvalli Rheed. Malab.* VII. *t.* 43. ad ACHYRANTHEM *lappaceam*, sed vix ac ne vix generis et multo minus *lappacea.* Icon et descriptio imperfecta certi quid supra hanc *Rheedi* plantam statuere vetant.

2. D. *flavescens Decand.*; caule erecto herbaceo villoso, foliis oppositis ovalibus utrinque acuminatis mucronatis villosis, florum fasciculis lanuginosis erectis demum patentibus, setis longis flavidis. *Decand. Cat. H. monsp.* 1812. *p.* 102. (excl syn. ACH. *patulae.*) *Hort. monsp. ined. t.* 79. et, hoc teste: ACHYRANTHES *styracifolia Lam. Enc. meth.* I. *p.* 546 (excl. syn.) ACH. *lappacea Linn. Spec. ed* I. *p.* 204. *Fl. Zeyl. n.* 103. (excl. syn.) ACH. *echinata* caule erecto pubescente, foliis ovatis acutis basi attenuatis subtus pubescentibus, spicâ interruptâ floculis lateralibus utrinque fasciculo setarum uncinato. *Retz Obs.* II. *p.* 12. *Pers. Syn.* I. *p.* 258. *n.* 4. *Willd. Spec.* I. *p.* 1192. A. *lappacea* β. *Gmel. Syst. Veg.* I. *p.* 423. A. *lappacea* β? *styracifolia Pers. Syn.* I. *p.* 258. *n.* 3. *Plukn. Alm. t.* 83. *f.* 2.

Differt ab *atropurparea:* caule pubescente, foliis acutis nec acuminatis pubescentibus, glomerulis florum majoribus flavescentibus divaricatis valde uncinatis. *Willd.* Folia saepius dependentia; rami pauci ex infimis axillis nascentes divaricati. *Decand* Pedalis circiter et ultra. *In India orient. et forte in Africa ex specimine inter plantas Sparrmannianas.* 4. ⊙ *Lam.*

3. D. *patula*; caule fruticoso patulo pubescente, floribus spicis orbiculatis echinato - uncinatis. ACHYRANTHES *patula Linn. Suppl. p.* 160. *Willd. Spec.* I. *p.* 1193.

Caulis erectus 3 ped. brachiatus teres virens. Folia opposita petiolata ovata acuta pubescentia. Spica terminalis sessilis. Flores distantes alterni, inferiores oppositi albidi, singuli bracteâ suffulti. Bractea lanceolata deflexa. Gluma triflora bivalvis, valvulis ovatis concavis membranaceis acutis. Flosculus intermedius sessilis calyce pentaphyllo viridi pubigero. Flosculi lateralis bracteis 2 oppositis calyciformibus patulis glumae communi contrariis, intra quas similis fasciculus, setis rigidis uncinatis patulis flavescentibus, quas inter calyx pentaphyllus pu-

bigerus. Stam. 5. Pistill. 1, stigma capitatum. Dormit foliorum oppositionibus sub ramo deflexis paginae inferiori approximatis. *Linn.* *In India orientali.* 4.

Obs. Cls. *Decandolle* speciem hanc junxit cum *flavescente* (ACHYR. *echinata Retz*). Attamen, cum *Willdenow* specimina *echinatae* et *patulae* vidisset, et utramque distinctam esse speciem affirmet, hujus interea auctoritate, ex autopsiâ petitâ, utramque tanquam distinctam exhibemus speciem. An hujus loci GOMPHRENA *patula Wendl. bot. Beobacht?*

4. * D. *prostrata Dec.*; caulibus fruticosis prostratis, foliis oppositis ovatis, spicis solitariis, florum (binatorum) fasciculis remotis patentibus demum reflexis, setis brevissimis. *Decand. Cat. monsp.* 1813. *p.* 102. ACHYRANTHES *prostrata Linn. Spec.* I. *p.* 296. *Willd. Spec.* I. *p.* 1194. CYATHULA *geniculata Lour. Fl. Cochinch.* I. *p.* 125. Auris canina femina *Rumph* VI. *p.* 26. *t.* 11. *Bont. jav. p.* 150.

Caules saepe repentes 1 *s.* 2 ped. divaricati atropurpurei pilosi. Folia obovata subpetiolata subpilosa acuta margine purpurascentia. Spicae e dichotomia pedunculatae solitariae oblongae virides apice purpurascentes. Flores minuti subpedicellati gemini, calyce communi triphyllo mucronato. Ad latera alterius flosculi penicillus purpureus setis uncinatis. Fructus reflexi ovati obtusi. *Linn.* Facies spicarum fere *patulae*, sed foliis subsessilibus obovatis attenuato-acuminatis satis distincta. Figura *Rumphii* non optima. *Willd.* Plantae hujus sequentem descriptionem dedit non paucis recedentem et nimis brevem cls. *Afzelius in remed. guineens. Coll.* III. *p.* 21: „Caules humi repentes longi tetragoni, inferne solum fruticosi. Folia rhombea, subtus multo pallidiora. Spicae plerumque terminales cylindricae. *In Ind. orient. Linn. In sylvis Sierrae Leonae et totius Guineae vulgaris. Afzel.* ♄.

Obs. *Lamarck Enc. meth.* I. *p.* 546 huc tanquam synonymon vocat *Scheru-Cadelari Rheed.-Malab.* X. *t.* 79. Descriptio CYATHULAE *geniculatae Lour.*, licet ab omnibus huc vocetur tanquam synonymon (praeter *Decand.!*) recedit characteribus pluribus. Caulis ab illo dicitur herbaceus, perennis, 3-ped., suberectus geniculatus striatus, ramis brachiatis patentibus, radice subdivisâ longâ saepe repente. Folia ovato-lanceolata integerrima tomentosa opposita petiolis rubris. Flos albo-violaceus, spicis longis filiformibus terminalibus. Cal. foliolis omnibus duriusculis uniformibus nec coloratis, 8-phyllus, inferior 3-, superior 5-phyllus, foliolis omnibus subulatis erectis. Petalum (vel Nectarium) 1 integrum cyathiforme pellucidum, calyce superiore brevius. Filamenta corollâ longiora, stylus staminibus brevior, stigmate crassiusculo multifido. Semen 1 oblongum teres. Haec in Cochinchina. In Sina inveniuntur 2 plantae sub eodem nomine. Has ego non vidi, nisi pictas in herbario sinensi. Itaque dubius maneo, an ad idem genus pertineant. Una illarum similem habitum portat, videnturque tam genere quam specie cum cochinchinensi convenire, quam recentem saepe examinavi. *Lour.*

5. D. *repens*; foliis oppositis, rhomboo-ellipticis cum caule pubescentibus, calycibus reflexis spicae adpressis, bracteis duabus, fasciculo setarum uncinato obvallatis. ACHYRANTHES *repens Roth nov. pl. Spec. MSS.*

Flores alterni, parvi, reflexi. Bracteae binae ad quemvis florem, cartilagineae. Quam proxime accedere videtur A. *prostratae Linn.*; at flores solitarii, nec gemini, nec calyx triphyllus, nec spicae apice cum foliorum margine purpurascentes. *Hab. in India orientali* B. *Heyne.*

6. D. *micrantha Dec.*; caulibus suffruticosis erectis, foliis oppositis ovatis, spicis solitariis, florum fasciculis remotis patentibus demum reflexis, setis brevissimis flavidis. *Decand Cat. monsp.* 1813. *p.* 103. ACHYRANTHES *prostrata* β. fol. rhomboideis acuminatis. *Lam. Enc. meth.* I. *p.* 546. *Plukn. Alm. t.* 82. *f.* 2.

Folia acuta, aut in iisdem individuis interdum emarginata subpilosa, ut caules. Spicae longae gracillimae. Flores parvi. *Dec. In Java; ins. Borbonica*, (*Herb. Commers.*), *in regione Maderaspatana. Plukn.* 2?

7. D. *muricata Decand.*; caule fruticoso patulo, foliis alternis ovatis nudiusculis, racemis plurimis, florum fasciculis remotis ovatis, setis brevissimis callosis. *Decand. Catal. monsp.* 1813. *p.* 103. ACHYRANTHES *muricata Linn. Spec.* II. *p.* 295. *Willd. Spec.* I. *p.* 1193. ACHYR. *amaranthoides*, c. f. diffuso, f. a. ovato-acutis, petiolatis laevibus, spicis filiformibus terminalibus, floribus remotis. *Lam. Enc. meth.* I. *p.* 549. *Pers. Syn.* I. *p.* 259. AMARANTHUS *frutescens Hort. Paris.* (fide *Lam.* l. c.) *Dum. Cours, Bot. Cult.* I. *ed.* 1. *p.* 648. (fide *Pers.* l. c.) DIGERA *Juss.*

Distincta plurimis ab *alternifolia Linn. Mant.* 50, quâcum videtur a *Linnaeo* confusa. Suffrutex 2-3 ped., ramis glabris, virentibus, apice subangulosis. Folia alterna, basi parum in petiolum decurrente. Flores parvi, virentes, sessiles, terminales in caule ramisque, spicis nunc solitariis, nunc paniculatis. Calycis foliola concava, ovata, obtusa, glabra, squamis 2-3 ad basin. Filamenta basi dilatata. Germen globosum, stigmatibus 5. Siccata nigrescit. *Lam.* l. c. *In Java et in Molaccis.* ♄. *Sonnerat.*

Obs. Licet cls. *Decandolle* synonymon ill. *Lamarck* non citasset, tamen, quia non exclusisset, et laudasset adductam a *Lamarck* pariter ad suam *amaranthoidem* BLIT. *frutescens Rumph* V. *t.* 83. *f.* 2., *amaranthoidem Lam.* hujus interea credimus loci, hâc etiam ratione ducti, quia de structura floris *Desmochaetoidea* in sequente simili *ciliatâ* uberius disserat. Etiam cls. *Roth nov. pl. Spec. MS.* nos monet: „desunt squamae fimbriatae filamentis basi connatis interjectae, quas ACHYRANTHIS character emendatus a *R. Brown* petit.“

8. D. *alternifolia Dec.*; caule herbaceo erecto, foliis alternis ovatis laevibus, racemis plurimis, florum fasciculis remotis ovatis, setis brevissimis callosis. *Decand. l. c. p.* 103. ACHYRANTHES *alternifolia Linn. Mant.* 50. ACHYRANTHES *muricata Lam. Enc. meth.* I. *p.* 548. ACHYR. *muricata β. Willd. Spec.* I. *p.* 1193.

Planta erecta, facie *Celosiae*. Folia ovata s. cordata laevia petiolis subciliatis. Pedunculi axillares, pentagoni foliis longiores. Spica floribus distantibus. Cal. 2-phyllus parvus erectus. Petala 5 ovata, interioribus 3 erectis purpureis, superiore et inferiore pallidiore patentiore. Corpus viride truncatum breve callosum tridentatum, dentibus lateralibus trifidis. Stam. 5 longitudine floris, absque nectario connectente. Pistillum stigmate bifido. Semen 1, nudum, durum. Ob semen 1 nequit associari CELOSIIS, licet folia alterna. *Linn.* *In Aegypto, Arabia. Linn.* ☉.

9. D. *ciliata*; caule herbaceo, foliis alternis ovato-acutis glabris, petiolis ciliatis. spicis axillaribus filiformibus solitariis, floribus remotis subsquarrosis. ACHYRANTHES *ciliata Lam. Enc.* I. *p.* 549.

Floribus antecedenti *muricatae*, et foliis sAMARANTHIS similis. Caules subangulati glabri, subtus nervosi, petiolis longiusculis. Spicae foliis multo-longiores axillares, simplicissimae, pedunculis angulatis. Flores parvi, herbacei, ovato-conici, medio angulis aut asperitatibus parvis, apice squamis ambientibus. *Lam.* *In India orientali. Sonnerat.*

10. D? *globosa*; caule erecto foliorum echinis subglobosis. *Linn. Suppl.* 139. sub ACHYRANTHE *alternifolia*, ut *Poir. Enc. meth. Suppl.* II. *p.* 11. *Plukn. Alm.* 36. *t.* 260. *f.* 1.

Mira plantae hujus fata. *Murray* in *Syst. Veg.* (addens cauli *herbaceo*) junxit eum *alternifolia Mantissae* (quam *β. muricatae* fecit *Willdenow*, et tanquam Speciem restituit *Decandolle*). Hunc sequebatur *Gmelin.* *Willdenow*, cum diagnosi *Linnaei* filii, adducit eandem *Spec.* I. *p.* 1194. *n.* 9. nomine ACHYRANTHIS *prostratae*, licet eâdem paginâ sub *n.* 7 jam habuisset ACHYR. *prostratam*, addens in *Obs.*: „Cls. *Murray* A. *alternifoliam Mant.*, quae est varietas A. *muricatae*, cum hac conjunxit, sed descriptio non convenit. Autoptis harum illustrationem commendo.“ *Persoon* in *Synops.* I *p.* 259. *n.* 21. (adductis *p.* 258. sub *n.* 7 *prostrata Linn.* et sub *n.* 5. *muricata* etiam *alternifoliâ Mant.* 50 et 344.) exhibet *alternifoliam Suppl. p.* 159 tanquam propriam speciem, addito in ( ) nomine *globosae* quod retinuimus. *Decandolle* sub *alternifolia* silet plane de synonymo hocce. Dicamus ergo cum *Willdenow*: „Autoptis harum illustrationem commendo, et subjungamus descriptionem *Linnaei* filii quae quasi aliud generis plantam denotare videtur: „Caulis herbaceus rectus flexuosus ramosus angulatus scaber purpurascens. Rami inferiores virgati elongati procumbentes. Folia alterna petiolata

remota lanceolata subflexuosa laevia consistentia desinentia in petiolos longos purpurascentes. Capitula solitaria subsessilia subglobosa oppositifolia. Cal. exterior 5-phyllus, setaceus, longitudine interioris; interior 5-phyllus, lanceolatus, erectus, persistens, rubicundo-albicans. Stam. 5 alba, calyce paulo breviora. Germen globosum. Stylus purpurascens. Stigmata 2. *Linn.* *In India orientali.*

11. D. *tomentosa*; caule erecto, ferrugineo-tomentoso; foliis ovatis, mucronatis, sericeo-pubescentibus; spicâ interruptâ; flosculis lanatis, lateralibus utrinque fasciculo setarum uncinato. ACHYRANTHES *Roth. nov. pl. Spec. MSS.*

Florum glomeruli quadriflori, compressi. Flores omnes sessiles, lanâ conjuncti. *H. in India orientali* B. *Heyne.*

12. D? *uncinata*; foliis oblongis acuminatis, spicâ terminali, floribus geminatis, setis uncinatis brevioribus. ACHYRANTHES *uncinata Reliqu. Willd. MS.*

In America merid. Humb. et *Bonpl.*

1043. ALTERNANTHERA.

a. *Genuinae: filamentis 2 castratis, dentibus interjectis brevissimis obsoletis.*

1. A. *sessilis R. Br.*; capitulis subsessilibus, perianthiis glabris, foliolis ovatis acuminatis, utriculo fere duplo brevioribus, foliis oppositis ovato-lanceolatis integerrimis glabris, axillis imberbibus, caule repente bifariam pubescente. *Roth Nov. pl. Spec. MS. Brown Prodr.* I. *p.* 417. ALTERNANTHERA *repens Forsk. aegypt. arab. p.* 28. *Gmel. S. V. p.* 106. ALTERNANTHERA *triandra Lam. Enc. meth.* I. *p.* 95. ILLECEBRUM *sessile* fol. lanceolatis subsessilibus, capitulis oblongis glabris etc. *Linn. Mant.* 345. *Vahl Symb.* I. *p.* 22. *Willd. Spec.* I. *p.* 1209. *Lour. Fl. Cochinch.* I. *p.* 202. *Gmel. S. V.* I. *p.* 427. *Poiret Enc. meth. Suppl.* I. *p.* 304. GOMPHRENA *sessilis Linn. Spec.* I. *p.* 225. *Fl. Zeyl. p.* 116. ACHYRANTHES *ficoidea* α. *sessilis Lam. Enc. meth.* I. *p.* 548. ACHYRANTHES *ficoidea* β. *sessilis Pers. Syn.* I. *p.* 259. *n.* 20. ALLAGANTHERA*) *Forskali Martius Enum. H. Erlang. p.* 69. PARONYCHIA *sessilis Desf. tabl. de l'Ecole* 1815. *p.* 54. *Plukn. Alm.* 27. *t.* 133. *f.* 1. *Burm. Zeyl.* 17. *t.* 4.

*) Recte cls. MARTIUS nomen ALTERNANTHERAE, ut latino-graecum, adeoque barbarum, mutavit. Attamen cum anthera, saltem in Botanica, jure Latii donata sit, praestat βαρβαριζειν quam continuâ αλλαγῃ omnia turbare.

f. 2. *Rheed. Malab.* X. *p.* 21. *t.* 11. *Rumph Amb.* VI. *p.* 37. *t.* 15. *f.* 1.

Caulis procumbens radicans purpureus bifariam anceps lineâ villosâ ut in VERONICA *Chamaedri*. Folia in tenellis serrata, in adultis vix manifeste. *Linn.* Si revera stamina 6 adsunt, a congeneribus tamen divelli nequit. Ego tantummodo filamenta 5 vidi in speciminibus siccis (*Forskali*). Convenit cum ILLECEBRO *sessili* tam herbâ, quam fructificatione, eandemque esse speciem dubium non superest. *Vahl.* Folia interdum subserrata. *Lour.* Florum capitula albo-rufescentia, magnitudine pisi. *Forsk.* *In India orientali, et Cantone Sinarum in humidis.*

Obs. Characterem generis ALTERNANTHERAE ex A. *sessili* optime dedit cls. *Martius Enum. H. Erlang. p* 69. *Cal.* 5-phyllus, laciniis membranaceis ovatis acutis uninervibus concaviusculis erectis. *Cor.* nulla. *Nectar.* annulus staminifer, basin germinis cingens. *Stamina* 5, tribus fertilibus subulatis, 2 sterilibus paulo latioribus apice incisis, cum altero fertilium alternantibus. Antherae globosae. Germen compressolentiforme, emarginatum. Stylus brevis filiformis, stigmate obtuso. Utriculus compressus, emarginatus, stylo persistente coronatus, monospermus. Cls. *Desfontaines* hanc inter et sequentem *ficoidem* posuit PARONYCHIAM *tenellam* in *tableau de l'Ecole* 1815. *p.* 54 nobis plane ignotam, nullâ additâ patriâ. An ergo, ex societate, ALTERNANTHERA? 24 est, et Parisiis in tepidario colitur.

2. A. *ficoides R. Br.*; caulibus repentibus glabris, foliis lato-lanceolatis petiolatis, capitulis orbiculatis pubescentibus. ILLECEBRUM *ficoideum Kniph.* C. X. *n.* 49. *Willd. Spec.* I *p.* 1208. GOMPHRENA *ficoidea Linn. Syst. Nat.* I. *p.* 225. *Jacq. Amer. p.* 88. *t* 60. *f.* 4. *pict. t.* 90. ACHYRANTHES *ficoidea* β. *Lam. Enc. meth.* I. *p* 548. ACHYRANTHES *ficoidea Pers. Syn.* I. *p.* 259. *n.* 20. ALTERNANTHERA *triandra Forsk.* (fid. *Poiret Enc. meth. Suppl.* I. *p.* 9 sed vix hujus loci.) PARONYCHIA *ficoidea Desfont. tall. de l'Ecole* 1815. *p.* 54.

Corollae (?) acutis oculis pubescentes sunt. Nectarium radiis 5, apice laceris. *Linn.* Folia cuneiformi-obovata sessilia acuta. Capitula numerosa sessilia. Perianthii foliolum exterius ovatum acuminatum, 2 lateralibus subulatis falcatis. Petala 5 erecta acuta calyce duplo longiora, exteriora 2 lanceolato-ovata. Filamenta 5 subulata longitudine germinis. Stylus brevissimus stigmate obtuso villoso. Caps. cordato-orbiculata, semine unico compresso. CELOSIAE propior. *Jacq.* *In littoribus maris Americae*, (*Martinicae* pestis pratorum) *nunc Hispaniae.* 24.

3. A. *spinosa*; foliis ovato-lanceolatis deflexis, floribus axillaribus glomeratis, calycibus spinosis, caule tomentoso dichotomo. ACHYRANTHES *spinosa Hornem. Enum. pl. H. havn. p.* 240. A. *axillaris* fol. oblongis subtus leviter tomentosis, spicis capitatis, alaribus sessilibus etc. *Willd. Enum. H. Berol.* I. *p.* 270. *Martius Enum. H. Er-*

lang. p. 70. ALTERNANTHERA *axillaris Decand. Cat. Hort. monsp. p.* 77.

Folia 2-3-poll. utrinque acuta supra glabra, subtus cana. Spicae pauciflorae, pungentes. *Willd.* Caulis erectus teres a basi ramosus, (prostratus *Decand.*) pilis verticillato-ramosis, ramis patentibus. Folia opposita plana patentia in petiolum attenuata cum mucrone pungente utrinque subtomentosa pilis erectis ramosis. Flores ad axillas ramorum superiorum flavescentes. Cal. (?) triphyllus, foliolis membranaceis, lanceolato-acuminatis, carinatis, inaequalibus, carinâ ciliatis. Cor. 5-, etiam 4-petala, petalis inaequalibus coriacco-membranaceis, 2 exterioribus maximis, altero externo longe acuminato subaristato concavo dorso convexo et basin versus trinervi, sulcis 2 interjectis, ad latera inferne villoso, interno paulo minus planiusculo, ovato-lanceolato, subaristato, basi utrinque extus villoso; 2-3 interioribus duplo minoribus lanceolato-carinatis acuminatis dorso villosis inaequalibus, 2 minoribus oppositis genitalia amplectantibus, altero majore saepius deficiente. Stam. 4 brevia, coronulae membranaceae viridi germen cingenti innata, interjectis dentibus singulis tanquam totidem filamentis sterilibus. Filamenta filiformia, antheris luteis. Germen turbinato-depressum. Stylus brevissimus stigmate subcapitato. Semen lentiforme ferrugineum. *Mart.* *Habitat — in Caldario Havniae, Berolin.*

4. A. *denticulata R. Br.*; (capitulis sessilibus) perianthiis glabris: foliolis ovatis, acuminatis (mucronatis) utriculo fere duplo longioribus, foliis (oppositis) angusto-lanceolatis, denticulatis, glabris, axillis barbatis, caule procumbente glabro. *Roth. nov. pl. Spec. MSS.* *Brown. l. c. p.* 417. *n.* 1.

A. *nodiflora* praesertim caule ramisque ultimis glabris tantum distinguenda. *In India orientali* B. *Heyne; ad littora novae Hollandiae intra tropicum, ad port. Jackson, insula van Diemen R. Brown.*

5. A. *nodiflora R. Br.*; (capitulis sessilibus) perianthiis glabris; foliolis angusto-lanceolatis acuminatis, utriculo triplo longioribus, foliis (oppositis) lanceolato-linearibus, denticulatis, glabris, axillis barbatis, caule diffuso ramisque tetragonis glabris, ultimis bifariam pupescentibus. *R. Brown l. c.* *Roth nov. pl. Spec. MS.*

Similis antecedenti, *denticulatae*, at notis indicatis distinguenda. *H. in India orientali* B. *Heyne; ad littora novae Holland. intra tropicum. R. Br.*

6. A. *angustifolia R. Br.*; perianthiis extus lanatis, foliolis ovatis acutis utriculum aequantibus, glomerulis subglobosis foliis linearibus glaberrimis, caule erecto angulato. *R. Brown* l. c.

Ad littora nov. Holland. intra tropicum.

7. A. *nana R. Br.*; perianthiis glabris, foliolis ovatis breviter acuminatis utriculo duplo longioribus, foliis oblongo-obovatis pilosis basi attenuâta, caule diffuso hirsuto. *R. Brown* l. c.

Ad littora nov. Holland. intra tropicum.

b. *Spuriae: filamentis 5 antheriferis, totidemque sterilibus manifestis.*

8. A. *Achyrantha R. Br.*; capitulis sessilibus, perianthiis glabris; foliolis lanceolatis mucronato-subspinosis utriculo triplo fere longioribus, foliis ovatis mucronatis opposito minore. *Roth nov. pl. Spec. MSS.* ILLECEBRUM *Achyrantha* caulibus repentibus pilosis, capitulis subglobosis etc. *Willd. Spec.* I. *p.* 1208. ACHYRANTHES *repens Linn. Spec.* I. *p.* 205. ACHYRANTHES *mucronata Lam. Enc. meth.* I. *p.* 547. PARONYCHIA *Achyrantha Desfont. tabl. de l'Ecole* 1815. *p.* 54.

Caules herbacei teretes pilis albis praesertim apice. Folia opposita fere glabra, basi in petiolum attenuata, altero minore, apice mucrone minimo. Fasciculi florum axillares, ovati, albidi, basi barbati, squamis mucrone parvo spinescente. *Lam.* Et haec etiam in *Persoon Synops.* desideratur. Obtinuimus saepe nomine ILLECEBRI *sinensis* et *ramosi*. *In Donaria.* 4.

9. A. *frutescens R. Br.*; caule fruticoso diffuso dichotomo, foliis oppositis pulverulentis. ILLECEBRUM *frutescens L'Hérit. stirp.* I. *p.* 75. *t.* 37. *Willd. Spec.* I. *p.* 1208. *Pers. Syn.* I. *p.* 261. *n.* 20. ACHYRANTHES *halimifolia*, caulibus repentibus dichotomis ramosissimis, foliis obovatis carnosis, albicantibus, capitulis axiliaribus. *Lam. Enc. meth.* I. *p.* 547. (fide *Poiret Enc. meth. Suppl.* II. *p.* 9.) *Pers. Syn.* I. *p.* 258. *n.* 11. PARONYCHIA *frutescens Desfont. tabl. de l'Ecole* 1815. *p.* 54. ILLECEBRUM *linense Dum. Cours.* I. *p.* 646. *β. Burm. Amer. t.* 21. *f.* 2.

Affinis *Achyranthae. Willd.* Habitus GLINI *dictamnoidis*, sed minus tomentosa, foliis magis oblongis. Caules multi, herbacei, teretes, rufescentes, succulenti, 1 1/2 ped. Folia petiolata, elliptica subinde; capitula albicantia pubescentia. Cal. e foliolis 5 scariosis, acutissimis, extus pilis albis. Squamae 5 breves ciliatae staminibus interjectae. *β magis villosa*, foliolis ad axillas. *Lam. l. c. In aridis Limae, Peraviae. Dombey. β in Antillis. Plumier.*

10. A. *polygonoides R. Br.*; caulibus repentibus hirtis, foliis lato-lanceolatis petiolatis, capitulis orbiculatis nudis. ILLECEBRUM *polygonoides Mill. Dict. n.* 5. *Willd. Spec.* I. *p.* 1208. (exclus. *β*). ACHYRANTHES *polygonoides*

Lam. Enc. meth. I. *p.* 547. ALTERNANTHERA *polygonoides R. Br. Prodr. p.* 416. *Meyer Essequeb. p.* 127. GOMPHRENA *polygonoides Linn. Spec.* I. *p.* 1208. *Herm. paradis. p.* 17. *t.* 17. *Sloane Hist* I. *p.* 141. *t.* 86. *f.* 2.

Similis *ficoidi*, sed caule, non flore, villoso. *Linn.* Caules herbacei, pedales et ultra, ramosi, furcati, procumbentes, (nec repentes). Folia opposita, utrinque acuta, atro-viridia, supra fere glabra, margine et subtus ad nervos hirta. Folia ramea reliquis majora. Capitula axillaria albida fere glabra. Squamae acutissimae. *Lam.* Bracteae subvirides. Cal. albus. Antherae luteae. *Meyer.* Mirum hanc plantam desiderari in cl. *Persoon Synops.*; ACHYRANTHES enim *polygonoides* sua DIGERA est. *In Americae littoribus maris.*

Alternantherae spuriae;

1. *calyce irregulari: filamentis in cyathulum ovario brevio-rem connatis.*

11. A. *canescens Humb.* et *Bonpl.*; caule prostrato; ramis foliisque pubescentibus, linearibus, acutis, crassiusculis, sessilibus; capitulis ovatis, terminalibus aut axillaribus, solitariis, sessilibus; laciniis calycinis basi pilosis, inaequalibus. *Humb.* et *Bonpl. nov. Gen.* et *Spec.* II. *p.* 164. *Vicho menudito incolarum.*

Caulis ramosus, teres, ramique canescentes abbreviati. Folia opposita, integerrima, utrinque cano-pubescentia. 4-5 lin. longa, 1/2 lin. et paulo latiora. Capitula foliis duobus suffulta, ovata aut oblonga, magnitudine pisi. Flores imbricati, tribracteati. Bracteae 2 oppositae oblongae, acutae, carinatae, diaphanae, albidae, dorso pilosae, calyce breviores; tertia exterior obovata, acuta, glabra, diaphana, reliquas longitudine subaequans. Calyx 5-partitus, a basi ad medium obsitus pilis crebris albis articulatis; laciniis 3 exterioribus oblongis, acutis, scariosis, albidis, obsolete trinerviis; duabus interioribus oppositis, brevioribus et angustioribus, carinatis, carinà pilosociliatâ. Stamina 5 inclusa. Filamenta omnia antherifera. Pollen flavum. Ovarium globoso-compressum, glabrum. Stylus brevis. Stigma, glandulosum. Capsula evalvis?, globoso-compressa, glabra, monosperma, calyce inclusa. Semen lenticulare, fuscum, nitidum. *Crescit locis salsis, arenosis, maritimis prope Cumana et Bordones.* 4. PHILAXERO *vermiculari* affinis.

12. A. *pulchella Humb.* et *Bonpl.*; caule procumbente, ramis foliisque lanato-pubescentibus, ovato-spathulatis, acutis, petiolatis; capitulis ovatis, terminalibus et axillaribus, ternis aut septenis, conglomeratis, sessilibus; laciniis calyciniis glabriusculis, inaequalibus. *Humb.* et *Bonpl. nov. Gen.* et *Spec.* II. *p.* 164.

Caulis 1 1/2 ped. ramique teretes. Folia opposita, petiolata, integerrima, membranacea, venosa, utrinque lanato-pubescentia, adjecto petiolo pubescente 4-5 lin. Capitula ovata, magnitudine fructus cannabis. Flores imbricati, tribracteati. Bracteae 2 oppositae lineares acuminato-subulatae, carinatae, dorso pilosae, albidae, calyce breviores; tertia exterior oblonga, acuta, mucronata, dorso pilosa, laciniis calycinis simillima, iisque tamen paulo brevior. Calyx albidus, laciniis 3 exterioribus oblongis, acutis, mucronatis, apice denticulatis, planiusculis, diaphanis, subenerviis; 2 interioribus brevioribus, et multo angustioribus, carinatis, dorso pilosis. Stamina inclusa. Filamenta decem, quorum quinque alterna castrata, omnia basi in cyathulum ovario vix breviorem connata. Antherae uniloculares? Stylus brevis. Fructum non vidi. *Crescit prope confluentem Apures et Orinoci in arenosis.* 4. Variat internodiis longioribus; foliis angustioribus; capitulis majoribus.

13. A. *caracasana Humb.* et *Bonpl.*; caule prostrato ramisque pubescentibus; foliis subobovatis, acutis, petiolatis, glabris; capitulis ovato-oblongis, axillaribus, congestis, sessilibus; laciniis calycinis basi pilosis, inaequalibus. *Humb.* et *Bonpl. nov. Gen.* et *Spec.* II. *p.* 165.

Caules diffusi ramique teretes. Folia opposita, obovata aut oblonga, basi cuneata, integerrima, venosa, membranacea, adjecto petiolo pollicaria et paulo longiora, 4 lin. lata. Petioli ciliati, 4 lin. Stipulae nullae. Capitula in ramulis solitaria aut gemina, magnitudine pisi. Flores imbricati, tribracteati. Bracteae duae oppositae lanceolatae, acuminato-subulatae, carinatae, diaphanae, albidae, dorso pilosae, pilis articulatis calyce brevioribus; tertia exterior laciniis calycinis simillima, sed brevior, oblonga, acuminato-subulata, planiuscula, subenervia, subciliata, glabra, diaphana. Calycis laciniae inaequales; 2 reliquis longiores, oblongae, acuminato-mucronatae, trinerviae, planiusculae, margine denticulatae, basi pilis articulatis apice glochidatis obsitae; tertia duabus descriptis simillima, sed paulo brevior et obtusiuscula; 2 interiores oppositae lanceolatae, acuminatae, carinatae, pilis articulatis glochidatis dorso obsitae. Stamina calyce multo breviora, decem?, quorum quinque alterna castrata?. Antherae uniloculares?. Stylus brevis. Stigma glandulosum. Capsula evalvis?, compressoglobosa, glabra, calyce cincta. Semen lenticulari-globosum, fuscum, nitidum. *Crescit in valle temperata juxta Caracas* et *Chacao*, alt. 450 hex. 4.

14. A. *pungens Humb.* et *Bonpl.*; caule repente ramisque villoso-pubescentibus; foliis obovatis, acutis, breviter petiolatis, glabris; capitulis subglobosis, axillaribus et terminalibus, approximatis, sessilibus; laciniis calycinis basi pilosis, inaequalibus. *Humb.* et *Bonpl. nov. Gen.* et *Spec.* II. *p.* 165.

Caulis prostratus ramique teretes. Folia opposita, basi cuneata, integerrima, crassiuscula, venosa, venis nervoque medio sub-

tus prominentibus et pilosiusculis, adjecto petiolo vix pollicaria, 1/2 poll. lata. Capitula solitaria, subglobosa, magnitudine fructus PRUNI *spinosae*. Flores imbricati, tribracteati. Bracteae lanceolatae, apice subulato-aristatae, scariosae, diaphanae, albidae, subuninerviae, inaequales; exterior planiuscula, reliquis carinatis longior duploque latior, apicem versus denticulatas lacinias calycinas exteriores longitudine subaequans. Calyx basi pilis brevibus articulatis vestitus; laciniae 2 exteriores reliquis duplo longiores, lanceolatae, apice subulato-pungentes, coriaceae, externe trisulcatae, albidae, glabrae; tertia linearis, obtusiuscula, apice ciliato-dentata, scariosa; 2 interiores oppositae lineares, apice dentatae, dente intermedio maximo pungente, carinatae, dorso fasciculo pilorum articulatorum. Stamina non vidi; an planta dioïca? Ovarium compresso-globosum, glabrum. Stigma capitatum. Fructum haud observavi. *Crescit in ripa Orinoci prope nobilem cataractam Maypurensium.* ♄.

15. A. *truxillensis Humb.* et *Bonpl.*; caule (sub) volubili; ramis teretibus foliisque dense canescenti-pubescentibus, ovovato-oblongis, obtusis, mucroutais, petiolatis; capitulis oblongis, axillaribus et terminalibus, subquinis, sessilibus; laciniis calycinis basi pubescentibus, inaequalibus. *Humb.* et *Bonpl. nov. Gen.* et *Spec.* II. *p.* 165.

Caulis ramique striati, ramuli cano-tomentosi. Folia opposita, integerrima, margine undulata, venosa, utrinque canescentia et tomentoso-pubescentia, adjecto petiolo vix pollicem longa, 5-6 lin. lata. Petioli 2 lin. longi, canaliculati, pubescentes. Capitula 4-5 in apice aut axillis ramorum congesta, oblonga, magnitudine pisi minoris. Flores imbricati, tribracteati. Bractea exterior ovato-oblonga, acuminato-mucronata, concava, scariosa, glabra, calyce duplo brevior; 2 laterales lanceolatae, carinatae, acuminato-subulatae, dorso pilosae, longitudine exterioris. Calyx laciniis 3 exterioribus oblongis, trisulcatis, scariosis, albidis, acuto-pungentibus; 2 interioribus oppositis, lanceolatis, acuminatis, carinatis, dorso pupescentibus, reliquis paulo brevioribus, albidis. Stamina 10, calyce duplo breviora, basi in cyathulum ovario vix breviorem connata; 5 antherifera. Ovarium globoso-compressum, glabrum. Stigma capitatum. Fructum non vidi. *Crescit locis planis maritimis Peruviae prope arbem Truxillo.* ♃.

2. *Calyce subregulari; filamentis in tubum ovario longiorem connatis.*

16. A. *lupulina Humb.* et *Bonpl.*; caulibus procumbentibus; ramis (que sub) tetragonis foliisque glabris, oblongo-spathulatis, acutis, ciliatis, crassiusculis, petiolatis; capitulis subglobosis, terminalibus, solitariis, pedunculatis; laciniis calycinis glabris, subaequalibus. *Humb.* et *Bonpl.*

nov. Gen. et *Spec.* II. *p.* 166. ACHYRANTHES *lupulina Reliqu. Willd. MS.*

Caules suffruticosi diffusi (ramosissimi, digitales. *Willd*) Folia opposita, integerrima, glabra, adjecto petiolo glabro 5-6 lin. (vix duas lin. *Willd.*) longa. Capitula magnitudine pisi. Pedunculi pubescentes (nudi, axillares, caule parum majores. *Willd.*) Flores imbricati, tribracteati. Bracteae laciniis calycinis simillimae, subaequales. Calyx albidus, laciniis linearioblongis, obtusis, concavis, enerviis, scariosis, albidis. Stamina 10, quorum 5 castrata. Ovarium oblongum, glabrum. Stylus simplex. Capsula evalvis, glabra, calyce cincta. Semen oblongum, fuscum, nitidum. *Crescit in Regno Peraviano juxta urbem Caxamarca.* ♃. An hujus generis?

17. A. *sericea Humb.* et *Bonpl.*; caule subvolubili, ramis subtetragonis foliisque subtus canescenti-sericeis, supra strigoso-pubescentibus, oblongis, acuminatis, breviter petiolatis; capitulis ovatis, axillaribus et terminalibus, solitariis pedunculatis; laciniis calycinis glabris, subaequalibus. *Humb.* et *Bonpl. nov. Gen.* et *Spec.* II. *p.* 166.

Caulis ramosus, erectus, subtetragonus, sulcatus; rami oppositi. Folia opposita, basi acuta, integerrima, venosa, supra strigosopubescentia, 1 1/2 pollic. Petioli canescenti-sericei. Capitula ovata, magnitudine Fabae. Pedunculi 1-1 1/2 poll., pubescentes. Flores imbricati, tribracteati. Bracteae ovatae, acuminato-subulatae, uninerviae, scariosae, diaphanae, albidae, calyce duplo breviores; exterior planiuscula; 2 interiores paulo angustiores, subcarinatae, dorso pilosae. Calyx laciniis linearioblongis, acutis, concavis, enerviis, scariosis, roseis; 2 interioribus paulo minoribus, subcarinatis. Stamina 10, alterna 5 castrata. Pollen croceum. Ovarium ovatum, glabrum. Stylus brevis. Stigma glandulosum. Capsula evalvis?, subrotunda, calyce cincta styloque coronata. Semen globoso-trigonum, nigrum, nitidum. *Crescit in Regno Quitensi, in planitie herbida Chilloensi*, alt. 1340. hex. ♃. Variat 1) ramis foliisque minus sericeis, 2) foliis utrinque strigoso-pubescentibus.

18. A. *flavescens Humb.* et *Bonpl.*; caule subscandente; ramis teretibus foliisque glabris, obovatis, acutis, subsessilibus; capitulis subglobosis, axillaribus et terminalibus, solitariis, pedunculatis; laciniis calycinis glabris, aequalibus. *Humb.* et *Bonpl. nov. Gen.* et *Spec.* II. *p.* 166.

Caulis erectus; rami fuscescentes; ramuli pubescentes. Folia opposita, basi cuneata, juniora oblongo-lanceolata, acuta, mucronata, omnia integerrima, venosa, glabra, pollicaria. Capitula globosa, magnitudine pisi majoris. Pedunculi pollicares, pubescentes. Flores laxe imbricati, tribracteati. Bracteae ovatae, acutae, mucronatae, flavescentes, diaphanae, calyce dimidio breviores; exterior planiuscula, uninervia, glabra; interiores carinatae, dorso pilosiusculae. Calyx flavescens; laciniis

lineari-lanceolatis, acutis, scariosis, trinerviis. Stamina 10, calyce breviora, quorum 5 alterna castrata. Ovarium turbinato-subrotundum, glabrum. Stigma glandulosum. Fructus haud suppetit. *Crescit in umbrosis humidis juxta Camana.* 4.

19. A. *paniculata Humb.* et *Bonpl.*; caule subvolubili; ramis tetragonis, glabris; foliis ovato-oblongis, acutis, utrinque tenuiter strigoso-pubescentibus, petiolatis; paniculis terminalibus; capitulis ovatis, subternis, sessilibus; laciniis calycinis glabris, subaequalibus. *Humb.* et *Bonpl. nov. Gen.* et *Spec.* II. *p.* 167.

Caulis ramis oppositis, fuscis. Folia opposita, ovato-oblonga aut ovato-lanceolata, basi in petiolum angustata, venosa, venis primariis nervoque medio subtus prominentibus, utrinque tenuiter strigoso-pubescentia, 1 1/2-2 poll., 8-11 lin. lata. Petioli lin. 1-1 1/2, canaliculati, glabri. Paniculae terminales, simplices, 4-5 poll. ramis oppositis, pubescentibus, tristachys. Capitula terna, rarius solitaria, pedunculata, magnitudine pisi majoris. Flores imbricati, tribracteati. Bracteae ovatae, acutae, mucronatae, uninerviae, diaphanae, albidae, calyce triplo breviores; exterior planiuscula; interiores paulo breviores; subcarinatae, dorso pilosae. Calyx albidus; laciniis lineari-lanceolatis, acutis, trinerviis. Stamina 10, longitudine calycis, quorum 5 alterna castrata. Filamenta in tubum ovario multo longiorem connata, apice libera. Antherae lineares. Pollen flavum. Ovarium subglobosum, glabrum. Stylus brevis. Stigma glandulosum. Fructus immaturus unilocularis. *Crescit et floret cum* ALTERNANTHERA *flavescente.* 4.

20. A. *gomphrenoides Humb.* et *Bonpl.*; caule subvolubili; ramis subquadrangularibus, glabris; foliis ovatis, acuminatis, ciliatis utrinque adpresso-pubescentibus, petiolatis; capitulis compositis, subglobosis, terminalibus; laciniis calycinis glabris, subaequalibus. *Humb.* et *Bonpl. nov. Gen.* et *Spec.* II. *p.* 167.

Caulis ramis oppositis, ramulis abbreviatis. Folia opposita, petiolata, basi subrotundata, integerrima, venosa, subpollicaria. Petioli 1 1/2 lin. longi, canaliculati, puberuli. Capitula in apice ramulorum sessilia, magnitudine Cerasi. Flores laxe imbricati, tribracteati. Bracteae ovatae, uninerviae, diaphanae, glabrae, albidae, calyce triplo breviores; exterior reliquis brevior, acuta, mucronata, interiores mucronato-aristatae, concavae. Calyx albidus; laciniis lanceolato-linearibus, acutis, subenerviis, scariosis. Stamina 10, quorum quinque castrata. Filamenta in tubum ovario multo longiorem connata. Antherae lineares. Ovarium subrotundum, glabrum. Stylus brevis. Stigma glandulosum. Fructus desideratur. *Crescit locis temperatis Peruviae prope Ayavacam*, alt. 1470. hex. 4.

21. A. *villosa Humb.* et *Bonpl.*; caule (sub) volubili, ramis foliisque subtus ferrugineo-villosis, supra ferrugineo-sericeis, ovatis, acuminatis, (sub) petiolatis; capitulis sub-

globosis, terminalibus, pedunculatis axillaribus, sessilibus, solitariis; laciniis calycinis pubescentibus, subaequalibus. *Humb.* et *Bonpl. nov. Gen.* et *Spec.* II. *p.* 167.

Caulis ramosus, ramique oppositi. Folia opposita, subsessilia, integerrima. Capitula subglobosa, magnitudine Cerasi. Pedunculi 1-3 poll., densissime ferrugineo-villosi. Flores imbricati, tribracteati. Bracteae ovatae, acuminato-mucronatae, diaphanae; exterior planiuscula, glabra; interiores subcarinatae, dorso pilosae, exteriore longiores, calyce breviores. Calyx al. bidus; laciniis ovato-lanceolatis, acutis, scariosis. Stamina 10, quorum 5 alterna castrata. Filamenta in tubum ovario multo longiorem connata. Antherae lineares. Ovarium subglobosum, glabrum. Stigma glandulosum. Fructum non vidi. *Crescit et floret cum praecedente gomphrenoide.* 4.

22. A. *iresinoides Humb.* et *Bonpl.*; caule erecto ramisque densissime ferrugineo-hirtis; foliis ovato-oblongis, acuminatis, supra pubescentibus, subtus fusc. esceuti-sericeis, petiolatis; paniculis terminalibus; spicis oblongo-cylindraceis, solitariis, pedunculatis; calyce externe lanato. *Humb.* et *Bonpl. nov. Gen.* et *Spec.* II. *p.* 168.

Caulis 2-3-ped. ramique teretes, striati, scabriusculi. Folia opposita, ovato-oblonga aut ovato-lanceolata, basi acuta, integerrima, venosa, scabriuscula, 2 3 poll., 1-1 1/2 poll. lata. Petioli 4-5 lin. canaliculati, fuscescenti-pubescentes. Paniculae 3-4 poll. ramosae; ramis oppositis, fuscescenti-pubescentibus. Spicae 2-3 lin. Pedunculi 4-8 lin. longi, fuscescenti-pubescentes. Flores dense imbricati, bracteati. Bracteae ovatae, acutae, diaphanae, pubescentes, calyce triplo breviores. Calyx basi lanâ albidâ calycem subaequante instructus; laciniis aequalibus, linearibus, acutis, trinerviis, diaphanis, albidis. Stamina 5, calyce breviora, omnia antherifera. Filamenta usque ad medium in cyathulum ovarium subaequantem connata, superne libera, fimbriato-ciliata. Antherae sublineares. Ovarium ovato-conicum, glabrum. Stylus nullus. Stigma sessile, conicum. Capsula evalvis, monosperma, calyce inclusa. *Crescit locis herbidis, planis, umbrosis juxta Cumana.* 4. CELOSIAE *erianthae Vahl* (in herb. Juss.) affinis.

Obs. Quid sit C. *eriantha Vahl* nescimus et iganoramus; vix verò generis esse hanc A. *iresinoidem* nobis saltem videtur.

23. A. *dubia Humb.* et *Bonpl.*; caule fruticoso, (sub) volubili; ramis glabris; ramulis foliisque subtus canescenti-tomentosis, supra glabris, elliptico-oblongis, (utrinque) acutis, petiolatis; paniculis terminalibus, ramosissimis; spicis subrotundis, pedunculatis; calyce externe lanato. *Humb.* et *Bonpl. nov. Gen.* et *Spec.* II. *p.* 168. laesine *canescens*; fol. oblongis acutis subtus pubescentibus, paniculâ ramosâ diffusâ, ramulis paniculae tomentosis, caule tereti laevi. *Willd. Spec.* IV. *p.* 765.

Caulis ramis oppositis, teretibus. Folia in specimine unico suppetente opposita, apicem versus subcrenulata, venosa, supra viridia, 2 poll., 12-14 lin. lata. Petioli 3-4 lin., canaliculati, glabri. Paniculae 4-poll., ramis ramulisque oppositis, albido-tomentosis. Bracteae in ramificationibus 2, oppositae, minutae, albido-tomentosae. Spicae, magnitudine seminis cannabis, pedunculus albido-tomentosus. Flores densi, minutissimi, tribracteati. Bracteae subrotundae, concavae, externe pubescentes, calyce triplo breviores. Calyx externe lanâ albâ densissime obsitus; laciniis aequalibus, oblongis, obtusiusculis, enerviis, albidis. Stamina 5 fertilia (an 10 quorum 5 castrata?). Filamenta in tubum ovario longiorem connata. Antherae lineares. Ovarium subglobosum, glabrum. Stylus brevis. Fructum non vidi. *Crescit in Regno Novo-Granatensi locis sylvaticis juxta pagum Turbaco*, alt. 140 hex. ♄. Praecedenti *iresinoidi* similis.

Obs. Diversissimam ab omnibus cognitis IRESINIBUS toto habitu caule suffruticoso glabro, foliis fere 3 poll. rigidiusculis, paniculâ diffusâ ramis ramulisque albo-tomentosis jam olim habuit *Willdenow*.

24. A? *procumbens*; pedunculis oppositis trifidis tricapitatis, capitulo intermedio ac terminali longe pedunculato. GOMPHRENA *procumbens Zuccagni Centur. n.* 35. apud *Röm. Collect. p.* 134.

Caulis herbaceus rigidus diffusus. Rami divaricati 4-ped. procumbentes geniculati striati villosi geniculis tumidis purpureis. Folia opposita oblongo-ovata acuminata in petiolum decurrentia margine nervisque subtus villosa, petiolis longe ciliatis. Pedunculi axillares villosissimi teretes diphylli, tricapitati. Capitula 3 subrotunda alba, quorum 2 lateralia, opposita, bracteata, subsessilia, tertium longe pedunculatum remotum aphyllum. Bracteae binae oppositae lanceolatae villosae. Cal. albus scariosus triphyllus, foliolis 2 oppositis conniventibus carinatis, carinâ lacerâ. Corollae petala subviridia, lanceolata acuta, concava, aequalia, extus villosa, intus glabra. Filamenta 5 plana, nectario cylindrico 5-dentato connexa. Antherae lineares acutae fuscae. Germen globosum viride. Styl. nullus. Stigma simplex, capitatum. Affinis, sed non eadem quam GOMPHR. *brasiliensis*. *Zuccagn.* Semina misit cls. *Thouin* nomine ACHYRANTHIS novae Brasilianae.

1044. AERVA.

1. A. *lanata Juss.*; ILLECEBRUM *lanatum* caule subherbaceo erecto, floribus (spicis) lateralibus, (calycibus lanatis) foliis alternis (ovatis pilosiusculis.) *Linn. Syst. Veg. p.* 206. *ed.* XV. *p.* 260. *n.* 4. *Retz obs.* II. *p.* 13. *Ait. Kew.* I. *p.* 289. *Willd. Spec.* I. *p.* 1204. *Lour. Fl. Cochinch.* I. *p.* 201. α. spicis aggregatis, folio brevioribus, ramis longis virgatis. *Ait. l. c.* ACHYRANTHES *lanata*, caule prostrato, spicis ovatis lateralibus, calycibus tomento-

sis. *Linn. Spec.* II. *p.* 296. A. caule tereti basi ramoso foliisque obovato-cuneatis mucronatis villosis, spicis oblongo-ovatis axillaribus aggregatis lanatis subsessilibus, floribus subulatis *Roth nov. pl. Spec. MS. Pers. Syn.* I. *p.* 259. *n.* 24. *Mill. Dict. t.* 11. *f.* 1. ACHYRANTHES *villosa* spicis linearibus etc. *Forsk. descr. p.* 48. *Burm. Zeyl.* 60. *t.* 26. *f.* 1. *Plukn. Alm.* 27. *t.* 57. *f.* 8. *Scherubala Rheed.* X. *p.* 57. *t.* 29. β. spicis solitariis ramulorum patentium. *Ait. l. c. Houttuyn* Pfl. *Syst.* V. *p.* 726. *t.* 43. *f.* 2. γ. fol. subrotundis. *Retz obs. bot.* II. *p.* 13.

Caulis rigidus subpilosus, basi tantum ramosus. Folia petiolata integerrima acutiuscula nuda subtus pubescentia. Pedunculi laterales brevissimi, spicis 3-4 sessilibus, inaequalibus cum foliolo. *Stam.* 5 basi connexa mediante coronâ 5-dentatâ. *Sem.* unicum, reniforme. *Linn.* In culta caules pedales, ramosissimi, subtomentosi. Folia subspathulata, basi in petiolum attenuata, subtus albida. Spicae plurimae parvae albidae, lanatae. *In Indiae sabulosis, a in Cochinchinae agris et hortis.* ♂. ⊙ *Lam.*

2. A. *javanica Juss.*; foliis lanceolatis tomentosis, spicis cylindricis numerosis terminalibus. ILLECEBRUM *javanicum Ait. Kew.* I. *p.* 269. 2. *ed.* II. *p.* 60. ILL. caule herbaceo erecto albo tomentoso, fol. alternis. *Linn.* Syst. *Veg. p.* 205. *ed.* XV. *p.* 260. *n.* 5. IRESINE *javanica Burm. Ind.* 212. *t.* 65. *f.* 2. *Plukn. Almag* 26. *t.* 10. *f.* 1. CELOSIA *lanata*, fol. lanceolatis obtusis tomentosis, spicis confertis, staminibus lanatis. *Linn. Spec.* I. *p.* 298. *Fl. Zeyl.* 102. *Syst. Veg. p.* 248. (fide *Vahl*, qui vidit plantam *Burmanni*); *ed.* XV. *p.* 259, et, fide *Murray*, *Jacq. Hort. Vind.* 3. *t.* 85.; *Mill. Dict. n.* 6. ACHYRANTHES *alopecuroides Lam. Enc. meth.* I. *p.* 548. ACHYRANTHES *javanica Pers. Syn.* I. *p.* 259. *n.* 22. β. CELOSIA *lanata* β. *latifolia Vahl Symb.* II. *p.* 44. IRESINE *persica* foliis obovalibus, paniculâ terminali, spicis simplicibus longissimis. *Burm. Ind.* 212. *t.* 65. *f.* 1. AERVA *tomentosa Forsk. descr.* 80. AERVA *aegyptiaca Gmel. S. V. p.* 1026. AERVA *alopecuroides Dum. Cours.* I. *p.* 641. ACHYRANTH. *alopecuroides* β *Lam. Enc. meth.* I. *p.* 548. ACHYR. *javanica* β. *persica Pers. l. c.* γ. foliis obcordatis. *Vahl. Symb.* II. *p.* 45.

Folia MERCURIALIS *tomentosae*, obovato-lanceolata, ut caulis albo tomentosa, supra cinerea. Spicae terminales approximatae. Cal hyalinus viridi carinatus. Germen globosum. Stigmata 2 rubra. *Linn.* ad ILL. *lanat.* 2-3 ped. Folia alterna basi attenuata. Flores sessiles, nivei. Cal. valde lanatus. Polygama aut monoica. *In India orientali et in Arabia.* ♄.

Obs. Has omnes nil, nisi varietates esse, suadent numerosa specimina *Herbat. Forsk.* collata cum speciminibus IRESINIS *javanicae* et *persicae* a *Burmanno* ipso donatis, uti et cum ILLECEBRO *lanato* et CELOSIA *javanica* a *Hönigio* missis. Omnes 3 varietates occurrunt inter plantas *Forsk.* eodem loco lectas, praeterea adhuc aliae foliis linearibus latioribus vel angustioribus, aliae foliis ellipticis. Varietas β differt tomento majore et hirsutie simul; varietas γ foliis seminunguicularibus pilis ita intertextis, ut distingui nequeant. In varietate β *latifolia* non semel folia superiora obcordata vidi. Cum vero caeterum conveniant duritie caulis, situ foliorum, inflorescentiâ et fructificatione, nullo modo tanquam species diversae censendae. Nil impedit, quod *Forskal* AERVAM dioicam esse observaverit, in non paucis enim floribus tam pistilla quam stamina inveni. Cum corolla nulla adsit et capsula monosperma, potius ACHYRANTHIS genus intrare debet quam CELOSIAE. *Vahl.* Cls. *Poiret Enc. meth. Suppl.* I. *p.* 152. AERVA *tomentosa Forsk.* ad ACHYRANTHEM *alopecuroidem* ducenda videtur; et cls. *Lamarck* ad β. Amaranthum album Salviae latioribus foliis *Plukn. Amalth. t.* 357. *f.* 3. sine dubio, *Burm. t.* 65. *f.* 1. nonnisi cum ? ducit.

1045. CAROXYLON.

C. *Salsola Thunb. Diss. nov. pl. genera* II. *p.* 38. *Lam. Enc. meth.* I. *p.* 636. *Gmel. Syst. Veg. p.* 422. *Linn. Syst. Veg. ed.* XV. *p.* 256. SALSOLA *aphylla*, arborescens aphylla articulata, foliis brevissimis ovatis adpressis acutis caducis. *Willd. Spec.* I. *p.* 1316. *Linn. Suppl.* 173. *Thunb. Prodr.* 48. *Fl. Cap.* II. *p.* 1-6. *Gmel. Syst. Veg.* I. *p.* 453. *Linn. Syst. Veg. ed.* XV. *p.* 277. *Pers. Syn.* I. *p.* 296. *n.* 24.

Frutex altitudine humanâ (et altior) valde irregularis. Ramuli tecti florum rudimentis. Flores sessiles limbo expanso membranaceo. *Linn.* Ramosissima glabra, ramis sparsis rigidis exaridis flexuosis cinereis, ramulis ultimis teretibus flexilibus subfoliosis albo-tomentosis, floriferis, pollicaribus et ultra. Folia, vel si mavis squamae foliaceae in ultimis ramis frequentissimae imbricatae sessiles carnosae subgloboso-ovatae, intus concavae glabrae extus gibbae obtusae, cinereo-tomentosae adpressae minutissimae. Axillae foliolis aliis onustae. Laciniae corollae (calycis) flavescentes vel parum purpurascentes; nectarii squamae flavescentes basi virente; filamenta, stylus et stigmata albida. *Thunb.* *In omni karro Promont. b. Spei.* ♄.

1046. ANREDERA.

A. *spicata Juss. gen. p.* 84. *Gmel. Syst. Veg. p.* 454. *Pers. Syn.* I. *p.* 297. A. *vesiculosa*; fol. ovato-lanceolatis etc. *Poir. Enc. meth. Suppl.* I. *p.* 391. BASELLA *vesicaria*, fol. subcordatis, pedunculis simplicibus, fructibus orbiculato-compressis vesicariis. *Ldm. Enc. meth.*

l. *p.* 382. (fide *Poiret l. c.*) *Willd. Spec.* I. *p.* 1515. *Sloane Jam.* I. *t.* 90.

Caulis scandens, tener, aquosus, viridi-rufescens, 2-3 ped. Folia alterna petiolata ovata crassa carnosa atro-viridia. Flores in spicis solitariis et axillaribus. Pedunculi foliis longiores. *Lam.* *In Peruvia; olim culta in H. R. parisin.*

1047. RHAGODIA.

1. R. *Billardieri R. Br.*; fruticosa erecta, ramis inermibus, foliis integerrimis lineari-oblongis lanceolatisve planis subtus pulverulentis, spicis ramosis. R. *Brown Prodr. Fl. nov. Holl.* I. *p.* 408. CHENOPODIUM *baccatum* polygamum, foliis lanceolatis, glomerulis florum in racemis compositis, terminalibus subaphyllis. *Labill. nov. Holl.* I. *p.* 71. *t.* 96.

Arbuscula 4-5 ped. et ultra, ramis striatis. Folia alterna petiolata subtus glauca pulverulenta integerrima enervia. Flores hermaphroditi fasciculati, intermixti floribus masculis et femineis. Laciniae calycis ovatae; stamina subulata, basi parum dilatata, barbata, fundo calycis inserta laciniis ejusdem alternantia; antherae bilobo-globosae; germen liberum, suborbiculare, stylo bi-rarius trifido, stigmatibus acutis. Bacca subcompressa, pulposa, orbicularis, unilocularis, semine lenticulari nigro lucido. *Labill.* *In Promont. van Diemen.* *b. Labillard.*

2. R. *crassifolia R. Br.*; fruticosa erecta, ramis inermibus, foliis integerrimis ovalibus v. oblongo-linearibus carnosis; subtus convexis pulverulentis, spicis ramosis. *R. Brown Prodr.* I. *p.* 408.

Ad oram meridion. nov. Holland.

3. R. *linifolia R. Br.*; suffruticosa decumbens, foliis integerrimis lanceolato-linearibus planis, floribus 1-2-andris. R. *Brown. l. c.*

Ad littora nov. Holland. intra tropicam.

4. R. *hastata R. Br.*; suffruticosa erecta, ramis diffusis, foliis suboppositis rhombeo-hastatis integris glaberrimis, spicis terminalibus aphyllis. R. *Brown l. c.*

Circa portum Jackson.

5. R. *parabolica R. Br.*; fruticosa erecta, ramulis inermibus, foliis triangularibus obtusis pulverulentis, spicâ ramosâ. *R. Brown l. c.*

Ad oram meridion. nov. Holland.

6. R. *spinescens*; *R. Br.* fruticosa erecta, ramulis spinescentibus, foliis alternis oppositisque rhombeo-hastatis in-

tegris utrinque pulverulento-incanis, spicis simplicibus. *R. Brown l. c.*

Ad oram meridion. nov. Holland.

7. R. *nutans R. Br.*; herbacea prostrata, ramulis fructiferis adscendentibus apice nutante, foliis oppositis lanceolato-hastatis acutis. *R. Brown l. c.*

In insula van Diemen. Ad oram meridion. nov. Holland.

1048. HEMICHROA. *)

1. H. *pentandra*; floribus pentandris, bracteis perianthii dimidio brevioribus. *R. Brown Prodr.* I. *p.* 409.

Ad oram meridion. nov. Holland.

2 H. *diandra*; floribus diandris, bracteis perianthio parum brevioribus. *R. Brown l. c.*

Ad oram meridion. nov. Holland.

1049. SCLEROLAENA. †)

1. S. *paradoxa R. Br.*; floribus capitatis, perianthiis fructiferis connatis, laciniis spinosis. *R. Brown Prodr.* I. *p.* 410.

Ad oram meridion. nov. Holland.

2. S. *biflora R. Br.*; floribus geminatis, foliis linearisemiteretibus. *R. Brown l. c.*

Ad oram meridion nov. Holland.

3. S. *uniflora R. Br.*; floribus solitariis clavato-linearibus imbricatis *R. Brown l. c.*

Ad oram meridion. nov. Holland.

1050. CERATONIA.

1. * C. *Siliqua*; foliolis laevibus, ramis inermibus. *Linn. Spec.* I. *p.* 1513. *Lam. Enc. meth.* I. *p.* 635. *Poiret Enc. meth. Suppl.* II. *p.* 119. *Willd. Spec.* IV. *p.* 1130. *Pers. Syn.* II. *p.* 618. *Poiret Voyag. en Barb.* II. *p.* 267. *Desfont. Atlant.* II. *p.* 395. *Smith Prodr. Fl. graec.* I. *p.* 162. *Duhamel arb.*

---

*) Suffrutices littorei. Folia alterna, semiteretia. Flores axillares, solitarii, sessiles, bibracteati.

†) Suffrutices incano-lanati. Folia alterna, angusto-linearia. Flores axillares, solitarii v. glomerati.

II. *p.* 261. *t.* 69. *Knorr Del.* 2. *t.* 5. 7. *Cavanill. Ic. rar. t.* 113. *Andrews's Reposit. t.* 567. *Trattinn. tabular. t.* 103.

Sempervirens, foliis pari-pinnatis, foliolis 6-8. *In Apulia, Sicilia, Hispania, Lusitania, Creta, Cypro, Syria totoque Oriente.* ♄.

Obs. Marem feminamque ex Australi Europa habui; hermaphroditum ex Austriae hortis misit D. *Jacquin. Linn.* Quatuor in Algarbiis coluntur varietates, quarum fructus nuncupantur vulgo: 1.) *Alfarroba de Burro*, subadstringens; 2.) *Alfarroba galhosa*, siliqua curva, torulosa, saccharina, edulis; 3.) *Alfarroba mulata*; 4.) *Alfarroba canella.* „*Brotero Fl. Lusit. p.* 308. ex A. J. *Neves.*

C? 2. *chilensis Molin.*; foliolis carinatis, ramis spinosis. *Molin. Chil. ad. germ.* 148. *Willd. Spec.* IV. *p.* 1130.

An generis. *Willd.* l. c. Non occurrit amplius in nova edit.

1051. PENNANTIA.

P. *corymbosa Forst. Prodr. n.* 397. *Willd. Spec.* IV. *p.* 1122.

Rami teretes albo-punctati. Folia alterna petiolata elliptico-oblonga integerrima obtusa subemarginata venosa glabra. Corymbus cymosus terminalis. Facies Corni. *Willd. l. c. In nova Zeelandia.* ♄.

Obs. Cl. *Persoon* non recepit.

1052. AMANOA.

A. *gujanensis Aublet Guian. p.* 256. *t.* 101. *Gmel. S. V. p.* 427. *Lam. Enc. meth.* I. *p.* 114.

Arbor 60 ped. et ultra, 3 ped. diametro. Cortex crassus albidus, ligno denso albido sub aëre demum rufescente. Folia alterna ovata acuminata integerrima firma glabra, petiolo brevi basi stipulis minutis caducis. Flores parvi virentes sessiles, 6-7 in fasciculis remotis spicam efformantes linearem nudam subflexuosam terminalem axillaresve. Anthera magna flava. *Aubl. In sylvis desertis ad flamen Sinemari.* ♄.

1053. ALZATEA.

A. *verticillata Ruiz* et *Pav. Fl. peruv.* III. *p.* 2. *t.* 241. *f.* a. *Prodr. Fl. peruv. p.* 40. *t.* 7. *Poiret Enc. meth. Suppl.* I. *p.* 309. ALZALIA *mexicana Dietr. Gartenl.* I. *p.* 299.

Arbor. Folia obovata, emarginata; flores corymbosi. *In Peruviae sylvis prope Messapata.* ♄.

1054. PENTACERAS.

P. *aculeatum Meyer Essequeb. p.* 137.

Frutex scandens; rami obtusanguli aculeati subtomentosi fragiles. Aculei sparsi compressi hamato-recurvati, subpubescentes, flavi. Folia alterna divergentia ovato-oblonga acuminata, 3 circiter poll., 1-1 1/4 poll. lata, subserrulata, venosa, supra setulis minutis adpressis flavis, subtus tenuiter tomentosa, basi glandulis 3, quarum intermedia poro mellifero pertusa in costa primaria. Petioli 2 3 lin., tomentosi. Flores in umbellis axillaribus subgeminis conglomerati minuti. Umbellae parvae, brevissime pedunculatae, pauciflorae, bracteis nonnullis. Pedicelli subtriflori. Cal. laciniis subdiaphanis, externe pilosis, intus glabris brunneis. Corona parva rubro-brunnea, tubo brevissimo, limbo tubo paulo longiore, laciniis apice dilatatis truncatis plicatis, utroque latere denticulo obtuso, medio autem corniculo adscendente. Antherae albae. *Meyer* l. c. *In sepibus humidis plantationis Königsberg.* ♄.

1055. GOUANIA.

1. * G. *domingensis*; foliis ovatis crenatis eglandulosis glabris, racemis lateralibus. *Vahl Symb.* III. *p.* 101. *Willd. Spec.* IV. *p.* 999. *Linn. Spec.* I. *p.* 1663. *Lam. Enc. meth.* III. *p.* 4. G. *glabra Jacq. Amer. p.* 264. *t.* 179. *f.* 40. Banisteria fol. alternis lanceolatis serratis. *Linn. Spec.* I. *p.* 427. Paullinia fol. simplicibus lanceolatis serratis *Hort. Ups.* 97. Rhamnus inermis, ramis cirrhiferis etc. *Jacq. Enum. p.* 17. *Plukn. Alm. t.* 201. *f.* 4. et *t.* 162. *f.* 3.

Non tam alte, ac *tomentosa*, scandit. Folia ovata et ovato-oblonga, acuminata vel obtusa cum acumine, inaequaliter serrato-dentata vel leviter crenata, saturate viridia, alterna, petiolata 2 poll. Racemi foliolo uno alterove. Rarius in floribus masculis stylus adest sine germine. *Jacq. In sylvis Barbados, Jamaica, Domingo.* ♄.

2. G. *mauritiana Lam.*; foliis subcordato-ovatis (acutis) serrato-incisis ramisque (junioribus tomento ferrugineo) villosis. G. *incisa Vahl Symb.* III. *p.* 101. *Willd. Spec.* I. *p.* 1000. G. *mauritiana Lam. Enc. meth.* III. *p.* 4.

Rami teretes petiolique sericei. Folia petiolata alterna 2 poll., basi sinu parvo ad insertionem petioli, profunde serrata, praesertim inferiora, serraturis mucronatis, nervosa, vix venosa, acuminata, tenella conduplicata utrinque sericea. Stipulae lanceolatae ferrugineae. Cirrhus ex apice ramulorum simplicissimus ferrugineus. *Vahl.* Flores in racemis villosissimis ferrugineis. Alae capsularum rotundatae tenues membranaceae. *Lam.*, cui huc referenda videtur G. *domingensis Aubl.* *In insula Borboniae Vahl, et Mauritii Lam.* ♄.

3. G. *tomentosa Jacq.*; foliis subrotundo-ovatis acuminatis obtuse serratis subtus tomentosis. *Willd. Spec.* IV. *p.* 999. *Jacq. Amer.* I. *p.* 263.

Affinis praecedenti, sed folia subtus tomentosa, mollia. Frutícosa, sarmentosa, cirrhis axillaribus altissimas scandens arbores. Folia oblongo-ovata acuta leviter crenata tomentosa petiolata alterna 4 poll. Racemi aphylli 5 poll., axillares et terminales, floribus pedunculatis hic illic congestis exiguis inodoris subflavescentibus. Antherae calyptrâ cucullatâ tecta, quae elastice abscedit in explosione pollinis. Germen in maribus nullum, et stylus sine stigmate. Semina atra nitida. *Jacq.* *In sylvis et sepibus inss. Cuba, S. Domingo, Porto-Rico.* ♄.

4. G. *crenata Lam.*; foliis ovatis crenatis subvillosis breviter petiolatis. *Lam. Enc.* III. *p.* 5. *Willd. Spec.* I. *p.* 999.

An eadem cum *tomentosa* quaerit *Lamarck*, cum folia *domingensi* et *mauritianâ* duplo majora? Sed folia villosa, nec tomentosa. Sarmenta gracilia villosa foliosa, cirrhis terminalibus axillaribusque. Folia alterna acuta pallide viridia, 4-poll., petiolo 2 lin. Stipulae parvae, lanceolatae, non patentes. *Lam.* *In America meridionali?* ♄.

5. G. *integrifolia Lam.*; foliis ovalibus integerrimis utrinque glabris. *Lam. Enc.* III. *p.* 5. *Willd. Spec.* IV. *p.* 1000.

An satis distincta a *domingensi*, quaerit *Willdenow*, vidi enim specimina hujus foliis subserratis et integerrimis. *Willd.* qui non vidit. *Lamarck* vero, qui utramque vivam vidit, satis esse distinctam affirmat. Caulis 5-ped. lignosus, ramis sarmentosis glabris vix striatis, junioribus pubescentibus cirrhosis. Folia subtus pallida, petiolis subvillosis. Stipulae parvae, cirrhi mediocres. *Lam.* *In America meridionali?* ♄.

6. G. *tiliaefolia Lam.*; foliis cordato-ovatis glandulose serratis scabriusculis, racemis terminalibus pubescentibus. *Vahl Symb.* III. *p.* 101. *Lam. Enc. meth.* III. *p.* 5. *Willd. Spec.* IV. *p.* 1000. *Roxb. Corom.* I. *p.* 67. *t.* 98.

Frutex magnus, scandens, lignosus. Cirrhi simplices, tenues, ad infernam partem racemi. Folia alterna, petiolata, cordata, serrulata v. crenulata, glabra, 2-4 poll. Racemi terminales et in axillis ultimis, longi, filiformes. Flores numerosi, minuti. Bracteae minutae. Perianthium 5-partitum, ut in *Rhamno*. Corolla *Rhamni*. Nectarium patelliforme cornibus 4 emarginatis patentibus auctum. Filamenta margini nectarii inserta, cum cornubus alternantia. Germen triquetrum. Stylus trifidus. Capsula sicca, triangularis, 3-locularis, 3-valvis, 3-sperma *Penky-tiga* Telingarum. *Roxb.* Rami purpurascentes flexuosi teretes aetate glabri. Folia late ovata, basi sinu parvo, oblique nervosa, subtus puncto fusco ad apicem singulum serratae, acuminata, obtusa. Petioli pollicares pilosi utrinque glan-

dulâ fuscâ. Cirrhus inter folium terminale et pedunculum purpurascens. Pedunculus palmaris villosus. Flores sparsi copiosi. Fructus obovatus glaber, magnitudine pisi. *Vahl.* Pedicelli breves fasciculati bini terni. *Lam.* *In insula Bourbon Commerson* (Herb. *Lam.* et *de Juss.*); *in Coromandelia Roxburgh.* ♄.

7. G. *pubescens Lam.*; foliis ovatis crenatis subpubescentibus; racemis terminalibus paniculatis, inferioribus axillaribus; ramis subvillosis. *Poiret Enc. meth. Suppl.* III. *p.* 820. *Lam. Illustr. t.* 845. *f.* 1. *β? martinicensis:* fol. subglabris, ramis apice cirrhosis, racemis lateralibus. *Poiret l. c.*

Rami erecti teretes subhirsuti, cirrhis (in speciminibus) nullis. Folia alterna subpetiolata 3 poll., molliuscula subacuta, superiora subsessilia. Racemi graciles elongati: flores subsessiles, fasciculati. Cal. glaber. Cor. parva. Petala squamiformia involuta. — *β.* fors species distincta, nervis vix pubescentibus, petiolis villosis, ramis cirrhosis. *Poiret.* *α in S. Domingo; Herb. Lam.; β. in Martinica. Herb. Desfont.* ♄.

8. G. *striata Rich.*; ramis rhachibusque striatis; foliis ovatis glabris nervosis: crenis emarginatis. *Richard act. soc. h. n. paris. p.* 113. *Willd. Spec.* IV. *p.* 1000.

In Guiana. ♄. *Le Blond.*

Obs. In *Herbario Lamarckiano Poiret* (*Enc. meth. Suppl.* III. *p.* 321.) vidit speciem a clo. *Richard* nomine GOUANIAE *canescentis* foliis ovato-lanceolatis acutis subtus albidis, racemis axillaribus terminalibusque. Quid GOUANIA *Stadtmanni* e Mauritania apud *Raeuschel Nomenol. p.* 297. et *Dietr. Gart. Lex.* IV. *p.* 454.

1056. BREYNIA.

1. B. *disticha Forst. Prodr. n.* 400. *Gmel. S. V. p.* 430. *Willd. Spec.* I. *p.* 1127. B. *axillaris*, pedunculis unifloris axillaribus subaggregatis, foliis deciduis ovato-oblongis. *Spreng. pugill.* II. *p.* 93.

Arbor ramis fuscis glabris angulatis. Folia breviter petiolata, utrinque glabra, integerrima, obtusiuscula, basi rotundata, 1 1/2 poll. longa, 8 lin. lata. Pedunculi brevissimi subterni. Cal. 5-partitus glaber subcoloratus, nunc, in floribus femin., stigmata 5 emarginata continens; nunc in hermaphroditis antheras 5 sine filamentis columnae longitudinaliter adnatas, stylum cylindricum; nunc in maribus antheras 5 filamentis brevissimis insidentes, alternantes cum nectariis 5 glandulosis pedicellatis. Caps. 3-5-locularis. *Spreng.* *In nova Caledonia et insula Tanna.* ♄.

2. B. *paniculata Spreng.*; pedunculis paniculatis nudis axillaribus, foliis perennantibus oblongo-lanceolatis, utrinque attenuatis. *Spreng. pug.* II. *p.* 93. *n.* 180.

Arbor ramis glabris teretibus cinereis. Folia alterna apice obtusiusculo, glaberrima, integerrima, venosa. Paniculae axillares et terminales aphyllae. Cal. 5-partitus, coloratus. Flores tantum femineos vidit cls. *Sprengel*, qui stigmata 5 glandulosa crispula addit, et capsulam 3-locularem. *In montibus Indiae orientalis.* ♄.

1057. CONOCARPUS.

1. * C. *erecta*; erecta foliis lanceolatis. *Linn. Hort. Cliff. Swartz obs.* 79. *Lam.* Enc. *meth.* II. *p.* 96. *Desrousseaux* in *Lam. Enc. meth.* III. *p.* 698. *Willd. Spec.* I. *p.* 995. *Jacq. Amer.* 78. *t.* 52. *f.* 1. *pict. t.* 78. *Catesb. Carol.* II. *p.* 33. *t.* 33. *Plukn. Alm.* 18. *t.* 240. *f.* 3. *Sloane Jam.* 135. *Hist.* II. *p.* 18. *t.* 161. *f.* 2. *Plum. Ic.* 135. *t.* 154. *f.* 2. β? fructu duplo majore *Desrouss. l. c.*

Arbor erecta ramosa 30 ped. et ultra, ramis junioribus angulatis. Folia alterna numerosa basi attenuata in petiolum brevem, subinde ovato-lanceolata, acuta, integerrima, firma, glabra, crassiuscula, 2-3 poll., poll. lata, punctis aliquot glandulosis ad marginem et petiolos. Capitula florum flavida pedicellata in racemis foliosis axillaribus et terminalibus, unde panicula laxa. Flores minimi. Stamina in Martinica 10, calyce longiora, alibi 5 stylo breviora inclusa. Semina irregulariter trigona, margine squamosa, apice subhirsuta reflexa imbricata in conos breves obtusos, subsphaericos magnitudine pisi. Fors plures hic delitescere species: specimina lecta in Quadeloupe in Herb. de *La Marck* stamina plura certò quam 5, calyce longiora exhibent. In β coni rufescentes magnitudine nucis Avellanae. Paniculae minus ramosae, folia majora. Capitula plura sessilia ad apicem racemorum. *Desrouss.* l. c. *In Jamaicae, Bermudam, Caribaearum, et Brasiliae maritimis.* β. *ad Senegal flav.*

2. * C. *procumbens*; procumbens, foliis obovatis. *Jacq. Amer.* 79. *t.* 52. *f.* 2. *pict. t.* 260. *f.* 22. *Lam. Enc. meth.* II. *p.* 96. *Desrouss. Enc. meth.* III. *p.* 699. *Willd. Spec.* I. *p.* 995.

An praecedentis varietas? *Linn.* Frutex ramosissimus, totus fere procumbens, rupium sese anfractibus accomodans. Folia interdum fere subrotunda, obtusa cum acumine, nitida, integerrima alterna petiolata, 1-1 1/2 poll., basi ad marginem glandulâ oblongâ. Flores pentandri et hexandri, minores quam in *erectâ*. *Jacq.*, qui vix in C. *erectâ* glandulas adesse opinatur, neque tamen denegare audet, animadvertens quod, quò magis ab ipso mari soloque rupestri remotus occurrat hic frutex, eò accedere magis ejus folia ad figuram C. *erectae* eôque plures erigi ramusculos, ut fors tantum praecedentis varietas. Unicam tamen tantum *erectam*, ubi *procumbentes* plurimae circa Havanam, et vice versa in aliis locis, etiam ubi tantum bipedales *erectae*. *In rupibus maritimis Cubae et Martinicae.* ♄.

3. * C. *racemosa*; foliis lanceolato-ovatis obtusiusculis, fructibus segregatis, (floribus completis). *Linn. Syst. Veg.* 181. *Suppl.* p. 146. *Swartz obs.* 79. *Willd. Spec.* I. p. 995. *Poiret Enc. meth. Suppl.* III. p. 343. *Jacq. Amer.* 80. t. 53. *pict.* t. 79. *Sloane Jam.* 156. *Hist.* II. p. 66. t. 187. f. 1.

Folia opposita, petiolata ovalia coriacea. Stamina 5. Stylus 1. Stigma simplex. *Linn. diss. alt. pl. Surin.* 1776. Eadem repetit *Suppl.* l. c. addendo: Arbor. Folia integerrima. Petioli glandulis binis. Paniculae terminales subramosae. Flores sessiles remoti, respectu fructus minuti, persistentes. Antherae 5. Fructus similis tetradynamis siliculosis. *Jacquin* vero ait: „huic petala 5 subrotunda concava obtusa patula minima, vix superantia lacinias calycis, e cujus incisuris, caduca, (in prioribus nulla) Stamina semper huic decem subulata erecta, alterna breviora in tubo calycis, cujus fere longitudinis; antherae subrotundae. Stamina 5 breviora inspicientis primam attentionem non raro fugiunt.“ *Poiret* ad specimina lecta in St. Thomas a D. *Ledra* ait nullam se vidisse corollam, et describit fruticem caulibus glabris cinereis, ramis teretibus, junioribus rufescentibus; folia ut *Linnaeus*, addendo utrinque obtusa, glabra, 3 poll., poll. lata; petiolum, ut *Linnaeus*, compressum, 6 lin.; racemos axillares terminalesque simplices et subramosos; pedunculos cinereos, flore singulo bracteâ distincto squamiformi; lacinias calycis breves rotundatas; capsulam parvam ovatam vix pubescentem, calyce in pericarpium abeunte. *Jacquin* describit arborem hanc proceram ramosam saepe prope terram ipsam in 3-4 truncos divisam. Rami juniores nitent, rubent et mutuo opponuntur; folia subovalia obtusa nitida integerrima crassiuscula tactu pinguia, saturate virentia, opposita, 3 poll., petiolo rubente et superne biglanduloso. Racemi simplices terminales plerumque terni vel in arbusculis nanis compositi ex lateralibus oppositis utrinque 3, simplicibus trifidisve, medio terminali simplici: in arbusculis hisce flores multo minores et plerique germine nullo. Flores parvi sessiles, leviter, nec ingrate odori. Petala albescunt. Semen pericarpio coriaceo inclusum constat lamellis 2 virentibus ovatisque, sed involutis in corpus teres, et quae has circumdat, membranâ tenuissimâ. Lamellae in pericarpii basi abeunt in corpusculum teres obtusum nitidumque, quod seminis centrum longitudinale occupat, radices dein acturum. Interdum 2 semina eidem pericarpio inclusa. Patet valde differre a prioribus hanc arborem, etsi etiam multis conveniat, imo debere forsitan sub distincto genere tradi. *Jacq.* Consentit *Jussieu*, sed characterem genericum non dedit l. c. Hinc praeeuntibus *Willdenow* et *Poiret* interea hîc retinuimus. *In maritimis arenosis et limosis Caribaearum vicinaeque Continentis.* ♄.

4. *C. acutifolia Humb* et *Bonpl.*; erecta, foliis lanceolatis utrinque acutis, capitulis florum solitariis axillaribus. *Reliqu. Willd. MS.*

Ramuli pubescentes. Folia pollicaria coriacea pungentia. Capitula pisi magnitudine pedunculata, solitaria vel ad apicem ramulorum aggregata. *Willd. l. c.* *In America meridionali.* ♄. *Humb.* et *Bonpl.*

1058. PYRULARIA.

P. *pubera Mich.*; ramulis foliis calycibusque pubescentibus, foliis ovali-oblongis acuminatis integerrimis. *Mich. Fl. bor. Amer.* II. *p.* 235. *Poiret Enc. meth.* V. *p.* 745. HAMILTONIA *oleifera Willd. Spec.* IV. *p.* 1114. *Pers. Syn.* II. *p.* 615. *Pursh Fl. Sept. Americ.* I. *p.* 178. *t.* 13.

Arbuscula 3-6 ped., radice foetidâ, ramis foliisque pubescentibus. Foliâ alterna. Flores spicati parvi. Calyces subpubescentes. Drupa pyriformis. *Mich.* Folia 4 poll., basi parum angusta venosa glabra, venis pubescentibus. Petioli semipollicares pubescentes. Racemi spiciformes 1-1 1/2 poll. terminales pubescentes. *Willd.* Flores viridi-flavicantes. *Pursh.* Cur cls. *Willdenow* nomen antiquius *Michaux* mutaverit gratis, non vidimus: *Mühlenbergi* enim HAMILTONIA litteris tantum, non typis, extabat, nomine PYRULARIAE *Mich* jam ubique noto. *In sylvis umbrosis montium Pensylvaniae, Virginiae, Carolinae.* ♄.

1059. NYSSA.

1. N. *villosa Mich.*; foliis ovalibus (utrinque acutis) integerrimis, petiolo, nervo medio, margineque villosis, pedunculis feminarum longis, plerumque trifloris, nuce brevi (ob)ovatâ, obtuse striatâ. *Mich. Fl. bor. Amer.* II. *p.* 258. *Willd. Spec.* IV. *p.* 1112. *Pursh Amer. Sept.* I. *p.* 177. N. *multiflora Walt.? Fl. Carol.* 253. *Wangenh. Amer.* 46. *t.* 16. *f.* 39. N. *sylvatica Andr. Michaux arbr.* II. *t.* 21. *Poiret Enc. meth. Suppl.* IV. *p.* 116. N. *montana Hortulan.*

Affinis *biflorae.* Culta interdum villositatem exuit. *Mich.* Arbor 60-70 ped., cortice albido; folia alterna subpetiolata, 5-6 poll.; flores subcapitati. Fructus ovato-oblongi atro-caerulei. *Andr. Mich.* Flores parvi virentes; baccae nigrae magnitudine pisi. *Pursh.* *A nova Anglia ad Carolinam.* Incolis *Sout-Gum.*

Obs. N. *canadensis* fol. ovatis integris margine ciliatis, petiolis nervisque pilosis *Poir. Enc. meth.* IV. *p.* 607. quae clo. *Lamarck* e Canada venit; clo. *Poiret Suppl. l. c.* hujus videtur loci, convenit quidem descriptio foliorum, minus vero florum cymoso-umbellatorum pedunculis hirtis. Antherae virentes. *Persoon Synops.* II. *p* 614. junxit hanc speciem cum N. *integrifolia Ait. Kew.* et sub hujus nomine eamnem quoque protulit *l. c. n.* 1. et

N. *glauca*, foliis obovatis glabris subintegerrimis subtus glaucis *H. P.*

ab illo eidem tanquam subspecies jungitur. Etiam clo. *Desfontaines N. villosa Mich.* et *integrifolia Ait Hew.*, synonyma videntur: *biflora Mich.* vero illi species nova asynonyma est.

2. * N. *aquatica*; foliis oblongo-ovalibus integerrimis (glabris); pedunculis femineis (sub)bifloris, drupâ brevi obovatâ, nuce obtuse striatâ. N. *biflora Fl. Mich. bor. Amer.* II. *p.* 259. *Willd. Spec.* IV. *p.* 1113. *Towns. Ait. Hort. Kew. 2. ed.* V. *p.* 479. *Poiret Enc. meth. Suppl.* IV. *p.* 115. *Pursh Fl. Amer. Sept.* I. *p.* 177. N. *aquatica Linn. Spec.* 1511. *Pers. Syn.* II. *p.* 614. A. *Michaux arb.* II. *p.* 265. N. *integrifolia Ait. Kew.* 1. *ed.* III. *p.* 446. *Catesby Carol.* I. *t.* 41.

Millerio alia foliis integerrimis, quae nostra; alia foliis acute dentatis: an species distincta? *Linn.* Arbor alta, ligno duriore *denticulatâ*, ramis teretibus laevibus fuscis Folia alterna breviter petiolata, demum coriacea, subtus pallidiora glaucescentia vel flavicantia, acuta utrinque, subinde etiam obtusa, 3-4 poll., poll. lata. Flores longe pedunculati, masculi in racemo brevi, capitato. Baccae drupaeve magnitudine pisi, atro-caeruleae. *In paludibus profundioribus Virginiae et Carolinae.* ♄.

Obs. Poiret l. c. dubitat an hujus loci N. *biflora*, foliis oblongo-lanceolatis integerrimis laevibus, pedunculis bifloris, drupis compressis ovalibus *Walt. Fl. Carol. p.* 253. *Enc. meth.* IV. *p.* 503. *a.* 6. vidit enim fructum solum e Louisiana clo. *Lamarck* allatum drupam sistentem ovali-oblongam, compressam, flavicantem, perfecte laevem, pulpâ tenerâ, nuce oblongâ profunde sulcatâ, angulis 12 circiter acutis. Etiam *Pursh* non citat N. *bifloram Walt.* suspicatur porro *Suppl.* l. c. N. *carolinianam* foliis subovatis acutis integerrimis glabris, cymis subumbellatis *Enc. meth.* IV. *p.* 507. *n.* 3. hujus aut varietatem esse aut fors eandem speciem. Convenit sane plurimis descriptio foliorum; sed addit petiolos flavos, et flores axillares in pedunculo longo cymosos; drupam atram ovatam nuce sulcato-rugosâ magnitudine pisi, acido-austeram. Hinc potius N. *carolinianam Poiret* ad *villosam* (culturâ in Triano glabram factam) spectare credimus. Adduxerat ipse olim N. *multiflora*, cum ? licet, tanquam synonymon, et N. *sylvaticam Marsch.* 151, de qua plane silet *Pursh.* — Cur antiquissimum *Linnaei* nomen specificum mutassent Botanici, non videmus. Sane NYSSAE omnes *aquaticae*: sed si nomina infausta omnia immutare vis, omnia fere permutare poteris. Recte *Persoon Syn.* II. *p.* 614. *n.* 2. nomen *aquaticae* retinuit.

3. N. *candicans Mich.*; foliis brevissime petiolatis subcuneato-oblongis subtus subcandicantibus, pedunculis femineis unifloris, bracteolis calycisque tomentosi laciniis brevibus, drupâ oblongâ. *Mich. Fl. bor. Amer.* II. *p* 259. *Willd. Spec.* IV. *p.* 1113. *Poiret Enc. meth. Suppl.* IV. *p.* 116. *Pursh Amer. Sept.* I. *p.* 177. N. *capitata Walt. Fl. Carol.* 253. *Poiret Enc. meth.* IV. *p.* 508. *n.* 7. A.

Mich. arbr. II. *p.* 257. *t.* 20. N. *Oye-chee Marsh. Catal. p.* 253.

Variat foliis obovatis integris et rariter subdentatis. Flores masculi in capitulo. *Mich.* Arbor 30-40 ped. et ultra; folia integerrima et denticulata, juniora pubescentia; (cordato-ovata *Walt.!*) fructus magnitudine pollicis, miniatus, acido glutinoso scatens. *Ad ripas fluviorum, praecipue Carolinae Ogechee, unde Ogechee-Lime.* ♄.

Obs. Utrum N. *tomentosa*, foliis ellipticis subtus albidis pubescentibus, floribus capitatis, calyce tomentoso, *Poiret Enc.* V. *p.* 508. ad hanc vel ad sequentem spectet, vel propriam constituat speciem, silente *Poiret* in *Suppl.* nescimus. Folia alterna sparsa supra glabra; petioli tomentosi compressi; flores parvi per longitudinem ramorum subsessiles ad apicem pedunculi communis longi gracilis hirti. Calyces tomentosi, antheris pallide flavis globosis bilocularibus. *Fraser* specimen in Carolina lectum communicavit cum clo. *Lamarck.* N. *capitata Walt.* fol. cordato-ovatis serraturis nonnullis subtus glaucis, floribus globoso-capitatis drupis oblongis, in *H. Kew. ed.* 2. V. *p.* 480. sine omni alio synonimo adducitur.

4. N. *tomentosa Mich.*; foliis longe petiolatis (remote serratis), subtus tomentosis, ovalibus, acuminatis: pedunculis femineis unifloris: drupâ oblonga. *Mich. Fl. bor. Amer.* II. *p.* 259. *Willd. Spec.* IV. *p.* 1115. *Pursh Sept. Amer.* I. *p.* 177. et, hoc teste, N. *grandidentata Andr. Mich. arb. t.* 19.

Folia passim acute grandi-dentata. Bracteolae ovario sublongiores. Calycis laciniae cuneatae. *Mich.* Fructus magnitudine candicantis, atro-caerulei. *Pursh.* *Ad amnem S. Mary in utraque Carolina et in Florida.*

Obs. *Poiret Enc. meth. Suppl.* IV. *p.* 115. credit N. *grandidentatam* sequentis *denticulatae* potius esse varietatem. Descriptio ab *Andr. Michaux* data sequens: Arbor 70-80 ped., 5-6 ped. in diametro ad basin trunci. Folia 5-6 poll., 2-3 poll. lata, saepe majora, dentibus 2-3 sat magnis, juniora hirsuta, adulta glabra. Flores capitati. Fructus sat magni, atro caerulei, ovato-acuminati, nucleo osseo depresso profunde longitudinaliter striato.

5. N. *denticulata Ait. Kew.*; foliis longe petiolatis, inferioribus subcordatis plerisque ovalibus acuminatis rariter angulato-dentatis (utrinque glabris) pedunculis femineis unifloris, drupâ oblongâ. N. *angulisans Mich. Fl. bor. Amer.* II. *p.* 260. N. *denticulata Ait. Kew.* 1. *ed.* III. *p.* 446. *Willd. Spec.* IV. *p.* 1115. *Pursh Fl. Sept. Amer.* I. *p.* 178. *Poiret Enc. meth. Suppl.* IV. *p.* 115. et, hoc teste, N. *aquatica Poiret Enc. meth.* IV. *p.* 507. (excl. syn. *Linn.*) N. *uniflora Walt. Fl. Carol.* 253. *Wangenh. Amer.* 83. *t.* 27. *f.* 57. *Catesb. Carol.* I. *t.* 60. Ejusd. *Hort. Amer. Europ. t.* 19.

Arbor 80-100 ped., ramis apicem versus numerosis. Folia alterna, angulis 3-4-dentata. Pedunculi simplices axillares et laterales. Drupa virens magnitudine olivae, nucleo acuto subanguloso. Rad. spongiosa, suberis ad instar. *Poiret*. In paludibus *Virginiae* et *Carolinae*, et ad ripas praecipue *Missisipi*. ♄. Confer *tomentosam*.

Obs. N. *aquatica Desfont. Arb.* et *Arbrisseaux*. I. p. 36. hujus certo est loci.

6. N. *angulosa Poiret*; foliis cuneiformibus angulosodentatis. *Poiret Enc. meth.* V. *p.* 507.

Poiret in *Herb. Lamarck* nil nisi ramum sine flore fructuque ex arbore nomine N. *aquaticae* in *hort. reg. parisin.* culta vidit, et fors varietatem esse suspicatur *denticulatae*; attamen folia basi in cuneum attenuata licet dentibus 3-4 angulata; petioli breves angulati. In *Suppl.* hujus non amplius meminit.

1060. MYOSCHILOS.

M. *oblonga Ruiz* et *Pav. Fl. peruv.* III. *p.* 20. *t.* 242. *f.* a. *Annal. Mus.* VII.

Arbsucula 6-8 ped., ramis numerosis sparsis elongatis teretibus fuscis saepe maculis cinereis. Folia sparsa approximata subpetiolata erecta oblongo-vel ovato-lanceolata, 1/2 poll., integerrima, sinuata, mucrone parvo, vix nervosa, demum glabra. Flores sessiles imbricati, singuli squamis 3 ovatis, concavis, acutis, in spicis brevibus axillaribus amentaceis, solitarii, terni, senive. Cal. purpureus, foliolis patentibus, persistentibus. Filamenta subulata patentia in fundo calycis. Antherae subrotundae. Stylus trigonus, brevissimus. Drupa ovato-globosa atropurpurea, magnitudine pisi. *In Chili collibus et ripis arenosis prope Concepcion. Incolis instar Sennae.* ♄.

1061. THESIUM.

Thesia *Europaea*:

1. * T. *Linophyllum*; spicâ ramosâ, bracteis ternis, foliis lineari-lanceolatis, tubo calycino brevissimo. *Smith Fl. brit. p.* 269. *Engl. Bot. t.* 247. *Prodr. Fl. graec.* I. *p.* 164. *Linn. Spec. p.* 301. et, fide *Smith*, *Relh. Cantabrig.* 99. *t.* 1. cum *Dicks. Hort. sicc. fasc.* II. 5. *Willd. Spec.* I. *p.* 1211. (excl. omnib. synonym. praeter Linnaeanas α, ut et in *Poiret Enc. meth.* VII. *p.* 625.) Th. *prutense Ehrh. Herb. n.* 12. *Schrader Spicileg. p.* 26. Th. *decumbens Gmel. Fl. bad.* I. *p.* 549. Alchimilla linearifolio, calyce florum albo *Tournef. Inst.* 509. fide *Smith*.

Rad. lignosa. Herba rigida glabra. Caules adscendentes angulati foliosi spithamaei. Folia sparsa secunda linearia margine

scabra. Spicae terminales plerumque ramosae, multiflorae. Pedicelli alterni uniflori erecti, bracteis lanceolatis acutis inaequalibus, flori approximatis. Calycis tubus brevissimus, margine patente, acute 5 fido, denticulato, albo. Stamina brevissima, laciniis calycinis opposita. Stigma emarginatum. Semen ovale, pentagonum, osseum, basi calycis indurata vestitum. *Smith l. c.* *In Europae siccis montosis cretaceis et in Oriente inque Barbaria.* 4.

Obs. Descriptio haec THESII *Linophylli* a possessore *Herb. Linn.* data cum neutra ex sequentibus convenit, quas *Willdenow l. c.* plantae Linnaeanae subjunxerat ut varietates, addendo: „*Th. pratense*, *intermedium*, et *montanum* sunt varietates unius plantae, a diverso solo ortae. Panicula hujus speciei formatur e racemis simplicibus bracteatis in foliorum superiorum axillis.“ Neque descriptio *TH. Linophylli* data a sagacissimo *Hayne* apud *Schrader Journ.* 1800. I. *p.* 28. cum *fig. C.* t. VI. (Th. caule erecto subramoso, paniculâ foliaceâ, floribus breviter pedicellatis, bracteis minoribus obvallatis) quadrat cum descriptione *Smithiana*, vel cum alterutra ex tribus Schraderianis: videtur enim species haece 3 promiscua habere cls. *Hayne*, quas eô lubentius tanquam distinctas proponimus species, quia nullibi *Linnaei* diagnosin adduxisset cls. *Schrader*, quam ad *pratensem*, ubi vero excludebat synonymon *Relhani*, quod tamen ex ipsa *Smithî* auctoritate spectat ad *Linophyllum* L., nec ad *alpinum*, ad quod a clo. *Schrader* (ab ill. *M. a Bieberst.* ad *ramosum*) ducitur. Interea nulli negare volumus; THES. *pratense Fl dan. t.* 1205. ad *Linophyllum* L. spectare, ut *Retzius* suadet. TH. foliis ensiformibus decurrentibus, racemis *virgatis* *Thunb. diss. p.* 11. *n.* 16., facile etiam pro *Linophyllo* L. habemus. Cls. *Rudolphi* monuit, in exemplaribus tauricis ramos superiores esse floribus solitariis, in germanicis vero floribus plaribus, plerumque ternis in singulo pedicello, quod non in planta Linnaei. Flores etiam tetrandri.

2. T. *intermedium* *Schrad.*; caule stricto, foliis lineari-lanceolatis trinerviis, paniculâ foliaceâ. *Schrad. Spicileg. p.* 27. *Schkuhr Handb. t.* 51. TH. *linophyllum* β. *Willd. Spec.* I. *p.* 1211. TH. *linophyllum Scop. Fl. carn.* II. *n.* 171? (fide *Schrad.*)

Caules 1 1/2 ped. simplices sublignosi. Folia sesquiuncialia. Inflorescentia paniculata. Flores pentandri, rarius tetrandri. Habitus et color flavo-virens *Linophylli*, nec saturate viridis, ut in *montano.* *Schrad. Scopoli l. c.* in Tetrandria habet. *Quedlinburgi in m. Winzenburg, etiam in Austria.*

3. T. *montanum* *Ehrh.*; caule flaccido, foliis lanceolatis trinerviis, paniculâ foliaceâ. *Schrad. Spicileg. p.* 27. *Hoffm. Fl. Germ.* 1. *ed. n.* 2. *ed.* 2. *n.* 3. (ubi *Hoffmann* junxit cum *intermedio.*) *Drev.* u. *Hayne t.* 119. TH. *bavarum* *Schrank Fl. bavar. n.* 420. (fide *Schrad.*) TH. *linophyllum* *Roth Fl. Germ.* II. *p.* 282. TH. *linophyllum* γ. *Decand. Fl. fr.* III. *p.* 352. *n.* 2185. *Hall.*

Hist. n. 1573. TH. *intermedium Bess. Galic. n.* 289. (fide *Wahlenb. carpath. p.* 69.)

Caules 1 1/2 ped., simplices; folia sesquiuncialia; flores rarius tetrandri. *Schrad.* *In montosis totius Continentis.* 4.

4. * T. *alpinum*; caulibus prostratis simplicibus, racemo terminali foliato secundo, floribus sessilibus, bracteis minoribus obvallatis. *Hayne l. c. p.* 32. *t.* VI. *D.* et hoc teste: *Willd. Spec.* I. *p.* 1212. excl syn. *Pollich.* *Roth Fl. Germ.* I. *p.* 110. II. *p.* 282. *Schrad Spicileg. p.* 25. (excl. syn. *Relhan.*) *Jacq. Fl. Austr.* V. *t.* 416. *Drev.* u. *Hayne t.* 121. *Sturm Fl. Germ. Fasc.* XI. *Hall. Helv. n.* 1574.

Cls. *Thunberg Diss. n.* 14. flores axillares pedunculatos dicit. — Caules plures ex radice, in orbem congesti, simplices, striati; folia linearia, acuta, secunda (elliptica *Thunb.*); pedunculi basi nudi, superne bracteâ triphyllâ, foliolo intermedio majore. Cal. elongatus, infundibuliformis, 4-3-fidus, raro 5-fidus, intus albus, laciniis alatis obtusis, supra basin dentibus 2. Nux globosa, brevissime mucronata. *In montosis totius Europae et in Barbaria.* 4, nec ☉.

Obs. Willdenow, qui hanc speciem a sequente non distinxerat, addiderat THESIO *alpino*: „variat caule erecto et decumbente. Racemus formatur e pedunculis unifloris bracteatis axillaribus in suprema caulis parte.“

5. T. *serratum Kitaib.*; caule adscendente simplicissimo, foliis lanceolatis utrinque attenuatis medio serratis, floribus axillaribus brevissime pedunculatis, calycibus quadrifidis. *Kitaib.* apud *Schult. Oestr. Fl. 2. ed.* I. *p.* 437. *n.* 991.

In montibus Pannoniae Tharoczensibus. Prof. *Kitaib.* 4.

6. T. *ramosum Haynii*; caule erecto ramoso, racemis foliatis elongatis, floribus sessilibus, bracteis minoribus obvallatis. *Hayne l. c. p.* 30. *t.* VII., et hoc teste: T. *alpinum Pollich. pal.* I. *p.* 239. *n.* 240. ergo etiam *Gmelin Fl. bad.* I. *p.* 551. TH. *palatinum Roth Catal.* II. *p.* 29. *nov. Catal.* I. *p.* 171. TH. *alpinum* β. *ramosum Decand. Fl. fr.* III. *p.* 352. *n.* 2186. *Poiret Enc. meth.* VII. *p.* 626.

Differt, praeter characteres datos, a T. *Linophyllo* caule basi ramoso; foliis minoribus acutis; racemis elongatis, inferioribus altioribus; pedunculis racemorum aequalibus nec sursum decrescentibus; calycis laciniis integerrimis nec basi bidentatis; nuce oblongâ. A TH. *alpino* vero, praeter characteres datos, foliis et pedunculis sparsis nec secundis, calyce hypocrateriformi laciniis integerrimis, nuce oblongâ. *In sylvis sabulosis prope Lautern, in Austria et in Tauria et Caucaso.* 4.

Obs. TH. *alpinum* et *ramosum* varietates tantum esse *Rudolphi* ap. *Schrad. Journ.* 1800. II. *B. p.* 215., sed etiam ill. *M. a Bieberstein Fl. taur. cauc.* I. *p.* 175 hocce THES. *ramosum* caulibus adscendentibus, floribus racemosis tribracteatis, calycis 5-partiti tubo brevissimo, distinctam esse speciem affirmat, quam pro TH. *Linophyllo* habuit *Pall. ind. taur.*

7. T. *humifusum Decand.*; caulibus prostratis numerosis elongatis, spicis gracilibus plerumque simplicibus, pedunculis brevibus subaequalibus. *Decand. Suppl. Fl. fr. n.* 2185. a.

Fors *linophylli* varietas. *In maritimis arenosis prope Sables d'Olonne.* 4.

8. T. *ebracteatum Hayne*; caule erecto simplici, racemo foliato, floribus pedicellatis, bracteis minoribus destitutis. *Hayne l. c. p.* 33. *t.* VII. *termin. bot. t.* 26. *f.* 4. *Willd. Enum. H. Berol. p.* 273. THESIUM *comosum Roth Cat.* II. *p.* 29.

Differt praeter characteres datos, a T. *alpino*, foliis sparsis obtusis (acutis *Rud.*) concavis, racemo apicem versus sterili, floribus petiolis insidentibus, calyce hypocrateriformi, laciniis integerrimis, nuce subrotundâ, nec globosâ; a T. *Linophyllo* vero racemo superne sterili, floribus solitariis ebracteatis, pedicellis petiolis insidentibus (s. potius bracteâ pedicelloque communi pedunculo insidentibus, *Rudolphi.*), calycis laciniis integerrimis, stylo staminibus longiore, nec breviore. *In pascuis nemorosis prope Berolin.* 4.

9. T. *humile Willd.*; foliis linearibus subcarnosis, floribus axillaribus sessilibus quinquefidis. *Vahl Symb.* III. *p.* 43. *Thunb. Diss. n.* 15. *Willd. Spec.* I. *p.* 1212.

Caulis herbaceus erectus, vix palmaris, a basi statim ramosus; rami angulati glabri ramulosi altitudine caulis; folia crassa acuta, 1½ poll. frequentia acuta. Calycis tubus vix ullus, nec elongatus ut in TH. *alpino.* Nuces globosae rugosae magnitudine seminis Coriandri. *Vahl.* *In caltis Tuneti.*

10. T. *umbellatum Willd.*; foliis obovatis mucronatis, floribus racemosis. *Thunb. Diss. n.* 17. in conspectu *p.* 5; in descriptione *p.* 12. vero: foliis oblongis, floribus umbellatis. *Willd. Spec.* I. *p.* 1124. *Poiret Enc. meth.* VII. *p.* 629. *Pursh Fl. Septentr. Amer.* I. *p.* 177. TH. *corymbulosum*, erectum, foliis ovali-lanceolatis, fasciculis florum corymbuloso-terminalibus. *Mich. Fl. bor. Amer.* I. *p.* 112. *Plukn. Mant. t.* 342. *f.* 1.

Folia alterna ovali-lanceolata integerrima. Rami alterni in summitate caulis. Umbellae racemosae terminales, involucro tetraphyllo parvo. Floscul. s. 5. *Linn.* Caulis herbaceus, erec-

tus glaber striatus simplex summo apice ramosus, pedalis, et ultra. Rami alterni pauci erecti fastigiati; folia alterna subsessilia ovata, inferne attenuata, obtusa cum acumine, integra, glabra, erecto-patentia, unguicularia. Flores in ultimis ramis racemosi. Bracteae lanceolato-setaceae. *Thunb.* *In Virginiae et Pensylvaniae pascuis siccis. Kalm. a novo Eboraco ad Carolinam Pursh.*

Obs. Habitus HYPERICI *perforati*, sed folia alterna, non perforata. Cal. coloratus subinfundibuliformis, limbi lobis 4 acutis; filamenta apice villosa, 4, calyci inserta, antheris subglobosis. *Poiret.* FUSANUM inter et SANTALUM ambigere *R. Brown.*

11. T. *australe R. Brown*; racemo elongato simplici subspicato, pedunculis flore brevioribus, perianthiis 4-5-fidis, laciniis longitudinaliter marginatis tubo parum longioribus. *R. Brown Prodr. nov. Holl.* I. *p.* 353.

In nova Hollandia circa portum Jackson et in insula van Diemen.

Obs. Nomine THESII *divaricati* a clo. *Agardh* tulimus exemplar lectum in *Sierra Texeda Hispaniae* nimis imperfectum, quam ut in genere adeo ambiguo ex illo diagnosin audere possimus. Paniculâ rigidâ, pedunculis divaricatis, foliis superioribus linearibus convolutis, a caeteris distinctum videtur.

THESIA. *capensia:* quae ad mentem cli. *Rob. Brown* alius generis.

a) *Foliis trigonis minutis:*

12. * T. *fragile*; foliis ovato-trigonis carnosis, caule angulato fragili, floribus axillaribus. *Thunb. Diss. n.* 1. *Prodr. p* 45. *Fl. Cap.* II. *p.* 96. TH. fol. ovato-triquetris, carinatis decurrentibus, caule angulato, floribus axillaribus sessilibus. *Linn. Suppl. p.* 162. *Willd. Spec.* I. *p.* 1215.

Habitus *Salsolae* Folia brevissima, ut primo intuitu planta illis carere videatur. Valde fragilis planta. *Linn.* Pedale et ultra, totum, glabrum, erectum, virens, caule angulis pallidioribus, ramis ramulisque sparsis, erecto-patentibus; folia sparsa sessilia remota dorso decurrentia, vix 1/2 lin. longa. Flores in ramulis et axillis foliorum minuti sessiles. *In Saldanha Bay, in arenosis St. Helenae Bay.* ♄.

13. * T. *lineatum*; foliis lanceolatis remotis, ramis striatis erectis. *Thunb. Diss. n* 2. *Prodr. p.* 45. *Fl. Cap.* II *p.* 101. TH. fol. linearibus, caule tereti angulato inferne aphyllo, ramis erectis divaricatis, floribus axillaribus pedunculatis. *Linn. Suppl.* I. *p.* 162. *Willd. Spec.* I. *p.* 1212.

Caulis totus glaber aphyllus erectus pedalis et ultra; rami ramulique alterni cauli similes divaricato patuli, virentes, foliosi; folia sparsa sessilia lanceolata, ultima lanceolato-subulata gla-

bra remota erecto-patentia, lin. longa. *In Promont b. Spei in Carro infra Beckland.* ♄.

14. T. *imbricatum Thunb.*; foliis acutis serrato-scabris, floribus terminalibus solitariis. *Thunb. Diss. n.* 3. *Fl. Cap.* II. *p.* 97.

Caulis rigidus flexuosus fuscus scaber ramosus palmaris vel parum ultra, ramis alternis flexuosis s. retroflexis, ramulosis subfastigiatis; folia sparsa sessilia glabra imbricato-patula frequentia 1/2 lin. longa. *In Promont. b. Spei.* ♄.

15. * T. *spinosum*; foliis spinosis, (caule angulato compresso), floribus (solitariis) axillaribus. *Thunb. Diss. n* 4. *Linn. Suppl. p.* 161. *Willd. Spec.* I. *p.* 1217.

Singularis foliis patentibus subulatis canaliculatis, apice terminatis spinâ. *Linn.* Caulis decumbens, totus glaber, teres cinereo-albus, ramis similibus; ramulis frequentibus iterum ramulosis secundis angulatis flexuosis, diffusis, ultimis filiformibus viridibus; folia frequentia sessilia, spinâ terminali flavescente, horizontaliter patentia, vix lin. longa; flores pedunculati solitarii; nux globosa cinerea. *In Promont. b. Spei Saldanha Bay prope Comp. port.* ♄.

16. T. *virgatum Lam.*; ramis erectis virgatis nudiusculis; foliis subulatis brevibus remotissimis, floribus subumbellatis, terminalibus. *Lam. Illustr. gen.* II. *p.* 125. *n.* 2779. *Poiret Enc. meth.* VII. *p.* 627.

Caules lignosi erecti glabri teretes; rami alterni ramosi elongati glaberrimi striati. Folia minima concaviuscula integerrima ramis squamularum adinstar appressa. — Flores parvi; pedunculi breves subaequales glaberrimi, basi bracteolati. Fructus glabri ovati extus rugosi grano piperis minores. *Poiret. In Promont. b. Spei. Sonnerat.* ♄. *Herb. Lamarck.*

17. * T. *funale*; foliis linear-lanceolatis acutis, ramis striatis elongatis, floribus subspicatis. *Thunb. Diss. n.* 5. *p.* 7. et *idem* in *conpectu ibid. p.* 4. foliis filiformi trigonis erectis, caulibus filiformibus, floribus racemosis. TH. fl. spicatis, corollis ciliatis, caule fruticoso, foliis subulatis brevissimis. *Linn. Spec.* I. *p.* 302. *Willd. Spec.* I. *p.* 1213. TH. *spicatum Linn. S. V.* XIV. *p.* 240. (fide *Thunb.*)

Fruticulus facie RESTIONIS *capensis*, subnudus, ramis numerosis alternis confertis virgatis simplicibus teretibus filiformibus. Folia alterna remota minutissima. Spicae terminales 2-3 alternae. *Linn.* „THESIUM *funale* et *spicatum* mihi idem videtur; variat enim: caulibus elongatis et apice ramosis, et spicâ tenuiori vel densiori. Fruticulus brevissimus ramis filiformibus elongatis laxis rarius ramosis apice, teretibus tenuissime striatis patenti-erectis glabris spithamaeis; folia sparsa remota basi adpressa apice patentia glabra, lin. longa vel ultra. Flores in

ramis subverticillato-aggregati; spica vel densa, vel remotis floribus interrupta, bracteata, pollicis et ultra; bracteae ovatae acutae; corollae barbatae." *Thunb.* *In collibus prope urbem Cap.* ♄.

18. T. *spicatum Willd.*; foliis ovato-trigonis, caulequefiliformi erectis, floribus spicatis imbricatis. *Thunb. Diss. n.* 6. *Fl. Cap.* II. *p.* 98. *Linn. Mant. p.* 214. *Willd. Spec.* I. *p.* 1214. *Poiret Enc. meth.* VII. *p.* 628.

Caulis erectus strictus subangulatus prolifer 3 ped., crassitie pennae Folia subulata laevia minutissima, ut fere nulla, remotissima. Spicae crassitie digiti tenuioris, oblongae. Flores distincti, bracteis 3, acuminatis, margine membranaceis. Distinctissimum a *funali*, caule non funis instar flexili, spicis non angustissimis, squamis s. bracteis inter flores non tenuibus aciculae instar. *Linn.* Caulis subangulatus, frutescens, prolifer, folia subulata (in definitione *ovato-trigona!*) laevia minutissima; spica obovata, pollicaris. Caulis in hoc strictior quam in *funali.* *Thunb. ll. cc.* *In Promont. b. Spei.* ♄.

19. * T. *strictum*; foliis lineari-trigonis erectis, caule filiformi, floribus (sub) umbellatis. *Thunb. Diss. n.* 7. *p.* 4. *Prodr.* 45. *Fl. Cap.* II. *p.* 101. *Linn. Mant. p.* 214. *Willd. Spec.* I. *p.* 1214. *Poiret Enc. meth.* VII. *p.* 628.

In definitione, quae in textu exhibetur *p.* 7. „*folia* LANCEOLATA *decurrentia*" dicuntur a clo. *Thunberg*, ut etiam in *Fl. Cap.* — Caulis ramosus, angulatus (*Genistae*). Folia alterna, linearia, remota, interstitiis breviora, basi adglutinato-decurrentia. Umbellae pedunculatae compositae, involucro involuceilisque instructae. Calyx intus laevis. *Linn.* — Caulis erectus fuscus totus glaber, pedalis et ultra; rami sparsi elongati subsimplices vel apice ramosi subangulati fusci subfastigiati; folia sparsa remota sessilia decurrentia glabra supra plana, subtus convexa, basi adpressa, apice patula, lin. longa; flores subumbellati vel paniculati. Nux globosa cinerea reticulata. Variat foliis frequentioribus et remotis, caule magis minusve paniculato. *Thunb.* *In collibus prope urbem Cap.* ♄.

20. * T. *paniculatum*; foliis lanceolato-trigonis erectis, caule filiformi, ramis angulatis floribusque (terminalibus) paniculatis. *Thunb. Diss. n.* 8. *Prodr.* 45. *Fl. Cap.* II. *p.* 102. *Linn. Mant. p.* 51. *Willd. Spec.* I. *p.* 1213.

Caulis sublignosus pedalis, totus quantus, more *Galii*, in paniculam floriferam effusus. Folia minuta linearia alterna, supremaque subulata. Flores minuti pedunculati. *Linn.* Totum decumbens, ramis diffusum breve. Rami ramulique alterni, copiosissimi, paniculati, filiformes, capillares, pubescenti-scabridi, rufo-fuscescentes; folia remota inermia reflexa patentia, lin. longa; flores in ultimis ramis terminales, terni vel plures sessiles. *Thunb.* *In monte Hockland Prom. b. Spei.* ♄.

21. T. *hispidulum Lam.*; caulibus paniculatis diffusis, foliis lineari-subulatis hispidulis; floribus terminalibus sessilibus. *Lam. Ilustr. n.* 2789. *Poiret Enc. meth.* VII. *p.* 630. *n.* 17.

Fruticulus satis fortis, caulibus 4-6 poll., gracilibus, subtortuosis asperis hirtis. Rami breves numerosi diffusi, paniculati. Folia parva sparsa sessilia subcurvata 3 lin. Fasciculi florum laterales, plurimum vero terminales, muniti bracteis similibus foliis. *In Promont. b. Spei. Sonnerat. Herb. Lam.* ♄.

22. * T. *squarrosum*; foliis lineari-trigonis (patentibus et) reflexis, caule tereti, ramis floribusque (?) paniculatis. *Thunb. Diss. n.* 9. in descript. *p.* 8. vero: foliis lanceolatis reflexis, floribus axillaribus pedunculatis ut in *Prodr. p.* 46. et *Fl. Cap.* II. *p.* 102. TH. fol. lineari-subulatis recurvato-reflexis, caule tereti, floribus axillaribus sessilibus. *Linn. Suppl. p.* 162. *Willd. Spec.* I. *p.* 1213.

Foliis recurvatis valde squarrosum. *Linn.* Frutex erectus, totus glaber, teres, cinereus, pedalis et ultra; rami ramulique sparsi frequentes filiformes striati paniculati virgati. Folia sparsa acuta vix lin. longa. Flores axillares solitarii breviter pedunculati. *Thunb.* *In interioribus Africae regionibus.* ♄.

23. * T. *scabrum*; foliis lineari-trigonis imbricatis patenti-reflexis) scabris, caule tereti, floribus terminalibus (capitatis.) *Thunb. Diss. n.* 10. *p.* 9. *Prodr.* 45. *Fl. Cap.* II. *p.* 98. TH. capitulis pedunculatis, foliis triquetris margine carinâque scaberrimis. *Linn. Spec. p.* 302. *Willd. Spec.* I. *p.* 1215.

Simillimum TH. *capitato*, sed capitula pedunculo longo nudo; flores obtusiusculi, tantum ad apices interne villosi; folia triplici angulo cartilagineis dentibus exasperata. *Linn.* Fruticulus spithamaeus, flexuoso-erectus, teres, fuscus, a foliorum casu nodosus; rami et ramuli divaricato-patentes, sensim breviores, summi fastigiati; folia frequentissima, subverticiliata, sessilia, trigono-subulata, ciliato-scabra, apice patula, vix lin. longa. *In summo monte Middelste Roggefeld.* ♄.

24. * T. *capitatum*; foliis trigonis mucronatis laevibus, capitulis terminalibus, bracteis ciliatis. *Thunb. Diss. n.* 11. *Prodr.* 46. *Fl. Cap.* II. *p.* 99. T. floribus capitatis sessilibus terminalibus, fol. triquetris laevibus, braeteis ovatis. *Linn. Spec.* I. *p.* 302. *Willd. Spec.* I. *p.* 1214. *Poiret Enc. meth.* VII. *p.* 628.

Caules duri, ramis alternis remotis, superioribus sensim longioribus; folia alterna parva, subulata, mucronata. Capitula terminalia, sub quibus ramus excrescit. Florum laciniae valde acuminatae et interne secundum totam longitudinem villosae. *Linn.* Frutex erectus teres fuscus nodulosus 2 ped. et ultra; rami subumbellato-aggregati elongati striati; ramuli versus

apicem ramorum aggregati subumbellati virgati; folia frequentia sessilia decurrentia, trigono-lanceolata, inferiora reflexa, superiora imbricato-patula, unguicularia; flores in apicibus ramulorum terminales, spicati, spicâ subglobosâ; bracteae ovatae, margine membranaceae, ciliatae. Corollae barbatae. *Thunb.* *In lateribus Tafelberg.* ♄.

b.) *Foliis lanceolatis planis majoribus:*

25. * T. *triflorum*; foliis lanceolatis, caule angulato, pedunculis trichotomis, (axillaribus compositis.) *Thunb. Diss. n.* 12. *Prodr.* 46. *Fl. Cap.* II. *p.* 102. *Linn. Suppl. p.* 162. *Willd. Spec.* I. *p.* 1216.

Pedunculi triflori, interdum bi- s. trifidi, valde divaricati. *Linn.* Erectum; totum glabrum, pedale et ultra; rami sparsi subsecundi angulati patentes; folia ovato-lanceolata acuta plana integra glabra patentia unguicularia, superioribus sensim minoribus; flores in ramis alterni, paniculati, paniculâ trichotomâ, divaricatâ. *Thunb.* *In Krakakama Prom. b. Spei.* ♄.

26. * T. *friseu*; foliis lanceolato-oblongis obtusis, planis, (caule decumbente) floribus spicatis (terminalibus) lanatis. *Thunb. Diss. n.* 13. Th. fol. lineari-lanceolatis etc. *Thunb. Prodr. p.* 46. *Fl. Cap.* II. *p.* 100. *Linn. Mant. p.* 213. *Willd. Spec.* I. *p.* 1213.

Caules simplices palmares duriusculi. Folia alterna, subulata, basi angustiora, patentia. Racemus s. spica terminalis, floribus alternis secundis sessilibus approximatis, bracteis propriis 2 lateralibus. Cal. 5-fidus, laciniis lanceolatis concavis, apice et margine ciliatis, fibrillis inflexis, calycis discum tegentibus instar lanae. Stamina e sinubus calycis cavitati ejus inserta. Fructus ovatus valde rugosus, magnitudine seminis Coriandri, apice calyce persistente intus rugoso. *Linn.* Tota planta carnosa diffusa, apicibus florentibus erectis; caules e radice longa plurimi filiformes, saepe radicantes, palmares et pedales, ramis elongatis teretibus obsolete striatis glabris; folia alterna subpetiolata, valde crassa, subtus convexa, frequentia patentia, unguicularia. Spicae ovatae. Corolla barbata. *Thunb.* *In maritimis sabulosis prope Verloren Valley ad Prom. b. Spei. in mare.* ♃.

c.) *Foliis ovatis:*

27. T. *amplexicaule*; foliis cordatis amplexicaulibus, racemis terminalibus. *Thunb. Diss. n.* 18. T. floribus subspicatis secundis ciliato-lanatis. *Linn. Mant.* 213. *Willd. Spec.* I. *p.* 1216.

Caulis sublignosus erectus subangulatus 4-ped laevis. Folia alterna sessilia amplexicaulia integerrima acutiuscula laevia crassiuscula pollicaria. Racemi terminales floribus minutis mixtis

bracteis majoribus ovatis. *Linn.* *In Promont b. Spei montibus altis.* ♄.

28. * T. *euphorbioides*; foliis ovatis sessilibus, panicula terminali foliosa. *Thunb. Diss n.* 19. TH. foliis ovatis acutis carnosis, ramis dichotomis, floribus terminalibus. *Thunb. Prodr.* 46. *Fl. Cap.* II. *p.* 103. TH. pedunculis trifloris terminalibus, foliis subovatis carnosis. *Linn. Mant.* 214. *Berg. Cap.* 74. *Willd. Spec.* I. *p.* 1216.

Rami superne dichotomi; folia alterna, rotundato-ovata, carnosa, laevia: Flores pedicellati. Facies *Euphorbiae.* *Linn.* Frutex erectus, totus glaber, fusco-rufescens, angulatus, pedalis et ultra. Rami similes, erecti. Folia alterna subrotundo-ovata plana imbricata unguicularia; flores subpaniculati, in ramis terminales, paniculâ triflorâ; bracteae foliis similes; nuces angulatae. *Thunb.* *In montibus prope Plattekloof. Hottentots Holland in Prom. b. Spei.* ♄.

1062. LEPTOMERIA. *)

A. *Drupa baccata; Stigma stellatim 5-fidum, acutum, flores 5-fidi, spicati. Bracteae caducae.*

1. L. *acida R. Br.*; subaphylla, ramulis angulatis, bracteis lanceolatis, perianthii laciniis utrinque unidentatis, disci lobis semiadnatis, *R. Brown Prodr.* I. *p.* 353.

Circa portam Jackson. ♄.

2. L. *Billardieri R. Br.*; subaphylla, ramulis angulatis, bracteis lanceolatis, disci glandulis distinctis, solutis. *R. Brown l. c. p.* 354. THESIUM *drupaceum*; aphyllum, staminum filamentis 10, alternis sterilibus. *Labill. nov. Holl.* I. *p.* 68. *t.* 93.

Arbuscula 5-6 ped. ramis rectis teretibus striato-angulosis aphyllis, foliorum loco squamulae parvae ovatae arcte appressae caducae. Flores in spicis lateralibus et terminalibus, bracteis squamiformibus ovatis caducis. Calycis laciniae ovatae, apice incrassatae. Filamenta 5 sterilia brevia sub laciniis calycis inserta, fertilia antheris bilocularibus opposita. Germen ovatum, stylo vix notabili, stigmate peltato 5-radiato. Drupa unilocularis, monosperma. *Labillard.* *Circa portam Jackson et in terra et insula van Diemen.* ♄.

3. L. *aphylla R. Br.*; ramis ramulisque teretibus aphyllis, bracteis obovatis, disci lobis adnatis. *R. Brown l. c.*

Ora meridionalis nov. Holland.

---

*) LEPTOMERIAE frutices foliis sparsis minutis quandoque nullis; flores minimi (albi, rufi v. virides) spicati unibracteati, bracteis deciduis, quandoque axillares, ebracteati. *R. Brown l. c.*

B. *Drupa baccata. Stigma bilobum, obtusum. Flores quadrifidi.*

4. L. *acerba R. Br.*; aphylla, ramis ramulisque teretibus striatis, floribus glomeratis solitariisve. *R. Brown l.c.*

Circa Portam Jackson.

C. *Drupa exsucca. Stigma emarginatum, obtusum. Flores quinquefidi.*

5. L. *scrobiculata R. Br.*; spicis filiformibus multifloris, bracteis caducis, flosculis sessilibus scrobiculis racheos semiimmersis. *R. Brown Prodr.* I. *p.* 354.

6. L. *pauciflora R. Br.*; spicis paucifloris, bracteis caducis, flosculis emersis. *R. Brown l. c.*

7. L. *squarrulosa R. Br.*; floribus axillaribus folia patula denticuliformia superantibus, ramis ramulisque strictis. *R. Brown l. c.*

8. L. *axillaris R. Br.*; floribus axillaribus pedicellatis folio subulato duplo brevioribus, ramulis laxiusculis. *R. Brown l. c.*

n. 5. 6. 7. 8. *ad Oram meridionalem nov. Holland.*

1063. CHORETRUM.*)

1. *C. Valeriflorum R. Br.*; floribus axillaribus sessilibus solitariis. *R. Brown Prodr.* I. *p.* 354.

2. *C. glomeratum R. Br.*; floribus ramulos laterales terminantibus binis ternisve. *R. Brown l. c.*

Utraque *ad oram meridion. nov. Holland.*

1064. EXOCARPOS.**)

1. E. *latifolia R. Br.*; foliis ovalibus nervosis petiolatis, spicis axillaribus, caule arborescenti. *R. Brown Prodr.* I. *p.* 356.

Ad littora nov. Holland. intra tropicum.

---

*) CHORETRAE frutices spartei, ramosissimi, habitu omnino LEPTOMERIAE. Folia sparsa, minuta, remota, flores et ramulos tantummodo subtendentia. Flores parvi, albi, axillares v. terminales, solitarii vel aggregati quadribracteati.

**) Arbores mediocres v. Frutices. Rami ramulique articulatim inserti, ultimi quandoque foliaceo-dilatati. Folia sparsa, saepius minuta, denticuliformia, nunc majora, plana, integra. Spicae axillares. Flosculi minimi, subsessiles: Bracteis caducis. Pedicello post fecundationem excrescenti, ampliato, baccato.

2. E. *spartea R. Br.*; caule fruticoso, ramulis erectis striato-angulatis; teneris foliosis, foliis minutis subulatis apice recurvis, spicis subpyramidatis breviter pedunculatis. *R. Brown l. c.*

In Ora meridionali nov. Hollandiae.

3. E. *humifusa R. Br.*; caule fruticoso procumbenti, ramis ramulisque teretibus sulcatis, foliis minutis denticuliformibus triangularibus marcescentibus, spiculis sessilibus glomeruliformibus, floribus quadrifidis. *R. Brown l. c.*

In terra et insula van Diemen.

4. E. *stricta R. Br.*; caule fruticoso erecto, ramulis angulatis strictis, foliis minutis denticuliformibus triangularibus, spiculis glomeruliformibus sessilibus. *R. Brown l. c.*

Ad portum Jackson, nov. Holland. Oram meridionalem, et in terra et ins. van Diemen. ♄.

5. E. *aphylla R. Br.*; caule fruticoso erecto, ramis ramulisque teretibus striatis strictis aphyllis, spiculis glomeruliformibus, floribus quinquefidis hermaphroditis, stigmate trilobo. *R. Brown l. c.*

Ad Oram meridion. novae Hollandiae. ♄.

6. E. *cupressiformis Labill.*; caule arboreo, ramulis teretiusculis, spicis pedunculatis, foliis minutis denticuliformibus triangularibus patulis. *R. Brown Prodr. nov. Holl.* I. *p.* 356. *Labillard. voy.* I. *p.* 115. *t.* 14. *Nov. Holl.* II. *p.* 123. *Poiret Enc. meth. Suppl.* II. *p.* 623.

Arbor sempervirens, 18-20 ped. et ultra, ramis patentibus, ramulis pendulis. Folia subulata caduca alterna. Flores agglomerati terminales, hermaphrodriti, masculis et feminis intermixti. Stamina brevia fauci calycis inserta, cujus laciniae ovatae. Stigma peltatum orbiculatum. Nux subglobosa nigricans in receptaculo rubro eàdem duplo longiore. *Circa portum Jackson et in terra van Diemen atque inter tropicos nov. Holl.* ♄.

1065. CEVALLIA.

C. *sinuata Lagasc.*; strigosa, foliis alternis, subsessilibus, sinuatis, subtus tomentosis, pedunculis oppositifoliis, elongatis, floribus spicato-capitatis. *Lag. Varied. de Cienc. nat. Lagasca Gen. et Spec. nov. diagn. p.* 11. 12. 149.

„Planta, ut ex specimine quod possideo augurari potest, herbacea, ramosa, Echinopis facie. Ramus, quem describo, teretiusculus, villo brevi scaberrimo, setisque rigidis rarioribus e tubèrculo calloso ortis undique obsitus, ut et pedunculi, et foliorum pagina superior. Folia oblongo-lanceolata, obtusa,

marginibus revolutis, lineata, tomento (in sicco) in ferrugineum colorem vergente, sesquipollicem longa, vix pollicem dimidium lata. Stipulae nullae. Pedunculi oppositifolii, elongati, ereeti, 3-5 pollices longi, rigiduli, subfiliformes, apice in pedunculos 4-5 partiales involucrum mentientes, fissi. Pedunculi partiales, breves, superne bracteati, bracteis linearibus, strigosis, intus flores sessiles, plures in capitulum globosum congestos sustinentes. Corollae laciniae ciliatae, extus pilis canescentes, intus glabrae laeves. *Habit. in N. Hispania*, ubi legit D. *Lud. Nee.* 4.

1066. HELICONIA.

1. H. *caribaea Lam.*; foliis basi apiceque rotundatis, spadice erecto radicali, spathis distichis multifloris (nectarii folio superiore indiviso.) *Lamarck Enc. meth.* I. *p.* 426. *Willd. Spec.* I. *p.* 1187. *Plum. gen.* 50. *Ic.* 59. *β.* Bihai foliis amplissimis, florum vasculis subnigris. *Plum. gen.* 50. *γ.* Bihai foliis amplissimis, florum vasculis variegatis. *Plum. gen.* 50.

Rad. crassa nodosa extus nigra, intus alba. Caulis 10-12 ped., teres, laevis, pollice parum crassior, vaginis longis infra tectus, indeque crassitie femoris. Petioli e vagina patentes. Folia 6-7-ped., 1 1/2 ped. lata. Spadix 2 ped; spathae membranaceae cymbiformes acutae alternae. Squamae spathaceae sub flore singulo acutae. Cor. virens. Filamenta alba antheris flavis. Capsulae carnosae caerulescentes. Semina oblonga, dura rugosa. *Plum.* *In insulis Caribaeis.* 4.

Obs. *α* et *β*. forte species distinctae. *Willd. l. c. p.* 1189.

2. * H. *Bihai*; foliis basi apiceque acutis, spadice erecto radicali, spathis distichis multifloris, nectarii folio superiore trifido. *Willd. Spec.* I. *p.* 1187. *Swartz obs.* 96. *t.* 5. *f.* 2. HELICONIA *luteo-fusca Jacq. Schönbr.* 1. *p.* 25. *Thompsons Bot. Displ.* 8. MUSA *Bihai Linn. Spec. ed.* 2. *p.* 1477.

Habitus *Masae.* Herba 12-ped. Folia radicalia oblonga longitudine petiolorum. Scapus erectus. Spathae membranaceae rubellae. Cor. crocea. *Linn.* *Ubique in America calidiore, locis subnudis, montosis.* 4.

3. H. *humilis Jacq.*; foliis basi angustatis apice acuminatis; spadice erecto flexuoso radicali; spathis distichis multifloris; nectarii folio superiore tridentato. *Willd. Spec.* I. *p.* 1187. *Jacq. Hort. Schönbr.* I. *p.* 23. *t.* 48. 49. MUSA *humilis*, vasculis coccineis 5-6-floris, fructu trigono et violaceo. *Aublet Gujan.* II. *p.* 931.

Caules basi foliis oblongis glaberrimis integerrimis nervis simplicissimis. Spathae rubro-coccineae, singulae 5-6-florae. Fila

mentum, sextum petaliforme, tridentatum. *Circa Carecas et in Guiana.* 2.

4. * H. *psittacorum*; foliis glaberrimis nervosis basi rotundatis, inflorescentiâ glaberrimâ, spadice erecto ebracteato, nectario lanceolato adnato. *Linn. Suppl.* 158. *Willd. Spec.* I. *p.* 1188. *Fischer Comment. Mosqu.* I. P. *t.* 1. 4. *f. H.* *Redouté Lil.* III. *t.* 150. *Andrews Repos. t.* 124. *Trattinn. thesaur. t.* 26.

Caulis teres laevis simplex. Folia radicalia lanceolata pedalia petiolata staturâ *Cannae*; caulina alterna parva remota sessilia conduplicata *Tradescantiae*, 3-4, lanceolata. Pedunculi 4-5 axillares breves uniflori. Flores colore luteo et rubro variegati. Cor. dipetala lanceolata triquetra. Petalum inferius angustius, carinatum, apice maculâ fuscâ; superius aequale triplo latius, dorso plano utrinque carinato, apice bifido. Nectarium infra petalum superius, ovato-lanceolatum, longitudine petali, dorso fere ad apicem petalo adnatum. Filamenta 5 basi inserta, linearia, longitudine corollae. Antherae erectae, oblongae, sulcatae. Germen inferum triquetrum truncatum. Stylus triqueter longitudine floris. Stigma acutum. Capsula trigona retusa trilocularis trisperma glabra. Semen in singulo loculamento unicum, oblongum, glaberrimum, apici loculamentorum insertum; glandula cristata crenata ad insertionem. *Linn.* *In Surinam, in umbrosis Caripe et ad ripam fluv. Magdalenae.* 2.

5. H. *Swartziana*; foliis caulinis basi rotundatis, spadice terminali flexuoso, spathis lanceolatis, nectario lanceolato concavo integro. H. *psittacorum Swartz obs* 98. H. *Psittacorum β.* glabra, foliis lanceolatis ellipticis acuminatis, spathis erectis lanceolatis. *Curtis Mag. t.* 502. ad *Banks MS.*

8 ped.; caulis teres rectus laevis superne nudus, inferne foliis glabris nitidis, petiolis vaginantibus membranaceis, apice demum flexuosus, spathâ ad flexuram quamvis concavâ, e qua flores in pedunculis brevibus racemosi, clausi sub anthesi, deflorati brevi antequam decidunt, patentes. Cor. reverâ monopetala, in lacinias 5 divisa, quarum 3 exteriores vulgo pro petalis habentur, interiores 2 pro nectario. Segmenta 2 superiora corollae sublinearia, nectarii dorso dimidia sui parte adnata; inferius simile, sed magis excavatum, nectarii margines amplexans. Nectarii segmentum superius scaphoideum, acuminatum, margine clausum, genitalia recondens et segmentum nectarii inferius, lineare, spathulatum, ut *Jussiaeo* aliisque sit stamen 6. imperfectum. Laciniae omnes corollae aureae, fascia pone apicem atrâ, spathâ aurantiaco-flava. Stamina longitudine Nectarii. Antherae e membrana convoluta, pollen continens album. Germen obtusum, 3-corniculatum, triloculare, loculis 1-spermis. Stigma incurvum, plumosum. — *Curtis.* *In Jamaicae sylvis montosis caeduis.* 2.

Obs. Jam olim *Willdenow* monuit *Spec.* I. *p.* 1188: „HELICONIA *psittacorum* cli. *Swartz* distincta species videtur.“ *Hort. Kew. ed.* 2. II. *p.* 54. inter utramque interea non distinguit; nec ipse *willdenow* in *Enum. H. Berol. p.* 269. et *Meyer Essequ. p.* 125. ait ad H. *psittacorum*: „differentia inter *Linn.* fil. descriptionem et *Swartzii* (quare *Willdenow* stirpem Swartzii pro alia planta habet) ex solo diverso florum intuitu orta est.“

6. H. *subulata Ruiz et Pav.*; spicis rubris, spathis horizontalibus lanceolato-subulatis longissimis. *Fl. peruv. t.* 303. *f.* b. An HELICONIA *psittacorum Swartz obs. bot. p.* 93. quae diversa videtur a *Linnaeana*?

In nemoribus Andiam Peruviae.

7. H. *lingulata Ruiz et Pav*; spicis luteo-puniceis, spathis inflexis linguaeformibus longis. *Fl. per. t.* 304.

Cum praecedente subulatâ.

8. H. *rostrata Ruiz et Pav.*; spicis tricoloribus, spathis retroflexis, rostratis brevibus. *Fl. peruv. t.* 305.

In nemoribus Andiam Peruviae.

9. * H. *hirsuta*; foliis basi rotundatis simplicissime nervosis glaberrimis, inflorescentiâ hirsutâ, spadice flexuoso, nectario lanceolato adnato. *Linn. Suppl.* 158. *Willd. Spec.* I. *p.* 1189.

Herba foliis et staturâ refert reliquas *Heliconias*. Caulis et folia glaberrima. Spadix spithamaeus hirsutus, articulis versus proximam spatham incrassatis. Spathae alternae bifariae lanceolato-subulatae canaliculatae adscendentes, inferiores majores, carinâ hispidâ. Pedunculi 9-12 in alis spatharum erecti teretes hirsutissimi breves aphylli unifiori, utrinque ad latera cincti spathis s. bracteis subulatis planis, flore brevioribus, sibi invicem serie unicâ incumbentibus, intra cavitatem spathae majoris. Germen inferum obtusum hispidum obtuse triquetrum. Corolla curva dipetala. Petalum superius complicatum hispidum apice bifidum; inferius latius complicatum hispidum obtusum longum, interius apice maculâ fuscâ. Nectarium lanceolatum dorso adnatum petalo superiori. Stamina 5 longitudine corollae. Stylus filiformis. Stigma capitatum. Pericarpium exacte H. *psittacorum*, nisi hispidum, etiam numerus et figura loculamentorum seminumque conveniunt. *Linn.* *In America meridionali, in udis prope Mondox, Carare* et *San Bartolomé.* 2.

10. H. *indica Lam.*; foliis basi et apice attenuatis, spathis multifloris paucissimis. *Lam. Enc. meth.* I. *p.* 426. Folium buccinatum asperum *Rumph Amb.* V. *p.* 142. *t.* 62. *f.* 2.

Willd. Spec. I. *p.* 1189. plantam *Rhumphii* (et etiam ejusdem *foliam mensarium* l. c. f. 1) hujus fors vel sequentis generis esse dicit. *Lamarck* cum? citat HELICONIAM *albam Linn.* f. *Suppl.* 157. *Folium buccinatum asperum* apud *Rumph* describitur sequentibus: Caules plerumque rugosi instar pellis Lamii piscis, ubi fructus excrescit, fusci, superne quam maxime sinuosi, unde folia introrsum flectuntur, quae 2 ped. et ultra, 8-10 poll. lata. Una folii pars latior quoque est alterâ, superne costis notabilibus, quae inferne sulci. Fructus provenit ex uno mediorum caulium ex peculiari ortu ad palmae latitudinem supra nodum, unde et peculiaris formatur petiolus, palmam longus qui in varios distinguitur laterales ramulos. Fructus trigoni instar Cerasi fere, sulcis externe 3, virides, plani superne et umbilicati. Semina nigra externe granulata: quodvis porro granulum durum continet nucleum, ex multis segmentis tanquam arenae granulis. *In Amboina Rumph; forte et ad Promont. b. Spei.* 2.

Obs. Folium mensarium sequentibus describitur a *Rumph l.* c. Frutex 8-10 ped. altus, stipes vero vix 2-3 ped.. herbaceus, planus, palmam latus, binos crassus digitos, ex multis compositus caulibus sibi amplectentibus, interne penitus fungosus, perforatus, aquosus. Supra hanc altitudinem sese dividit hic stipes in 5 vel 6 longa folia, foliis Musae minora, firmiora magis acuminata. Albae speciei folia 4 ped., 4 palmas lata, dextra pagina binis digitis latior. Petiolus a circiter pedum ultra digitum crassus, interne rotundus. Ex uno mediorum et crassissimorum petiolorum ad latus erumpit ramulus brevis, ex quo fructus in 5-8 cornua transversaliter et alternatim locata. In quoque cornu 12-14 breves locantur fructus. Fructus vix digiti articulum longi sunt, primo aurantii, dein fusci, trigoni, instar germinum. Musae sibi arcte adunati, quivis vero florem profert triplo longiorem ex firmo et virescente corniculo constantem, quod ad latus superius apertum est instar cymbae, ad alterum latus vero quasi locatur calopodium, quod 6 crassa continet stamina. Hisce floribus marcescentibus fructus excrescunt minimum digitum crassi, ac ipsa digitum longi. „Descriptionem quoad nectarium et pericarpium mancam" jam olim conquestus *Willdenow l. c.*

11. H. *Ballia Rich.*; radice tuberosâ, foliis lanceolatis, scapo foliis longiore: spathis remotiuscule alternis. *Richard Act. h. nat. paris. p.* 107. BALLIA *Merian Surinam. t.* 54?

Ex Cayenna misit Le Blond.

Obs. „*Ensete* a *Bruce* (*it.* V. *p.* 36) nitide depicta, sed more solito, male descripta, habitu Heliconiis proxima, est forte novum classis Monandriae genus, ab HELICONIIS, STRELITIIS et MUSIS abunde drupâ monospermâ distinctum." *Willdenow* ad calcem HELICONIAE *Spec.* I. *p.* 1189. — *Gmelin S. V. p.* 567. MUSAM *Ensete* dixit, et *Stackhouse Extr. of Bruce p.* 17 t. 2. MNASIUM esse *Theophrasti* credit. HELICONIAE *psittacorum* in *Enum. H. Berol. p.* 269 subjunxit *Willdenow*: „Adhuc alia Heliconiae species in horto est, cujus flores nondum vidi, sed a cognitis diversa videtur."

Quid HELICONIA *flava*?

1067. STRELITZIA.

1. S. *angusta Willd.*; scapo dimidio breviore petiolis, vix duplo longioribus folio sexpedali. *Towns. Ait. H. Kew. 2. ed.* II. *p.* 55. *n.* 1. Str. fol. costatis reticulato-venosis. *Willd. Spec.* I. *p.* 1190. *n.* 2.

Willdenow l. c. descriptionis loco omnis ulterioris addit: „STRELITZIA *augusta* *Thunb. Prodr.* 45 nomen nec diagnosis. HELICONIA *alba Linn. Suppl.* 137 nomen et patria, nec diagnosis. HELICONIA *Bihai* fol. nervosis reticulatis basi attenuatis nectario hastato libero *Linn. Suppl* 157 neque nomen, neque descriptio. Folia STRELITZIAE, HELICONIAE, MUSAE, et SCITAMINEARUM non sunt nervosa, sed parallelo-costata.“ Jam vero quid discendum circa plantam, cujus neque descriptio valet, neque nomen? Confer HELICONIAM *indicam*. *In Promont. b Spei.* 2.

Obs. STRELITZIA *augusta* foliis simpliciter nervosis *Thunb. Prodr p.* 45. *Fl. Cap.* II. *p.* 113., ad quam illustr. auctor citat HELICONIAM *albam Linn. Suppl. p.* 157. *Syst. Veg.* XIV. *p.* 145. cum nulla sane specierum adductarum a *Townsend Aiton* convenit, saltem quod ad earumdem diagnosin. Si re verâ species distincta, STR *Thunbergiana* dici posset. Descriptio a *Thunberg* in *Fl. cap.* data sequens. „Caulis simplex vaginatus, crassitie brachii et ultra, pedes circiter 18 altus. Folia petiolata erecta vaginantia lato ovata obtusa tenuia tenuissime et simpliciter nervosa glabra integra pedalia et ultra. Petioli teretes striati. Flores intra spatham plures, 12 circiter, erecti, florentes primum basi, continuatâ florescentiâ sensim ad apicem, sessiles intra spathas partiales. Petala 3 superiora approximata, tertium inferius remotum, infra nectarium situm, ovato-lanceolata acuminata concava integerrima consimilia aequalia digitalia. Nectarium diphyllum inter petala situm; folium superius minimum concavum alterum amplexans, apice obtusum carinatum crassiusculum emarginatum unguiculare, inferius petalis paulo brevius, genitalia includens. Carina dorsalis sulcis 4, a medio ad apicem hastatum (sic!): alis interne et superne marginibus elevatis, intra quas stamina et pistillum. Filamenta 5 filiformia alba, longitudine dimidiâ hastae. Antherae lineares longitudine hastae, eique longitudinaliter inprimis apice cohaerentes, albae. Pollen a latere antico album viscidum. Germen infra receptaculum. Stylus longitudine hastae filiformis albus. Stigma cylindricum viscosum unguiculare trifidum, extra apicem hastae exsertum, fuscum. Caps. sessilis in fundo spathae ovata trigona glabra trivalvis 3-locularis. Semina subglobosa, columnae affixa plurima alba basi barbâ cincta. Cor. et Nectarium tota alba. Spatha horizontalis connivens continens plures spathas partiales flores fructusque, multiflora, glabra. Spathae partiales flores fructusque cingentes concavae lanceolatae acutae brunneae gelatinâ viscidae albidâ vel subflavâ. Similis valde MUSAE *paradisiacae*.“

2. * S. *Reginae Banks*; scapo vix longiore petiolis folio ovali ter longioribus. *Towns. Ait. Hort. Kew. 2. ed.* II. *p.* 55. *n.* 2. Str. *Ait. Hew.* I. *p.* 285. *t.* 2. *Poi-*foliis parallelo-costatis *Willd. Spec.* I. *p.* 1190.

ret Enc. meth. VII. *p.* 466. *Redouté Lil.* II. *t.* 77. 78. *Wendland Gart. Mag.* 1810. *t.* 24. 25. HELICONIA *Strelitzia Gmel. S. V* I. *p.* 423.

Willdenow huc ducit e *Thunb. Prodr.* 45. nomen nec diagnosin: et HELICONIAM *albam Linn. Suppl.* 157. diagnosin et patriam, nec nomen; et HELICONIAM *Bihai Linn. Suppl.* 157, descriptionem, nec nomen, neque diagnosin! Descriptionem subjungit sequentem: „Folia omnia radicalia petiolata oblonga integerrima margine inferne undulato crispa glaberrima, subtus glaucescentia coriacea pedalia persistentia. Petioli subcompressi tripedales et ultra crassitie pollicis vaginantes erecti glabri. Scapus longitudine et crassitie petiolorum, erectus, teres, tectus, vaginis alternis remotis acúminatis viridibus margine purpurascente. Spatha universalis spithamaea extus viridis, margine purpurascens: Spathae partiales albidae. Petala lutea, 4 poll. Nectarium caeruleum." *In Promont. b. Spei.* 2.

Obs. STR. *Reginae Thunb. Fl. cap.* II. *p.* 114. sane potius ad sequentem *ovatam* quam ad hanc spectare videtur, tum ait: „scapus simplex vaginatus 2-ped. longitudine foliorum. Folia plura radicalia petiolata erecta oblonga obtusa coriacea tenuissime nervosa et reticulata, inferne undulata integerrima glabra. Rhachis crassa. Petioli teretes, inanes, striati, glabri, digitum crassi. Cor. aurantiaca. Nectar. caeruleum." Occurrit in montibus ad *Hamtous river.*

3. S. *ovata Towns. Ait.*; scapo longiore petiolis et foliis, petiolo duplo longiore folio ovato-oblongo. *Hort. Kew.* 2. *ed.* II. *p.* 55. *n.* 3 et, hoc teste, STRELITZIA *Reginae Curt. Mag.* 119. 120. (auct. *Hort. Kew.* 2. *ed.*) *Andrews's Reposit.* 432. *Trattinn. thesaur. t.* 27. 28. *tabular. t.* 300.

In Promont b. Spei. 2.

4. S. *farinosa Towns. Ait.*; scapo petiolis paullo longiore, petiolis folio oblongo basi inaequali sesquilongioribus. *Hort. Kew. 2. ed.* II. *p.* 55. *n.* 4.

In Promont. b. Spei. L. B. Jos. *Banks.* 2.

5. S. *angustifolia Towns. Ait.*; scapo longitudine petioli septies longioris folio lanceolato. *Hort. Kew. 2. ed.* I. *p.* 55. *n.* 5.

In Promont. b. Spei. Marquis of *Rockingham.* 2.

6. S. *parvifolia Towns. Ait.*; scapo longitudine petioli vicesies longioris folio lineari-lanceolato. *Hort. Kew. ed. 2.* II. *p.* 56.

In Promont. b. Spei. L. B. Jos. *Banks.*

Obs. In cli. *Sprengel Garten-Zeit.* II. *p.* 407 adducitur STR. *Principis Andrews* foliis angustis, petiolis longissimis; et STR. *juncea*

Andr. petiolis laminâ angustissimâ, ut fere aphylla, quarum nullam alibi nisi in *Dietrich Gart. Lex. 9. p. 547.* mentionem factam inveni mus. *Andrews* nobis ad manus non est. Quid STR. *teretifolia Barrow*, Roribus STR. *Reginae*? An *juncea*? An haec *juncea parvifolia Towns. Ait?*

1068. LIGNONIA.

L. *monodynama Scop. introd. gener.* 1334. *Gmel. Syst. Veg.* l. *p.* 373.

Planta nobis plane ignota.

I n d e x

Generum, Specierum, Synonymorum. *)

ACHYRANTHES. XLV. 544. *531.

*XLVII
alopecuroides. *565
alternifolia. *552. *553
altissima. *532
amaranthoides. *552
aquatica. *XLV
arborescens. *XLV
argentea. 544
aspera. 544
atropurpurea. *549
australis. 547
axillaris. *555
bengalensis. *522
borbonica. 549
brachiata. 546
canescens. 547
capitata. 549
ciliata *553
corymbosa. *403. *404. *XLV
crispa. 544
debilis. 547
decumbens. 549
dichotoma. 548
Digera. *535
echinata. *550. *551
ficoidea. *554. *555

ACHYRANHTES.

filifolia. 549
fruticosa. 545. *544
globosa. *553
halimifolia. *557
javanica. *565
indica. *544
lanata. *564
lappacea. *549. *550
Linkiana. 545
lupulina. *561
Monsoniae. *529
mucronata. *557
muricata. *552. *553
nervosa. 547
nivea. 546
obtusifolia. *544
paniculata. *529
patula. *550
polygonoides. *535. *557
polystachya. 549
porrigens. 548
prostrata. *551. *552. *553. *XLV
pubescens. 546
pungens. *529
radicans. 547

*) Saepius a divo redactore hujus operis, attamen semper frustra, petivimus, ne duplo indice, *generum* et *specierum* nempe et *synonymorum*, volumen operis lectorisque laborem augeat, sed synonyma subjungat speciebus genuinis, eaque litteris *disjunctis* numerumque paginae indicem signo * distinguat. Quo minus ergo in posterum in nos justum cadat vituperium (*Allgem. Repertor. Fasc.* XIII. p. 3.) uno indice absolvimus *species* et *synonyma* eâdem, quam supra divo redactore suasimus, ratione.

ACHYRANTHES.
repens. . . *552. *557
sanguinolenta. . . . 546
sarmentosa. . 545. *545
scandens. . . *541
serpyllifolia. . . 547
setacea. . . . *547
sicula. . . . *544
spinosa. . . . *555
stellata. . . . *403
styracifolia. . . *550
tenuifolia. . . *404
tomentosa. . . *554
uncinata. . . *554
verticillata. . . 548
villosa. . . . *565
virgata. . . . 545
ADENANDRA. XXXV. 449. *460
alba. 451
coriacea. . . . 452
fragrans. . . . 451
glandulosa. . . 450
marginata. . . 452
ovata. . . . *443
umbellata. . . 450
uniflora. . . . 449
villosa. . 452. *438
AGATHOSMA. . . *XXXV
acuminatum. . *440
barbatum. . . *445
imbricatum. . . *440
linifolium. . . *448
pubescens. *438. *439
rubrum. . . *441
serpyllaceum. . *448
spicatum. . . *448
vestitum. . . *447
villosum. . . *438
AERVA. . XLVI. 564. *XLII
aegyptiaca. . . *565
alopecuroides. . *565
javanica. . . . 565
lanata. . . . 564
tomentosa. . . *565
AIDIA. . . . IX. 170
cochinchinensis. . 170
ALATERNUS.
angustifolia. . . *291
glabra. . . . *290
latifolia. . . *290
Phylica. . . *290
ALIAGANTHERA.
Forskoli. . . . *554
ALTERNANTHERA. XLVI. 554. *XLII
Achyrantha. . . 557
angustifolia. . . 556
axillaris. . . *556
canescens. . . 558
caracasana. . . 559
denticulata. . . 556
dubia. . . . 563
ficoides. . . . 555
flavescens. . . 561
frutescens. . . 557
gomphrenoides. 562. *516
iresinoides. . . 563
lupulina. . . 560
nana. . . . 557
nodiflora. . . 556
paniculata. . . 562
polygonoides. 557. *558
procumbens. . . 564
pulchella. . . 558
pungens. . . 559
repens. . . . *554
sericea. . . 561
sessilis. . 554. *XLVI
spinosa. . . 555
triandra. . *554. *555
truxillensis. . . 565
villosa. . 562. *516
ALZALIA.
mexicana. . . *569
ALZATEA. . . XLVIII. 569
verticillata. . . 569
AMAJOUA. . XX. 267. *XX
guianensis. . . 267
AMANOA. . . . XLVIII. 569
guianensis. . . 569
AMARANTHUS.
frutescens. . . *552
AMPELOPSIS. . XXIII. 321
bipinnata. . . 322
cordata. . . . 321
heptaphylla. . . 321
hirsuta. . . . 321
pinnata. . . . 322
quinquefolia. . . 321
ANCYLANTHUS. . . XV. 225
rubiginosa. . . 225

ANDERSONIA.
vaginata. *21
ANISANTHUS. XIV. 225
microphylla. 225
ANREDERA XLVII. 566
spicata. 566
vesiculosa. *566
ANTHERURA. *x
rubra. *188
ANTHOTIUM. VI. 35
humile. 35
ANTICHIA. XLIII. 523
Argyrocoma. 523
dichotoma. 523
Herniariae. *523
herniarroides. 523
APENULA. *152
ARALIA.
arborea. *511
capitata. *510
Sciodaphyllum. *510
ARGOPHYLLUM. XXXIX. 477
nitidum. 477
ATHECIA. XXI. 269
glabra. 269
AUBLETIA.
ramosissima. *342
AVENIA. vid. D'AVENIA. 470
AZIMA.
diacantha. *205

BAEOBOTRYS. *XVI
lanceolata. *226
nemoralis. *226
ovata. *226
BALIFARAB. BALIGA RAB. *249
BALLIA. *593
BANCALUS.
angustifolia. *217
BANCUDUS.
angustifolia. *217
latifolia. *215
BANISTERIA. *570
BAROSMA.
latifolium. *148
odoratum. *449
BARRINGTONIA. *XXXIV
BARYOSMA. XXXV. 448
latifolia. 449
odorata. 448. *444
serratifolia. 448
BASELLA.
vesicaria. *566
BATSCHIA.
laurifolia. *406
BECKEA.
africana. *482
cordata. *482. *483
BELA-MODAGAM. *163
BELILLA. *249
BELLEVALIA. *XXII
BELLONIA. II. 4
aspera. 4
spinosa. 4
BERGHIAS. *237
BERTIERA. XVI. 226
ferruginea. 227
guianensis. 226
BILLARDIERA vid. LABILLARDIERA. 330
BOTRYA. XXII. 275
africana. 275
BREYNIA. XLIX. 572
axillaris. *572
disticha. 572
paniculata. 572
BREXIA. XXXIV
BRUNIA. XXXII. 409
abrotanifolia. *412
abrotanoides. 412
alopecuroides. 411
arachnoides. 413
capitata. 414
capitella. 410
ciliata. 413
comosa. 410
deusta. 410
elegans. 414
ericoides. 413
formosa. 413
fragarioides. 413
globosa. 409
glutinosa. *346
laevis. 409
lanuginosa. 410
laxa. 411

BRUNIA.
microphylla. . . . 412
nodiflora. . . . 409
paleacea. . . 411. *409
phylicoides. . . . 412
plumosa. . . . 412
radiata. . . . *346
speciosa. . . *412
squarrosa. . . . 411
superba. . . . 412
uniflora. . . . *458
verticillata. . . 410

BUCCO. xxxv. 438, *460. *xxxv
acuminata. . . . 440
barbata. . . 445. *460
betulina. . . . 443
brevifolia. . . . 446
Cerefolium. . . . 439
crenata. . . 444. *443
erecta. 441
hirta. 446
hispida. . . 446. *457
imbricata. . . 439
Lamarckiana. . . 447
lanceolata. . *439. *459
linifolia. . . . 448
obtusa. . 438. *440. *459
— oblonga. . 439
obtusata. . . . 444
ovata. . . 442. *459
prolifera. . . . 445
pulchella. . . . 442
rubra. 441. *439. *452. *454
serpyllacea. . . . 447
spicata. 448
tetragona. . . . 444
Ventenatiana. . 442. *446
vestita. . . . 447
villosa. . . 438. *452

BUCHOZIA.
coprosmoides. . *203

BÜTTNERIA. . . xxxvii. 467
aculeata. . *468. *469
acuminata. . . 470
carthaginensis. . . 468
catalpifolia. . . 470
cordata. . . 469. *469
corylifolia. . . 470
herbacea. . 469. *469
hirsuta. . . . 469
magna. . . . *471
microphylla. . . 468

BÜTTNERIA.
ovata. . . . 468
salicifolia. . . . 470
scabra. . . 467. *468
sulcata. . . . 469
tereticaulis. . . 468
BUMELIA lycioides. *xxviii
BURSARIA. . . xxxi. 407
spinosa. . . . 407
BUYONG. . . . *249

CADABA. . . . xxi. 270
farinosa. . . . 270
glandulosa. . . 270
indica. . . . 270
rotundifolia. . . 271
CADELARI. . . *544
CALCEOLARIA. . . *396
CALISPERMUM. . xxiv. 324
scandens. . . . 324
CALLICOCCA. . . *xii
alba. . . . *209
glabra. . . . *209
gujanensis. . . *211
Ipecacuanha. . *210
purpurea. . . *210
tomentosa. . . *208
CALODENDRON. . xxxvi. 463
capense. . . . 463
CALOGYNE. . . v. 33
pilosa. . . . 33
CALYCOBOLUS. . . ii. 4
emarginatus. . . 5
pulchellus. . . 4
CAMPANOPSES. . . *98
CAMPANULA. vii. 88. xxxix
acuminata. . . 113. *168
Adami. . . . 145
adpressa. . . . 154
adscendens. . . . 90
affinis. . . . 140
afra. . . . 137
aggregata. 125. *126. *128
ajugaefolia. . . 132
alata. . . . 105
alliariaefolia. . 143. *144
Allioni. . . 137. *138
alpestris. . *137. *138
alpina. . . . 142

CAMPANULA.
Alpini. . . . 112
altiflora. . . . 157
americana. . . 108
amplexicaulis. . *155
anchusiflora. . . 149
angustifolia. . . 99 *109
aparinoides. . . 133
argentea. . . . 132
armena. . . . 145
arvatica. . . . 151
asperrima. . . 132
asteroides. . . . 112
aurea. . . . 109
azurea. . . . 129
baldensis. . . *130
barbata. . . . 138
Bellardi. . 90. *89. *127
bellidifolia. . . 120. *145
betonicaefolia. 140. *121. *125. *144
bicaulis. . . *139
Biebersteiniana. . . 147
biflora. . . . 155
Boccconi. . . *99. *103
bononiensis. 122. *104. *121. *122. *123
bracteata. . . . 115
Broussonetiana. . . 104
calaminthaefolia. 132. *137. *147
calycina. . . . 104
camtschatica. . . 152
capensis. . . . 134
capillacea. . *115. *474
capillaris. . . . 97
capitata. . *146. *149
carpathica. . . . 93
caucasica. . . 146
cenisia. . 88. *89. *VII
cernua. . 134. *146. *153
Cervicaria. 127. *128. *135. *142
— imbricata. *128
cervicarioides. . . 128
cespitosa. 96. *89. *95. *96
chilensis. . . *117
cichoracea. . . . 149
ciliata. . . . 147. *135
cinerea. . . . 135
cochlearifolia. . 152. *92
collina. . . 128. *129
commutata. . . 143

CAMPANULA.
congesta. . . . 125
coronopifolia. . . 157
corymbosa. . . . 140
corymbifera. . . *140
crispa. 113
Cymbalaria. . . 152
damascena. . . . 133
dasycarpa. . . 93
decipiens. . . . 142
decurrens. 132. *103. *105. *106
dehiscens. . . . 157
dichotoma. . . . 141
diffusa. . . . 92
divaricata. . . . 100
divergens. . . 145. *140
drabifolia. . . . 150
edulis. . . . 150
Elatines. . . . 151. *92
elegans. . . . 105
elliptica. . . 125. *127
elongata. . . . 129
ensifolia. . . . 113
ericoides. . . . 156
Erinus. . . . 150
erinoides. . . . 151
eriocarpa. . . . 119
erysimoides. . 102. *103
excisa. 95
falcata. . . . 154
fasciculata. . . . 113
fastigiata. . . . 156
filiformis. . . . 117
Fischeri. . . . 116
flexuosa. . . 100. *99
foliosa. . . . 126
fragilis. . . . *92
fruticosa. . . . 152
gentianoides. . . *111
ghilanensis. . . 154
giesekiana. . . . 89
glauca. . . . 111
glomerata. 124. *125. *126. *127. *128. *VII
Gmelini. . . . 103
gracilis . 97. *98. *133
graminifolia. . . . 124
grandiflora. . . 111. *139
gummifera. . . . 144
hederacea. . . 151. *152
Herminii. . . . 101
heterodoxa. . . 98

CAMPANULA.
heterophylla. 146. *133. *142. *147
hirta. 153
hispida. *130
hispidula. 156
hortensis. . . . *121
hybrida . 154. *110. *155
infundibulum. . . . 106
intermedia. . . . 110
interrupta. . . . 156
Kitaibeliana. . . 90
laciniata. . . . 148
lactiflora. . . . 130
lamiifolia. . . . 144
lanceolata. . . 99
lanuginosa. 149. *123. *131. *146
lateriflora. . *115
latifolia. . . 119. *120
ligularis. . . . 138
liliflora. . . *110
lilifolia. 110. *111. *116. *123
limonifolia. . *85
linarioides. . . . 107
linearis. . . . 114
lingulata. . . . 146
linifolia. . 101. *94. *99.
littoralis. . . . 97
lobelioides. . 117. *98
Löfflingi. . . . 104
longifolia. . . 139. *140
Lorei. 130
lunariaefolia. . . 92
Lychnitis. . . *122
lyrata. . 148. *131. *149
macrophylla. . *143
macrostachya. *121. 128
marginata. . . 133
marsupiiflora . . 116
Medium. 139. *141. *146.
microphylla. . 137. *90
minor. . . . *94
minuta. . . . *87
mollis. 142. *141. *142. *146. *150
multiflora 128. *122. *130
nana. . . . *137
neglecta. . . 104. *121
nicaeensis. . 126. *127
nitida. *106. *107. *108. *113
nutans. . . *121

CAMPANULA.
obliqua. . . . 107
obliquifolia . . . 135
Ottoniana. . . . 133
Pallasiana. . . 138
paniculata. . . 135
pannonica. . . *146
parviflora. . . . 148
patula. 103. *104. *105. 150. *VII
pauciflora. . . 100
pedunculata. . . 157
pelviformis. . . 140
pendula. . . 144. *143
Pentagonia. . . 145
peregrina. . . . 131
peregrinalis. . *131
pereskiaefolia. . . 116
perfoliata. . . 155
periplocifolia. . . 111
Perpentiae . . *127
persicifolia. 106. *91. *94. *112. *VII
petraea. 126. *123 *127
phyteumoides. . *84
pilosa. . . . 148
planiflora. 108. *107. *113
plicata. . . . 153
polyantha. . . 130
polymorpha. . . *97
porosa. . . . *2
Portenschlagiana. . 93
primulaefolia. . *105
Prismatocarpus. . . 153
procumbens. . . 118
ptarmicaefolia. 106. *107
pubescens. . 96. *95. *97
pulla. . . . 91 *89
pumila. . 96. *95. *106
Pumilio. . . . 136
punctata. . . . 138
pusilla. . 95. *90. *96
pygmaea. . . . 135
pyramidalis. 107. *122. *139
pyrenaica. . . *99
quadrifida. . . 98
Rabelaisiana. . . 158
Raineri. . . . 127
ramosissima. . 118. *104
rapunculoides. 120. *121. *122. *123. *129. *130. *VII
Rapunculus. . 105. VII
reniformis. . . *95

CAMPANULA.
repens. . . . 136
retrorsa. . . . 133
rhomboidalis. 112. *vii
rhomboidea. 112 *91
rigescens. . . 102
rotundifolia. 92. *89. *90. *91. *95. *96. *97. *98. *99. *101. *102. *103. *114. *vii
rupestris. . . 149. *147
Russeliana. . . 142
ruthenica. . . . 123
sajanensis. . . 102
saxatilis. 143 *137. *147
saxicola. . . . 98
Saxifraga. . . 147
scandens. . . . 120
Scheuchzeri. . *101
Schleicheri. . . *101
secunda. . . *121
seminuda. . . . 91
sessiliflora. . . 115
sibirica. . 145. *146
simplex. . . 122. *91
spathulata. . 118. *146
speciosa. 126. *105. *125. *126. *139
Speculum. . 153 *vii
spicata. . 141. *128
spreta. . . . 123
spuria. . . . 154
stellata. . . . 115
Steveniana. . . 91
stricta. . . 149. *97
strigosa. . . 142. *142
stylosa. 110. *111. *116
stylosae affinis. *110
suaveolens. . . 110
subulata. . . 156. *156
subuniflora. . *101
syriaca. . . . 133
tenella. 117. *114. *474
tenuifolia. . . 124. *94
tetraphylla. . . 115
Thunbergi. . . 135
thyrsoidea. . . . 130
tomentosa. 131. *148. *150
trachelioides. . 122. *121
Trachelium. 120. *119. vii
trichocalycina. . . 123
tricuspidata. . . 158
tridentata. . . . 147
triloecularis. . *137
triphylla. . . . 115
tubulosa. . . . 141
ucranica. . . . 121
umbrosa. . . *112
undulata. 114. *134. *153
unidentata. . . 114
uniflora. 89. *89. *90. *94. *101. *138
urticaefolia. 119. *112. *120. *122
valdensis. . . *101
velutina. . . 137. *94
versicolor. . . 109
verticillata. . . 116
vesula. . . . 90
vincaeflora. . . 97
violae. . . . *145
violaefolia. . . 145. *144
virgata. . . 100. *84
Vitinghoffiana. . . 102
volubilis 98
Waldsteiniana. . . 99
Willdenowiana. . . 107
Zoysi. 91

CANEPHORA. . . iv. 25
axillaris. . . . 25
capitata. . . . 25

CANTHIUM. xii. 204. *235. *xvii
chinense. . . . 204
coronatum. 204. *205. *xii
corymbosum. . . 206
cymosum. . . . 206
parvijlorum. 205. *242. *xii
pedunculare. . . 206
quadrifidum. . . 207
thyrsoideum. . . 207

CAPRIFOLIUM. . . xix. 260
alpinum. . . . *258
balearicum. . . 261
bracteosum. . . *260
caeruleum. . . *259
cibiosum. . . . 263
dioicum. . . 260. *262
distinctum. . . *262
dumetorum. . . *256
etruscum. . . 261
Fraseri. . . . 262
glaucum. . . . *260
gratum. . . . 262
hortense. . . . *260
japonicum. . . 263

CAPRIFOLIUM.
implexum. . . 261
italicum. . . 260
parviflorum. *260. *262
Periclymenum. . . 262
pyrenaicum. . *257
roseum. . . . *254
rotundifolium. *260
sempervirens. . . 263
sylvaticum. . . *261
CAQUEBIRIA. . . *XVII
Bergkias. . . *237
CARAPICHEA.
gujanensis. . . *211
CAROXYLON. . . XLVI. 566
Salsola. . . . 566
CARPODETUS . . . XL. 508
Forsteri. . . *297
serratus. . . . 508
CARYOPHYLLASTER.
ruber. . . . *188
CASSINO. . . XXXIII
concava. . . *417
humilis. . . *417
laevigata. . . *417
oleifolia. . . *416
oleoides. . . *416
CATESBIA.
spinosa. . . . *21
CATHA. . . . XXXIII
edulis. . . . *420
spinosa. . . *427
CEANOTHUS. . . XXIII. 295
africana. . . 298. *299
americana. . . . 295
arborescens. . *284
asiatica. . . 297. XL
azurea. . . . *298
bicolor. . . . 300
buxifolia. . . . 300
caerulea. . . . 298
capsularis. . . 298
circumscissa. . *294
colubrina. . . *284
cubensis. . . *284
decumbens. . . *296
discolor. . . 299. *414
ferruginea. . . *415
globulosa. . . 298
granulosa. . . 297
CEANOTHUS.
herbacea. . . . *297
intermedia. . . 297
lanigera. . . . *415
macrocarpa. . . 296
macrophylla. . . 300
microphylla. . 296. *299
ovata. 296
perennis. . . . 297
pubescens. . . . 298
reclinata. . . *288
sanguinea. . . . 297
spathulata. . . 299
tardiflora. . . . 296
Wendlandiana. . . 299
CEDRELA. . . XXXVI. 464
Cedro. . . . *464
odorata. . . . 464
Rosmarinus. . . *408
Toona. . . . 464
CEDRUS.
odorata. . . . *464
CELASTRUS. XXXIII. 455. *XXXIII
acuminata. . . 419. *420
alata. . . . 422
articulata. . . 422
bullata. . . 418. *426
buxifolia. . . . 425
capensis. . . *424
cassinoides. . . 419
cernua. . . . 421
Colpoon. . . . *426
concava. . . *417
conferta. . . . 423
crenata. . . . 421
crispa. . . . 415
dilatata. . . . 421
edulis. . . . 420
elliptica. . . . 418
emarginata. . . 424. *422
excissa. . . . 424
filiformis. . . 415
flexuosa. . . . 427
glauca. . . 428. *344
Heyneana. . . 421
hispanica. . . *426
integra. . . . 425
integrifolia. . . 424
laurina. . . . 416
linearis. . . . 424
lucida. . . . 417
lycioides. . . . 427

CELASTRUS.
macrocarpa. . . 418
mauritiana. . . . 418
Maytenus. . . *428
microphylla. . . 417
montana. . . . 427
multiflora. . . . 426
myrtifolia. . . 421
obtusa. . . . 416
octogona. . *426. *429
oleoides. . . . 416
orbicularis. . . 423
orbiculata. . . *422
ovata. . . . 428
paniculata. . 419. *423
parviflora. . 427. *xxxiii
peruviana. . . *423
phyllacantha. . *425
populifolia. . . 420
procumbens. . . 420
punctata. . . . 419
pyracantha. . . 426
pyria. . . . *420
retusa. . . . 422
rhamnoides. . . 423
rigida. . . . 425
rostrata. . . . 416
Rothiana. . . . 423
rotundifolia. . . 427
scandens. . . 418. *419
senegalensis. . . 425
serrulata. . . . 428
striata. . . . 419
tetragona. . . 422
tricuspidata. . . 417
trigyna. . . . 420
uncinata. . . *428
undata. . . . 421
undulata. . . *428
verticillata. . *429
Zeylanica. . . 427

CELOSIA. . . xliii. 526
albida. . . . *526
argentea. . 526. *527
aspera. . . . 530
baccata. . . *534
castrensis. . . 529
caudata. . . . 529
coccinea. . . 528
comosa. . . 528
corymbosa. *403. *404
cristata. . . 527

CELOSIA.
dichotoma. . . 530
echinata. . . . 531
elongata. . . *548
eriantha. . . *565
glauca. . . . 531
gnaphaloides. . . 527
humifusa. . . 531
lanata. . . . *565
latifolia. . . *565
madagascariensis. . 531
marylandica. . *527
margaritacea. . . 526
melanocarpos. . . 531
Monsoniae. . . 529
nitida. . 528. *534
nodiflora. . . 529. *530
pallida. . . *526
paniculata. *533. *534
*xliv
patula. . . . 530
peruviana. . . *548
polygonoides. . . 530
procumbens. . . *540
purpurea. . . *528
pyramidalis. . . 526
tomentosa. . . 531
trigyna. *533. *534. *xliv
virgata. . 533. *xliv

CELTIS.
aculeata. . *335. *336
integrifolia. . *336
rhamnoides. *335. *336

CEPHAËLIS. . . xii. 207
alata. . . . *208
alba. . . . 209
axillaris. . . 208
bidentata. . . 214
bubalina. . . 212
colorata. . . 213
crocea. . . 211
dichotoma. . . 213. *214
elata. . . . 208
emetica. . . *179
gemmiflora. . . 213
glabra. . . 209
Hoffmannseggiana. . 214
Ipecacuanha. . . 210
involucrata. . . 211
Carapichea. . . *211
justiciaefolia. . . 213
microcephala. . . 214

CEPHAELIS.
muscosa. . . . 211
pubescens. . . . 213
punicea. . . . 208
purpurea. . . . 210
rubra. . . . 214
salicifolia. . . . 214
tomentosa. . . 207
violacea. . . . 207

CEPHALANTHUS. . *217
chinensis. . . *217

CERANTHERA. XXXVIII. 472
dentata. . . . 472
subintegrifolia. . . 472

CERATONIA. . . XLVII. 568
chilensis. . . . 569
Siliqua. . . . 568

CERBERA.
salutaris. . . . *160

CERISCUS. . . XVII
malabaricus. *205. *XVIII

CERVANTESIA. . . XLI. 513
bicolor. . . *513
tomentosa. . . . 513

CEVALLIA. . . LI. 589
sinuata. . . . 589

CHAETAEA.
aculeata. . . *468

CHAMISSOA. . . XLIII. 532
altissima. . . . 532
macrocarpa. . . 532

CHASSALIA. . . *24

CHENOPODIUM.
baccatum. . . *567

CHIMARRHIS. . . II. 6
cymosa. . . . 6

CHIOCOCCA. . . XI. 201
alternifolia. . . . 202
barbata. . . . 202
brachiata. . . . 202
nocturna. . . *202
paniculata. . . 205. *182
parviflora. . . 202
pubescens. . . . 202
racemosa. . . 201

CHIONANTHUS.
zeylanica. . . 463

CHORETRUM. . . L. 588
glomeratum. . . 588
lateriflorum. . . 588

CINCHONA. . . . III. 8
acuminata. . . . 7
acutifolia. . . . 16
afro-inda. . . . 17
angustifolia. *9. *19. *23
brachycarpa. . . *19
brasiliensis. . . . 13
caducifl.ra. . . 16
caribaea. *18. *19. *23
caroliniana. . . . 15
Condaminea. . . 8
cordifolia. . 11. *12. *14
coriacea. . . . 20
corymbifera. . . 20
dichotoma. . . 15. *14
dissimiliflora . . *17
excelsa. . . . 14
floribunda. . . *19
fusca. . . . *9
glabra. . . . *10
glandulifera. . . 15. *14
grandiflora. . *7. *13
grandifolia. . . *12
hirsuta. . . . *11
Humboldtiana. . . 15
Kattakambar. . . 14
lanceolata. . . 10
lancifolia. . 9. *10. *12
lineata. . . . *18
longiflora. . . *7. *18
Luciana. . . . *19
lutescens. . . . *12
macrocarpa. *7. *9. *10.
*12. *13. *20
magnifolia. . . *12. *16
micrantha. . . 14. *12
montana. . . . *19
nitida. . . 10. *9. *20
oblongifolia. . . 12
officinalis. 8. *9. *10. *11. *12
ovalifolia. . . 13. *7. *13
ovata. . . . *11
pallescens. . . . *11
parviflora. . 16. *14. *15
peruviana. . . . *17
philippica. . . . *20
pubescens. . . *9. *11
purpurea. . 12. *11. *12
rosea. . . 9. *10. *11
scrobiculata. . . 10
spinosa. . . . *21
St. Luciae. . . . *19
tenuis. . . . *11

CISSAMPELOS.
Pareira. *275. *xxii
CISSUS.
Ampelopsis. *321
capensis. *316.
cirrhosa. *320
hederacea. *321
stans. *322
tomentosa. *316
CLAYTONIA. xxxiv. 433
acutifolia. 436
alsinoides. 434
bifida. *434
caroliniana. 433
cubensis. *435
Joanneana. 434
lanceolata. 435
nemorosa. 436
perfoliata. 435
sibirica. 435. *434
spathulaefolia. *433
tuberosa. 436
unalaschkensis. 434
virginica. 433. *433
CLEOME.
fruticosa. *270
CODA PILAVA. *215
CODONIUM.
arborescens. *160
COFFEA. xi. 196
acuminata. 201
arabica. 196. *197
benghalensis. 200
ciliata. 198
coriacea. 201
cymosa. 201
flavicans. 201
foveolata. 199
gujanensis. 197
indica. 199
laurina. 199
longifolia. 199
macrophylla. *201
mauritiana. 197
microcarpa. 199
nitida. 199
occidentalis. 200
odorata. 196
opulina. 196
paniculata. 197
racemosa. 198
COFFEA.
ramosa. 198
sambucina. 196
subsessilis. 201
sylvestris. 201
triflora. 197
umbellata. 198
verticillata. 198
Zanguebariae. 197
COLLEMA. *iv
COLLETIA. xli. 511
Ephedra. 512
horrida. *512
obcordata. 511
polyacantha. 513
serratifolia. 512
spicata. 513
spinosa. 512
spinosissima. *512
COLUMNEA.
scandens. *40
COMMERSONIA. *xxvi. 41. *xxxiv
CONDALIA. xli. 513
microphylla. 513
CONOCARPUS. xlix. 573
acutifolia. 574
erecta. 573
procumbens. 573
racemosa. 574. *xlix
CONOHORIA. xxv. 324
flavescens. 324
CORRIGIOLA.
albella. 523
CORYNOCARPUS. xxix. 345
laevigata. 345
COSMIA. *1
COSMIBUENA. iii. 7. *273. xxii
acuminata. 7
obtusifolia. 7. *13
COTSJOPIRI. 256
COUTAREA. *iv
speciosa. *23
CRANZIA. *xxiv. *325
CRUSTA ollae minima. *25
CUPI. CUPIA. *206
CURINII. *xxii
CURINILA. xxii. 275
Rheedi. 275

CUVIERA. . . VIII. 159
acutiflora. . . . 159
CYATHULA. . . *XLV
geniculata. . . *551
CYPHIA. . . XXXIX. 475
Botrys. . . . 477
bulbosa. . . . 476
Cardamines. . . . 476
digitata. . . . 470
incisa. . . . 476
Phyteuma. . . . 476
pinnata. . . . 477
volubilis. . . . 475
CYPHIUM.
capense. . . *476
CYRILLA. . . XXXII. 408
antillana. . . . 409
caroliniana. . . . 408
racemiflora. . *408
spinosa. . . . *407
CYRTANTHUS. . *XVI. *227
longiflorus. . . *227

DAMNACANTHUM. . *XII
DAMPIERA. . . IX. 168
cuneata. . . . 169
fasciculata. . . 169
ferruginea. . . 168
hederacea. . . 169
incana. . . . 169
linearis. . . . 169
oblongata. . . 169
ovalifolia. . . 168
parvifolia. . . 170
purpurea. . . 168
rotundifolia. . . 168
stricta. . . 169. *166
undulata. . . . 168
DANAIS. . . IV. 23. *17
coronata. . . . 24
denudata. . . . 23
fragrans. . . . 23
rotundifolia. . . 24
sulcata. . . . 24
DASUS. . . . X. 170
verticillatus. . . 170
D'AYENIA. . XXXVII. 470
inermis. . . *470
laevigata. . . 470
magna. . . 471
pusilla. . 470. XXXVII
D'AYENIA.
sidaefolia. . . *471
spinosa. . . *468
tomentosa. . . 471
DEERINGIA. . XL. IV. 534
celosioides. . . 534
DEFFORGIA. . . VII. 75
borbonica. . . 75
DENTELLA. . . IV. 24
erecta. . . . 25
perotifolia. . . *25
repens. . . . 24
DESMOCHAETA. XLVI. 549. *XLV
alternifolia. . . 553
atropurpurea. . . 549
ciliata. . . . 553
flavescens. . . 550. *551
globosa. . . . 553
micrantha. . . . 552
muricata. . . . 552
patula. . . . 550
prostrata. . . . 551
repens. . . . 552
tomentosa. . . 554
uncinata. . . . 554
DIASPASIS. . . IX. 167
filifolia. . . . 167
DICHAPETALUM. . XXIV. 324
Thouarsianum. . . 324
DICONANGIA. . . *408
DICROBOTRYUM. . . XIII. 221
divaricatum. . . 221
DICTAMNUS.
capensis. . *463. *XXXVI
DIERVILLA. . . VIII. 159
acadiensis. . . *159
canadensis. . . *159
humilis. . . . *159
lutea. . . . 159
Tourneforti. . . *159
trifida. . . . 535
DIGERA. . . XLIV. 535
arvensis. . . .
DIOSMA. . . XXXV. 452
alba. . . . 451
asiatica. . . . 462
aspalathoides. . . 455
barbigera. . . 460. *445
betulina. . . . *445
bifida. . . . 461

DIOSMA.
bifurca. . . *454
bisulca. . . . 454
brevifolia. . . *446
bruniades. . . *447
capensis. *445. *446. *457
capitata. . . 455. *459
cerefolia. . . *439
ciliata. . 459. *438. *439
cistoides. . . *450
cordata. . . . 462
corymbosa. . . 462
crenata. *443. *444. *449
cupressina. . . . 458
decussata. . 463. *457
dichotoma. . *458
ericoides. . . . 455
fragrans. . . . *451
glandulosa. . . 460
graveolens. . . . 461
hirsuta. . . . 454
hirta. *438. *442. *445. *446
hispida. . . . *446
imbricata. *439. *440. *455
lanceolata. . 459. *466
lancifolia. . . *447
latifolia. . . *449
linearis. . . . 459
linifolia. . . *454
longifolia. . . . 456
lycopodioides. . . 461
marginata. . . *452
oblonga. . . . 460
obtusata. . . 452. *445
odoratissima. . *449
oppositifolia. 457. *453. *456
orbicularis. . . 460
ovata. . . . *442
parviflora. . . 462
pectinata. . . . 453
pubescens. . . *439
pulchella. . *442. *443
punctata. . . 461
purpurea. 463. *441. *442
reflexa. . . . 463
rigidula. . . . 463
rosmarinifolia. . . 461
rubra. *439. *441. *442. *452. *454
rugosa. . . 459. *450
scabra. . *456. *457
serratifolia. . *448
speciosa. . . *450

DIOSMA.
squamosa. . . . 462
stricta. . . . 462
subciliata. . . *439
subulata. . . . 453
succulenta. . . 456. *457
tenuifolia. . . 454
tenuissima. . . 463
tetragona. . . *444
thymifolia. . . 462
thyoides. . . 462 *458
umbellata. . 458. *450
uniflora. . *449. *450
ustulata. . . 457
villosa. . *438. *452
virgata. . . 455. *447
DROSERA. . . *XXXIV.
Roridula. . . *436
DRYMARIA. . . XXXI. 406
arenarioides. . . 406
cordata. . . . 406
ovata. . . . 406
stellarioides. . . . 406
DUHAMELIA. . XX. 265. *XX
axillaris. . . . 267
chrysantha. . . 266
coccinea. . . *266
erecta. . . . *266
glabra. . . . *267
grandiflora. . . *267
odorata. . . . 267
patens. . . 265 *266
pauciflora. . . . 267
sessiliflora. *267 XX
sphaerocarpa. . . 266
ventricosa. . . . 266
DUROIA. . . *XVII. *XVIII
Eriopila. . . . *244
DYSODA. . . . *XII
fasciculata. . . . *203

ELAEODENDRON. XXVIII. 344
australe. . . . 344
glaucum. . . . 344
orientale. . 344. *XXVIII
tomentosum. . . 345
trinerve. . . . 345
EMPLEURUM. . . *XIXV
ENSETE. . . . *593
ERIMATALIA. . XXVII. 331.
Rheedi. . . . 331

ERINUS. . . . *vii
ERITHALIS. . . xx. 268
cymosa. . . . 268
fruticosa. . . *268
inodora. . . . 268
odorifera. . . 268
polygama. *268. *269
Timon. . . . 269
ESCALLONIA. xxv. 325. *75
ciliata. . . . 329
corymbosa. . . 326
crenulata. . . . 329
cuneifolia. . . 328
discolor. . . . 329
hirta. . . . 329
myrtilloides. . . 325
paniculata. . . 328
pendula. . . . 328
pulverulenta. . . 328
resinosa. . . . 327
revoluta. . . . 327
rubra. 327
serrata. . . . 326
virgata. . . . 326
EUPAREA. . . xxiv. 324
amoena. . . . 324
EUTHALES. . . . v. 33
trinervis. . . . 33
EVEA. . . . *xii
EVONYMUS. . xxxvii. 464
americana. . . 466
angustifolia. . . 466
atropurpurea. . . 466
carolinensis. . *466
chinensis. . . . 466
europaea. . . 464
— leprosa. *465
japonica. . . . 466
inermis. . . . 466
latifolia. . . . 465
Tobira. . . *430
verrucosa. . . 465
vulgaris. . . *465
EXOCARPUS. . . li. 588
aphylla. . . . 589
cupressiformis. . 589
humifusa. . . . 589
latifolia. . . . 588
spartea. . . . 589
stricta. . . . 589
EXOSTEMMA. . . iii. 17
angustifolium. 19. *18. *23
brachycarpum. . . 19
caribaeum. . . . 18
coriaceum. . . . 20
corymbiferum. . . 20
dissimiliflorum. . . 17
floribundum. . . 19
lineatum. . . . 18
longiflorum. . . 18
parviflorum. . . 20
peruvianum. . . 17
philippicum. . . 20
FLINDERSIA. . . xxxvi. 463
amboinensis. . *464
australis. . . . 463
FOLIUM buccinatum. *593
— mensarium. *593
— PRINCIPISSAE. *249
FORGESIA. . . *75
racemosa. . . *75
FORSTERA. . . *269. *xxi
glabra. . . *269. *xxi
FRANGULA. . . *287
Alnus. . . . *286
americana. . . *285
latifolia. . . *287
rotundifolia. . *278
saxatilis. . . *278
FUNIS UNCATUS. . . *219
lanosus. . . *219
latifolius. . . *346
viminalis. . . *346
GALVANIA. . . xi. 193
Vellozi. . . . 193
GARDENIA. xvii. 235. *xviii
aculeata. . . *246
arborea. . . *239
armata. . . . 241
clusiaefolia. . . 238
coronaria. . . 238
crassicaulis. . *237
dumetorum. *204. xviii
fagifolia. . . . 243
florida. . . . 236
fragrans. . . . 242
frondosa. . . *249
Genipa. . . . *244
grandiflora. . . 236

GARDENIA.
gummifera. . . 239
hexandra. . . . 243
Humboldtiana. . . 243
inermis. . . . *239
jasminoides. . . *242
latifolia. . . . 238
longiflora. . . 236. *237
macrantha. . . . 237
madagascariensis. . 240
micrantha. . . 242. *248
multiflora. . . *248
Mussanda. . . 239
oblongifolia. . . *244
obovata. . . *246
Pandacaqui. . . *238
parviflora. . . 239
parvifolia. . . *247
patula. . . . 244
pubescens. . . . 241
radicans. . . . 235
Randia. . . . *246
resinifera. . . . 239
Rothmannia. . 240. *XVIII
rotundifolia. . . *246
scandens. . . 242. *248
spinosa. *204. *205. *245
stipularis. . . 243
tetracantha. *241. *244
Thunbergia. . . 237
tubiflora. . . *228
uliginosa. . . . 241
verticillata. *237. *238
volubilis. . . . 243
GELONIUM. . . *XXXII
cupanioides. . *414
GENIPA. . . XVIII. 244
Americana. . . . 244
buffalina. . . . 245
edulis. 245
esculenta. . . . 245
flava. 245
Merianae. . . 244
oblongifolia. . . 244
GENTIANA.
collina. . . . *124
GERUMA. . . XXXVII. 467
alba. 467
GLANDULIFOLIA. . *XXXV
umbellata. . . *450
uniflora ovata. . *449
GLAUX. . . . XLII. 514
maritima. . . . 514
GLUTA. . . XXXVII. 471
Benghas. . . . 471
GLYPHA. . . . *160
GMELINIA.
cdromandelica. *205
GOMPHRENA. . XLV. 537
aggregata. . . *543
amaranthoides. . . 541
angustifolia. . . 539
arborescens. . . 537
bicolor. . . . *538
brachiata. . . . 542
brasiliensis. *542. *XLV
canescens. . . . 538
decumbens. . 538. *537
elongata. . . . 542
ficoidea. . . . *555
flaccida. . . . 538
flava. 539
fruticosa. . . . *548
globosa. . . . 537
gnaphalioides. . . 542
hispida. . . 539. *537
Humboldtiana. . . 540
humilis. . . . 538
interrupta. . . . 540
lactea. . . . 540
lanata. . 538. *540. *541
patula. . . . *551
perennis. . . . 537
Poiretiana. . . . 541
polygonoides. . . *558
procumbens. . . *564
prostrata. . . . *537
sericea. . . . 542
serrata. . . 537. *539
sessilis. . . *554
spicata. . . . *540
strigosa. . . . 542
vermicularis. *543. *XLV
GOODENIA. . . IV. 26
acuminata. . . . 27
albida. . . . *165
appendiculata. . *28
barbata. . . . 29
bellidifolia. . . 26
caerulea. . . . 31
calendulacea. . *166
coronopifolia. . . 30

GOODENIA.
decurrens. 27
elongata. 30
filiformis. 30
geniculata. 29
glabra. 29
gracilis. 27
grandiflora. 28
hederacea. 29
heterophylla. 28
hispida. 30
humilis. 27
incana. 31
laevigata. *166
lanata. 29
mollis. 29
ovata. 27
paniculata. 26
pterygosperma. 31
pumilio. 33
purpurascens. 31
quadrilocularis. 30
radicans. 32
ramosissima. *167
repens. 31
rotundifolia. 29
scapigera. 31
stelligera. 26
stricta. *170
tenella. 30. *33
varia. 28
viscida. 31
GOUANIA. XLVIII. 570
canescens. *572
crenata. 571
domingensis. 570
glabra. *570
incisa. *570
integrifolia. 571
martinicensis. *572
mauritiana. 570
pubescens. 572
Stadtmanni. *572
striata. 572
tiliaefolia. 571
tomentosa. 571
GRONOVIA. XL. 491
Humboldtiana. 492
scandens. 491. *492
GROSSULARIA.
Cynosbati. *506
hirsuta. *503
oxyacanthoides. *506
reclinata. *502
rubra. *493
Uva crispa. *505
GRUNVILEA. XX. 269
nigra. 269. *XX
GUETTARDA. *VIII
GYMNOCARPON. XLIII. 524
decandrum. 524
fruticosum. *524
HAENKEA. *VIII. *18
flexuosa. *160
HAGEA. *XXXI
alsinefolia. *405
gnaphalodes. *405
polycarpoides. *404
Teneriffae. *403
HAMELIA et HAMELLIA vid. DUHAMELIA. XX. 265
HAMILTONIA. *XLIX
oleifera. *575
HARTOGIA. *XXXV
betulina. *443. *444
capensis. *446
ciliaris. *439
ciliata. *439. *440
imbricata. *440
lanceolata. *439
pulchella. *442
uniflora. *449
villosa. *452
HEDERA. XL. 508
arborea. 511
canariensis. 508
capitata. 510
Helix. 508
— poëtica. 508
nutans. 509
pendula. 509
quinquefolia. *521
Sciodaphyllum. 510
terebinthinacea. 509
HEDYOTIS. *25
repens.
HELICANTHERA. X. 170
parasitica. 170
*X
HELICIA. *170
parasitica.

HELICONIA. . . LI. 590
alba . . *593. *594. *595
Balbia. . . . 593
Bihai. 590. *594. *595 *LI
caribaea. . . . 590
flava. 593
hirsuta. . . 592. *LI
humilis. . . . 590
indica. . . . 592
linguiata. . . . 592
luteofusca. . . *590
psittacorum. 591. *592. *LI
rostrata. . . . 592
Strelitzia. . . *595
subulata. . . . 592
Swartziana. . . . 591
HELIXANTHERA. . *x
HEMICHROA. . XLVII. 568
diandra. . . . 568
pentandra. . . . 568
HIMATANTHUS. . XIII. 221
rigida. . . . 221
HIPPOTIS. . . XVII. 229
triflora. . . . 229
HIRTELLA. . XXII. 271. *111
aggregata. *272. *273
americana. 271. *272
Cosmibuena. . . 273
hexandra. . . . 274
hirsuta. . . . 272
nemorosa. . . . 274
nitida. . . . 274
octandra. . . . 274
olivaeformis. . . 273
paniculata. 272. *273. *274
pendula. . . . 273
peruviana. . . *273
portoricensis. . . 274
racemosa. . *272. *273
rugosa. . . . 274
scandens. . . . 274
triandra. . *272. *274
HOLOSTEUM:
cordatum. . . *406
HOVENIA . . XXXIII. 429
dulcis. . . . 429
HUERTEA. . . XXVII. 332
glandulosa. . . 332
HUMBOLDTIA. . XXXI. 406
laurifolia. . . 406
HYBANTHUS. . . *397
HYDNOCARPUS. . XXV. 325
inebrians. . . . 325
venenata. . . *325
JACQUINIA.
venosa. . . . *171
JANIPABA. . . *244
JASIONE. . . XXXVIII. 473
corymbosa. . . 474
foliosa. . . . 474
laevis. . . . *473
montana. . . 473. *473
— humilis. *473
— littoralis. 473
— prolifera. 473
perennis. . . 473
undulata. . . *473
— humilior. *473
JASMINUM.
capense. . . *236
ILLECEBRUM. XLII. 514. *XLVI
achyrantha. . . *557
alpinum. . . *517
alsinefolium. *405. *521. *522
arabicum. . . *522
aristatum. . . *403
arragonicum. . . *520
argenteum. . . *518
bengalense. . . *522
brachiatum. . *546
canariense. . . *522
capitatum. . . *520
congestum. . . 517
cymosum. 514, *515. *518. *XLII
densum. . . 517
dichotomum. . *521
diffusum. . . 516
divaricatum. . . *403
echinatum. . . 515
ficoideum. . . *555
frutescens. . *522. *557
glomeratum. . . 516
gnaphaloides. . *405
gomphrenoides. . . 516
Humboldtianum. . 517
javanicum. *565. *XLVI
italicum. . . *518
Kopela. . . *518. *520

ILLECEBRUM.
lanatum. . . . *564
leucurum. . . . 515
limense. . . . *557
linearifolium. . *521
lugdunense. . . *519
maritimum. *517. *518. *519
mauritanicum. . . 516
Monsoniae . . *529
narbonense. . *518
niveum. . . . *521
Orva. . . . 516
Paronychia. *517. *518. *519. *520
— italicum. *518
peploides. . . . 517
polygonifolium. *517
polygonoides. . *557
pubescens. . . *546
ramosum. . . *557
sanguinolentum. *546
serpyllifolium. *518. *519
sessile. . . *516. *554
sibiricum. . . 516
sinense. . . . *557
striatum. . . *521
subulatum. . . *521
tenuifolium. . . 516
vermiculatum. . *543
verticillatum. 514. *517. *XLII
villosum. . . . 516
IMBRICARIA. . . XXVI
ciliata. . . . *329
crenulata. . . *329
IMPATIENS. . . XXX. 347
Balsamina. . . . 349
biflora. . . . 349
bifida. . . . 347
capensis. . . . 347
chinensis. . . . 347
coccinea. . . . 349
cornuta. . . . 349
fasciculata. . . 348
latifolia. . . . 347
mysorensis. . . 348
natans. . . . 350
Nolitangere. . . 350
oppositifolia. . . 348
rosmarinifolia. . 348
tenella. . . . 350
triflora. . . . 350
JONIDIUM. . . XXX. 392
attenuatum. . . 402
Aubleti. . . 395. *397
buxifolium. . . 399
Calceolaria. . . 394
capense. . . . 393
circaeoides. . . 402
claytonioides. . . 402
diandrum. . . 399
enneaspermum. . 393
frutescens. . . 394
glutinosum. . . 394
heterophyllum. . 393
Hybanthus. . 396. *392
Jacquinianum. . 397. *397
Ipecacuanha. . 398
linearifolium. . . 400
lineatum. . . . 402
linifolium. . . 392
Löfflingianum. . 396. *397
longifolium. . . 398
monopetalum. . . 400
oppositifolium. . 395. *392
orchidiflorum. . . 400
parviflorum. . . 392
polygalaefolium. *399
pubescens . . *398
Sprengelianum. . 401
stipulare. . . 392. *392
strictum. . . . 401
suffruticosum. 394. 392
thesifolium. . . 398
verticillatum. . . 399
IPECACUANHA.
Preta. . . . *188
IRESINE.
canescens. . . *563
diffusa. . . . *516
javanica. . *565. *566
persica. . *565. *566
IRIDION.
verticillatum. . *456
ISICA.
alpigena. . . . *258
caerulea. . . *259
ITEA. . . XXXI. 408. *XXXII
caroliniana. . . *408
Cyrilla. . . . *408
Rosmarinus. . . 408
spinosa. . . *407
virginiana. . . 408

JUNGIA. *xxvi. *xxxvii.
imbricata. . . *329
tenella. . . . *329
IXORA.
americana. . . *200
KARA-TODDALI. . *323
KANDEN-KARA. . *205
KATOU-TSIACKA. *217
KONDAM PALLU. . *348
KUTSJINAS.
altera. . . . *235
KYRTANTHUS. . . *xvi
LABILLARDIERA. . xxvi. 330
canariensis. . *330
fusiformis. . . . 330
longiflora. . . . 330
mutabilis. . . . 330
scandens. . . . 330
LACHNAEA.
conglomerata. . *485
LAGÔCIA. . . xli. 511
cuminoides. . . 511
LAHAYA. . . xxx. 402
alsinefolia. . . . 405
aristata. . . . 403
corymbosa. . . . 404
diffusa. . . 402. *403
fragilis. . . . 406
gnaphalioides. . . 405
latifolia. . . 403. *403
memphitica. . . 406
minuartoides. . . 406
polycarpoides. . . 404
spadicea. . . . 404
stellata. . . . 403
tenuifolia. . . . 404
LAMARCKIA. . . *344
LANDIA. . . . *252
LECHENAULTIA. . . v. 34
expansa. . . . 34
filiformis. . . . 35
formosa. . . . 34
tubiflora. . . . 34
LEGOUZIA. . . vii. *152
arvensis. . . *153
LEPTOMERIA. l. 587
LEPTOMERIA.
acerba. 588
acida. 587
aphylla. 587
axillaris. 588
Billardieri. . . . 587
pauciflora. . . . 588
scrobiculata. . . 588
squarrulosa. . . 588
LESTIBUDESIA. xliv. 532. *531
arborescens. . 532. *xliv
paniculata. . . 533
spicata. . . 533. *xliv
trigyna. . . . 534
virgata. . . . 533
LEUCOSIA. . . . xxiv. 324
Thouarsiana. . . 324
LEVISANUS. . . *xxix
LICHTENSTEINIA. . xv. 225
oleaefolia. . . . 225
LIGNONIA. . . lii. 596
monodynama. . . 596
LIGTFOOTIA. xxxix. 474. *xvii
oxycoccoides. . 474. *118
subulata. . . 474. *115
LIMNIA. *435
LIMONIA.
trifoliata. . *269. *xxi
LINCONIA. . . . *409
thymifolia. . . *462
LOBELIA. . . vi. 55. *xxxix
acuminata. . . 46. *47
adenophora. . . 41
alata. . . . 68. *73
alsinoides. . . . 60
alyssifolia. . . *63
amœna. 55
amygdalina. . . 57
anceps. . . . 63
Andropogon. . . 42
androsacea. . . 41
angulata. . . . 65
angustifolia. . . 68
arborea. . . . 43
arcolata. . . . *47
asclepiadea. . . 57
assurgens. . . 50
ayavaccensis. . . 57
barbata. . . *42. *51
bellidiflora. . . *41

LOBELIA.
bellidifolia. 44
bicolor. 62
bifida. 49
biserrata. 43
biuncialis. 72
Bonplandiana. . . . 57
Breynii. 61
Browniana. 71
bryoides. 41
bulbosa. *476
campanulata. . . 61. *40
campanuloides. . . 60
capitata. *44
Cardamines. . . . *476
Cardinalis. . . 50. *48
Cavanillesiana. . . 43
Cautschuk. 58
Chamaepitys. . . . 61
chinensis. 41
cinerea. 45
cirsifolia. . . . 47. *48
Claytoniana. . . 48. *55
Cliffortiana. . . . 53
Columneae. . . 40. *51
commutata. 73
comosa. . . . 44. *44
concolor. 69
conglobata. 42
cordata. 58
cordigera. 41
cornuta. . . 40. *52
coronopifolia. 66. *44. *58
corymbosa. . . . *44
crassiuscula. . . . *54
crenata. 66
cuneiformis. 68. *44. *68
Cyphia. . . *475. *476
debilis. 51
decumbens. 67
decurrens. . 42. *50. *67
dentata. . . . 70. *57
depressa. . . 40. *51
digitata. . . . *475
dioïca. 72
diversifolia. . . . 68
Dortmanna. . . 37. *38
Draba. 67
dracunculoides. . . 56
elliptica. 57
Erinoides. 62. *59. *41. *60
*62. *63
Erinus. . . 60. *56. *62

LOBELIA.
Farsetia. . . 66. *54
fenestralis. . . . 45
ferruginea. . . . 51
fervens. 49
filiformis. . . 61. *66
fissa. 57
fluviatilis. . . . 69
foetida. 57
foliosa. 56
formosa. *50
frutescens. . . . *162
fulgens. . . 50. *51
gibbosa. 70
gigantea. 45
glandulosa. . . 54. *41
goodenoides. . . *48
gracilis. . . 70. *39
graminea. 39
grandis. . . 39. *51
gruina. 55
heterophylla. . . 71. *68
Heyniana. 50
hirsuta. . . . 65. *46
hirta. . . 42. *64
Humboldtiana. . . 68
hypocrateriformis. . 72
japonica. *60
ilicifolia. 82
incisa. *476
inflata. 53
inundata. 69
irrigua. 70
juncifolia. . . . *117
Kalmii . . . 38. *39
Kamtschatica. . *56
laciniata. . . 47. *48
laevigata. . . . *52
Laurentia. . 59. *56. *61
limoselloides. . . 41
linearis. 55
linifolia. 67
longiflora. . . . 45
loxensis. 72
lutea. 64
luzoniensis. . . . 61
macropoda. . . . 52
madagascariensis. . 67
membranacea. . . 69
minuta. . . 55. *59
Michauxi. . . . *54
mucronata. . . . 45
nana. 67

LOBELIA.
neglecta. 36
nicotianaefolia. . . . 47
nivea. 58
nudicaulis, . . . *476
Nummularia. . . . 64
Nuttalli. 39
obtusifolia. . . . 57
pallida. *48
palmaris. 56
paludosa. 37
paniculata. . . . 39
parvifolia. . . 72. *474
patula. . . 49. *70
pedunculata. . . 69
persicifolia. . . . 43
Phyteuma. . . . *476
phyteumoides. . . 68
pinifolia. 37
pinnata. . . . *477
Plumieri. . . . *162
polygalaefolia. . . 56
polymorpha. . . . 68
pubescens. . . 63. *62
puberula. . . . 55
pulverulenta. . . 40
pumila. 67
purpurascens. . . 69
pusilla. 72
pygmaea. 66
quadrangularis. . . 69
racemosa. . . . 58
radicans. 60
repanda. . . . *65
repens. *63
reticulata. . . . 58
retrorsa. 57
Rhizophyta. . . . 44
ruderalis. 56
salicina. . . . *47
scabra. 35
scapigera. . . . 72
secunda. . . 46. *68
serpens. . . . 65
serrulata. . . . 54
sessilifolia. . 56. *68
setacea. . . 35. *59
simplex. . . 36. *73
simplicicaulis. . . 71
sonchifolia. . . . 47
spectabilis. . . . 58
spicata. . . . *48
splendens. . . . 51

LOBELIA.
stipularis. . . . 67
stricta. . . . 48. *47. *71
surinamensis. . 52 *53
syphilitica. . . . 51
Taccada. . . . *163
tenella. 59. *60. *118. *474
tenuifolia. . . . 56
tenuior. 71
thermalis. . . . 64
tomentosa. . . . 46
triquetra. . . . 44
Tupa. 38
umbellata. . . . 58
unidentata. . . 36
urens. . . . 54. *55
veronicaefolia. . . 56
volubilis. . . *475
Westiniana. . . 53
Willdenowiana. . . 41
Zeylanica. . 64. *41
innominatae duae. . 67

LOGANIA. . . . XXVI
pentacrina. . . *331

LONICERA. XIX. 254. *202. *VIII. *XIV. *XIX.
alpigena. . . . 258
balearica. . . *261
biflora. . . *257
bubalina. . . *212
caerulea. . . . 259
canadensis. . . 260. *259
canescens. . . 257
Caprifolium. . . *260
caucasica. . . *258
ciliata. . . . 256. *264
connata. . . . *263
corymbosa. . . . 259
Diervilla. . . *159
dioica. . *260. *261
etrusca. . . . *261
flava. *262
flexuosa. . . . 255
germanica. . . *262
gibbosa. . . . 257
glauca. . . . *260
grata. . . . *262
hispida. . . . 258
japonica. . . *263
iberica. . . . 257
implexa. . . *261
media. . . . *260

LONICERA.
microphylla. . . 258
nigra. . . 254. *255. *259
orientalis. . . 258
parviflora. . . 260
Periclymenum. *261. *262
— belgicum. *262
— quercifolium. *262
— serotinum. *262
pyrenaica. . . 257. *255
quadrifolia. . . 255
sempervirens. . *263
— coccinea. *263
— major. . . *263
— minor. . . *263
sibirica. . . 259. *255
sicula. . . *261
Symphoricarpos. *222
tatarica. . . . 255
villosa. . . . 256
virginiana. . . *262
Xylosteum. . . 256. *257

LYCIUM. . . *xii. *277
barbatum. . . *203
foetidum. . . *203
japonicum. . . *203
indicum. . . *203

MAASA. . . . xvi. 226
Baccobotrys. . . 226
lanceolata. . . 226
ovata. . . . 226

MACHAONIA. . . iii. 6.
acuminata. . . 6
brasiliensis. . . *14

MACROCNEMUM. . . ii. 5.
candidissimum. *251
coccineum. . . *251
corymbosum. . . 5
jamaicense. . . 5
microcarpum. . . 5
speciosum. . . *250
strictum. . . 6
tetrandrum. . . *254
tinctorium. . . 6
venosum. . . 6
duo innominata. 6

MAESA. . . . *xvi
arabica. . . *226

MALLAM TADDALI. *540

MANETTIA.
lanceolata. . . *252

MANGIFERA.
glauca. . . *344

MANSANA.
arborea. . . *337

MATTHIOLA. . . *viii

MAYPURIA. . . *x
gujanensis. . . *188

MAYTENUS. . . *xxxiii
Boaria. . . *428

MEDIUM. . . *vii

MEESIA. . . *xxviii
serrata. . . *345

MICHAUXIA. . . *148

MOLLIA. . . *xxxi
aristata. . . *403
diffusa. . . *402
imbricata. . . *329
latifolia. . . *403
minuartoides. . *406
Polycarpon. . . *404
spadicea. . . *404

MONETIA.
dicantha. *205. *xii

MORINDA. . . xii. 217
angustifolia. . . 215
axillaris. . . 216
citrifolia. . . 215
muscosa. . *212. *216
Padavara. . . 216
retusa. . . 216
Royoc. . . 216
tomentosa. . . 216
umbellata. . . 214

MUSA.
Bihai. . . *590
Ensete. . . *595
humilis. . . *590

MUSSAENDA. xix. 249. *xvii
arcuata. . . 252
candida. . . *251
candidissima. . . 251
chinensis. . . 254
citrifolia. . . 253
coccinea. . . 251
discolor. . . 254
echitioides. . . 254

MUSSAENDA.
formosa. *239. *249
frondosa. 249. *250 *251
glabra. 250. *249
glomerulata. 253
lanceolata. 252. *253
Landia. 252
latifolia. *252
longifolia. 253
pubescens. 250. *15
speciosa. 250
spinosa. *241
sumatrensis. 250
tetracantha. 254
tetrandra. 254
MYOSCHILOS. XLIX. 578
oblonga. 578
NAUCLEA. XIII. 217
acida. 220
aculeata. *218
africana. 218
citrifolia. *217. *218
cordifolia. 219
Gambir. 220
gujanensis. 218
lanosa. 219
longiflora. 219
orientalis. 217. *217. *218
parvifolia. 218. *219
parviflora. *218
purpurea. 217. *218
sclerophylla. 220
tomentosa. 221
NELAM-PARENDA. *393
NERIUM.
foetidum. *261
NIN-ANGANI. *539
NIN-TOO. *263
NONATELIA. XV. 223. *X. *XV
longiflora. 224
lutea. 224
officinalis. 224
paniculata. 224
racemosa. 223. *XV
violacea. 223. *179
NYSSA. XLIX. 575
angulisans. *577
angulosa. 578
aquatica. 576. *577. *578
NYSSA.
biflora. *576
canadensis. *575
candicans. 576
capitata. *576 *577
caroliniana. *576
denticulata. 577. *578
glauca. *575
grandidentata. *577
integrifolia. *575. *576
montana. *575
multiflora. *575. *576
Oyeehee. *577
sylvatica. *575. *576
tomentosa. 577
uniflora. *577
villosa. 575. *576
NYSSANTHES. *XLV
OPONTANDRA. XLI. 511. *XIII
acuminata. 511
OCNIA. *XXXV
OENOPLIA. XXVII. 332. *XXIII
lineata. 333
volubilis. 332
OERVA.
alopecuroides. *364
OKENIA. *XXXV
OLDENLANDIA. *IV
depressa. *IV
repens. *24
OLEA.
capensis. *417
OLINIA. XXVIII. 343
cymosa. 343
ONAPU. *349
OPELIA. *275
OPILIA. XII. 275
amentacea. 275
ORIBAGIA. *223
OUROUPARIA. *XIII
gujanensis. *213
OXYANTHUS. XVI. 228
speciosus. 228
OXYCEROS.
horrida. *248
sinensis. *248

PADAVARA. . . . *216
PAEDERIA. . *IV. *24.
foetida. . . . *24
fragrans. . . *24
PALICUREA. XI. 193. *185
caerulea. . . . 194
crocea. . . . 193
gujanensis. . . 193
hyacinthiflora. . . 194
laxa. 195
tinctoria. . . . 194
viridis. . . . 195
PALIURUS. XXVII. 342. *XXIII
aculeata. . . . *342
Aubletia. . . . 343
australis. . . . 342
inermis. . . . *288
ramosissima. . . *343
reticulata. . . 342
Spina Christi. . *342
PALLASIA.
capensis. . . *463
PAPULARIA.
crystallina. . . *525
PARAPETALIFERA. *XXXV.
odorata. . . *149
serrata. . . *448
PARONYCHIA. XLII. 517. *XLII
Achyrantha. . . *557
alsinefolia. . . . 522
arabica. . . . 522
argentea. *514. *518. *519
arragonica. . . . 520
bengalensis. . . 521
brasiliana. . . . 517
canariensis. . . 522
capitata. . . . 520
cymosa. . . . *515
dichotoma. . . . 521
echinata. . . *515
ficoidea. . . *555
frutescens. . . *557
glomerata. . . *518
herniarioides. . *520
hispanica. . . . 518
italica. . . . 518
lanuginosa. . . . 523
linearifolia. . . 521
lusitanica. . . *515
nivea. . . . 520
PARONYCHIA.
polygonifolia. 517. *515
pubescens. . . 519
rigida. . . *520
sedifolia. . . . 523
serpyllifolia. . 519. *520
sessilis. . . *554
striata. . . . 521
subulata. . . . 521
tenella. . . *555
verticillata. . *514
vulgaris. . . *518
PASSURA. . . *XXV. *324
PATIMA. . . XX. 265
gujanensis. . . 265
PAULLINIA. . *XXIV. *570
asiatica. . . *523
PAVETTA.
pentandra. . *182
PAYPAYROLA. . XXXIX. 491
gujanensis. . . 491
PAYROLA. . *XXXIX. *491
PENNANTIA. . XLVIII. 569
corymbosa. . . 569
PENTACERAS. . XLVIII. 570
aculeatum. . . 570
PENTAGONIA. . . *VII
PENTALOBA. . XXIII. 322
sessilis. . . 322
PERICLYMENUM. . *XIX
americanum. . *262
germanicum. . *262
sempervirens. *263
vulgare. . . *262
PERIM TODDAL. . *337
PETESIA. *231. *232. *235
stipularis. . . *232
PHILADELPHUS.
imbricatus. . *329
tenellus. . . *329
PHILOXERUS. . XLV. 542
aggregatus. . . 543
brasiliensis. . . 542
conicus. . . . 542
crassifolius. . . 543
diffusus. . . . 542
vermicularis. . . 543

PHYLICA. XXXIX. 477. *XXIX
acerosa. . . . 478
atrata. 490
axillaris. . . 485. *488
bicolor. . . . 479
brunioides. . . *480
buxifolia. . . 487. *488
callosa. . . . 488
capitata. . . . 484
Commelyni. . . 484
cordata. . . 487. *487
cylindrica. . . 489
dioica. . 488. *487. *488
elongata. . . . 490
ericoides. . . 477
Eriocephora. 479. *478. *480
excelsa. . . . 490
glabrata. . . . 477
globosa. . . . 487
hirsuta. . . . 482
imberbis. . . 480. *483
imbricata. . . 483
lanceolata. . . 478
linearis. . . . 490
longirostrata. . *486
microcephala. . . 490
myrtifolia. . . *486
nitida. . . . *479
obtongifolia. . *486
oleifolia. . . *486
orientalis. . . 490
paniculata. . . 486
papillosa. . . 490
parviflora. . . 478
pinea. . . . 481
pinifolia. . . 482. *488
plumosa. . . 483. *485
pubescens. . *484. *489
pumila. . . . 489
racemosa. . . . 482
radiata. . . . *346
reclinata. . . . 485
reflexa. . . . *488
rosmarinifolia. 485. *486
rubra. . . . 490
secunda. . . . 481
sessiliflora. . *486
spicata. . . 489. *477
squamosa. . . . 490
squarrosa. . . 490
stipularis. . . 480
strigosa. *479. *484. *485
thymifolia. . . 490
PHYLICA.
trichotoma. . . 481
villosa. . . . 481
PHYTEUMA . . . VII. 75
americanum. . . 87
amplexicaule. . . 85
betonicifolium. . . 82
bipinnatum. . . 87
campanuloides. . . 85
canescens. . . 86
Charmelii. . . 80. *80
cochinchinense. . 87
comosum. . 79. *77. *82
cordatum. . . *81
cordifolium. . . 81
crispa. . . . *473
ellipticum. . 80. *81. *84
globulariaefolium. . 76
Halleri. . . . 83
hemisphaericum. 78. *78. *79. *82
inaequatum. . . 80
lanceolatum. 84. *78. *79. *81. *82. *85
limonifolium. . 85. *84
lobelioides. . . . 84
Micheli. . 78. *77. *82
minutum. . . . 86
nigrum. . . . 81
orbiculare. 79. *78. *79. *80. *81
ovatum. . . *77. *83
pauciflorum. 75. *76. *77. *78
persicifolium. . *77
pinnatum. . . 86
Rapunculus. . . *85
repandum. . . 85
rigidifolium. . . 87
rigidum. . . . 85
salicifolium. . . *86
Scheuchzeri. 77. *77
scorzonerifolium. 77. *82
sibiricum. . . . 77
Sibthorpianum. . 84
Sieberi. . . . 80
spicatum. . . 82. *83
stylosum. . . . 88
tricolor. . . . 88
virgatum. . . . 84
PILOCARPUS. . XXXVIII. 472
racemosus. . . 472
PINKNEYA. . . *XIX
pubescens. . . *15

PITTOSPOROIDES.
umbellata. . . . *432
PITTOSPORUM. . . XXXIII. 430
chinense. . . *430
coriaceum. . . 430
ferrugineum. . . 431
fulvum. . . . 431
hirtum. . . . 432
laurifolium. . . 432
revolutum. . . 431
tenuifolium. . . 432
Tobira. . . . 430
umbellatum. . . 432
undulatum. . . 431
viridiflorum. . . 432
PLACOMA. . . . *XIV
pendula. . . *222
PLECTRONIA. . . XL. 507
chinensis. . . 507
corymbosa. . . *507
ventosa. . . . 507
PLOCAMA. . . XIV. 222
pendula. . . . 222
POLEMONIUM.
roellioides. . . *156
POLIA. . . . *XXXI
arenaria. . . *404
POLYCARDIA. . XXXIV. 432
madagascariensis. *432
phyllanthoides. . 432
POLYCARPEA. . . *XXXI
corymbosa. . . *404
fragilis. . . *406
indica. . . . *404
memphitica. . . *406
microphylla. . . *405
spadicea. . . *404
Teneriffae. . . *402
POLYGALA.
thesezans. . . *395
POMADERRIS. vid.
POMATIDERRIS. . . 414
POMATIDERRIS. . XXXII. 414
apetala. . . . 415
discolor. . . *299
elliptica. . . 414
lanigera. . . 415. *299
POMBALIA.
Ipecacuanha. . . *398
PORTENSCHLAGIA.
australis. . . *345
integrifolia. . . *345
PORTLANDIA. . . III. 21. *III
acuminata. . . 23
coccinea. . . 22
corymbosa. . . 23
grandiflora. . . 21
hexandra. . . 23
tetrandra. . . 21
PORTULACASTRUM. *XLIII
POSOQUERIA. . . XVI. 227
gracilis. . . 227
latifolia. . . 227
longiflora. . . 227
POTIMA. . . . *200
PRISMATOCARPUS. *VII
altiflorus. . . *157
confertus. . . *154
crispus. . . *153
ericoides. . . *156
falcatus. . . *154
fruticosus. . . *153
hirsutus. . . *153
hispidulus. . . *157
hybridus. . . *154
interruptus. . . *156
nitidus. . . *153
pedunculatus. . *157
pentagonius. . . *153
Speculum. . . *153
PSYCHOTRIA. X. 171. *XV. *XXI
alba. . . . 185
alpina. . . 182. *184
amethystina. . . 184
anacardifolia. . . 190
angustifolia. . . 182
Antherura. . . 188
aristata. . . 191
asiatica. . . 171. *174
attenuata. . . 192
axillaris. . *192. *193
barbata. . . 183
bicolor. . . 191
brachiata. . . 177
bracteata. . . *193
caerulea. . . *194
capitata. . . 176
carthaginensis. . 174
circinnata. . . 190
citrifolia. . . 173. *172

PSYCHOTRIA.
cordifolia. *179
cornifolia. 191
coriacea. 185
corymbosa. 180. *193
crocea. *193
cumanensis. 191
cuspidata. 192
cymosa. 186
densiflora. *189
dichotoma. 190
divaricata. 191
domingensis. 174
elliptica. 189
emetica. 179
emetisca. *179
flexuosa. *224
foetens. 172
foveolata. 186
glabrata. 171. *172
gracilis. 179
grandifolia. 190
grandis. 177
hederacea. 191
herbacea. 178
sylvana. *178
hirsuta. 172
hirta. 191
horizontalis. 175
hundensis. 189
hyacinthiflora. *194
hyacinthoides. *194
involucrata. *224
laevigata. 190
latifolia. 189
laurifolia. 172
laxa. 175. *195
ligustrina. 188
lineata. 191
longiflora. 183. *224
longifolia. 190
lucida. 189
lutea. *224
luteo-virescens. *195
macrobotrys. 184
macrophylla. 184
macropoda. 179
magnoliaefolia. 190
Mapurea. 187
marginata. 173
Maypurensis. 190
megalosperma. 171
membranacea. 189

PSYCHOTRIA.
mexicana. 192
mitis. 186
mollis. 181
Myrtiphyllum. 174
Myrstiphyllum. *175
nervosa. 174
nitida. *188
nutans. 176
obovata. 185
obtusifolia. 172
padifolia. 189
Palicurea. *193
paniculata. 182
parasitica. 175
parviflora. *187
patens. 177
patula. 189
Pavetta. *182. *224
pedunculata. 181
peduncuiosa. *181
Phytolacca. 183
pilosa. 176
Preta. *188
pubescens. 181
punicea. 176
racemosa. *223
repanda. 187
reticulata. 184
rigida. 192
rubra. *188
rufescens. 192
salicifolia. 190
sambucina. 188
serpens. 178
sessiliflora. 191
Simira. 187
speciosa. 176
subtomentosa. 177
sulfurea. 185
tabernaefolia. 183. *182
tenuifolia. 173. *172. *174
thyrsiflora. 185
tinctoria. *194
tinifolia. 190
trifida. 187
uliginosa. 178
undata. 187
undulata. *187
viburhoides. 189
villosa. 172
violacea. *225
virgata. 186

PSYCHOTRIA.
viridis. . . . *195
PTILOTUS. . . . XLIV. 536
conicus. 536
corymbosus. . . . 536
PUPALIA. . . . *XLVI
prostrata. . . . *XLV
PUPALVALLI. *550. *XLVI
PYRULARIA. . XLIX. 575
pubera. 575
QUASSIA.
excelsa. . . . *XXIX
simaruba. . . *XXIX
QUERIA.
canadensis. *523. *XLIII
multiflora. . . *524

RACOMA.
arabica. . . . *525
digyna. . . . *525
RANDIA. . . . XVIII. 246
aculeata. . . . 346
dumetorum. . *205
horrida. . . . 248
latifolia. . . *246
longiflora. . . 248. *237
malabarica.. . . 247
mitis. . . . *246
obovata. . . . 246
parviflora. . 248. *242
parvifolia. . . 247
rotundifolia. . . 246
sinensis. . . . 248
spinosa. . *204. *205
RANUNCULUS. . . *VII
comosus. . . *79
hemisphaericus. *78
orbicularis. . *79
pauciflorus. . . *76
spicatus. . . *82
RAPUNUIUM.
cardinalis. . . *50
cliffortianum. . *53
erinoides. . . *62
Erinum. . . . *60
hirsutum. . . . *65
inflatum. . . *53
longiflorum. . . *45
syphiliticum. . *52
urens. . . . *54

RETINARIA.
scandens. . . *XLIX
RETINIPHYLLUM. XV. 225. *XV
secundiflorum. . . 225
RHAGODIA. . XLVII. 567
Billardieri. . . 567
crassifolia. . . 567
hastata. . . . 567
linifolia. . . . 567
nutans. . . . 568
parabolica. . . 567
spinescens. . . 567
RHAMNUS. XXIII. 276. *XXVII. *570
agrestis. . . *341
Alaternus. 290. *290 *291
alnifolia. . . 286
alpina. . . 285. *286
amygdalina. . . 281
arragonensis. . 282
asiatica. . . *297
balearica. . . *290
burgundica. . *289
buxifolia. . . 280
capensis. . . 293
cardiocarpa. . *276
caroliniana. . . 285
cassinoides. . . 292
cathartica. 276. *277. *279. *285
celtifolia. . . 288
circumscissa. . . 293
Clusii. . . . 291
colubrina. . . 284
coriacea. . . 291
corymbosa. . . 294
crenulata. . . 281
cubensis. . 284. *294
cuneifolia. . . 279
davurica. . . 285
elliptica. . . 288
Ephedra. . . *512
Erythroxylon.. . 282
ferrea. . . . 285
filiformis. . . 292
Frangula. . 287. *286
franguloides. . 286. *295
glandulosa. . . 290
heterogenea. . *342
hispanica. . . *290
Humboldtiana. . 295
hybrida. . . 289
hydriensis. . *285

RHAMNUS.
iguanea. . *335. *336
inebrians. . . 295
infectoria. . 278. *277
integrifolia. . . 291
Jujuba. . . *337
laevigata. . . . 283
lanceolata. . . 292
latifolia. . . . 287
linearifolia. . *294
lincata. . . *333
lineatifolia. . . 294
longifolia. *278. *295
Lotus. . . . *334
lycioides. 280. *279. *282
Lycium. . . *279
mauritiana. . . *337
micrantha. . *284
microphylla. . . 295
minor. . . *279
minutiflora. . . 285
myrtina. . . . 293
mystacina. . . 289
Nabeca. . . *339
Napaea. . . . *339
Napeca. . *339. *340
Oenoplia. . . *336
oleoides. 279. *280. *281
Paliurus. . . *342
parviflora. . . 295
polifolia. . . . 283
prinoides. . . 288
prunifoliâ. . . 281
prunifolia. . . 281
pubescens. 280. *279. *286
pumila. . 287. *284. *286
pusilla. . . . 287
quitensis. . . . 295
racemosa. . . . 294
ramiflora. . . 294
rupestris. . . *287
sanguinea. . . 294
Sarcomphalus. . . 282
saxatilis. 277. *278. *279
scandens. . . *332
serrata. . . . 295
Sibthorpiana. . . 286
soporifera. . *340
Spartium. . . *512
sphaerosperma. . 289
Spina Christi. *334. *339
surinamensis. . . 293
Teidis. . . . 291
tetragona. . 283. *339

RHAMNUS.
Thea. . . . *281
theezans. . . . 281
tinctoria. . . 276. *279
trinervis. . . . 292
tripartita. . . *342
umbellata. . . 291
valentina. . . . 283
venosa. . . . *288
volubilis. . *332. *333
Willdenowiana. . . 295
Xylopyrus. . . *338
zizyphoides. . . 292
Zizyphus. . *340. *341

RIANA. . xxix. 347. *314
Gujanensis. . . 347

RIBES. . . . xl. 492
acerrimum. . . *493
albifolium. . . 497
albinerve. . . . 497
alpinum. . . 495. *493
americanum. . *498
americanum nigrum. *499
aureum. . . . 497
campanulatum. . . 500
carpathicum. . . 493
caucasicum. . . 507
ciliatum. . . . 500
cuneifolium. . . 500
Cynosbati. . . . 506
Diacantha. . . 502
dioicum. . . . *495
floridum. . . 499. *498
fragrans. . . . 496
frigidum. . . . 507
glandulosum. . 499. *495
gracile. . . . 501
Grossularia. . 502. *505
hirtellum. . . 501
hirtum. . . . 501
hortense. . . *493
hybridum. . . *506
inerme. . . *498
lacustre. . . . 506
laxiflorum. . 499. *498
macrobotrys. . . 496
magellanicum. . . 500
Menziesianum. . . 507
multiflorum. . . 493
nigrum. . 498. *499
— pensylvanicum. *490
officinarum. . *493

RIBES.
olidum. *498
orientale. 502
Oxyacanthoides. 506. *506
— lacustris. *506
pensylvanicum. *499
petraeum. 495
polycarpon. *495
procumbens. 494
prostratum. 495
punctatum. 497
reclinatum. 502. *505
recurvatum. 498
resinosum. 499
rigens. 494
rotundifolium. 501
rubrum. 492
sanguineum. 497
saxatile. 501
speciosum. 507
spicatum. 494. *493
spinosum. *505
stamineum. *501
sylvestre. *493
trifidum. 494
trifiorum. 501
triste. 496
Uva crispa. 505. *503
vinosum. *493
viscosissimum. 499
viscosum. 500. *499
vulgare. *493
RICHERIA. XXI. 271
grandis. 271
RINOREA. XXV. *325
gujanensis. 325
ROCAMA. vid. RACOMA. 525
ROELIA. VI. 73
cernua. *117
ciliata. 73
decurrens. 74. *134
filiformis. 74
glabra. 74
muscosa. 75
pedunculata. 73
reticulata. *73
spicata. 74
squarrosa. 75. *74
RONABEA. X. 192
erecta. 192
latifolia. 192
RONDELETIA. XVII. 229. *XXXIX
americana. 229
— dichotoma. *229
asiatica. *206
biflora. *4
buxifolia. 230
corymbosa. *XII
cymosa. *206. *XII
disperma. 235
Heynei. 234
hirsuta. 235
hirta. 234
incana. 235
laevigata. 230
laurifolia. 232
obovata. *230
odorata. 230
orissensis. 234
parviflora. 229. *230
racemosa. 231
stricta. 234
thyrsiflora. *234
thyrsoidea. 231. *232
tomentosa. 232
trifoliata. 230
umbellulata. 232
RORIDULA. XXXIV. 436
dentata. 436
ROTHMANNIA. *XVII
capensis. *240
RUBENTIA. *XXVIII
Olivina. *344
RUDGEA. XI. 195
lanceaefolia. 195
ovalifolia. 196
RUTIDEA. IX. 170
parviflora. 170
RUYSCHIA. XXVI. 331
clusiaefolia. 331
Surubea. 331

SABICEA. XX. 264
aspera. 264
cinerea. 264
diversifolia. 265
hirta. 264
umbellata. 265
villosa. 265
SALSOLA. *XLVI
aphylla. *566

SALTIA. . . . 523
SAMOLUS. . . . I. 1
africanus. . . *1
ambiguus. . . . 2
aquaticus. . . *1
campanuloides. . . 2
caulescens. . . 4
ebracteatus. . . . 2
floribundus. . . 3
junceus. . . . 2
littoralis. . . 1
Valerandi. . . . 1
SAMYDA. . . . *x
SAUVAGESIA. . xxxv. 436
Adima. . . 436. *437
erecta. . . . 437
nutans. . . . 438
peruviana. . . 437
tenella. . . . 437
SCAEVOLA. . . VIII. 160
aemula. . 164. *164. *165
angulata. . . . 166
attenuata. . . . 163
Bela-Modagam. . . 163
cespitosa. . . . 166
crassifolia. . 163. *164
cuneiformis. . 164. *165
globulifera. . . . 164
hispida. . . . 167
humilis. . . . 165
Königii. 160. *161. *162. *163
linearis. . . . 166
Lobelia. . *160. *162
microcarpa. . 165. *164
nitida. . . . 163
oppositifolia. . *IX
ovalifolia. . . . 164
pallida. . . . 165
paludosa. . . . 166
Plumieri. . . . 161
revoluta. . . . 166
sericea. . . . 161
sinuata. . . . 165
spinescens. . 167. *IX
striata. . . . 167
suaveolens. . . 166
Tournoa. . . . 167
SCHERUBALA. . . *565
SCHERU CADELARI. *551
SCHÖPFIA. . . VIII. 160
americana. . *160
SCHÖPFIA.
arborescens. . . 160
flexuosa. . . . 160
Schreberi. . . *160
SCHREBERA. . *XXVIII
albens. . . . *344
SCLEROLAENA. . XXVII. 568
biflora. . . . 568
paradoxa. . . . 568
uniflora. . . . 568
SCOPOLIA. . . *XXIV
aculeata. . . *322
inermis. . . *323
nitida. . . *323
rubicaulis. . *323
SCHWENKFIELDIA vide SABICEA.
SELLIERA.
radicans. . . *32
SELLOWIA. . . XXXI. 407
uliginosa. . . 407
SENACIA. XXXIII. 428. *XXXIII
elliptica. . . 429
glauca. . . *344
lanceolata. . . 429
Maytenus. . . 428
octogona. . . 429
undulata. . . 428
SERISSA. . . XII. 203
capensis. . . *203
foetida. . . 203
SHEFFIELDIA.
incana. . . *2
repens. . . *2
SIBURATIA. . . *XVI
SIDEROXYLON.
cymosum. . *343. *XXVIII
SIMABUBA. . . *XXIX
SIMIRA. . . *x
nitida. . . *188
Palicurea. . . *193
tinctoria. . . *187
SIPANEA. . . II. 5
pratensis. . . 5
SOLEA. . . *XIX
stricta. . . *401
verticillata. . *399

SOLENA. . . . *XVI
gracilis. . . . *227
latifolia. . *227. *228
longiflora. . . *227
SONNERATIA. . . *420
SOUROUBEA.
gujanensis. . . *331
SPECULUM. . . *VII
STAAVIA. . . XXIX. 345
glutinosa. . . . 346
radiata. . . . 345
STELIS. . . . *XXXI
STEPHANIUM.
gujanense. . . *193
STEREOXYLON. . *XXV
ciliatum. . . *329
corymbosum. . *326
crenulatum. . . *329
cuneifolium. . *329
discolor. . . *329
paniculatum. . *328
patens. . . . *325
pendulum. . . *328
pulverulentum. *328
resinosum. . . *327
revolutum. . . *327
rubrum. . . . *327
serratum. . . *326
virgatum. . . *326
STIGMANTHUS.
cymosus. . . *225
STIGMATANTHUS. . XV. 225.
cymosus. . . . 225
STIPULARIA. . . XXI. 269
africana. . . . 269
STRELITZIA. . . LI. 594
angustifolia. . . 595
augusta. . . . 594
farinosa. . . . 595
juncea. . . . 595
ovata. . . . 595
parvifolia. . . . 595
Principis. . . . 595
Reginae. . . 594. *595
teretifolia. . . 596
STRÔMIA. . . . *XXI
farinosa. . . *270
glandulosa. . . *270
longifolia. . . *270
STRÔMIA.
rotundifolia. *270. *271
tetrandra. . . *270
STRUMPFIA. . . XL. 507
maritima. . . . 507
STYLOCARPA. . . *XVIII
STYLOCORYNA. . XVIII. 245
racemosa. . . . 245
SURUBEA. . . . *XXVI
Aubleti. . . . *331
SWIETENIA. . . *XXXVI
SYMPHORIA. . . *XIV
glomerata. . . *222
racemosa. . . *222
SYMPHORICARPOS. . XIV. 222
conglomerata. . *222
racemosus. . . 222
vulgaris. . . . 222

TAPOGOMEA. . . *XII
alba. . . . *209
axillaris. . . *208
Carapichea. . . *211
elata. . . . *208
glabra. . . . *209
muscosa. . . *212
punicea. . . *208
purpurea. . . *210
tomentosa. . . *207
violacea. . . *207
TARA. . . . XXXI. 407
tinctoria. . . . 407
TETRAMERIA.
odoratissima. . *200
THESIUM. . . . L. 578
alpinum. 580. *579. *580. *581. *L
amplexicaule. . 586
australe. . . . 581. *L
bavarum. . . . *579
capitatum. . . 585. *L
ciliatum. . . . *L
comosum. . . *581
corymbulosum. . *581
crassifolium. . . L
debile. . . . *L
decumbens. . . *578
divaricatum. . 582. *L
drupaceum. . . *587
ebracteatum. . 581. *L

THESIUM.
ericoides. . . . L
euphorbioides. . 587. *L
fragile. . . . 582. *L
Frisea. . . 586. *L
funale. . . . 583. *L
hispidulum. . . . 585
humifusum. . . 581
humile. . . 581. *L
imbricatum. . . 583
intermedium. 579. *579. *580
lineatum. . . . 582
Linophyllum. 578. *579. *581. *L
montanum. . . 579
palatinum. . . *580
paniculatum. . . 584
pratense. . *578 *579
ramosum. 580. *579. *581. L
scabrum. . . 585. *L
serratum. . . . 580
sparteum. . . . L
spicatum. . 584. *583. *L
spinosum. . . 583. *L
squarrosum. . 585. *L
strictum. . . . 584. *L
teretifolium. . . L
triflorum. . . . 586
umbellatum. . 581. *L
virgatum. . . . 583
THUNBERGIA.
capensis. . . *237
TILONAPU. . . . *349
TINA. . . XXXII. 414
Gelonium. . . . 414
TOCOYENA. . . XVI. 228
insignis. . . . 229
latifolia. . . . 228
longiflora. . . . 228
longifolia. . . *228
TODDALIA. . . XXIV. 322
aculeata. . . *322
angustifolia. . . 323
asiatica. . . 322
inermis. . . *323
lanceolata. . . 324
nitida. . . *323
paniculata. . . 323
rubicaulis. . . 323
TRACHELIUM. VII. 158. *VII
angustifolium. . . 159
TRACHELIUM.
caeruleum. . . . 158
diffusum. . . . 158
tenuifolium. . . 159
TRILLIANA. . . XXIII. 275
scandens. . . . 275
TRIANTHEMA. XLIII. 524. *XLIII
anceps. . . . 526
crystallina. . . . 525
decandra. . . 525
fruticosa. . . *524
humifusa. . . 525
monogyna. . . . 524
pentandra. . . 525
Portulacastrum. *524
TRICHINIUM. . . XLIV. 535
distans. . . . 536
fusiforme. . . . 535
gracile. . . . 536
incanum. . . . 536
macrocephalum. . 536
spathulatum. . . 536
TRIOSTEUM. . XIV. 221
angustifolium. . . 221
majus. . . . *221
minus. . . . *221
perfoliatum. . . 221
triflorum. . . . 221
TRIPHASIA. . . XXI. 269
Aurantiola. . . 269
TSJEROU-KARA *205
TUBANTHERA. . . *XXIII
UCRIANA.
insignis. . . . *229
speciosa. . . *228
UNCARIA. . *218. *XIII
aculeata. . . *218
gujanensis. . . *218
inermis. . . *218
VALLI-ONAPU. . *347
VANGUERIA. . . XIV. 222
edulis. . . . 222
madagascariensis. *223
VAVANGA.
edulis. . . . *223
VELLEYA. . . . V. 33
arguta. . . . 34
lyrata. . . . 34

VELLEYA.
paradoxa. . . . 33
perfoliata. . . . 34
pubescens. . . . 34
spathulata. . . 34
trinervis. . . *33
VENANA. . . . XXXIV. 433
madagascariensis. . 433
VENTILAGO. . . XXIX. 346
denticulata. . . 347
maderaspatana. . . 346
VIDARA LITTOREA. *340
VILLAREZIA . XXVII. 331
mucronata. . . . 331
VIOLA . . XXX. 350. *XXX
acaulis. . . . *389
alba. . . . *364
algida. 391
alleghanensis. . . 360
Allioni . 367. *365. *374
alpina. 365. *366. *375
altaica. . . . 383
ambigua. . . 356. *362
arborescens. . 380. *380
arenaria. *367. *368. *375
arguta 391
arvensis. . . . 382
asarifolia. . . . 358
Aubleti. . . . *396
Balbis. . . . *368
banatica. . . . 382
barbata. . . *356
Bertoloni. . . *388
bicolor. . . 383. *382
biflora. . . . 378
— uniflora. . . 378
blanda. . . . 358
Broussonetiana. . 371
buxifolia. . . *399
calcarata. 387. *385. *386 *388. *389
Calceolaria. . *394
calthaefolia. . . 357
campestris. . . 362
canadensis. . . 375
canina. 366. *367. *369. *372
— podolica. 367. *369
capensis. . . *393
capillaris. . . 390
cenisia. 373. *373. *388. *389
Cenisii. . . . *373
VIOLA.
cheiranthifolia. . . 379
ciliata. . . . 360
clandestina. . . . 358
collina. . . . 361
concolor. . . . 377
cordata. . *350. *371
cordifolia. . . *356
cornuta. . . . 389
cucullata. 355. *351. *353 *356. *357. *358
dactyloides. . . 351
debilis. . . . 372
declinata. . . . 383
decumbens. . . 379
dentata. . . . 353
diandra. . . *399
digitata. . . 351. *352
elongata. . . . 389
emarginata. . . *353
enneasperma. *393. *401
erecta. . . . 380
excelsa. . . . 391
ferrariensis. . *370
flexuosa. . . . *370
frutescens. . . *394
glauca. . . . 368
glutinosa. . . *394
Gmeliniana. . . 354
gracilis. . . . 388
grandiflora. 385. *351 *365 *384. *385. *386 *387. *388 *389
Gronovii. . . . *359
hastata. . . . 371
hederacea. . . 362
heterophylla. *388. *393
hirsuta. . . . 361
hirta. . 360. *361. *362
— aprica. 360. *361
hispida. . . . *384
Hornemanniana. . 370
Hybanthus. *392. *396. *397
hybrida. . . . *357
integerrima. . . 376
Ipecacuanha. . . *398
Itouboa. . . *394
Itubu. . . . *395
Kitaibeliana. . . 383
Krockeri. . . . 367
labradorica. . . 380
lactea. . . . 369. *370

VIOLA.
lancea. . . . *369
lanceolata. . . 354. *354
lancifolia. *368. *369
linariifolia. . *401
linearifolia. *400. *401
lineata. . . . *402
linifolia. . . *393
littoralis. . . . 370
livida. 363
longifolia. . . . *398
longiviola. . . *380
lusitanica. . . . *369
lutea. 385. *378. *381. *384
*385. *386. *388
maculata. . . . 372
magellanica. . . 362
media. . . *381. *382
microphylla. . 361. *391
minuta. 375
mirabilis. 377. *357. *366
monopetala. . . *400
montana. 370. *369. *389
persicifolia. . *370
multifida. . . 352. *351
neglecta. . . . 367
nivalis. . . . 365
nummularifolia. 374. *363.
*365. *367. *368
Nuttali. . . . 372
obliqua. . . . 355
odorata. . . . 364
oppositifolia. *392. *395
orchidiflora. . . *400
ovata. . . 359. *360
pallens. . . . *359
pallida. . . *366
palmata. . . 350. *358
palustris. 363. *363. *364
papilionacea. . 356. *358
parvifolia. . . . 391
parviflora. *376. *383. *392
pedata. . . 351. *352
pensylvanica. . *377
persicariaefolia. *392
persicifolia. . *369
philippica. . . . 353
pinnata. . . 352. *352
polygalaefolia. *399
primulifolia. 359. *357. *359
procumbens. . . *379
prostrata. . . . 382
prunifolia. . . 391
pubescens. . . 376
pumila. . . . 368
punctata. . . . 391
purpurascens. . *367
pygmaea. . . . 354
pyrenaica. . . . 364
pyrolaefolia. . *372
ranunculifolia. . 352
riphaea. . . *368
rostrata. . . . 373
rothomagensis. . 384
rotundifolia. . 358. *358
rubella. . . . 390
rupestris. *368. *369. *374
Ruppi. *366. *367. *369. *370
sagittata. . . 352. *353
sarmentosa. . . 371
saxatilis. . . 384. *380
saxicola. . . . 380
scandens. . . . 391
Schmidtiana. . . 363
semperflorens. . *365
serpyllifolia. . . 391
sororia. 355. *351. *356
spathulata. . . . 353
speciosa. . . *381
stagnina. . . 370. *366
stipularis. . *390. *392
striata. . . 376. *371
stricta. *370. *376. *377. *401
suavis. . . . *365
suberosa. . . *380
sudetica. . . 385. *384
suffruticosa. *392. *394.
*401
sylvestris. . . 366. *366
tenella. . . . *390
teucriifolia. . . 391
thesiifolia. . . *398
tricolor. 381. *382. *383. *385
trifida. . . . 390
uliginosa. . . 357
uniflora. . . 378. *384
Valderia. 373. *365. *373
variegata. . . 392
verticillata. . . *399
Villarsiana. . 388. *387
villosa. *350. *351. *356. *358
Zoysi. . 386. *387. *388
VIRECTA. . . II. 4. *11.
biflora. . . . 4
pratensis. . . *5

VISCOIDES.
pendulum. . . *75
VITIS. . . . XXII. 300
aestivalis. . . . 317
apyrena. . . . 300
arborea. . . *322
capensis. . . 316
cirrhosa. . . 320
cordifolia. . . 319. *318
flexuosa. . . 316
glabrata. . . 318
hederacea. . . *321
heptaphylla. . . *321
heterophylla. . . 320
Heyniana. . . 318
incisa. . . *319
indica. 315. *316. *317
indivisa. . . *321
Labrusca. 316. *315. *318
laciniosa. . . 319
odoratissima. . *319
palmata. . . 314
pinnata. . . *322
quinquefolia. . *321
riparia. . . 319
rotundifolia. . . 319
sinuata. . . 318
sylvestris. *300. *314
taurina. . . *316
ternata. . . 319
tiliaefolia. . . 320
tomentosa. . . 318
trifida. . . 318
triloba. . . 318
vinifera. 300. *315. *317
virginiana. . . 315
vulpina. 317. *315, *318. *319
WAHLENBERGIA.
elongata. . . *129
grandiflora. . *111
pendula. . . *117
WALKERA. . XXVIII. 345
serrata. . . 345
zeylonensis. . *345
WEBERA. . . *XII.
corymbosa. *206. *XII
cymosa. . . *206
tetrandra. . . *205
thyrsoidea. . *207
WELLIA CODIVELI. *549
WIBELIA. . . *XXIX
gujanensis. . *491
WILLDENOWIA. . *XVII
Schreberi. . . *235
XYLOSTEUM. . . *XIX
album. . . . *256
canadense. . . *259
ciliatum. . . *256
cordatum. . . *255
dumetorum. . *256
tataricum. *255. *256
villosum. . . *256
ZALEIA.
decandra. . . *525
ZIZYPHUS. XXVII. 334. *XXIII. *XXVII
africana. . . *339
agrestis. . . 341
angulata. . . 339
bubalina. . . 334
capensis. . . 342
commutata. . . 336
domingensis. . . 342
heterogenea. . . 342
horrida. . . 341
iguanea. . . 335
Jujuba. . . 337. *340
lineata. . . *333
Lotus. . . . 334
mauritiana. . . 337
mucronata. . . *334
myrtoides. . . *513
Napeca. . . 339
nummularia. . . *338
obliqua. . . 341
Oenoplia. . . 336
orbicularis. . . 338
Paliurus. . . *342
paniculata. . . 342
peruviana. . . 341
rotundifolia. 338. *338. *336
rugosa. . . 338
sativa. . . *340
sinensis. . . 335
soporifera. . . 340
sororia. . . 337
Spina Christi. . . 339
sylvestris. . . *334
tomentosa. . . 339
trinervia. *292. *337
tripartita. . . 342
umbellata. . . *291
volubilis. . . *332
vulgaris. . . 340
Xylopyrus. . . 338

Corrigenda. *)

Pag.	x.	lin.		Pacureaeque lege: Palicureaeque.
—	xix.	—	19.	loculum *lege*: loculum.
—	xx.	—	18.	*ab infra* Sejungenda *lege*: sejungenda.
—	xxii.	—	5.	*Richen* lege: *Richer*
—	xxvi.	—	16.	*ab infra* obovato etc. *lege*: obovatâ etc.
—	xxxiv.	—	18.	silamenta *lege*: filamenta.
—	xxxvi.	—	6.	axplicationem *lege*: explicationem.
—	xxxix.	—	7.	*ab infra* quinqueloqum *lege*: quinquelobum.
—	xliv.	—	12.	412 *lege*: 413.
		—	18.	post: diversâ scribe: „R. Br.
		—	23.	412 *lege*: 413.
—	xlv.	—	16.	a — et.

Pag.	1.	lin.	6.	*ab infra pinge*, *post* videtur.
—	3.	—	4.	verrucosis *lege*: verrucis.
—	—	—	7.	et *lege*: et.
—	4.	—	17.	*ab infra* Flores *lege*: Flores.
—	6.	—	20.	in nominata — innominata.
—	—	—	13.	*ab infra* parvae — parvae.
—	7.	—	10.	*ab infra* oblonga — oblonga
—	12.	—		*ultimâ*. *macrocarpa* lege: *macrocarpâ*.
—	16.	—	4.	*ab infra* inquirendam *lege*: inquirendum.
—	18.	—	10.	*ab infra ante*: *Vahl addatur*: Cinchona *lineata*.
—	19.	—	16.	— — *Swartz* — Cinchona *angustifolia*.
—	20.	—	20.	corticis *lege*: Corticis.
—	21.	—	12.	exceptis *lege*: exeerptis.
—	—	—	13.	*ab infra Savago* lege: *Savage*.
—	23.	—	20.	— *caribei* lege: *caribaei*.
—	24.	—	23.	— Cinchonis *lege*: Cinchonis.
—	—	—	19.	— glabrâ *lege*: glabra.
—	31.	—	12.	*coeralea* lege: *caerulea*, (et sic semper!)
—	32.	—	10.	a *lege*: e.
—	—	—	20.	idemque *lege*: idemque.
—	34.	—	3.	*ab infra* nov. *lege*: nov.
—	36.	—	5.	*commutata* lege: *neglecta*.
—	—	—	20.	subulatis *lege*: subulatis.
—	—	—	17.	*ab infra* Capsua *lege*: Capsula.

*) Cls. Prof. *Agardh* cum animadverterit, species hispanicas plures nostrae editioni insertas sibi fuisse adscriptas, nobis, ut *suum cuique* tribuatur, per litteras (21. August. 1819.) injunxit declarare publice, non paucas harum specierum amicitiae clariss. virorum *Haenseleri* et *Caballeri* se debuisse.

Corrigenda.

Pag. 40. lin. 1. *inn.* lege: *Linn.*
— 41. — 20. *glandulosa* lege: *Willdenowiana, et pone* L. *glandulosa ante Herb.*
— 42. — 8. langusto *lege:* augusto.
— 43. — 8. *ultimâ*, petiolati *lege:* petiolatis.
— 44. — 9. *ab infra inn.* lege: *Linn.*
— 45. — 23. — *Partolome* lege: *Bartolome.*
— — — 10. — *t.* lege: *St.*
— 46. — *ultimâ*, terminal *lege:* terminali.
— 48. — 7. *ab infra* terminali *lege:* terminali.
— — — *ultimâ*, teatus *lege:* leatus.
— 49. — 17. *dele.* post dicit.
— — — 13. *ab infra dele*, *post* inferiora.
— 50. — 12. — *dele:* apud *Pursh*ium.
— 53. — 5. pedunsulis *lege:* pedunculis.
— 54. — 10. *landes aux environs* etc. dele, et pone lin. 26. ad stationem plantae.
— — — 19. *ab infra* An. *lege:* An
— — — 13. — snperioris *lege:* superioris.
— 55. — 6. *Parsch* lege: *Pursh.*
— 56. — 4. *post* :) pone:.
— — — 6. *post:* A *dele*:.
— — — 7. *summorum* lege: *summarum.*
— 59. — 11. *ab infra* sup *lege:* sub
— 61. — 1. -dentis *lege:* dentatis.
— 63. — 13 lancolata *lege:* lanceolata.
— 65. — 12. *ab infra* S. *lege:* Si.
— 66. — 7. — L. *Farsetia* jungatur *arenti p.* 54.
— 69. — 14. 562 *lege:* 563.
— 71. — 18. *ab infra* superioribus *lege:* superioribus.
— 75. — 13. — *Smel.* lege: *Gmel.*
— 77. — 8. sum *lege:* cum.
— — — 11. *ab infra post* 72 *pinge* γ.
— 78. — 9. *Mlche'ii* lege: *Michelii*
— 79. — 22. *ab infra* varietatem *lege:* Varietatem.
— 81. — 10 — *Sillars* lege: *Villars.*
— 82. — 18. — sit *lege:* fit.
— 82. — 16. — tam *lege:* tum
— — — — — credidiset *lege:* credidisset.
— 86. — 9. addatur: *In herbidis Olympi bithyni, summitatem versus.* 2
— — — 25. ab infra *Methadiae* lege: *Mehadiae.*
— 87. — 15. — Carolla *lege:* corolla.
— 88. — 3. ante integerrimis scribe:. floralibus.
— — — 19. bujus *lege:* hujus.
— — — ultimâ transfer *Vill. Dauph. p.* 89 lin. 1. post f. 1.
— 91. — 9. *Ves* lege: *Vest.*
— 92. — 10. ditute *lege:* dilute.
— — — 14. *limoriaefolia* lege: *lunariaefolia.*
— 94. — 1. et *lege:* a.
ultimâ: esxicc lege: *exsicc.*
— 95. — 12. corolla *lege:* coroliae.

Corrigenda.

Pag.	95.	lin.	14.	ab infra unitus *lege:* unicus.
—	96.	—	16	*pussilla* lege: *pusilla.*
—	98.	—	20.	*ab infra hederodoxa* lege: *heterodoxa.*
—	100.	—	8.	— speciem *lege:* specimen.
—	—	—	5.	lanceolatis *lege:* lanceolatis.
—	104.	—	2.	rubra *lege:* rubro.
—	105.	—	21.	compaeta *lege:* compacta.
—	106.	—	19.	ab infra ♃, ι, κ ponantur, ut decet, ordine alphabetico.
—	112.	—	21.	*ab infra* serrulatis *lege:* serrulatis.
—	115.	—	6.	— dele *Obs.*
—	121.	—	8.	dele *Hall. helv* n. 692.
—	—	—	10.	*ab infra* nomini *lege*: nomine.
—	122.	—	17.	— *Lichnitis* lege: *Lychnitis.*
—	123.	—	2.	*boneniensis* lege: *bononiensis.*
—	128.	—	16.	*Cervicario* lege: *Cervicaria.*
—	129.	—	16.	*ab infra* longiores *lege:* longiora.
—	136.	—	14.	lfn *lege:* lin.
—	139.	—	14.	*ab infra Foure* lege: *Pourret.*
—	140.	—	3.	*vellins* lege: *velins.*
—	—	—	21.	*Ints* lege: *Inst.*
—	146.	—	6.	*ab infra ante* 54 *adde: p.* 588. *n.*
—	147.	—	9.	hirsutis *lege:* rugosis.
—	—	—	19.	lanceolatae *lege:* lanceolata.
—	150	—	18.	*dehiscence* lege: *dehiscente.*
—	151	—	12.	910 *lege:* 916.
—	156.	—	23.	*ab infra* pedunculis *lege:* paniculis.
—	157.	—	24.	*Willd.* lege: *Will.*
—	—	—	7.	*ab infra Willd.* lege: *Will.*
—	158.	—	7.	notacit *lege*: notavit.
—	160.	—	21.	*axillaris* lege: *axillares.*
—	162.	—	12.	ab infra *littcreum* lege: *littoreum.*
—	166.	—	2.	bispermo *lege*: dispermo.
—	167.	—	16.	ab infra *stricta* lege: *striata.*
—	—	—	7.	— *Tournva* lege: *Tournoa.*
—	174.	—	23.	— *fruticosus* lege: *fruticosas.*
—	179.	—	19.	— huic *lege*: hinc.
—	187.	—	23.	*a.* lege: *n.*
—	195.	—	12.	potioli *lege:* petioli.
—	—	—	7.	*ab infra* patantibus *lege*: patentibus.
—	197.	—	4.	ped. *lege*: poll.
—	198.	—	8.	*ab infra* nas *lege:* nes.
—	205.	—	10.	— *tetrantra* lege: *tetrandra.*
—	206.	—	11.	— ad *lege:* a.
—	—	—	3.	— supera *lege:* supra.
—	208.	—	3.	— Callicocca lege: Cephaëlis.
—	209.	—	17.	— Topogomea — Tapogomea.
—	212.	—	15.	989 lege: 914.
—	—	—	24.	ab infra *l. c.* lege: *Spec.* I. *p.* 989.
—	215.	—	4.	— *angustifolia* lege: *augustifolia.*
—	221.	—	10.	— post T. insere: *minus.*
—	225.	—	12.	— gereris *lege*: geueris.
—	225.	—	21.	*du Mém. Mus.* lege: *Mém. du Mus.*

Corrigenda.

Pag. 226. lin. 13. pone *Vahl Symb.* etc. lin. 16. ante *Willd.*
— — — 20. ab infra Baeobotris lege: Baeobotrys.
— 227. — 10. — *post* figurâ *adde: Rudge.*
— 228. — 22. — sessilis *lege:* sessiles.
— 236. — 10. dum *lege:* cum.
— — — 20. *Ercala* lege: *Ervala.*
— 238. — 18. *ab infra* paralelle *lege:* parallele.
— 239. — 20. — *arborcam* lege: *arboream.*
— 241. — 5. inaequacle *lege:* inacquale.
— — — 20. *Frangula* lege: *Frangulae.*
— 251. — 6. ab infra *corymbosa* lege: *frondosa.*
— 252. — 7. qualis *lege:* quales.
— 256. — 21. hoc — hae.
— 257. — 8. Bacca — Baccae.
— 258. — 2. subulati *lege:* subulatis.
— 262. — 6. albida demum flavicantia, *lege:* albidi demum flavicantes.
— — — 18. ab infra *dioico* lege: dioico.
— 269. — 19 *Amboina* lege: *Amboinae.*
— 271. — 9. futuris — suturis.
— 274. — 13. *Thnllier* — *Thuillier.*
— 276. — 21. diameto — diametro.
— 277. — 5. *ab infra* maniftese *lege:* manifeste.
— 278. — 21. — Bruni lege: Pruni.
— 282. — 4. *Teen* lege: *Te.*
— 286. — 20. ab infra *Hooskoosy* lege: *Hooskoosky.*
— 291. — 11. — *inlegrifolia* — *integrifolia.*
— 292 — corrige numerum paginae, quae 292, nec 282.
— 295. — 4. spinosus *lege:* spinosa.
— 296. — 22. *ab infra*, glabriusculus *lege:* glabriuscula.
— 298. — 10. — fera *lege:* vera.
— — — 9. — cedit — cedit.
— 299. — 6. — *mycrophylla* lege: *microphylla.*
— 300. — 5. — *roman* lege: *comun.*
— 308. — 12. *intente* lege: *intense.*
— 309. — 14. *mel* — *me.*
— — — 18. *Moscate* lege: *Moscatel.*
— — — 4. *ab infra* yiridibus *lege:* viridibus.
— 311. — 10. — *Thoro* lege: *Thore.*
— 317. — 1. *Jacq. Schönbr.* ponatur p. 316. lin. 5. ab infra post 1181.
— 318. — 14. post 242 insere *vulpinam.*
— 320. — 7. *ab infra* diperma *lege:* disperma.
— 322. — 20. — rubrofuscis *lege:* rubrofuscis.
— 326. — 4. — *corymbosam* — *virgatum.*
— 329 — 12. *Sinopsi* lege: *Synopsi.*
— 331. — 19. Souroucea lege: Souroubea.
— 333. — 11. *ab infra* minisque *lege:* nimisque.
— 334. — 15. — *vog.* lege: *voy.*
— 336. — 6. exil *lege:* excl.
— — — 17. solitorio teminati *lege:* solitario terminati.
— 337. — 21. ferrulatis *lege:* serrulatis.
— 338. — 1. ros *lege:* ros.

Corrigenda.

Pag.	340.	lin.	2.	*ab infra* magnitudone *lege:* magnitudine.
—	345.	—	18.	*meridianali* lege: *meridionali.*
—	—	—	17	*ab infra* Musia lege: Meesia.
—	—	—	—	Lucca *lege:* Lacca.
—	349.	—	20.	
—	351.	—	16.	aeutas *lege:* acutas.
—	352.	—	16.	*post* poll. *insere:* lata.
—	353.	—	15.	ab infra *phllipica* lege: *philippica.*
—	354.	—	25.	*Posc.* lege: *Bosc.*
—	362.	—	12.	Stypulae *lege:* Stipulae.
—	363.	—	6.	recti *lege:* recte.
—	—	—	12.	*Trattinncik* lege: *Trattinnick.*
—	367.	—	16.	*Smidt* lege: *Schmidt.*
—	—	—	18.	*nelegecta* lege: *neglecta.*
—	368.	—	19.	*ab infra* subdendatae *lege:* subdentatae.
—	—	—	17.	— pedunculio — pedunculo.
—	371.	—	8.	seminamplexicaulibus — semiamplexicaulibus.
—	—	—	20.	pusila *lege:* pusilla.
—	372.	—	13.	*ab infra* siipulis *lege:* stipulis.
—	375.	—	18.	adscribitus *lege:* adscribitur.
—	—	—	18.	*ab infra* glacris *lege:* glabris.
—	378.	—	17.	— cautis — caulis.
—	—	—	12.	— hac — haec.
—	380	—	14.	decurentia *lege:* decurrentia.
—	383.	—	12.	*ab infra dele:* undulatis.
—	384	—	1.	— *sudedica* lege: *sudetica.*
—	386.	—	17.	— striatris — striatis.
—	—	—	3.	— *Hort.* — *Host.*
—	388.	—	17.	*Zoyssii* lege: *Zoysii.*
—	—	—	17.	*ab infra* attenuatur *lege:* attenuantur.
—	392.	—	23.	— Junidium lege: *Jonidium.*
—	—	—	7.	— hac *lege:* haec.
—	400.	—	9.	divit *lege:* dicit.
—	401.	—	23.	*Beskrio* — *Beskriv.*
—	404.	—	19.	*Bosc.* — *Bocc.*
—	405.	—	1.	suprepens — subrepens.
—	418.	—	12.	peniculâ — paniculâ.
—	420.	—	17	pedunulli — pedunculi.
—	—	—	25.	huc *lege:* hinc.
—	425.	—	21.	*Spinosi* lege: *Spinosae.*
—	426.	—	5.	*ab infra* lovata *lege:* ovata.
—	432.	—	18.	— *cam.* — *Lam.*
—	436.	—	20.	esse ad alius — esse ad aliud.
—	437.	—	22.	*ab infra* prolongis *lege:* praelongis.
—	438.	—	15.	— patentia *dele.*
—	—	—	7.	— nomino *lege:* nomine.
—	439.	—	23.	follis *lege:* foliis
—	440.	—	13.	*ab infra* simile *lege:* similis.
—	441.	—	23.	— subverticilatis *lege:* subverticillatis.
—	—	—	5.	de pauperato *lege:* depauperato.
—	442.	—	1.	pentagenum — pentagonum.
—	—	—	2	corniculis — corniculis.
—	447.	—	7.	*Lemarck* — *Lamarck.*
—	449.	—	16.	fusnt — fusca.

Corrigenda.

Pag. 449.	lin. 17.	Occure	*lege*:	Occurrit.
— 467.	— 7.	corollà	—	corollà.
— —	— 17.	caules	—	caule.
— 476	— 11.	*Cyhia*	—	*Cyphia.*
— 477.	— 19.	incognitia	—	incognita.
— 484.	— 16.	*ab infra* acutiser ectis	*lege*:	acutis erectis.
— 487.	— 21.	— *Frequentisime*	—	*frequentissime.*
— 488.	— 16.	— Dinstinctissima	—	distinctissima.
— 490.	— 22.	— flaviantia	—	flavicantia.
— 496.	— 2.	regiane *lege*: regione.		
— 502.	— 20.	inermes et midium *lege*: inermis et medium.		
— 504	— ult.	*Higland* lege: *Highland.*		
— 505.	— 17.	doctissime *lege*: doctissimi.		
— 516.	— 12.	ab infra *glommeratum* lege: *glomeratum.*		
— 524.	— 17.	— rogno *lege*: regno.		
— 528.	— pag. 465. *lege*: 528.			
— —	— 3.	comprestis abbreviasis *lege*: compressis abbreviatis.		
— 530.	— 12.	*Burrmanno* lege: *Burmanno.*		
— 532.	— 11.	augulatus	—	angulatus.
— 535.	— 14.	*Hallandia*	—	*Hollandia.*
— —	— 20-21.	deie: Digera.		
— 543.	— 5.	capitatum *lege*: capitatum.		
— 546.	— 1.	dorsal.	—	dorsali.
— —	— 2.	*ab infra* augulatus *lege*: angulatus.		
— 548.	— 6.	foiis *lege*: foliis.		
— —	— 17.	et — e		
— 549.	— 11.	fit — sit.		
— 555.	— 16.	ab infra *tall.* lege: *tabl.*		
— 556.	— 10.	— pupescentibus *lege*: pubescentibus.		
— 557.	— 15.	Paronychia lege: Paronychia.		
— 558.	— 8.	ab infra Philaxero lege: Philoxero.		
— 560.	— 20.	mucroutais *lege*: mucronatis.		
— —	— 15.	*ab infra* pupescentibus *lege*: pubescentibus.		
— 562.	— 16.	tristachys *lege*: tristachyis.		
— 565.	— 11.	*ab infra* ignaoramus *lege*: ignoramus.		
— 576.	— 18.	in verme Nissa *lege*: Nyssa.		
— 577.	— 19.	synonimo *lege*: synonymo.		
— —	— 7.	*ab infra* denticulaia *lege*: denticulata.		
— 579.	— 14.	— linophyullm	—	linophyllum.
— 580	— 3.	sesquiuncalia *lege*: sesquiuncialia.		
— —	— 7.	*ab infra* inerioribus *lege*: inferioribus.		
— 588.	— 9.	— Chobetrae	—	Choretra.
— 593.	— 1.	*Rhnmphii* lege: *Rumphii.*		
— 594.	— 2.	*angusta* lege: augusta.		